ℂAssationis aūt in frixorijs ⁊ in patella offm̄ est qñq3 addere in ꝟtute medicine: sicut qñ assaꝶ sqlla ⁊ fit magꝭ solutiua. Et qñq3 minuere in ꝟtute: sicut ꝟbi gr̄a. Assaꝶ psiliū fit hūiditas eiꝰ minꝰ lubrica: minꝰ soluēs: ⁊ assanꝶ plura: vt mitiora fiāt. Et qñq3 ꝑ assationē vna duaꝝ ꝟtutū reprimiꝶ: ⁊ vigoraꝶ altera: sicut ꝟbi gr̄a. In myrobalanis ⁊ reubarbaro est ꝟtus solutiōez faciēs ⁊ ꝯctionē. In eoꝝ aūt decoctiōe minoraꝶ virtꝰ faciēs solutionē: ⁊ vigoraꝶ virtꝰ ꝯctionē faciēs. Et in ben est virtꝰ vomitiua ⁊ virtꝰ educēs ꝑ vētrē: dū aūt assaꝶ maturaꝶ ipsiꝰ humiditas suꝑflua baurachia faciēs subuersionē: ⁊ nauseā ⁊ remanet ei virtus solutionem faciens.

ℂIn ista ꝑte docet ꝑ assationē med. so. rectificare. ⁊ prīo ponit vnū iuuamētū qd acqriꝶ medi. so. ꝑ assationē. scdo aliud. scda ibi. ⁊ qñ assaꝶ sqlla q̄ fit magis solutiua: nam sqlla h3 i admixtiōe mlꝶā hu. aqueā q̄ reꝑmit eiꝰ ꝟtutē solutiuā: q̄re ꝑ assatiōez illa hu. aq̄a soluiꝶ. nā oīs res mlꝶū hu. vt plurimū ꝑ assationē i sui oꝑatiōe ꝯfortaꝶ: tñ intelligēdū ꝙ ista sqlla nō d3 mlꝶū assari: qꝛ totalꝶr eiꝰ virtꝰ resolueretꝶ: nec debilꝶr. ⁊ iō apothecarij timētes ne ꝑ assationē ad ignē recipiat aliquā malā q̄litatē a fumo: aut a sole recipiat aliquē malū vaporē: ipsa3 magis assant ad vmbrā q̄3 ad solē vel ad ignē: vt mitiora. i. leuiora ꝟtutibꝰ fiāt ista aliā ꝑtē legit silꝶ cū prīa. minoraꝶ ꝟtꝰ solutionē faciēs i eis: ⁊ remanet ei virtꝰ. s. forte solutionē faciēs ⁊c. totū ē notū.

De rectificatione medi. per lauationē

ℂDe modis lauationis medicinarū. Cap. ij.

Dicimus ꝙ per modos lauationū multipliciter acquiriꝶ bonitas medicinis.

ℂIn ꝑcedēti cap. Me. docuit ꝯsolari med. sol. per decoctionē siue ista decoctio sit elixatio siue assatio. in isto cap. est eiꝰ intētio nos docere eā ꝯsolari per lauationē. ⁊ prīo pōit vtilitates q̄s acq̄rit lauatio ipsis medi. solu. scdo his q̄ dixerat queda3 annectit. scda ibi in fine capꝶi. Et scire debes. prīa i duas. Primo ꝑmittit intētionē suā. scdo oñdit vtilitates istas. scda ibi. Interdū em̄. prima pars pt3. ℂDeinde cū dī.

Iuuamētū primū qd acq̄riꝶ per ablutionem.

ℂInterdū em̄ ꝑ lauationē remoueꝶ suꝑficies acuminis alicuiꝰ medicine: sicut qñ lauaꝶ semen vrtice cum aqua aut mucilagine dragagāti: ne guttur aut partes ꝑ q̄s trāsit adurat: ⁊ sicut lauaꝶ sal napticus cum aqua cucurbite: aut cū simili hac intētione.

ℂIn ista parte ponit hec iuuamēta que acq̄runꝶ medi. sol. per lauationē. ꝑmo ergo ponit vnū. scdo aliud. tertio aliud. quarto vltimū. scda ibi. Et qñq3 lauaꝶ vt abscindatur. tertia ibi. Et qñq3 lauamꝰ vbi oportet. quarta ibi. Et qñq3 lauamꝰ aliud suꝑficies acuminis. i. remoueā acumē quod erat in superficie seminis vrtice: imo ⁊ lauaꝶ herba vel flores ipsiꝰ vrtice: per aquā cucurbite intelligimꝰ succum fructus qui ꝓprie cucurbita dicitur: aut possumus per hoc intelligere aquā que ab ea distillaꝶ in alembico siue in cāpana sub qua poniꝶ ignis. ⁊ videte res nō solū hoc modo abluunꝶ: vt ab eis remoueaꝶ acumē: sed etiā vt ab eis remoueaꝶ aliqualꝶr caliditas que est in med. suꝑficie sicut qñ medic. abluitur: ⁊ volumꝰ ab ea euitare aliquā caliditatē quā in se habet in suꝑficie: ⁊ volumꝰ ea vti ꝓprie ad infrigidandum. ℂDeinde cum dicit.

Medicine duplici de cā abluuntur.

ℂEt qñq3 lauamꝰ medicinam vt abscindaꝶ altera ꝟtutū suarū ab ea: ⁊ ꝓprie malignior deterrēs: ⁊ remaneat ei melior operationū suaꝝ ⁊ incolumior sicut ꝓprie lauamus lapidē lazuli ⁊ lapidē armenū vt soluant ꝑ vētrē tm̄ ⁊ sine angustia. Nō loti vero per vomitū ⁊ per ventrē soluunt: ⁊ cu3 molestia. Et sic etiā lauamus laccā vt sit minus solutiua: ⁊ remaneat ei vt sit oppilationū aperitiua: ⁊ lauamꝰ aloē. Non lotus enim magis laxat: et minus confortat membra nutricationis. Lotus vero facit cōtrariū.

Scdm iuuamētum qd medic. acq̄riꝶ per ablutionē

ℂIn parte ista ponit aliud iuuamētū qd acquiriꝶ medi. solu. per ablutionē. ⁊ primo facit hoc. secūdo dubitationi respondet. scda ibi. Et sunt ⁊c. abscīdatur. s. ab ipsa ⁊ soluant per ventrē tm̄: nam qñ isti lapides lauanꝶ ꝑ ablutionē remoueꝶ ab eis acuitas per quā habēt molestare stōm ⁊ inducere nauseā ⁊ vomitū: immo etiā quasi oēs debent lauari vt cōfortēt. vñ videmus qd isti ocularij in passionibus oculoꝝ admīstrātes tutiā aut lapidē emathitis abluūt vt ab eis remoueaꝶ acuitas ⁊ magis cōfortēt oculos ⁊ inde faciūt collyria oculorū: immo etiā si isti lapides haberēt acuitatē in ꝓfundo primo adurūt eos vt ꝑ ignitionē illa acuitas ex ꝓfūdo veniat ad suꝑficiē. postea abluūt vt ꝑ ablutionē illa suꝑficialis acuitas ab eis laueꝶ et remoueaꝶ: vñ isti ocularij nouies docēt eos ignire ⁊ nouies docēt eos lauare: hoc etiā fit in alijs rebꝰ exteriꝰ approximatis: vt in calce. nā qñq3 abluiꝶ vt ab ea remoueaꝶ acuitas ⁊ remaneat in ea virtꝰ stiptica ꝑ quā pōt esse cicatrizatiua ⁊ indurare carnē, vt fiat loco cutis lacca. ipsa em̄ est multū aperitiua opilationum splenis ⁊ epatis ⁊ mēbri nutricationis. i. stomachi. ℂDeinde cum dicit.

ℂEt sunt medicine que virtutem positam habent in superficie: que si lauentur tollitur sicut tarassacō ⁊ endiuia: ⁊ rosa: et similia.

ℂIn parte ista dubitatiōi rñdet: dubitaret em̄ aliq̄s vtrū medi. oībꝰ cōpetat ablutio. Rñdet qd nō. qꝛ endiuia. s. domestica ⁊ silꝶia sicut etiā sunt viole. ℂDeinde cū dicit.

Tertiū iuuamētum qd fit me. ꝑ ablutionem.

ℂEt quandoq3 lauamus vbi oportet abstergere partes immundas.

ℂPonit aliud iuuamentū per res immundas vt suo tꝑe colligeretur aliqua herba vel radix q̄ haberet circūcirca eam fimum vel puluerem: tunc enim eam lauamus.

ℂDeinde cum dicit.

Quartu3 iuuamētū qd acq̄riꝶ medi. per ablutionē

ℂEt qñq3 lauamꝰ aliq̄d vt magnificeꝶ virtꝰ eius sicut lauamꝰ aloē cū aqua specierū aromaticarū vt magis ꝯfortet. Et lauaꝶ cū aqua reꝝ solutionē multiplicantiū: sicut turbith ⁊ agaricus ⁊ silꝶia: vt magis soluat. Et lauatur cū aqua bdellij aut dragagāti: vt nō imprimat lesionē apertiōis venarum apertione qua fluat sanguis. Et scire op3 ꝙ res de lauatiōibꝰ sustinet quātū virtus eius patitur plus aut minus.

ℂPonit aliud iuuamētū qd acquiritur medi. so. ex ablutione aꝑtione qua fluat sanguis: na3 bene aloes d3 aꝑire sic orificia venarū qd possit debite euacuare hu. quem d3: sed nō d3 sic aperire qd ex tali apertione emanet sanguis hoc aūt fit per ablutionē. Ista autē iuuamenta sunt possibilia reduci ad diuisionē bimēbrē hoc modo: nā ablutio aut fit in medi. vt earū virtus remittaꝶ vel deperdaꝶ. aut secūdo fit vt per ablutionē acquirat virtutē. si primo mō: ⁊ hoc dupꝶr: qꝛ aut absolute ꝭm ablutionē remoueꝶ virtꝰ eius: aut inq̄ꝫtū medicina habēs duas virtutes quarū ab ea remoueꝶ vna ⁊ ꝓprie malignior: ⁊ alia remanet. si primo mō: ⁊ hoc dupꝶr: qꝛ aut per ablutionem remoueꝶ aliqd magis itrinsecū a medi. ⁊ sic est primū iuuamētū eius: si secūdo modo sic est tertiū. si aūt medi. abluitur. vt. s. quia habet duas ꝟtutes: ⁊ ab ea volo alterā remouere tm̄ ⁊ ꝓprie maligniorem: ⁊ sic est scd3 iuuamentū. si autē ꝑ ablutionē medi. ipsa acq̄rit aliquam virtutem: sic est quartum ⁊ vltimum iuuamētū eius. qd dicitur in vltima parte est notū.

Ablutio quare fit i medic.

ℂDe rectificatiōe medicinarum cum modis infusionum. Capitulum tertium.

Relinquit heben Mes. Acquirit bonitas medicinis per infusionē. Quādoq; eniz res nāciscitur dispositionē per illā: quādoq; dereliquit eā in re in qua infundit.

De rectificatiõe medi. per infusionē.

¶ In parte ista siue in isto ca. Mes. docet rectificare medici. so. per aliud bñficiū artis qđ est infusio; ⁊ prio pmittit quot modis acqrat bonitas in medi. p infusionē. scđo illos declarat. scđa ibi. Acqrit aūt. nācisci. i. acqrit dispōnē quā nō habebat. Sz est aduertēdū qđ infusio ⁊ ablutio siue lauatio cōueniūt ⁊ differūt: cōueniūt qꝛ vtraq; hz fieri in re fluida liqda: sz differūt: qꝛ lauatio hz fieri sine ꝓfundatiōe virtutis in re que lauat. ita qđ in re ī qua lauat nō remanet ꝟtus ꝓfunda rei q̄ lauat: sicut ꝯuenit de aloe qñ lauat: ⁊ de endiuia: qꝛ si lauat solū eius virt⁹ superficialis calida ab ea remouet: ⁊ nō ꝓfunda: sed in infusione virt⁹ rei que infunditur ⁊ ꝓfunda remanet ī re in qua infundit: ⁊ infusio ipsa penetrat vsq; ad profundū in re q̄ infundit sicut statim apparebit. ¶ Deinde cum dicit.

Cōueniētia ⁊ differētia inter infusionē ⁊ lauationē medicinarum.

¶ Acquirit aūt res dispositionē per infusionē. Nā qñq; reprimit aliqd de malitia sua. sicut verbi grā Abscindit superficies acuminis ⁊ ferrositatis ab almezereō ⁊ alscebram ex earū infusione in aceto: et sicut turbith infusum in lacte nuper mulso ⁊ exiccatū rectificatur ab eo ⁊ abscindit esse conturbatiuū.

Primū iuuamētum qđ acqrit medi. per infusionē.

¶ In parte ista Mes. istos modos declarat: ⁊ prio declarat quō p ifusionē acqrunt iuuamēta rei in q̄ facta est infusio. scđa ibi. Relinquit aūt. pria in tres ꝫm qđ tria iuuamēta ponit q̄ acqrunt med. infuse p infusionē. secūdū ponit ibi. Qñq; infusio. tertium ponit ibi. Et qñq; facit infusio alscebrā. i. esula almena. i. laureola. ¶ Deide cū dicit.

¶ Et qñq; ifusio addit ivtute medicīe. sicut ifūdit turbith ī succo cucumeris asinini: ⁊ magnificat vt⁹ ei⁹ in educendo materias a remotis. Et infunditur hermodactylus in aceto sqlle: aut succo ei⁹: aut succo raphani: ⁊ acqrit eis virtus magna in iūcturis. Et infundit agaric⁹ in secaniabin: ⁊ fit vigorosior.

Scđm iuuamētum qđ acqrit medi. per infusionē.

¶ Ponit aliud iuuamētū qđ ex infusione acqrit med. infuse: secaniabin. i. oximel simplex. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et qñq; facit infusio medicinā esse lubricā: sicut qñ imbibit coloquintida: ⁊ ꝓprie interius eius in glutino dragaganti: et facit ne adhereat villis stomachi: ⁊ pertrāseat: ⁊ nō noceat ano ⁊ vesice: ⁊ sicut infunditur scamonea in oleo violato ⁊ similia.

Tertiū iuuamētum qđ acqrit medi. per infusionē.

¶ Ponit tertium iuuamentū simile: ⁊ ꝓprie interi⁹ ei⁹. i. pulpa coloquintide. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Relinquit aūt dispō rei p ifusionē in re quā infundit: qñq; res hūiditatē habētes recipiūt vtutē rei submersē i ipsis: sicut verbi grā infundit aloes ī qbusdā succis acqrētib⁹ post illud virtutez aloes ⁊ ꝓpinat illa infusio: ⁊ fit illud ꝓpter multas vtilitates vt rei: aut vtus facilius penetret ad ptes lōginquas: sicut ifusio aloes in aqs spērū alefanginarū: aut vt minor fiat: sicut ifundit scamonea ligata ī pāno ī coctiōe alicui⁹ rob vel syrupi: aut vt sepet ꝓprietas a ꝓprietate sicut in ifusiōe reubarbari ⁊ myrobalanorū videm⁹. Sepat eñ ab eis virt⁹ solutionē faciēs: ⁊ cadit in infusionē remanēte re cōtractionē faciēte in residuo. Et qñq; nō tm virt⁹ ⁊ ꝓprietas cadit in infusionē: sed etiā alicuius rei corpulētia: vt patet in infusione casie ⁊ tamarindorum ⁊ similiuz.

Qualr bonitas relinquitur rei infuse.

¶ In parte ista ostēdit qualiter bonitas p infusionē acq̄ritur rei in qua facta est infusio. Et prio hoc declarat magis in gñali. scđo in spāli. scđa ibi. Aut vt rei virt⁹. Recipiūt. i. apte nate sunt recipere: lege totū simul. aut supple fit illud ad partes lōgīquas: nā aloes de sui substātia nō hz qđ penetret ad lōginqua: quare cum admiscet aliq̄ speciērū aromaticarū subtiliat eius substantia; vñ facili⁹ penetrat rob. i. succo fructuū vel syrupo aliquo: ⁊ dimittit ibi stare per totā noctē: postea tollatur. circa qđ qñq; infirmus debilis est in virtute patitur etiā superfluā inflāmationē: aut etiā medicina de se est superflue calida: sicut est scamonea: vnde timem⁹ dare hāc medi. solu. solā. vnde eam infundimus in liquore aliquo: ⁊ dimittim⁹ eā stare ibi aliquātulū: postea colamus ⁊ colaturā exhibem⁹ pacienti: ⁊ nō substantiā medi. vnde talis medi. soluit sicut si daret in substātia licet nō tantū. ⁊ ideo qñ infirmus est aptus ad nauseam ⁊ ad vomitū: aut etiā est multū debilitatus: ⁊ non vult sumere medi. solā: tunc eam infundimus: aut in brodio ciceris vel alterius rei in qua decocte sunt species aromatice: ⁊ tunc eam sibi exhibemus proprietas. i. virtus cōtractionē. i. constrictionē. casiefistule: nam cum casiafistula sit substātie mollis ⁊ subtilis cōtingit ꝙ qñ ipsa ponitur in liquore ⁊ colatur ꝙ in colatura vadat de substantia ipsius ⁊c.

¶ De rectificatione medicinarū cum modis triturationum. Capitulum. iiij.

Trituratio aūt multū cōfert ad hoc qđ intendis de rectificatione medicinarum.

De rectificatiōe medic. p trituratiōez.

¶ Postq̄ Mes. docuit rectificare med. solu. ex tribus modis artificij. s. ex decoctione lauatione ⁊ infusione: in isto caplo est eius intētio eas rectificare cū quarto modo artificij. s. cū trituratione. ⁊ primo ꝓponit qđ intēdit simul etiā ponens quandā diuersitatē triturationis medi. ⁊ in scđa parte exeqtur. scđa ibi. Sūt enim quedam. prima pars patet. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sunt eñ quedā in qb⁹ nō opz vt multa elaboret trituratiōe. Et sunt in qb⁹ necessaria est multa trituratio. Et sunt in qb⁹ mediocris. Etenim tibi supest scire qđ dictū est: qm sunt q̄dā quarū virtus cito tollit vt sunt debilis texture: ⁊ hmōi nō multa indigēt trituratiōe sicut scamonea antiochena bona. Verū i grossa expedit vt pl⁹ in triturādo isistas. Oia eñ q̄to plures vel min⁹ sunt grossa vel subtilia tāto plures vel min⁹ ope triturationis indigēt.

Qualiter aliq̄ sunt medi. que parua idigēt triturationē: ⁊ q̄dā mlta: ⁊ q̄dā mediocri.

¶ In parte ista exeqtur: ⁊ primo ostēdit modū ⁊ causam quare sunt alique medi. que nō multū egēt trituratione. ⁊ in scđa parte explicat necessitatē triturationis medic. scđa ibi. Officij autē. Quarū virtus cito tollitur: aut scz quia ipsa est valde posita in superficie: aut sunt debilis texture. nam ex eis cito earū virtus euaporat ꝓpter debilem texturā pororum ipsarū sicut apparet maxime de musco: nam si solus trituretur ⁊ ꝓcipue multū cito eius virtus tollitur ⁊ euaporat ex debili ipsius textura. ⁊ ideo ipse debet triturari cum zuccaro: aut cum alia re que habeat inspissare virtutē eius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Officij aut triturationis necessitas triplex est. Aut est vt miscibiliū in vnū melior fiat sigillatio. Aut vt medicinis aliqua proprietas acquiratur. Vel vt in eis aliqua malitia reprimatur.

Propter tria triturātur medicine.

¶ In pte ista explicat nobis necessitatē ⁊ vtilitatē triturationis. ⁊ prio ꝓpōit has necessitates ⁊ vtilitates triturationis. scđo eas declarat. scđa ibi. Exēplū pmi. i vnū. i. ī vnā formā acqrat. s. quā ꝓprietatē illa medi. so. nō hz. Et est sciēdū ꝙ ista triplex necessitas ⁊ vtilitas triturationis med. nō solū applicari pōt med. solu. sz etiā pōt applicari cuicūq; alteri medici. siue sit alteratiua siue digestiua alteratiuis: aut ex pmis q̄litatib⁹: aut scđis: aut tertijs. oīs ei triturat pp istas tres cās: tñ magis hoc dz applicari medi. so. eo ꝙ de eis est h ꝫmo. Sufficiētia aūt istaꝝ cāruz hr hoc mō: nā trituratio ī med. aut fit cū ipa ē ꝯponibilis cū alia: aut nō: si prio mō sic ē pma necessitas triturationis. Si aūt hec trituratio fiat pp vtilitatē medi. ī se: ⁊ nō vt ipsa ē ꝯponibilis cū alia: hoc ē dupl'r: aut ei fit vt acqrat vtilitatē quā nō hz: ⁊ sic est scđs mod⁹ triturationis: aut vt ꝑdat malitiā quā hz. ⁊ sic est terti⁹ modus. ¶ Scđo est aduertēdū. dicit eñ ꝙ necessitas triturationis est sic vt miscibilia meli⁹ in vnā formā trāsmutent. causa huius est duplex: naz miscibilia nō bñ reducunt in vnā formā nisi p alterationē ⁊ cōmixtionē cuiuscūq;. si ergo vnūqdq; eoꝝ ꝟuet suā naturā

nunq̄ in

nūq̄ȝ in vnū poterūt cōueniri.⁊ iō opꝫ ꝙ alterent̄ ⁊ trāsmutent̄ adinuicē: ita ꝙ trāsumpta a sua natura acq̄rāt d̄ nouo aliā naturā positiuā.hoc aūt fieri hꝫ ꝑ reductiōeȝ ipsaꝝ ad vniuscuiusq̄ȝ ipsaꝝ triturationē:sic eñ magis alterāt̄ a sua natura:⁊ ī aliquā vnā naturā ꝯuertunt̄:⁊ iō Auic.i.v. cano.cap̄.de cōpōne tyriace.laudat dissolutionē siue diuisionē med.ad minima eā cō ponētiū.scd̄a cā pōt esse.nā ꝑ triturationē⁊ diuisionē ipsaꝝ minimū ipi⁹attigit minimū alterius.q̄re tūc facil'r a sua natura ꝑmutantur ⁊ acq̄runt vnā formā.nā reb⁹naturalibus q̄ȝto agēs magis attingit passum ad minimū ipꝫ etiā magis attingit:⁊ in ip̄o forti⁹ agit ⁊ facilius alterat passum. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Exemplum primi est trituratio tyriace ⁊ aliarū medicinarum.

¶ In pte ista declarat istas tres necessitates triturat̄iōis ⁊ ꝑmo vnā:⁊ scd̄o aliā.tertio vltimā.scd̄a ibi. Exēplū scd̄i tertia ibi. Exēplū tertij.trituratio tyriace.i.rerū ⁊ medicinaꝝ q̄ ī tyriaca īgrediūt̄ qñ sunt bñ pistate ꝫ qd̄ opꝫ sicut etiā ponit Aui.in.v.cano.de tyriaca. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Exēplū scd̄i. Inq̄t Gal. Instit̄i vltīe triturādo ⁊ puluerizādo ciminū ⁊ cū eēt nature solutiuū fcm̄ est vrīe ꝓuocatiuū. Ego dico ꝙ aliqñ aliqd̄ acutoꝝ solutiōeȝ faciētiū vltio puluerizatū acq̄rit ꝓprietatē post illud vt fiat magꝭ penetrās ⁊ repat ad alias partes in quas nō poterat pri⁹ ⁊ ꝓuocet per illas.

¶ In parte ista declarat secūdā necessitatē triturationis Inq̄t Ga.s.in quarto de regimīe sanitatis .ibi eñ describēs ꝯpositionē diacalamēti dicit ꝙ si med.ꝯponētes ip̄m triturent̄ ꝙ ip̄m valet ad digerēdū hu.crudos q̇ sunt ī stomacho:⁊ in ītestinis ⁊ in meseraicis:⁊ si tales medi.vltīo triturent̄:tūc earū virtus valde penetrat ad lōginqua.vñ fiūt postea vrine ꝓuocatiue euacuātes hu.qui sunt ī gibbo epatis ⁊ vijs renū ⁊ poris vrinalibus:hoc etiā ꝯtingit de reubarbaro.nā ipsum grosse trituratū soluit vētrē:sed subtiliter puluerizatum ꝓuocat vrinam siue per vrinales vias:⁊ ideo hoc est bonū documētū medico.nā quādo ip̄e vult per aliqd̄ medicamē solutiuū euacuare hu.q̇ sunt in gibbo epatis aut in renibus ꝑ vias vrinales dꝫ id medicamen solutiuū vltimo triturare ⁊ cribellare per sindoneȝ ⁊ cum liquore aliquo ipsum ꝓpinare:⁊ ideo qñ velles hu. existētes in meseraicis euacuare aut in gibbo epatis ⁊ intestina essent debilia aut parata ad dissinteriam:ita ꝙ nō posses eas euacuare ꝑ intestina est licitum facere med.solu.vltime trituratā:vt.s.posset illam materiā per vrinales vias euacuare.si auteȝ iste vie renum ⁊ vrine sint debiles dabo solutiuū id in grossa substātia ⁊ frustulis ⁊ euacuabo eos per ventrem ⁊ precipue etiam si non sunt intestina debilia ⁊ apta ad egrotādū.hoc etiā pōt intelligi de oīb⁹ alijs euacuationibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Exēplū tertij. Inq̄t fili⁹ Serapionis. Opꝫ vt cologntida:⁊ ꝓprie interi⁹ ei⁹ vltīe pulueriȝet:⁊ neq̄ȝ sit ꝯtētus aliq̄s in īsufficiētia triturati̅ōis ei⁹. Pars eñ sensata ex ea adheret in villis stomachi:⁊ inuolutionib⁹ intestinoꝝ:⁊ ex ea quā inuenit in humiditate imbibita inflat̄ ⁊ apostemat:aut vlcerat loca. Trita v̇o vltima cōtritione nō operat̄ illud. — *Qualr̄ cologntida vltime est puluerizāda.*

¶ In parte ista declarat tertiā necessitatē ⁊ vtilitatē triturati̅ōis:⁊ ꝑmo facit hoc.scd̄o ponit quādā cām gñaleȝ attendēdā in trituratiōe ip̄a.scd̄a ibi. Trituratio aūt oīs.prima ī duas.ꝑmo facit hoc.scd̄o d̄cidit quādā dubitationē. scd̄a ibi. Rauedsceni v̇o.⁊ nō sit cōtētus ⁊c.quasi dicat ꝙ nullo mō pōt ipsaȝ coloquintidā vltime triturare:ꝫ tamē q̄ȝto pl⁹ triturat̄:tāto meli⁹.pars eñ sensata.i.mobilis.⁊ īnuolutiōib⁹ītestinoꝝ.i.ītestinis īuolutis:īflat̄ sicut appet in cucurbita exiccata.nā ea ei assimilat̄ ip̄a eñ cucurbita sicca qñ ponit̄ ī aliquo loco hūido īplet̄ ⁊ inflat̄:sic etiā est de coloq̄ntida.nā qñ ip̄a ꝑuenit ad loca hūida vt ad ītestina ꝑcipue ex hūiditatib⁹īplet̄ ⁊ ībibit̄ ⁊ īflat ⁊ sui acumine mordicat ītestina ⁊ ea vlcerat:dolorē etiā īducit q̄re attrahūt̄ ibi hu.⁊ sic apostemat.ē tñ dubiū vtrū coloq̄ntida īterius exhibita ꝑ os debeat vltīe triturari vel parū:⁊ vr̄ alicui ꝙ paꝝ:q̇ tūc nō sic penetrat ad mēbra nobilia ⁊ principalia vt interficiat.interficeret autē si multū trituraret̄. cōtrarium huius ponit filius Serapio.solutionem tamē huius questiōis ponit in secūdo tractatu.scd̄a summa ca. de coloquintida. ¶ Deinde cum dicit. — *Utrum coloquītida ꝑ os exhibenda sit vltime triturāda.*

¶ Rauedsceni v̇o habet contrariū huius quod diximus de scamonea:quod enim ex eo est purius ⁊ grauius melius est ⁊ bene tritū vigorosius:rarū vero ⁊ laxum multū redactum in puluerē non retinet aliquid de virtute de qua sit curandum. — *Reubarbaꝝ subtiliter debet puluerizari.*

¶ Dubitationē decidit.posuerat supra qd̄ sca.bona non dꝫ vltimo triturari:sed mala ⁊ grossa sic.⁊ iō crederet aliquis qd̄ hoc etiā haberet verū in oī alia medi.so.rñdet ꝙ nō rauedsceni.i.reubar.bñ triturarū vigorosi⁹ est.nā ip̄m habet multū purgare epar.⁊ ideo qñ bene triturat̄ ad oēs partes epatis facili⁹ penetrat. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Trituratio autē omnis qualiscūq̄ȝ sit oportet vt fiat cum facilitate:⁊ cōmēsuretur substantijs terendorum. Laboriosa vero resoluit virtutem. — *Canō generalis.*

¶ Ponit quēdā generalē canonem attendendū in triturati̅one ipsa:siue continuat quod dixerat in pricipio capituli non est vis.quod dicitur notum est.

¶ Intētio.iij. Sermo vniuersal' nocumētoꝝ redūdātiū corpi in hora purgatiōis:⁊ ꝯtinet tria capl'a.

INquit filius Mes. Obuiandū post ista malis accidentibus:que superueniūt in haustu medicine:⁊ sunt accidētia terroris ⁊ timoris ⁊ elementū ⁊ materia egritudinum multarum ⁊ senij ⁊ mortis tempestiue.

¶ Postq̄ȝ Mes.docuit ꝯsolari medi.so.anteq̄ȝ corpi approximentur:in ista trituratione tertia dat cōuenietem modū approximatiōis earū ad corp⁹:vt ꝑ hoc possim⁹ resistere malis accidētib⁹ eaꝝ qñ iam sunt corpi approximate:⁊ prīo ꝑmittit q̄dā necessaria suo ꝓposito.scd̄o suū ꝓpositū exeq̄t̄.scd̄a ibi. Afferam⁹.vel alr̄. prīo ꝓponit cognitionē taliū accidētiū q̇ aduenīūt ex assumptiōe medi.ponēs etiā casus taliū accidētiū.scd̄o docet talib⁹ accidētibus subuenire vel ꝑuenire.scd̄a ibi. Afferam⁹ in sequēti ⁊ in fine lectiōis.pria in duas.prīo ꝑmittit nocumēta q̄ adueniūt ex indebita assumptiōe me.ponēs etiā casus taliū accidentiū.scd̄o declarat taliū accidētiū causas.scd̄a ibi. sunt hec. Et haustu assumptiōe terroris.s.medici ⁊ infirmi ⁊ astātiū.nō ei est medic⁹ q̇ nō terreat:nā est ꝙ qñq̄ȝ medicus exhibet alicui me.so.debilē:ante assumptionē ei⁹ superuenit fluxus vētris.postea dat̄ medi.patienti.vñ si pri⁹ habebat malū mō habebit peī⁹:⁊ forte ide moriet̄.vñ de hoc nō inculpabit̄ medicine sed medico ⁊ medi.⁊ materia non ex qua nec in qua sed ⁊ multarū egestionū. ¶ Deide cū d̄t. — *Continuatio.*

¶ Et sunt hec. Aut quia mouet ⁊ nō expellit. Aut quia indebite ⁊ laboriose soluit. Aut quia soluit vltra q̄ȝ oportet ⁊ vltra necessitatis indigentiā:imo est consequens vltimitatem. — *Nocumēta q̄ interdum accidunt ex haustu medicie.*

¶ In parte ista ponit modū siue cās ꝓpter quas med.so. inducit ꝑdicta nocumenta. Et primo facit hoc ponēs tales modos propter quos talia nocumēta īducit.scd̄o declarat causas illoꝝ.scd̄a ibi.quaꝝ q̇dē.aut q̇ mouet.s.malos hu.⁊ nō expellit.nā res nociue dū mouet̄ maximū inducūt nocumētū vt apparet de festuca in oculo:vt ponit Gal.quinto de accidēti ⁊ morbo.⁊ in libello de expo.⁊ iō tūc medicina est cā taliū nocumētoꝝ ꝑ accidēs agitādo s.illos malos humores. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quoꝝ q̇dē euentus ex causis trib⁹ ꝯtingit. Uel ꝓpter incōueniētiā que est ex parte medicine. Uel ꝓpter incōueniētiā que est ex parte suscipiētis:vel ꝓpter incōueniētiā accidētiū supueniētiū vtrisq̄ȝ. Et tibi superest illud scire. Cōmēsuratio autem in oībus istis est causarum grandiū que corpus incolume reddit. Et tibi adhuc superest scire illud. — *Propter tria accidūt talia nocumenta.*

¶ In ista parte causas illorū modorū declarat siue declarat causas causarū taliū nocumētorū.⁊ ꝑmo has causas ꝑmittit.scd̄o illas declarat.secūda ibi. Incōueniētia.vel

potest dici q̄ in secūda parte declarat qḋ dixerat. p̄ma in duas. p̄io facit hoc. scḋo declarat illas esse cās nocumētoꝝ eo q̄ imposite sunt cāe nocumētoꝝ. scḋa ibi. Cōmēsuratio quoꝝ q̄dē scꝫ nocumētoꝝ. ⁊ turpe tñ videt᷑ medico qñ istis accidētibꝰ q̄uocūqꝫ adueniāt nō pōt subuenire: vel nō vult: tunc videt᷑ hoībꝰ eum ignorare. cōmēsuratio lege simul. cōmēsuratio. i. recta: ⁊ cōmēsurata exhibitio talium medicinarum. ¶ Deinde cum dicit.

Quare ex haustu medi. accidūt nocumēta

¶ Incōueniētia aūt q̄ est ex p̄te medicie est: aut qꝛ est ex genere malignarū: aut si nō est talis nō est forsitan cū cōditiōibꝰ vel ꝓportionibꝰ artificialibus: quarū rememorati sumꝰ. Et tibi supest vt vitare ītēdas: in qbꝰ neqꝫ ars neqꝫ aliud auxiliat᷑. Et in non vitādis obseruare ꝯditiones ⁊ ꝓportionū modos.

¶ Declarat hic Me. istos tres modos: ⁊ p̄mo oñdit q̄uo medi. de se īducere pōt p̄dicta nocumēta. scḋo oñdit q̄uo ex parte corporis suscipiētis eam possunt dicta accidētia euenire. tertio oñdit q̄uo hec ꝯtingit ex p̄te vtriusqꝫ. scḋa ibi. Ex parte aūt suscipiētis. tertia ibi. Ex parte aūt accidentiū ꝓportionibꝰ artificialibꝰ: siue iste modus artificialis fit p̄ modū cōpositiōis aliarū medi. cū ea siue p̄ modū alteratiōis soliꝰ medi. so. cū habeat p̄ decoctionē: aut p̄ lauationē infusionē vel triturationē: de vtroqꝫ eñ modo artificiali p̄parationis medi. solu. hic intelligit: neqꝫ aliud auxiliat᷑. ⁊ has p̄tes posuit in p̄mo capl'o huiꝰ libri. cōditiōes taleo q̄tū ad modū p̄parationis ipsarū p̄ alterationē ⁊ ꝓportionū modos q̄tū ad modū p̄parationis ipsaꝝ per cōpositionē aliarū cum ea. ¶ Deinde cū dicit.

Quare nocumēta accidūt ex haustu medi. ex parte suscipiē tis.

¶ Ex p̄te aūt suscipiētis error supuenit: aut qꝛ est eoꝝ q̄ ꝓhibent᷑ a pharmacia: aut si p̄paramēta ad eaꝫ nō p̄cesserūt q̄ ƀm vitatē corpus a pena securū reddūt: ⁊ sunt ꝓprie materie euacuāde adequatio: ⁊ canaliū: ⁊ ductuū necessarioꝝ p̄paratio: ⁊ facere nature obediētiā ⁊ ꝯsuetudinē lenitatꝫ. Ex p̄te aūt accidētiū forinsecoꝝ error ꝓuenit sicut ī malo regimine: qḋ fit in vsu sex rerū nō naturaliū quas scis.

¶ Ostendit qualiter ex parte suscipiētis medicinā solutiuā possunt accidere nocumēta; prohibent᷑ a pharmacia sicut trauli ⁊ vniuersaliter parati ad colicam passionem. adequatio. i. digestio in nocitiuo talis materie: ⁊ canaliū cōductuū ⁊c. i. vt medi. sint apte: sic ne intestina per que debet fieri euacuatio sint plena stercore: ⁊ precipue duro aut hu. grossis ⁊ viscosis: qḋ dicit᷑ in vltima est notū ⁊c.

¶ Intentionis tertie si medicina mouet et non euacuat. Capitulum. i.



Afferamus igitur hic sermones exponentes vnāquāqꝫ harum diuisionum. et primo si medicina solutionem nō fecerit: aut fecerit tardam.

¶ Postq̄ Jo. Mes. in p̄cedenti cap̄. ostendit quot ⁊ que nocumēta possunt euenire ex operatione medi. sol. qꝛ scꝫ sicut est causa multarū egestionū est etiā causa euentus subite ⁊ tēpestiue mortis: posuit etiā curas taliū nocumētorū. In p̄te ista exequit᷑ docēs ꝓhibere dicta nocumēta. ⁊ diuidit᷑ in duas. qꝛ p̄mo docet his accidētibꝰ subuenire. scḋo docet subuenire egritudinibꝰ q̄s inducūt simul etiā docēdo subuenire sincopi quā inducit ⁊ etiam feruo. scḋa ibi. Bene multa inq̇t filiꝰ Me. egestionū aūt q̄ hereditāt. primo in duas. p̄mo p̄ponit intētionē suā. scḋo exequit᷑. scḋa ibi. Tūc fit illud. harū intētionū super que sunt ad obuiandū talibꝰ accidētibꝰ: aut fecerit tardā: ⁊ per solutionē tardā nō solū intelligit solutionē diminutā q̄tū ad tp̄s: immo etiā intelligit solutionē diminutā quātū est ex parte quātitatis: qꝛ parū euacuet. ¶ Deinde cū dicit.

Quare medic. interdū solutionē non facit: aut tardā facit.

¶ Tunc fit illud aut ꝓpter debilitatē virtutis nō potētis opari in medicinā: quare nec ea in ipsam: aut ꝓpter vētositatē grossaꝫ subleuātē corpus medicine: aut ꝯculcātē in occultis vacuitatibꝰ corporis ⁊ poris: ⁊ fit causa ad febres putrefactionū et sincopiꝫ ⁊ mortē festinā: aut qꝛ expulsiua debilitat᷑: aut ꝓpter oppilationē ⁊ cōstipationē ī vijs ⁊ canalibus expulsiōis: aut ꝓpter materie inobediētiā ad expulsionē: quare fit cōmotio ⁊ agitatio in ea: ⁊ nō expellit᷑ imo dilatat᷑ ⁊ multiplicatur in corpe: aut qꝛ medicīa est debilis ī se ⁊ remissa in opatiōe sua.

¶ In parte ista exequitur ƀm ordinem datū: ⁊ diuidit᷑ in tres. primo docet subuenire nocumētis medi. solu. quādo ipsa debiliter vel tarde euacuat aut nō euacuat. scḋo docet eis subuenire quādo medicina laboriose euacuat. tertio docet eis subuenire quādo medi. superflue euacuat. scḋa ibi. Medicinarū aūt indebite ⁊c. In sequēti capl'o. tertia ibi. Superflue. prima ī duas. p̄io notificat modos q̇bꝰ accidūt nocumenta ex medicina que soluit ⁊ nō euacuat. secūdo docet talibꝰ nocumentis subuenire. scḋa ibi. Et tibi superest. p̄ia in sex partes si volumꝰ ƀm qḋ sex modos vel causas noīat q̄re medicīa data nō soluit: aut si soluit soluit debiliter. p̄tes patēt: ⁊ oēs simul legit. Tūc fit illud qḋ medicina non soluit vel soluit debiliter debilitate virtutis. s. alteratiue vel digestiue. naꝫ medicina ipsa cū sit in poro respectu nostri corporis tñ hoc differēs a veneno absolute ad hoc vt operet᷑ euacuando indiget reductione ad actū. et sic per alterationē factā a calore stomachi ⁊ virtute digestiua eius subleuantem. ⁊ per ꝯñs ꝓhibentē medi. descēdere ad inferiora simul cuꝫ humo. ab ea attractis: ⁊ fit causa ad febres ꝓpter. s. retentionē humorum qui non sunt euacuati: aut quia expulsiua. s. intestinorum ⁊ stōrū. nam cū medi. nō euacuet humores nisi incitando expulsiuam si expulsiua erit debilis nō poterit euacuare vel debiliter euacuabit. aut ꝓpter oppilationē ⁊ ista oppilatio potest esse in intestinis a fecibus duris ⁊ siccis sicut quādo ibi essent squibale: aut ab hu. grossis ⁊ viscosis in obediētia materie: quia scꝫ non est digesta: aut scꝫ quia nimis viscosa: vnde adheret. aut qꝛ nimis subtilis: vñ imbibit᷑: aut nimis grossa vñ figit᷑ immo dilatat᷑ ⁊c. eo q̄ cū alijs humoribꝰ permiscet᷑ humor q̇ debet euacuari. vnde eos inficit: quare multiplicatur in corpore talis materia. Sufficientia aūt istarum causarū quibꝰ medicina vna soluat debiliter aut non soluat est ista. nā ad hoc q̄ medi. soluat conueniēter requiruntur tria. s. medicina ipsa: virtus corp̄is ⁊ materia que euacuatur. Si ergo medicina debiliter euacuat aut non euacuat aut hoc est ex p̄te virtutis aut ex parte materie aut ex parte medici. si hoc est ex p̄te virtutis: ⁊ hoc dupliciter aut ex parte virtutis ƀm se aut sui intrīseci: si sit ex parte virtutis ƀm se hoc est dupliciter: vel ex parte virtutis digestiue vel expulsiue. si p̄io mō sic est p̄ia. si scḋo modo sic est tertia causa. Si aūt hec ꝓhibitio vel debilitatio sit ex parte instrumenti intrīseci hoc est dupliciter. aut enim ex parte instrumēti intrinseci preter naturam ⁊ obuiantis. aut ex parte instrumēti ƀm naturā. si primo mō sic est secunda causa que est ex parte ventositatis. si secūdo modo est quarta causa que se tenet ex p̄te oppilatiōis canaliū. si autē med. debiliter operat᷑ ex parte materie que dꝫ euacuari sic est q̇nta causa. si autē medi. debiliter euacuat ex parte suimet sic est vltima causa. ¶ Deinde cum dicit.

Ad hoc q̄ medic. soluat conueniēter tria requirunt᷑

¶ Et tibi superest ista comprehendere ⁊ corrigere ƀm meliorem possibilitatis modum.

¶ In parte ista docet his accidētibꝰ subuenire p̄ remotionē causarū ꝓhibētiū solutionē: ⁊ p̄io facit hoc qñ ista medi. debilit᷑ euacuās aut nō euacuans est leuis virtutis. scḋo qñ ipsa est fortis v̄tutis. scḋa ibi. In fi. lectiōis. Verū si me. ⁊c. P̄ia in duas. p̄io docet his accidētibꝰ subuenire qñ medi. euacuat lenīēdo vel lubricū faciēdo. Secūdo hoc idem facit qñ medi. euacuat comprimēdo. secūda ibi Si aūt medi. fuerit. Prima pars hꝫ partes tres. primo ꝓponit his accidētibus esse subueniendum. scḋo docet eis subuenire per remotionē predictarum causarū. tertio dubitationi r̄ndet siue errorem decidit. scḋa ibi. Nā si hoc fuerit. tertia ibi. Si aūt etiaꝫ cū his comprehendere ista. i. cōgnoscere. nō eniꝫ aliqḋ preter naturā pōt a corpe remoueri nisi prius cognoscatur. ¶ Deinde cum dicit.

Quidagēdū qñ medi. nō operat᷑ ꝓpter debilitatē virtutis.

¶ Nam si hoc fuerit ꝓpter debilitatē nature: ⁊ huiusmodi signū est res que cadit in sensu sicut cōuale scētia aut aliqd simile. ⁊ si fuerit medicina earū que

faciūt suā

faciunt suam operationem lēbificādo ⁊ lubricū faciendo exhibitio rei cibalis confortātis ilico: et vigorantis naturam post potū aque nō veri frigoris medicinam in effectu suo adiuuat.

¶ In pte ista docet talibꝰ causis subuenire: que qdē sunt cause quare medicina dbiliter euacuat aut nō euacuat: ⁊ ꝑ cōsequēs ex hoc īducit mala accidētia. Et primo docet remouere impedimentū huius medicine: quando debiliter euacuat ex parte ꝟtutis que est debilis. Scdo hoc idē facit qn̄ hoc impedimentū ꝓuenit ex parte ventositatis ⁊ male qualitatis humorū. Tertio hoc idē facit qn̄ hoc impedimentuz ꝓuenit ex pte ꝟtutis expulsiue qn̄ est debilis in expellēdo. Quarto hoc idē facit quādo hoc impedimētū euenit ex cōstipatiōe viaꝝ. scda ibi. Si aūt fuerit causa huiꝰ vētositas. tertia ibi. Si vaūt expulsiua debilitaꝛ. qrta ibi. Si aūt ꝓpter cōstipationē nature idest virtutis alteratiue debētis eā reducere ad actū. res que cadit in sensu. i. res q̄ apparet ad sensum. cōualescētia: nā vniuersaliter in cōualescētibus sicut que sunt cōualescētes post feb. ⁊ precipue acutas: hec inest ꝓprietas nature cōualescentiuz vt autores ponūt ⁊ ṗcipue Gal. in tegni vltimo cap. s. resumptiua ꝟo ⁊c. ꝙ in eis virtus est debilis ꝓpter mēbrorū cōsumptionē ⁊ resolutionē caloris ⁊ spirituū factā ex fortitudine egritudinis: vt vsqꝫ hic tāgit cognitionē debilitatis opationis medicine qn̄ est ꝓpter debilitatem virtutis alteratiue siue digestiue. res cibalis: nō āt dixit cibi absolute: nā hic cibus nō dꝫ esse oīno cibus: sed dꝫ esse cibus medicinalis habēs. s. vim alteratiuā qualitatis medi. ⁊ etiā qualitatis corpis ꝯualescētis: nec etiā hic dꝫ eē exhibitio rei medicialis absolute: eo ꝙ hec debilitas opatiōis medicine sit ex debilitate ꝟtutis alteratiue vel digestiue: ⁊ iō dꝫ exhiberi talis q̄ confortat virtutē stomachi alteratiuā que etiā alteret dispositionē corporis ⁊ medi. talis aūt res est cibalis siue medicina cibalis: q̄ qdē est facilis digestionis sicut ius carnis pulline ⁊ ꝑdicū vel vitella ouorūz ⁊c. ex eis eñ acqriꝛ duplex iuuamētū: vnū est qꝛ virtutē confortāt: scdꝫ qꝛ ex substātia eoꝝ liqda ponitꝛ medicia q̄ erat debilis ad euacuandū debite ꝑ secessum lauando: ⁊ ex eis verbis Me. docet his accidētibus prouenientibus ꝑꝑ debilitatē virtutis subuenire post. s. cibū iam digestū potūqꝫ aque nō veri frigoris. s. vel in actu vel in potētia. primo dico ꝙ nō dꝫ esse veri frigoris i actu: sꝫ tepida vel calida parum: nā si hec aqua esset actu frigida extingueret naturalē calorē stomachi: ⁊ virtutē medicine ⁊ ṗcipue de his medi. de quibus est hic sermo que scꝫ euacuāt leniēdo vel lubricū faciendo non deberēt esse actu multum calida: quia scꝫ caliditate resolueret naturalē calorem: ⁊ ideo dꝫ esse tepida aut plus q̄ꝫ tepida: ne. s. tepida existens vomitū induceret. dico etiā similiter ꝙ hec aqua nō dꝫ eē veri frigoris in potētia: neqꝫ vere calida in potētia: nam si esset multū frigida i potētia debilitaret naturalē calorē stōachi ⁊ ꝟtutē eiꝰ alteratiuā: nec dꝫ eē multū calida i potētia: ⁊ hoc ꝙ resoluendo naturale calidū debilitaret etiā virtutem medicine q̄ etiā debilis est in soluēdo: ⁊ ideo debet eē tēperata inter caliditatē in potētia ⁊ frigiditatē i potētia: ⁊ hoc mō cū aq̄ decoquimꝰ tales res q̄ acqrāt talē ꝟtutē potētialē in aq̄: sicut hoc modo ⁊ aqua ordei: ⁊ sic exponēdo cōcordat hoc dictū dicto Auicē. j. ca. fen. quarto capitulo de vijs siue regulis succurrēdi his q̄ fiunt a medicinis sol. nā dicit ipse ꝙ qn̄ med. so. assumpta nō euacuat debemus dare post ipam apozima eiusdē virtutis cū ea: ⁊ hoc etiā modo nos facimus: nā qn̄ alicui damus casiam tamarindos aut mannā: ⁊ ista non euacuat si hoc sit: qꝛ virtus est debilis damus cibū confortando virtutez sicut esset brodiū vel ius carniū ⁊ ṗcipue pulli: si aūt contingit ꝙ per istud ipsa nō euacuat: tūc damꝰ post comestionē cibo digesto apozima vt aquā ordei vel prunorū: consueuerūt tñ quādo hoc euenit propter istā causam ꝙ post comestionem soluunt: ⁊ virtute stomachi iam cōfortata: ⁊ iō qn̄ virtus est debilis damꝰ rē que sit cōfortās stomachū: sed si virtus esset fortis damus rē que sit virtutis abstersiue. ¶ Deinde cū dicit.

Proprium conualescētium post fe. acutas.

¶ Si aūt causa huiꝰ fuerit vētositas: aut qualitas mala significatur ex vētositatis vestigijs que precesserunt: aut male cōplexionis similis vel diuerse. Et cura est vt clisteribus vel vomitu expellatur: deinde redi ad ea q̄ ventositatis dissolutionem aut male qualitatis permutationem faciant ex eis que scis.

Quid agēdū qn̄ medi. debiliter soluit ꝑꝑ vētositatē

¶ Docet subuenire accidētibꝰ q̄ ꝓueniūt ex medicia sol. qn̄ debiliter ⁊ tarde operaꝛ: vel nihil operaꝛ rōne male q̄litatis humorū ratione vētositatis eam sursum subleuantis: vel ratione male qualitatis hanc rē aut male complexionis. s. humoralis. ex eis que scis q̄ quidē habēt carminare ventositatē aut digerere humores. ¶ Deinde cū dt.

¶ Si aūt expulsiua debilitatur: aut medicina est debilis in operatiōe sua aut remissiua damꝰ aquaz frigidaz non veri frigoris ⁊ post horam res ponticas cōpressiuas sicut cidōia pira ⁊ similia. Hec eñ medicinā cum virtute ad inferiora deponunt.

Quid agēdū qn̄ medicina debiliter soluit ꝓpter debilitatē expulsiue.

¶ In pte ista docet subuenire huic nocumenta med. sol. qn̄ debiliter opaꝛ ꝓpter debilitatē expulsiue aut suimet virtutis: ꝙ aquā frigidā non veri frigoris exponendo de his modis q̄ supra dicti sunt: nō aūt debemꝰ cibū dare sicut añ faciebamꝰ superiꝰ: nā hoc nocumētū nō euenit ꝓpter debilitatē virtutis alteratiue ⁊ caloris naturalis vt indigeamꝰ ꝓpter hoc cibo: sed potius debemꝰ dare aquā nō ꝟi frigoris in actu vel in potētia. postea res pōticas cōpressiuas. ⁊ hoc apparet maxīe in quodaz exēplo. fuit eñ quidā qui bene stetit octo diebꝰ ꝙ nō poterat assellare: et hoc crēdidit fuisse ꝓpter intestinorū expulsiuā debilitatē fuit sibi datus syrupus solꝛ. non assellauit: data fuit ei aq̄ ordei postea: parū post fuit datū sibi quoddā pure stipticū citoniū: ⁊ postea assellauit ꝯueniēter. ¶ Deīde cū dt.

¶ Si autē propter constipationē in vijs et canalibus hoc contigerit clisteria ꝰm quam exigit dispositio est melior cura. Et omne qd̄ remouet cōstipationem ex eis que dicemus.

Quid agēdū qn̄ medi. debiliter soluit propter constipationē.

¶ In pte ista docet subuenire nocumento medicine sol. debiliꝛ opantis: qn̄ hoc ꝓuenit ꝓpter cōstipationē in vijs ⁊ canalibꝰ: qꝛ. s. i intestinis. ꝰm quā exigit dispositio ⁊c. nā si oppilatio ⁊ ꝯstipatio sint in itestinis a stercore duro: tūc clisteria nō dn̄t ꝯponi ex aliq̄ medicia acuta vel carmīatia vel incisiua: sed ista clisteria debent esse lenitiua sicut clisteria cōia q̄ fiūt ex decoctiōe malue mercurialis ⁊ folijs violaꝝ: cui decoctiōi adijciꝛ mel oleū ⁊ sal. aut etiā posset fieri hoc clistere ex oleo simplici melle ⁊ sale. Sꝫ si ista oppilatio itestinoꝝ fit ab hu. grossis ⁊ viscosis sicut ꝯtingit in colica aut yliaca: tūc dn̄t clisteria esse cōstructa ex rebꝰ incisiuis ⁊ carminatiuis. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Si aūt etiā cū his adiutorijs solutionez nō fecerit nō timetur per eā lesio de qua sit curādū valde.

Hec dicta sunt d medicia que eūat leniendo.

¶ In pte ista ōndit ꝙ si ex dictis rebus medicina ipsa nō iuuatur in sui operatiōe ꝙ propterea inde nō est timēdū. nam hic est mentio de medicina que euacuat leniēdo aut lubricum faciendo. in istis autem non est timor cū nō sint venenose. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si autem fuerit medicina earū que soluūt cōprimendo voluerūt quidam ex prioribus si solutionē non fecerit vt sup eaz deꝛ aqua frigida qꝛ lubricare ⁊ descēdere facit acquirendo grauitatez ei: quare citius descēdet. Sed errauerunt illud simpliciter asserentes: q̄uis faciat illud liberos habentibus corporis ductꝰ. In habētibus tñ oppillationē: aut coangustationem in anfractuositatibus intestinorū: acqritur ex hoc maior coangustatio: quare in his est ꝓhibenda. Et tibi superest discernere illud. Dabimus igiꝛ tūc tepidā aquā: ⁊ qm̄ lubricare facit: ⁊ qm̄ per eā nō timebimꝰ illud. Et dicimus ꝙ oīs medicina cōpressiua qualiscūqꝫ sit si non soluit: time super eā lesionem et proprie quam facit possidere membruz anfractuosorū ductuum et viarum subtiliū. Conabimur igitur ipsam expellere: nunc cūz rebus ipaz lubricare facientibus ex eis quas diximus: nunc cū rebus ipsam ad inferiora trahentibus ex eis etiam quas diximus.

Quid agēdū qn̄ medicina est eaꝝ que soluūt cōprimendo ⁊ non soluit.

¶ In pte ista docet subuenire euatiōi ꝓhibite medicīe qñ.s. ipa euacuat ꝯprimēdo: ⁊ duo facit. pᷓo circa hoc ponit opinionē quorūdā ⁊ ipaȝ icrepat. scḋo oñdit: siue pōit opinionē suā ⁊ modū subueniēdi isti nocumēto. ibi. Dabimꝰ igit. pᷓia ī duas. pᷓo ponit eoꝝ opinionē. scḋo eā increpat. ibi. Errauerūt. legit oēs ptes simul cōprimendo sicut sunt myrobalani q̄.s. grauitate citiꝰ descēderet asserētes id simplr. i. vlr ductꝰ corpis liberos. i. vias liberas ⁊ ꝑcipue ītestioꝝ. āfractuositatibꝰ. i. vijs. maior coāgustatio: ⁊ ex pte intestioꝝ ⁊ ex pte medicine: hȝ em̄ coāgustare sui frigiditate. Hoc scire debes ꝙ si alicui sit data aliqua medicina euacuās cōprimēdo: ⁊ nō euacuat: tūc nō debemꝰ dare post ipaȝ aliā medicinā cōpressiuaȝ: eo ꝙ hec magis adhuc cōprimit ⁊ coāgustat meatꝰ. ⁊ hoc verū habet supposito ꝙ nō sit ibi aliqua res cogēs ipam medicinā cōpressiuā dare sicut ēt in diaria suꝑflue aut lienteria silr. ⁊ istā medicinā ꝯpressiuā nō debemꝰ dare ī habētibꝰ meatꝰ strictos: in eis em̄ nō debemꝰ euāre p medicinā cōpressiuam: qꝛ magis coāgustat: ⁊ iō si sint aliqua corpora dura ad secessuȝ nō debemꝰ in eis ad euacuādū dare medicinā cōpressiuā eo ꝙ maiorē stipticitatē vētris faciet ⁊ precipue añ cibū. vñ postea fit maior necessitas exhibēdi solutiuū fortiꝰ. ⁊ iō qꝛ in mulieribꝰ meatꝰ sunt valde stricti nō debemꝰ dare hāc medicinā cōpressiuā: in posterū em̄ inducunt strictură meatuū. inuenimꝰ em̄ in mulieribꝰ constringi mēstrua ex vsu myrobalanoꝝ. vtebātur em̄ eis propter passiōes capitis ⁊ stomachi. quare oportuit nos dare eis fortia solutiā: sȝ si canales sunt valde lati: tūc marie iuuāt talia corpa ex vsu cōpressiuoꝝ ꝑꝑ oppositā causam. aquā tepidā. nā aqua tepida siue calida parū lȝ tamē sit potentia frigida: tñ sui actuali caliditate dilatat ⁊ apit meatꝰ sui ēt substātia liq̄da lauat ⁊ lubricū facit: nō timemꝰ id. s. stricturā meatuū: ⁊ faciat sic vt ī aq̄ illa sit decoctio aliqua med. apertiā: aut hoc em̄ malū erit timere sup ea lesionē. s. vētris cōstipationē quā etiā dicimꝰ aut etiā quas dicemus: vt notum est ⁊c. ¶ Deinde cum dicit.

Quid agēdū qñ medicīa ē earuȝ q̄ soluūt dissoluēdo ⁊ nō soluit.

¶ Vex est etiā si medicina fuerit earū q̄ faciūt suā opationē dissoluēdo: ⁊ fuerit eaꝝ ad quas nō ē approximādū: ⁊ solutionē nō fecerit: opȝ vt angustiā generet ⁊ estuationē ⁊ motū q̄ ē sicut motꝰ spasmatoꝝ cū extēsione ⁊ retractione corporis: ⁊ facit motus laboriosos ī vniuersuȝ corpꝰ ⁊ dolorē capitis ⁊ scotomiā ⁊ dolorē oculorū: ita ꝙ videāt̄ q̄si expelli ⁊ morsum cordis ⁊ prefocationeȝ in quibusdam.

¶ Supꝰ Mes. docuit subuenire nocumētis q̄ ꝓueniunt a med. so. q̄ nō euāt: aut nō euāt nisi debilr ⁊ precipue qñ h medicīa euāt liniēdo lubricādo aut cōprimēdo. ī pte ista docet subuenire nocumētis med. so. qñ ipa ē fortis in euacuādo ⁊ nō euāt: ⁊ diuidit̄ ī duas. pᷓmo facit h qñ ipsa medicina ē fortis ⁊ venenosa. scḋo qñ ipa ē fortis ⁊ nō venenosa ita ꝙ pōt corpi exhiberi. ibi. At si medicīa. pᷓia in duas. p pᷓo pmittit nocumēta q̄ a tali medicīa ꝓueniūt. scḋo docet eis subuenire. ibi. Festinandū igit. Qḋ dicitur de prima parte notum est. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Festinādū est igitur tunc vt cito a corpore expellatur quāto citius poterit ⁊ hoc vomitu aut purgatione cum rebus incitantibus illā virtute qua melior fiat expulsio: ⁊ si fuerit ipsius motus ad superiora: cōpescātur motꝰ eiꝰ: ⁊ ad inferiora trahat̄ cum clisteribus ⁊ si necesse fuerit fortis attractionis.

¶ In pte ista me. docet his accñtibꝰ seu nocumētis subuenire: ⁊ pᷓo docet eis subuenire p ea q̄ euacuāt. scḋo docet eis subuenire p ea q̄ alterāt malā qualitatē ⁊ venenositatē ipsiꝰ medi. ibi. Et dicit ruffus q̄to citius poterit eo ꝙ ista talis medi. est venenosa ad supiora. ⁊ sic expellat̄ p vomitū cū vomitus nō est sufficiens. ¶ Deide cū dt.

¶ Et dixit ruffꝰ: qñq̄ȝ mltaꝝ taliū repmit̄ malitia potu aq̄ fride vehemēter ⁊ sessiōe ī ea ꝓpterea ꝙ frāgit acuitatē. Oīa em̄ q̄ eā frāgūt ⁊ acuitatē ⁊ inflammationē remouent ⁊ furiositatē ex eis que diximus ⁊ ex eis que dicemꝰ ad hoc cōferunt. similr tyriace species: ⁊ sicut iam diximus in proximis capitulis.

¶ In pte ista docet accidētibꝰ subuenire per ea que alterāt eiꝰ malā qualitatē ⁊ nō euacuāt: tyriace species. i. medicine tyriace: sunt enim quedā medicine que sunt tyriace vt agaricus aut coloquītida aut scamo. ⁊ etiā aliaꝝ medi. venenosarū: vt ipe ponet īfra. ¶ Sȝ hic est dubitatio vtrū aqua frigida sit cōueniēs post exhibitionē medi. sol. que venenosa est qñ soluit aut debiliter ⁊ tarde soluit. ⁊ videt̄ ꝙ nō. illud nō est ꝯueniēs quādo medi. so. nō euacuat qḋ facit cōstrictionē vētris: sed aqua frigida est huiusmodi. quare ⁊c. maior est nota: mīor apparet: nā posuit supra in hoc cap̄. ꝙ pōst exhibitionē me. euacuātis cōprimēdo nō dȝ dari aqua frigida: eo ꝙ angustat meatꝰ ⁊ canales: non em̄ videt̄ etiā quod debeat fieri balneum in ipsa: aut sessio in ipsa: qꝛ id nō debet fieri post exhibitionē med. solu. que nō soluit qḋ habet debilitare anū ⁊ ītestina. aqua frigida est huiusmodi. q̄re ⁊c. nā frigidū est inimicū ano pudēdo ⁊ similibꝰ mēbris frigidis: vt ponit̄ ab hip. in quinta particula apho. Cōtrariū hic ponit Mes. ¶ Dico ꝙ aquā frigidā exhiberi post medicinā solu. pōt duplr intelligi. vno mō exhibet̄ post medicinam solu. inq̄tū est solutiua: alio mō inquātū venenosa sui actiōe seu superflua caliditate. si primo modo tūc hoc est duplr: nā ista aqua frigida aut exhibet̄ in pauca quātitate aut multa: si exhibeat̄ in pauca quātitate dico ꝙ ipsa cōpetit: nā ipsa sui frigiditate corrugat ⁊ cōdensat ptes stomachi: qbꝰ corrugatis medicina ⁊ materia trita ab ea ad inferiora expellit̄: ⁊ ꝑcipue h hȝ verum in his in quibus stomachus est calidus: medicina etiam habet cū hoc raptum sursuȝ: ⁊ tūc alterat qualitatē calidā stomachi: ⁊ etiā superfluit propter medicinā venenosam solu. sed si stomachꝰ esset frigidus: ⁊ corpus stomachi: vel corpus totū esset debilis virtutis: tunc ipsa nō cōpeteret: ⁊ ideo propter istā causaȝ debet dari in pauca quātitate ne ipsa superflua debilitaret stomachū ⁊ debet lābēdo exhiberi. Si aūt ista aqua frigida sit multa tūc ipsa nō dȝ exhiberi ratione medi. solu. vt solutiua est eo ꝙ ipsa sic exhibita nimis debilitaret virtutē stomachi ⁊ corporis totius. Et ratione ipsiꝰ medi. solu. inquantū solutiua est: dico ꝙ aqua frigida debet exhiberi: nā ipsa frāgit oēȝ acuitatē oēm ēt superfluā caliditatem ipsiꝰ medi. solu. ratione quoruȝ dr venenosa. Tamē si ista medicina esset venenosa nō per acuitatem vel caliditatem superfluā: sed per nimiā frigiditatē esset mala sicut mucilago psilij: tunc non debet exhiberi aqua frigida: ipsa em̄ augeret magis cōgelationē talis medicīe: sȝ dȝ tūc magis exhiberi id qḋ cōgelationē eius prohibeat. ¶ Sed tamē aduertendam ꝙ si aqua frigida cōpetat in hoc casu quandoq̄ȝ exhibetur interiꝰ per potum: quādoq̄ȝ ꝯpsit sessio aut balneum in ea ꝭm diuersitatē situs aut loci ī quo est medicina: nā si medicina superius repat dȝ dari aqua frigida in potu: si autē hec medicina videat̄ facere ardorē aut excoriationē circa intestina ⁊ partes inferiores debet ex ea fieri balneū aut sessio in ea. ¶ Ad rationes: ad primā illud nō est cōueniens qḋ facit cōstrictionē ventris: verum est si ista aqua non prohibeat operationē medi. solu. inquātum venenosam: sed bene talē operationē ꝓhibet: ⁊ hic sermo ḋ medicinis solu. venenosis vt iam est dictū: quarum venenositas ex aqua reprimitur: ⁊ acuitas ⁊ inflāmatio ab eis per aquā frigidā remouetur. ¶ Ad secūdā rationē cum dr id nō est cōueniēs ⁊c. verū est nisi faciat aliud maius iuuamentum ⁊ prohibeat etiā maximū nocumētum: modo facit id: nā prohibet excoriationē intestinorū remouendo acuitatē ⁊ inflammationem medicine: similiter etiā preseruat cor ⁊ corpus totū a venenositate reprimēdo eiꝰ malitiā: ⁊ ideo quādo malitiā istius medi. nō possumus remouere cū tyriacis: tunc exhibemus aquam frigidam. ¶ Deinde cum dicit.

Utrum aq̄ frigida cōueniat post med. solu. venenosam debilr aut tarde soluentem.

Rñsio.

Quid agēduȝ qñ medicina nō soluit ⁊ nō est venenosa.

¶ At si est medicina earum que conceduntur: ⁊ solutionem non fecerit: sed fecerit angustiam ⁊ mordicationem in vētre generabitq̄ȝ estuationem in corpore ⁊ in capite doloreȝ vertiginosum cū scotomia ⁊ in oculis tenebrositatem ⁊ alices ⁊ oscitationes.

¶ In parte ista docet resistere nocumentis medi. solu. qñ non euacuat: ⁊ tamen non est venenosa: sed conceditur: et primo pmittit eius nocumēta. secundo docet eis subuenire. secūda ibi. Festinabimus igitur: quod dicitur de prima parte notum est. ¶ Deinde cum dicit.

Festinabimus

¶ Festinabimus succurrere cuz collyrijs ⁊ clysteribus trahētibus eā ad inferiora post administrationem rerum cōpressiuarum deponentium eam: sicut sunt citonia ⁊ mastix ⁊ similia. Plurima em̄ talium medicinam ad inferiora cum virtute cōpellunt. Si autem talia nō proderint: ⁊ accidentia mala multiplicant: ⁊ materia leuigata fertur sursuz: necessaria erit flebotomia tunc et proprie de basilica: ⁊ post illam de saphena. Est enim virtuosa ad hoc.

¶Electio. Aliud est qḋ fit in succutri. Aliud in persia. Aliud in armenia. Aliud in arabia. Et meli⁹ ex eis est succutrinū. Post illud persicū. Deinde armenicū. Et deteri⁹ est arabicū. Uerificatores aūt in q̄nqꝫ ꝓprietatib⁹ laudauerūt pfectū aloen in colore: odore: sapore: pōdere ⁊ substātia: cū cōditionib⁹ in ipsis. In colore quoqꝫ vt sit coloris citrini declinantis ad rubedinē in quo sit claritas. Et sit in eo dēsitas cū colore hoc: sicut est color epatis. Declinauit ei⁹ bonitas ab illo qḋ est clarū. Et opꝫ vt sit odoris boni ꝓprij nō extranei acq̄siti per adulteriū. Et sapor ei⁹ ſm ꝯuenētiorē modū ꝯsiderationis ei⁹ dꝫ sentiri in p̄mo gustu dulce: declinās ad amaritudinē: ⁊ sit pōdere leue: ⁊ q̄to est leui⁹ tāto meli⁹: ⁊ sit in substātia sua tenerū: habile ad frāgēdū: ⁊ quātocūqꝫ est ab his ꝓprietatib⁹ remoti⁹: tāto deterius. Antiquū aūt denigrat tēpus: ⁊ tua interest cognoscere ꝙ in ipso cadit de adulteratiōe.

Laudat̄ aloe in q̄nqꝫ ꝓprietatibus.

Interdū adulterat̄ aloe.

Sophiste em̄ lauāt ipm̄ lotione: qua partes ei⁹ immūde ⁊ grosse separant̄. Deinde lauāt in aqua maris ⁊ pauci croci plurib⁹. Deinde p̄mittū t exiccari: acq̄rētes ei per hoc luciditatē ⁊ colorē citrinū ⁊ odorem bonū. Uerū odor eius deoccultat fallaciā. ¶Cōplexio ⁊ ꝓprietas. Est aūt cōplexionis calide in scḋo gradu: sicce in tertio: ⁊ est exiccatiuū sine mordicatiōe. Cōsumptiuū supfluitatū: ⁊ preseruans a putrefactiōe: ⁊ cū hoc sit ei ꝓpriū: apit tñ orificia venarū. ⁊ dicūt quidā ꝙ ledit epar aliq̄n ipm̄: ⁊ vr̄ ꝙ illud fit ꝓpter apertionē quā efficit in venis. Uerū rectificatio acq̄rit ei: vt ꝯferat epati: ⁊ in aloe q̄de loto minorat̄ solutio: ⁊ addit̄ ei vt sit stomachi ꝯfortatiuū. In nō loto ꝟo est ecōtrario: ⁊ etiā mixtū cū melle est minoris solutionis: et mioris attractiōis: ⁊ est maioris abstersiōis partiū: p qs illi est trāsitus.

Nocumētum qḋ reperitur in aloe est. Apire orificia venarum.

In aloe loto minoratur solutio: sed est magis stomachi cōfortatiuū.

Circa tria fit correctio in eo.

¶Rectificatio. Tria sunt in eo in q̄bus cadit correctio: q̄m est de tarde solutionē faciētib⁹: quare opꝫ vt sumēs ipꝫ cibari differat. ⁊ q̄ sua opatio nō multū extendit̄ in corpore. Uix em̄ ptrāsit epar nisi in quātitate exuberet: ⁊ q̄ venarū orificia aptione sanguinē spargēte aperit: ⁊ nos obuiam⁹ his tripli rectificādo ipm̄. Acq̄rimus em̄ ei citā ⁊ facilē opationē cū specieb⁹ alefanginis subtilib⁹ ⁊ acumē habētib⁹: sicut verbi grā: cū macenuce muscata: cinamomo: spica: calamo aromatico: cubebe. squināto: asaro: mastice: gariofilis: de q̄b⁹ partes eq̄les: ⁊ croci pars media: bulliāt in sextuplo earum aque vsqꝫ ad tertiā ei⁹ cū facilitate: ⁊ accipe pro q̄libet libra illi⁹ aque aloes. ℥. vj. ⁊ permitte siccari in vmbra prius: ⁊ pfice exiccationē ei⁹ in sole. Quidā aūt ex bene rectificātib⁹ faciūt simile cū specieb⁹ yerre Gal. Citat em̄ ei⁹ opationē: hyssopus: cinamomū: ⁊ casia. et q̄dā dant infusionē aloes in aq̄ specierū: ⁊ citatur effect⁹ ei⁹: ⁊ acq̄rim⁹ ei vt extēdat̄ operatio ei⁹ ad partes remotas cū reb⁹ que addūt ad vigorē eius: sicut coloq̄ntida ꝓpꝛie: ⁊ turbith: ⁊ silia: addant̄ in aqua specierū: ⁊ fiat vt diximus. Aut fiat illud in aq̄ casei. Aut fiāt ex eis trocisci ⁊ pilule. Aut cadāt ea cū eo in cōfectionib⁹ sit̄. Remouem⁹ aūt ab eo nocumētū qḋ impꝛimit in venas: rectificādo ipsum cū admistratiōe bdellij cū eo: aut dragagāti: aut masticis ⁊ siliuꝫ. In aloe aūt est qḋ elongatum est: ⁊ declinat a proprietatib⁹ bonis: magnificant̄ hec tria que diximus. et adhūc etiā est cōturbatiuū faciens dolorem ventris: ⁊ nocēs stomacho ⁊ epati: ⁊ soluēdo impꝛimit laborē in stomacho ⁊ viscerib⁹: ⁊ aliq̄n virtus remanet in eis: ⁊ facit in solutione exire sanguinē: et est maxime nocens emoroidib⁹ ⁊ ano. ⁊ nos rectificam⁹ huiusmodi lauando lotione qua partiū immundarū fiat abstersio ⁊ infundendo in aquis specierū: ⁊ adiungēdo ei que cito lubricationem faciunt. Et nihil est tā magnificū ex rectificatoribus sicut bdelliū: ⁊ dragagātū. Et si super ipsum bibat̄ aqua ordei cum oleo nucum: aut decoctiōis passularū aut aqua tepida: ⁊ mel. transmittit audaciā ei⁹ a corpore.

Aloe maxime nocēs emoroidib⁹ et ano.

Meliores rectificatores aloes sūt bdelliū et dragagantum.

¶Posse. Solutione educit cholerā ⁊ phlegma ⁊ mundificat caput ab eis: et stomachū. Et cōfert iuuamētum magnū doloribus eorū. Et ꝯfert inflāmationi stomachi ⁊ simili: ⁊ doloribus eius ex cholera factis. Et qui assiduat acceptionē eius diebus continuis: nō videt ī corpe suo: neqꝫ in instrumētis sensuum suorū egritudinē: que nō sit habilis sanari. Et preseruat a putrefactione ita ꝙ etiā cadauera: ⁊ ꝓpꝛie mixtum cum myrrha. Mixtū vero cum sanguine draconis: ⁊ myrrha sanat vlcera putrida mala. Exiccat enim sine mordicatiōe: ⁊ ablutio infusionis eius ī vino: aut aqua rosata: aut succo feniculi p̄parato abstergit oculos: ⁊ addit in visum ⁊ stringit lachrymas: ⁊ ipsum quidem acuit sensus ⁊ rationē: ⁊ cōfert epati ⁊ aufert icteritiam. Nocet tamen emoroidib⁹ ⁊ ano. Quapropter caueāt ab ei⁹ acceptione patientes lesionem in ipsis. Caue ergo dare aloen in tēporib⁹ frigidis. Excoriat em̄ et solutione educit sanguinem. ¶Dosis ei⁹ est ab ℈. v. vsqꝫ ad. ʒ. ij. Et in infusionib⁹ ab aureo. j. vsqꝫ ad. ʒ. iij.

¶De myrobalanis citrinis ⁊ nigris ⁊ indis.

Disceptatio de origine myrobalanorū iter doctores.

Existimauerūt quidam ꝙ myrobalani citrini ⁊ nigri ⁊ indi ⁊ chebuli sunt ab eadeꝫ editi arbore: ⁊ ꝙ citrini sunt imaturi ⁊ nigri indi sūt in quibus iam peruenit cōplexio et maturatio. Et dixerūt ꝙ arbor eorum est de bis ferē tibus: ⁊ qḋ citrini sunt de primo germine: ⁊ nigri simil̄r: chebulos vero germē scḋm tulit. ⁊ quidā dixerūt qḋ de diuersis nascuntur arboribus. ⁊ est illud quod credit̄: etenīꝫ eorū diuerse etiam sunt operationes. Ipsi quoqꝫ de medicinis benedictis sunt. Non enim debilitant cum solutione sua immo confortant stomachum ⁊ proprie viscera: ⁊ ꝓparant ⁊ coadunant partes eorum: ⁊ confortāt cor et epar et corpus totū. Neqꝫ enim nisi ad vnū vident̄ nociui. Acq̄ritur enim preparatis ad hoc per eos oppilatio: ⁊ ꝓpꝛie paratis cadere in ipsas. Sūt aūt de perfecte rectificātib⁹ medicinas que habēt acuitatē ⁊ purgāt dissoluēdo. Magnifice aūt adiuenit qui eos ꝓpꝛie citrinos cū scamonea miscuit. Reprimūt em eam ꝓpter obuiationē substātiaꝝ: ⁊ qualitatē inuicem: ⁊ eā in soluendo iuuant.

Myrobalani sunt ex medicinis bñdictis.

¶Electio. Citrinos in quinqꝫ proprietatib⁹ laudauerūt sapientes: in colore vt sint citrini multe citrinitatis declinantis ad viriditatem: ⁊ sint in pōdere graues: ⁊ densi: ⁊ vt in cōfractis suis inueniat̄ sicut gūmositas ⁊ vt sint grossi: ⁊ vt cortex eorū sit spissus: densus: complectens ossa parua. ⁊ laudauerunt chebulos in quatuor ꝓprietatib⁹ vt sint grossi: ⁊ q̄to grossiores tāto meliores: ⁊ sint subnigri declinātes ad rubedinē. ⁊ sint graues in pōdere cite subuersiōis ī aq̄ ⁊ sint habētes spissitudinem corticum suorum. Nigros q̄ꝫ indos in q̄nqꝫ laudauerūt ꝓprietatib⁹. Ut sint nigri ⁊ cōfracti densitatē habētes substātie. ⁊ sint grossi ⁊ graues ⁊ carētes ossibus. Quāto aūt ab his elōgant̄ proprietatib⁹ tāto a bonitate remoti.

Myrobalani citrini in q̄nqꝫ ꝓprietatib⁹ laudantur.

Laudant̄ chebuli ī quatuor.

Laudant̄ nigri indi in q̄nqꝫ ꝓprietatib⁹.

¶Cōplexio ⁊ ꝓprietas. Oēs frigide sunt complexionis in primo gradu. Sicci in secūdo. ⁊ sunt exiccatiui ⁊ ꝯsumptiui superfluitatū putridarum. Preparatiui ⁊ coadunatiui ptiū: in q̄b⁹ cecidit laxitas et mollificatio.

Propter tria cadit in eis correctio.

¶Rectificatio. Tria sunt in eis ꝓpter q̄ in ipsis cadit correctio. Faciūt enim cadere in oppilationē: ⁊ ꝓpꝛie preparatos cadere in illam: ⁊ q̄ facile adherēt ī villis stomachi ⁊ partib⁹ intestinorū: ⁊ q̄ dimittūt vestigia corrugatiōis ī ipsis. ⁊ nos emēdam⁹ qḋ timet̄ de eo qḋ diximus. Prio ꝓhibētes penitus exhibitionē eorū in ipsis: ⁊ oibus paratis cadere in oppilatiōes: ⁊ in nō paratis miscēda sunt ea cū ipsis que oppilationē fieri ꝓhibēt: sicut aliqua ex diureticis notis. Et infusio eorūꝫ in aqua casei remouet h̄ nocumētū ab ipsis, ⁊ succ⁹ fumiterre valet similiter: et

Ne oppilent.

liter.et silr absinthiũ ꝛ agaricus ꝛ reubarbarũ:et spica:ꝛ silia. Et emẽdamus qḋ põt ꝓuenire de eo qḋ diximus in scḋo et tertio:miscẽdo cũ eis q̃ remoueãt ab ipsis adherentie intẽtionẽ:ꝛ acquirãt eis lenitatẽ:sicut si cõfortenꝭ cum oleo amigdalarũ dulciũ:aut cum oleo rosaceo:aut cũ oleo violaceo:aut sisamino. Aut saltẽ ꝯteranꝭ cũ eis amigdale dulces. Passule q̃ꝫ ꝛ mel earum lenificãt eos ꝛ ꝯfortãt oꝑatiões eoꝝ:ꝛ sunt ꝓprij iuuamẽti cũ eis. Silꝭ acq̇rit eis casiafistula ꝛ viole condite:ꝛ terenia bin:ꝛ tamaridi:ꝛ silia. Quidã aũt dixerũt:q̄m nõ ẽ bona ꝑmixtio eoꝝ cũ medicia lãbificatiua ꝛ lenitiua:q̄m oꝑatiões eoꝝ i idipꝫ se ꝑmisit. Et ego nõ video illud. Immo remouet ab eis ꝑ ipsas adherẽtia ꝛ corrugatio:ꝛ acq̇ritꝭ solutio facilis. ꝛ scito ꝙ decoctio acq̇rit eis vehemẽtiorem oppilationẽ q̄ꝫ sola infusio. Et infusio min⁹ facit esse opilatiuos q̄ꝫ coctio:ꝛ assatio minorat eis solutionẽ faciẽs ipsos cõstipatuos pl⁹. Et adhuc magis cõbustio:ꝛ ꝯtriti q̇dẽ pl⁹ soluũt pl⁹ dimittũt vestigia ꝯstipatiõis in vijs. Infusi ꝟo min⁹ faciũt illa. Et infusio q̇dẽ eoꝝ cõpetit q̄n solũ q̄ritur solutio:ꝛ eoꝝ ꝯtritoꝝ exhibitio:q̄n q̄ritꝭ ꝯstipatiõis impssio.et q̄ꝫto magis ꝯteruntꝭ etiã vt sint sicut alcohol:meli⁹ celebrabitꝭ illud. Et chebuli q̇dẽ ꝯditi minoris q̇dem solutionis sunt:ꝛ maioris ꝯfortationis mẽbroꝝ nutritiõis:et nõ ꝯditi faciũt ꝯtrariũ.

De chebulis ꝯditis.

Modus rectificatiõis eoꝝ satis vtilis:acq̇rẽs eis saporẽ bonũ:ꝛ emẽdãs quecũq̄ꝫ timentꝭ de eis est vt sumatꝭ de myrobalanis ꝯtritis quãtitas quã volueris:ꝛ fit hoc in estate:ꝛ funde sup eos olei amigdalarum dulciũ quãtitatẽ:qua ꝯfricãdo lenianꝭ in vmbra: exiccenꝭ in sole:ꝛ semꝑ modice ꝯfricãdo superrorenꝭ oleo: et fiat illud per triduũ:deinde denuo per triduũ cũ aqua zuccari:aut aqua casei cũ pauco zuccaro ꝯteranꝭ in sole: semꝑ eos ante modice cũ aqua p̄dicta rorãdo:deinde fac trociscos ex eis:ꝛ siccenꝭ in vmbra:et sunt q̇dã q̇ separãt in eis qḋ est ꝭm speciẽ:ab eo qḋ est ꝭm materiã:et est modus solẽnis. Infundũt eñi eos i aqua casei:qḋ sumptũ est ex capris post ꝯtritionẽ eoꝝ:et ponũt põderis eoꝝ partẽ vnã:et aq̄ casei partes.xij.et ponunt in vase vitreo stricti orificij:et dimittũt per dies.viij.postea decoquũt bullitione vna:deinde postq̄ꝫ manib⁹ cõfricauerint colãt:et dimittunt aquã illã siccari:et faciũt trociscos vel pilulas:et sunt q̇ addunt cũ eis de medicinis bñdictis:q̄s volũt ꝭm exigẽtiã intẽtiõis eoꝝ.et faciũt silia. Et eis est op⁹ magni magisterij. ¶ Modus cõdiẽdi chebulos. Accipe ex eis humidis si haberi p̄nt vel humectatis ꝭm artẽ qua humectari p̄nt quãtitatẽ quã volueris:et stilo punge eos vndiq̄ꝫ:et decoque eos in aq̄ cũ facilitate vsq̄ꝫ dũ sufficit. Post hec dimitte eos per diẽ vnã sup tabulã:et exprime aquã eoꝝ:et submerge eos in aq̄ mellis et per dies duos dimitte eos:tũc coque eos lẽto igne et postq̄ꝫ cocti fuerint recõde eos in vase vitreo:da post sex mẽses. Ars aũt in humectando eos auxiliatꝭ hoc mõ.

Mod⁹ humectandi myrobalanos.

Infundanꝭ in aq̄ plurima:et exponãꝭ radijs solis per dies.viij.deinde accipe magnũ vas sicut doliũ:vel saltẽ fiat fouea i terra i loco humoroso vt inter multã arenã humidã:disiũctim sepelianꝭ sepe ac sepe aquã desuꝑ ifundẽdo:et innouãdo arenã de tertio i tertiũ diẽ vsq̄ꝫ dũ tumefiãt et humectenꝭ. Hic erit modus humectatiõis eoꝝ. ¶ Posse.

Myrobalani inducunt iuuẽtutem.

Myrobalani sunt ex reb⁹ q̇ faciũt vtẽtes se iuuenescere:et acq̇rũt eis calorẽ bonũ et bonitatẽ odoris oris et sudoris:et generãt gaudiũ et hilaritatẽ et confortãt stomachũ:cor et epar:et ꝯferũt tremori cordis:ꝛ ꝯfortãt ꝛ p̄parãt ꝛ mũdificãt stomachũ et ꝯferũt emorroidib⁹:ꝛ extiguũt iflãmetionẽ cholere. Sꝫ citrinoꝝ oꝑatio in hoc est p̄cellẽs Ipsi eñi solutiõe educũt eã et cõferũt cõplexiões calidas habẽtib⁹. Et eoꝝ fricatio cũ aq̄ agreste:aut aq̄ rosata:aut succo feniculi abstergit oculũ: ꝛ aufert suꝑcalefactionẽ ei⁹:ꝛ facto exinde alcohol strigit lachrymas:et ꝯfert mollificatiõi oculoꝝ ꝛ ꝯferũt tertiane et febrib⁹ cholere:et cõtriti q̇dẽ cũ mastice sanãt vlcera et desiccãt ea:chebuli q̄ꝫ solutiõe educũt phlegma:et addũt in rõne et clarificãt visum:et ꝓprie ꝯditi et mũdificãt stomachũ et ꝯfortãt ipm:et ꝯferũt hydropisi et febrib⁹ antiquis. Nigri aũt in dissolutiõe educũt melancholiã et cholerã adustã et cõferũt melãcholie et tremori et clarificant colorẽ et ꝯferũt lepre et remouẽt tristitiã:et ꝯferũt q̄rtane. ¶ Dosis. Potio citrinoꝝ tritorum est a ʒ.ij.vsq̄ꝫ ad.v.et infusorum a.ʒ.v.vsq̄ꝫ ad.xx.et potio chebulorũ tritorum est a.ʒ.ij.vsq̄ꝫ ad.iiij.et infusorum a.ʒ.iiij.vsq̄ꝫ ad.x. potio indorum est sicut chebulorũ. Ille aũt q̇ sumit eos timeat borcã suꝑbibẽtem. Et pisces abhorreat. ¶ De emblicis.

Emblici sunt ex medicinis ꝯfortãtib⁹ stomachũ:ꝛ cor:et epar:ꝛ viscera. ¶ Electio. Meliores ex eis sunt habẽtes frusta grossa ꝛ densa ꝛ grauia:ꝛ qui min⁹ crescũt in ossib⁹:ꝛ pl⁹ in carne. Rari quoq̄ꝫ nõ hñt spiritũ. ¶ Complexio ꝛ ꝓprietas. Sunt cõplexionis parum frigide ꝛ sicce in primo gradu. Et ipsi sunt cõfortatiui mẽbrorũ laxorum et coadunatiui partiũ eoꝝ et :sunt de extinguẽtibus calorẽ in stomacho ꝛ epate. ¶ Rectificatio. Emblici nutriti sunt maioris oꝑatiõis ꝛ minoris corrugatiõis sunt. ¶ Mod⁹ nutriẽdi emblicos. Accipe ex eis q̄ꝫtitatẽ quã volueris ꝛ submerge in aqua et expone soli vsq̄ꝫ dũ tumefiant.ꝛ humectenꝭ:ꝛ post exprime ꝛ pone in aqua mellis: ꝛ ꝑ dies duos dimitte:deide coque cũ facilitate.ꝛ postq̄ꝫ cocti fuerit dimitte paꝝ refrigerari.ꝛ adde cũ eis mellis tabarzet sicut quartã toti⁹ ꝛ recõde. Et quidã suꝑcõdiunt cũ specieb⁹ aromaticis:ꝛ cõfortatiuis sicut cynamomo ꝛ xiloaloe ꝛ gallia ꝛ cardamomo ꝛ croco ꝛ silib⁹. Et mod⁹ faciẽdi serẽblac. Infunde emblicos in lacte dulci:ꝛ mutetꝭ super eo lac manes ꝛ sero hoc per triduũ ꝛ exiccenꝭ in vẽto ꝛ in vmbra ꝛ recõdantur. ¶ Posse solutiõe educũt phlegma et sunt ex rebus valde cõfortãtib⁹ crebrũ et neruos:ꝛ augẽt intellectũ:et ꝯfortãt cor:et ꝯferũt tremori ei⁹ ꝛ mundificãt stomachum a phlegmate et putrefactiõe:ꝛ confortãt ipsum ꝛ p̄parãt:et sedant furorem in co:ꝛ auferunt sitim:ꝛ addunt in appetitum:ꝛ sedãt vomitũ. ¶ Dosis. Eorũ tritorum potio est ab aurꝭ.j.vsq̄ꝫ ad.iij. Infusorũ ab aurꝭ.iij.vsq̄ꝫ ad.vj. ¶ De belliricis.

Bellirici sunt ex medicinis bñdictis. Expectatur eñi ꝑ eos ꝯfortatio. ¶ Electio:meliores sunt grossi et spissi et põderosi:ꝛ densi cortice. ¶ Natura frigidi sunt i p̄io:sicci in secũdo. ¶ In posse aũt:ꝛ ꝓprietatib⁹ alijs sunt sicut emblici. ¶ De reubarbaro.

Reubarbarum est ex medicinis bñdictis ꝛ lenib⁹:in quo aggreganꝭ multe ex intẽtiõib⁹: que q̄rũtur in re faciẽte mũdificationẽ:quas postea dicem⁹. ¶ Electio. Ex specieb⁹ rauet aliud est qḋ nascitur in india:ꝛ est rauetscent ꝛ aliud est rauet barbarũ.et aliud est rauet turchiũ:et melius eorũ est rauetscent. Post illud in bonitate est barbarũ ꝛ min⁹ in bonitate est turchiũ:ꝛ laudaꝭ magis ex eis qḋ subnigrũ declinãs ad rubedinẽ. Quod est graue cũ raritate sua. Et in q̇ etiã in ꝯfractis suis inueniꝭ disgregatio ex ruffo:et glauco:ꝛ qḋ est crocee tincture. Et qḋ est recẽs

Multe sũt spẽs reub. s. rauetscent melius est eorũ.

Et nõ p̄termittas:q̄n scias quod in ipo cadit de adulteratione. Accipiꝭ eñi ex eo integre sicut est quãtitas magna et submergiꝭ i aqua per dies quinq̄ꝫ:et dimittiꝭ aqua illa siccari: et fiũt inde trocisci:et sunt ipsi medicia regũ. Reubarbarũ vero siccaꝭ et venditꝭ sicut est qḋ iam ꝑdidit aiaꝫ Et cognosciꝭ:q̄m illud in quo non cecidit adulterario est rarũ et minoris stipticitatis:ꝛ est crocee tincture. Adulteratũ ꝟo habet ꝯtrariũ horũ:et varietatẽ quã hr̃e debet in cõfractis suis amisit:immo subnigrescit in eis. ¶ Cõplexio et ꝓprietas. Calide cõplexiõis est et sicce in secundo gradu:et dr̃ qḋ est in p̄io. Sed illud est verius. Conuenerũt autẽ in permixtione eius aqueitas et terreitas dãtes ei stipticitatẽ et substãtiã:et aeritas dans ei raritatẽ substãtie:et est in eo igneitas perficiens:qḋ ꝑ actionem eius in terreitatẽ ipsius ipsum fecit esse amarũ. Verũ terreitas est ꝭm ꝓfundũ eius:et igneitas est in superficie ipsi⁹:quapropter infusio separat inter substantias ipsius:et cõplexio oꝑatiõis solutionis in oppilationẽ per ipsuꝫ est ꝑ dominiũ calidi in superficie eius.et consecutio ꝯtractiõis ꝑ ipsum est a substantia sua terrea stiptica. ¶ Rectificatio. Non est in eo nocumẽtũ apparens et datur in omni tp̄e ꝛ in oĩ etate ita ꝙ etiã pueris:et pregnãtib⁹:et de elegantioribus et melioribus que iũcta cum eo magnificãt oꝑationẽ eius est aqua lactis:et proprie qḋ sumptuꝫ est ex capris.et similiter magnificatur infusio ei⁹ in aqua endiuie ꝛ apij p̄ri⁹ bullitis et colatis. Aut in aqua plãtaginis. Et non p̄termittaꝭ quin cadat in societate sua spica. Est eñi ꝓprij iuuamẽti cũ ipso. Neq̄ꝫ pretereas additionẽ modi-

Quonaꝫ mõ adulteretꝭ.

Datꝭ reubarbaruꝫ pueris et pregnantibus.

Non p̄termittaꝭ qn cũ reubarbaro addaꝭ spica.

ei vini albi odoriferi et clari in infusionibꝰ eius: et ꝓprie qñ in emẽdatiõe oppilationũ ꝓpinat̄. Et scito ꝙ in adulterato nõ remãsit aliq̄d de v̄tute solutiua de q̄ sit curãdũ. Et eius quidẽ qď purũ est infusio cõpetit qñ solũ querit̄ abstersio ⁊ solutio ⁊ oppilationũ apertio. Et ipsius cõtriti exhibitio qñ q̄ritur vt post illã in viscerib9 vestigia cõtractionis remaneãt. Verũ ex eo qď assum est vehemẽtiꝰ fit illud: ⁊ adhuc vehemẽtiꝰ ex adusto: ⁊ qď ex eo est purius sustinet qď opꝫ ⁊ de ꝯtritione meretur. In raro aũt ⁊ laxo vehemẽs cõtritio resoluit virtutẽ. Decoctio etiã sil'r resoluit in eo virtutẽ qualiscũq̄ꝫ sit. ¶ Posse). Solutione educit cholerã ⁊ phlegma. Et maior eius ꝓprietas est mũdificare ⁊ cõfortare epar ⁊ stomachũ. Et cõferre doloribus pungitiuis eorũ ⁊ clarificare sanguinẽ ⁊ auferre oppilationes ⁊ morbos quoꝝ mater est oppilatio: sicut hydropisim ⁊ icteritiã ⁊ grossitiẽ splenis ⁊ febres oppilationuꝫ et silia. Ex parte substãtie sue ꝓprietas est ei ꝯferre sputo sanguinis ⁊ manationi eiꝰ vndecũq̄ꝫ sit. Et cõferre casui ⁊ percussiõi ⁊ sanare rupturas ĩtrinsecas ⁊ extrinsecas et ꝓprie eiꝰ ʒ.i. et mumie grana duo: ⁊ rubee tinctoꝝ granũ vnũ ⁊ mediũ cũ vino stiptico. et est dosis vna. Et confert inũctio olei eiꝰ ꝯcussionibꝰ ⁊ ꝯtractionibꝰ lacertoꝝ ⁊ doloribꝰ eorũ: et ipsum q̄dẽ est medicina singulꝰ: ⁊ est medicina bona dissinterie: ⁊ ꝓprie qď ex eo est assum ⁊ bibitũ cũ succo plãtaginis: ⁊ pauco vino stiptico: ⁊ ꝯfert febribꝰ periodicis: ⁊ febribꝰ oppilationũ: ⁊ febribꝰ ãtiq̄s. ¶ Dosis.) Potio eiꝰ infusi est a ʒ.i ⁊ ß. vsq̄ꝫ ad. x. ⁊ potio ꝯtrita a ʒ.i. vsq̄ꝫ ad. iij. et ipm̃ cõseruat̄ per annos tres vel quatuor: et preseruat̄ a putrefactione et corruptione si superliniat̄ ei cera: ⁊ terebẽtina liq̄facte. Aut cera sola. Aut si sepeliat̄ in melle tabarzet. Aut si sepeliat̄ in psilio. Aut in milio: Cõseruat̄ em̃ esse ipsiꝰ ex tp̃e extẽso.

Potio cõferẽs casui et percussioni.

Est medicina bona dissinterie

¶ De casiafistula.

Casiafistula est de medicinis in q̄bus est fiducia iuuamẽtoꝝ: ⁊ est sine nocumento carens acuitate ⁊ mordicatiõe: et omi excessu ledẽte super cuiꝰ exhibitione p̄sumit̄ in omni etate: ita ꝙ pueris ⁊ p̄gnãtibꝰ. ¶ Electio.) electio eius cõstat in sex proprietatibꝰ. Ut sit arundo eiꝰ grossa plena splẽdens ⁊ multi ponderis. Et sit pulpa eius splendens: ⁊ pinguis et hausta ex arũdine cõseruata in vasis vitreis pigritatur. ¶ Cõplexio ⁊ proprietas) est eq̄lis declinans ad latus caliditatis: ⁊ est humida ĩ p̃mo gradu: ⁊ est lenitiua: ⁊ resolutiua: clarificatiua sanguinis sedatiua acuitatis eius: ⁊ cholere rubee. ¶ Rectificatio). Non est in ea nocumẽtũ apparẽs p̃ter qď nocet debilia habẽtibꝰ viscera ⁊ lubrica. Remouet̄ ab ea hoc nocumẽtũ ĩ permixtiõe myrobalanoꝝ ⁊ reubarbari cũ ea: ⁊ aqua masticis: ⁊ spice cũ ea: ⁊ sil'r est medicamẽ bonũ: et qñq̄ꝫ necesse est ei lubricitatẽ addere ⁊ ꝓprie in desiccatiõe viscerũ: q̄re sapiẽtes admiscuerũt cũ ea oleũ amigdalarũ dulciũ. Diuretica q̄ꝫ faciunt eã declinare ad vias vrine: q̄re necessaria est eorũ permixtio: qñ opꝫ mẽbris scďe expulsionis cõferre: et ipsa est de tarde et debiliter solutionẽ faciẽtibus: ꝓpter quod miscẽda cũ ea sunt q̄dã ex rebus acuitatẽ habẽtibus sicut alhasce et hyssopꝰ. Vigorãt em̃ eius solutionẽ. Et magis adhuc siccum quoddã ex ventrẽ soluẽtibꝰ misceatur. Et ipsa q̄dẽ cũ aqua casei est nobilis oꝑationis. ¶ Posse). Mũdificat sanguinẽ et compescit oẽm acuitatẽ: et sedat sitim: et ꝓprie cũ succo endiuie: aut solatri: aut tarasacon in q̄bus aduenit iam depuratio ꝺm artẽ: et ipsa q̄dẽ mũdificat stomachũ et educit cholerã et phlegma: et operat̄ illud sine nocumẽto et excessu: caret em̃ mordicatione: et ipsa quidẽ lenit pectus et guttur: et resoluit apostemata acuta in eis: et cõfert calefactioni renũ sumpta cũ diureticis: et infusiõe liquiritie: et ꝓhibet generationẽ lapidis in eis: et cõfert febribus calidis.

Dat̄ pueris et pregnantibꝰ. Laudat̄ ĩ sex ꝓprietatibus.

Nocet habẽtibꝰ debilia intestina et lubrica.

Est de tarde solõnẽ faciẽtibꝰ.

¶ De tamarindis.

Tamarindi sunt dactili acetosi: et sunt ex fructibus palmaruꝫ siluestriũ in india. Ipsi q̄ꝫ sunt ex medicinis nobilioribꝰ: in q̄bus nõ est excessus. ¶ Electio). Laudãtur in sex ꝓprietatibꝰ. Ut sunt nigri: nõ vere nigredinis: cũ luciditate ⁊ teneri: et mixti cũ villis: q̄ sunt sicut radices: et sunt recẽtes et pingues absq̄ꝫ desiccatiõe: et sunt cũ dulcedine acetositatis pauce vini puri nõ p̃mixti: sunt et ex adulteratoribꝰ q̄ eos falsificãt cũ carne prunoꝝ. Sꝫ deocculta t fallaciã nigredo sine luciditate in ipsis. Et q2 sunt humorosiores: ⁊ q2 ĩ eis est odor ⁊ sapor prunorũ. ¶ Cõplexio ⁊ ꝓprietas). Frigide cõplexiõis sũt: ⁊ sicce in scďo. Et sunt refrigeratiui: extinctiui: et sedatiui acuitatũ ⁊ inflãmationũ. ¶ Rectificatio). Ledũt stomachũ frigidũ: ⁊ debilitant eum: ⁊ sunt tarde et debilis oꝑatiõis. emẽdamꝰ nocumẽtũ qď imprimunt in stomachũ permiscẽdo cũ eis aliquid de ꝯfortãtibꝰ stomachũ: sicut sunt spica: ⁊ macis ⁊ mastix ꝓprie. Et ꝓpinatio eorũ cũ succo feniculi ⁊ apij ⁊ endiuie ⁊ tarasacon aufert̄ hoc nocumẽtũ ab eis: ⁊ sil'r cũ absinthio. Et infusio eorũ in aqua lactis sumpti ex capris vigorat actionẽ: ⁊ sil'r in succo fumittere: aut in succo lupuli. ¶ Modus infusionis eorũ. Accipe tamarindoꝝ q̄ntitatẽ quã volueris: ⁊ infunde eos ĩ sextuplo eoꝝ aque casei: aut aque triũ granatorũ: aut alteriꝰ aque cõposite: aut simplicis: ⁊ frica manibus: ⁊ bulliãt bullitione vna: deinde colent̄ colatiõe qua fiat exile ⁊ clarũ. Et q̄dã addũt cũ eis prunorũ quãtitatẽ eorũ ⁊ faciũt simile. Et sunt ex dãtibꝰ infusionẽ non colatã: quãdo magis querit̄ inflãmationis solutio. Et dant colataꝫ qñ magis querit̄ inflãmationis extinctio: ⁊ cum permiscent̄ in infusione eoruꝫ rose: ⁊ scandali: ⁊ ꝓprie mazuzir: et spodium vigorant̄ in extinguẽdo. Et ipsi quidem sustinẽt de decoctiõe aliquid mediocriter qñ oportet. Et sup̃flua decoctio virturẽ eorum destruxit. ¶ Posse). Solutione educũt choleram et reprimunt furorem eius et feruorẽ sanguinis. Et cõferũt inflãmationi epatis et stomachi: et sunt medicina sitis et oĩs estuationis facte ab eis: ⁊ ꝯferũt icteritie et reprimũt vomitũ: et sunt medicina vera febriũ acutarum que indigent lenificatione. ¶ Dosis). Sunt debilis oꝑatiõis: ꝓpter quod potio eoꝝ est ab. ʒ. ij. vsq̄ꝫ ad. v. Et ipsi quidẽ cõseruantur per annos tres. Verũ si accidat eis vt calescũt putrescũt. Et sil'r liquor cadẽs in eis putrefacit ipsos. Et melior modus conseruatiõis eorũ est stringere eos in vase vitreato: et ponere in loco recẽti.

Sunt de nobilioribus med. Laudant̄ in sex ꝓprietatibꝰ

Sunt tarde et debilis oꝑationis.

Sup̃flua decoctio virturẽ eorum destruit.

Cõseruãtur per annos tres.

¶ De manna.

Manna est ros cadens super quasdã plãtas ⁊ lapides cuiꝰ mã est vapor q̄ eleuat̄ cui accidit digestio ⁊ maturatio in aere qñ est eq̄lis ⁊ fecũdꝰ letis aspectibꝰ. Diuersificat̄ aũt ꝺꝫ diuersitates reꝝ sup̃ q̄s cadit: cadẽs em̃ sup̃ lapides est sicut gutte pue q̄ cõgelant̄: ⁊ fiũt sicut semẽ. Et cadens sup̃ plãtas suscipit de virtute plantarũ ⁊ est cũ permixtione particularũ foliorũ et florũ. ¶ Electio). Ex ea q̄ cadit super lapides melior est que est sicut semẽ album: ⁊ est dulcis: ⁊ est recẽs. Post istã vero in bonitate est que est subcitrina. Fusca vero ⁊ cenosa ⁊ antiqua est nõ bona. Et ex ea q̄ cadit sup̃ plãtas melior est illa que est pauce p̃mixtiõis cũ folijs: ⁊ est subalbida ⁊ recẽs. Falsificatores aũt ex zuccaro ⁊ folliculis scene adulterãt eã cũ post tp̃s accidit maturatio: aut mollescit ⁊ liq̄fit: ⁊ deoccultat̄ fallacia. ¶ Cõplexio ⁊ ꝓprietas). est equalis plus declinãs ad caliditatẽ ⁊ est lenitiua: abstersiua: mundificatiua: ⁊ sedatiua. ¶ Rectificatio). Nullius est excessus. Est tñ ex debiliter solutionẽ faciẽtibꝰ. Et nos cõfortamꝰ oꝑationẽ eiꝰ cũ p̃mixtiõe hyssopi cũ ea: ⁊ alhasce ⁊ aliorũ: ꝺm qď in casiafistula diximus. Verũ ipsa iuncta cũ alijs medicinis vigorat earũ oꝑationẽ. Dulcedine em̃ sua facit eas approximare nature. Ipsa quoq̄ꝫ cocta expedit et operat̄ citiꝰ Gal. autẽ ipsam cum scamonea p̃miscuit ⁊ operabat̄ cum eis. Et posteriores laudauerunt illud. Et procedẽtes miscuerunt cum turbith: ⁊ alij presumpserũt alia et fecerũt cõuenientes. ¶ Posse.) Educit choleram cũ facilitate. Et ipsa q̄dem lenit guttur et pectus ⁊ ventrem: ⁊ est sedatiua sitis. ¶ Dosis eius est a ʒ. vj. vsq̄ꝫ ad. xv. Et ipsa quidẽ conseruatur per vnum annum.

Quid sit manna.

Quonam mõ adulteretur.

Mixta cũ alijs medicinis vigorat eaꝝ oꝑationẽ.

¶ De aqua lactis.

Aqua lactis est materia infusionũ: ⁊ est ipsa p̃ se medicina bona carẽs nocumẽto. ¶ Electio) Melior est sũpta ex lacte iuuenũ capraꝝ ⁊ nigrarũ ⁊ boni pastus: ⁊ recẽter fetaꝝ. Post istã ĩ bonitate est que sumit̄ ex ouibꝰ: ⁊ laudat̄ cõsiderata ĩ se: si recẽs: si boni odoris: et boni saporis: ⁊ ꝓprij ⁊ nõ extranei: ⁊ in q̄ nulla accidit corruptio. ¶ Cõplexio ⁊ ꝓprietas). Est calide ꝯplexiõis ⁊ sicce ĩ p̃o vsq̄ꝫ ad secundũ: ⁊ est subtiliatiua: lauatiua: abstersiua p̃ nitrositatẽ suã ⁊ solutiua sine mordicatiõe: ⁊ oppilationũ apertiua. ¶ Rectificatio). Fundamẽtũ est infusionũ: et est p̃ se debilis solutionis. Mel quoq̄ꝫ vigorat operationẽ eius. Et vigorata cum lupulo

Laudat̄ cũ his ꝓprietatibꝰ

ta cū lupulo ⁊ flore eiꝰ mūdificat sanguinē. Mirobalani
quoq; ⁊ reubarbarū ⁊ succꝰ rose ⁊ viole ⁊ tamarindi et ca
siafistula: ⁊ flores fumittere ⁊ semen eiꝰ addūt opatiōi eiꝰ
⁊ soluit cholerā rubeā: ⁊ humores adustos. Et vigorat cū
chebulis: ⁊ hyssopo: ⁊ alhasce ⁊ agarico: ⁊ educit cholerā
⁊ phlegma: ⁊ cū mirobalāis idis: ⁊ epithimo: ⁊ polipodio
solutiōe melācholiā educit: ⁊ humores adustos: ⁊ cū asaro
⁊ ireos soluit aquā citrinā: ⁊ nō ꝓtermittat quin in potio
nibus eiꝰ cadat spica: qm̄ eius operationē magnificat. Et
tarassacō q̄dē: ⁊ endiuia ⁊ cuscute: et lingua arietis: ⁊ vo-
lubilis: ⁊ spica: et reubarbaꝝ: et absinthiū: et eupatoriū: et
asarū: ⁊ fumusterre: ⁊ apiuʒ: ⁊ feniculus: amigdale amare:
⁊ semina quatuor: ⁊ scolopēdria: ⁊ alia: ⁊ de diureticis no-
ta: addūt et ad oppilationū apertionē. Et daꝶ qn̄q; extracto
ab ea butyro qn̄ opʒ cām lenitatis a mēbris expulsionem
abscidere. Et daꝶ nō extracto butyro: qn̄ lenitatē i eis acq
rere opʒ. ¶ Posse). Solutiōe educit cholerā ⁊ hūores adu
stos cū facilitate et cōfert manie ⁊ melancholie: ⁊ confert
oībꝰ oppilatiōibꝰ ⁊ morbis oppilationū: sicut hydropisi ⁊
icteritie ⁊ grossitiei splenis: ⁊ cōfert febribꝰ cholericis ⁊ fe
bribus oppilationū. Et est medicina bona infectionū cu-
tis quarū materia est cholera: ⁊ humor adustus sicut est
īpetigo: et serpigo sicca: et pustule: et pruritꝰ ⁊ vlcera ma-
la sicca: ⁊ lepra et similia. ¶ Dosis eius est ab. ʒ. vj. vsq; ad
libram vnam.

¶ De rosis.

Rosa duplex.

Rosa est ex medicinis bñdictis: i q̄ ē virtꝰ cōforta
tionem faciens: et solutioneʒ et male qualitatis
ꝑmutationē. Et ē ex ea rubea: ⁊ alba: ⁊ de vtris-
q; alia ē multoꝝ folioꝝ densoꝝ ⁊ crispoꝝ: ⁊ alia
paucoꝝ ⁊ planoꝝ. ¶ Electio) Melior ē rubea vere rube
dinis paucoꝝ folioꝝ et planorū. Et ex albis melior ē hñs
silr. Et melior est succus cuiꝰ mater est rosa cōpleta: sicca
quoq; melior ē i qua nōdū cecidit corruptio. ¶ Cōplexio
et ꝓprietas). Frigida est in primo gradu: sicca in scd̄o. Di
uersarū āt naturarū substātie ꝯposuerūt rosaʒ: inter quas
pōt cadere sepatio distinguēs. Cōponiꝶ em̄ ex terreis par
tibꝰ aqueis mediocribꝰ dātibꝰ eis stipticitatē ⁊ substātiā.
Et ex ꝑtibus aereis ꝓpter q̄s est in ea de dulcedie aliq̄d:
⁊ aromaticitas. Et ex ꝑtibꝰ igneis subtilibꝰ: i q̄bꝰ ꝯsistit ꝑ-
fectio et spēs dātibꝰ ei amaritudinē et rubore. Uirtus aūt
faciēs ruborē eiꝰ plus impssit q̄ amaritudinē faciēs. Pro
pter q̄d i abscissiōe amaritudinis ipsiꝰ iā remoueꝶ ꝑ solā
exiccationē eiꝰ nō resoluiꝶ spēs. In abscissiōe vero rubedis
nō plus est rosa q̄ homo mortuus. Amaritudo aūt i ea q̄
recēs est plus est stipticitate ipsius. Et prima opatio eius
est ꝓpter amaritudinē suam: ꝓpter q̄d rosa recēs et ꝓprie
succus eius soluit. Cū aūt resoluiꝶ caliditas dās ei ama-
ritudinē ꝑꝑ siccitatē eius manifestatur substātia stiptica
cōstipationem faciens. Est autē succus eius calidus fere
vsq; ad primū gradū: ꝓpter exclusionem eius a re terre-
stri ⁊ frigida. Est aūt rosa resolutiua cōueniēs extinctiua
inflāmationū: ꝯfortatiua mēbroꝝ: coadunatiua ꝑtiū: ⁊ cō
strictiua. Et semē eius in hoc est fortius: et silr pili eius q̄
sunt in medio ipsius. Et succus eius oppilationuʒ aperi-
tiuus ⁊ resolutiuꝰ et abstersiuus ⁊ solutiuus. Et sicca q̄dē
est magis stiptica ⁊ frigida: ⁊ q̄ nō est cōpleta est frigidior
⁊ stipticior: ⁊ alba i frigiditate et stipticitate plꝰ ē q̄ rubea
¶ Rectificatio). Nō est i ea malitia: ʒ est ex debiliter sol-
uētibus. Uigorat tñ eius opatione aqua casei: si em̄ succi
rosaꝝ. ʒ. j. misceaꝶ cū aqua casei ⁊ pauca spica: est solutiuū
cōueniens: et silr infusio foliorū rosarū in aqua casei cum
pauco melle soluit sine molestia. Et syrupꝰ factꝰ ex succo
eius lenis est solutiōis. Et ingrediꝶ succus rose: et ipa ro-
sa: ⁊ silr oleū eius i emēdatiōe medicinarū solutiuarū acu
tarū: sicut est scamonea: ⁊ euphorbiū et silia. Et in siccis
vt i myrobalanis ē addēdū oleū amigdalinū: aut rosaceū:
aut violaceū: aut sisaminū: aut omphacinū. Rose aūt cōdi
te cū melle abstergūt: mundificāt ⁊ confortāt: et cōdite cuʒ
zuccaro minoris sunt abstersionis: ⁊ maioris cōfortatiōis
et stipticitatis. Et aqua earū q̄ fit ꝑ infusionē est mūdifica
tiua: abstersiua: et solutiua: et ea q̄ fit ꝑ sublimationeʒ est
multe cōfortatiōis: neq; est solutiua ꝑꝑ solutionē subtilis
caliditatis eiꝰ in decoctiōe eiu. Acetū aūt infusionis earū
est medicina bōa oīʒ inflāmationū: ⁊ est diuisiuū: solutiuū
cōfortatiuū. Per albas vero nō fit solutio aliqua de qua sit
curādū. Et est i eis de stipticitate plus q̄ sit in rubea. Neq;

Rosa rubea sine rubedie amplꝰ nō est rosa.

Plꝰ stiptica est alba q̄ rubea.

Aqua rosarum per sublimationeʒ est multe confortatiōis

adhuc sunt similes in cōfortatiōe eis. Et scito q̄ rose nō
sustinēt de decoctione aliq̄d oīno: ⁊ ꝓprie recētes. Resol-
uiꝶ em̄ ab eis virtꝰ sigillās abstersionē eiꝰ: ⁊ solutionē eiꝰ
⁊ deoccultaꝶ virtus earuʒ stiptica faciēs cōstrictionem.
Succꝰ vero eiꝰ sustinet de decoctiōe aliquid mediocriter: ⁊
acq̄rit ei subtilitatē ⁊ bonitatē abstersiōis. Oleum quoq;
factū ex rosis nōdū cōpletis est maioris infrigidatiōis: et
stipticitatis: cuiꝰ meliꝰ fundamētū est oleū sumptū ex oli-
uis nōdū ꝑfectis. Et factū ex rosis in q̄bꝰ iam aduenit ꝑ-
fectio est maioris resolutiōis cōueniēter: ⁊ minoris īfrigi-
datiōis: cuiꝰ melius fundamētuʒ est oleū oliuaruʒ medio-
criū in maturatiōe aut sisaminū. ¶ Posse). Succꝰ eius et
aq̄ infusiōis recentium: ⁊ completarum: solutione educit
cholerā: ⁊ mūdificat sanguinē ab ea: ⁊ venas: ⁊ arterias: ⁊
ꝯfert icteritie: ⁊ aperit opilationes epatis et stomachi: et
mūdificat: ⁊ ꝯfortat ea. Et ꝯfortat cor: ⁊ ꝯfert tremori eiꝰ
⁊ educit materiā causantē eū. Et ꝯfert cholericis febribꝰ.
Rosa vero ⁊ oleū eiꝰ: ⁊ aqua ipsiꝰ per sublimationem facta
cōfortāt cor: stomachū ⁊ epar. Et coadunāt partes laxas
mēbroꝝ: ⁊ cōfortāt retētionē: ⁊ sedāt dolores calidos mi-
ra sedatiōe: ⁊ extinguūt ⁊ ꝑmutāt malitias inflammatio-
nū: ⁊ sedāt eas. Et sunt ex medicinis dormire facientibus
Faciunt tñ corizam ⁊ sternutationem. Et obsunt catar-
ris: ⁊ stringūt vuulā ⁊ guttur: ⁊ cōfortant ea: et auferunt
crapulā. ¶ Dosis). Potio succi rosaruʒ est ab. ʒ. j. vsq; ad
ij. cū zuccaro. Et potio syrupi facti cum succo earū est ab
ʒ. ij. vsq; ad. v.

Nota de earum oleo.

¶ De violis.

Faciūt corizā ⁊ sternutationē

Viole sunt medicia tēperata ꝯueniens: ⁊ fit ꝑ
eā male q̄litatis ꝑmutatio: ⁊ nāe soło. ¶ Ele
ctio). Melior ē q̄cūq; est ex ꝓmis: quā nō iue
nit calor resoluēs vtutē: aut pluuia dissipās
¶ Cōplexio ⁊ ꝓprietas). Frigida ē et hūida
in prīo gradu. Et q̄ ē sicca est minꝰ frigida et minꝰ humi
da. Est em̄ in recente supflua hūiditas supgrediens ca-
liditatē eiꝰ: a qua est ꝑfectio ipsius ⁊ spēs. Cū aūt exiccaꝶ
et resoluiꝶ hūidū supficiale ipsiꝰ māifestaꝶ amaritudo eiꝰ
q̄ est ꝑꝑ caliditatē q̄ fuerat sepulta: ⁊ est tūc calida plus ⁊
hūida minꝰ. Est em̄ in recēte hūiditas supflua: ꝓpter q̄d
q̄ recens est solutiōe educit ꝑ vētrē lābificādo. Que vero ē
sicca educit dissoluēdo. Et ipsa q̄dē ē infrigidatia: narco
tica: sedatiua doloꝝ calidoꝝ: extictiua īflāmationū: ⁊ lēiti
ua ⁊ solutiua. ¶ Rectificatio) est ex debilr soluētibus: et
q̄dā addunt quātitati eaꝝ medietatē ex turbith: et faciūt
trociscos: ⁊ vigorāt cū h̄ opationē earū. Et quidaʒ addūt
scamoneā: et ipse q̄dē ⁊ oleū eaꝝ ingrediuntur in emēda
tione medicinaꝝ acutaꝝ. Succꝰ aūt ipsaꝝ ⁊ syrupꝰ ex illis
lentēdo soluit. Et viole sicce educūt dissoluēdo. Et ipe q̄-
dem ꝯdiunꝶ cū zuccaro ⁊ melle: ʒ cū melle sunt maioris
abstersiōis ⁊ minoris alteratiōis: ⁊ cū zuccaro faciūt con
trariū. Et scito q̄ viole nō sustinēt de decoctiōe aliq̄d i q̄
sit supfluitas: ⁊ succꝰ eaꝝ silr. Et corroboraꝶ acetū cū īfu-
siōe eaꝝ: ⁊ fit mirabile in febribꝰ inflāmationis multe: et
meliꝰ oleū eaꝝ est cuius fundamentū est oleū omphacinū
aut amigdalinū. ¶ Posse). Solutiōe educūt cholerā ⁊ al
terāt excessuʒ eiꝰ. Et ꝯferūt inflāmatiōibꝰ oībus: ⁊ sedant
sodā calidā factā a caliditate vehemēti: sunt somnifere: ⁊
faciūt corizā: ⁊ leniunt pectus et guttur: ⁊ ꝯferūt vue: ⁊ sy-
nāchie: ⁊ earū iuuamētū est magnū apostematibꝰ partiū
pectoris ⁊ pleuresi: et sedāt sitim: ⁊ ꝯferūt ꝓprie sicce oppi
lationi epatis ⁊ apostemati eius calido ⁊ icteritie: et sunt
iuuamēti magni inflāmatiuis febribꝰ: ⁊ siti ꝑ eas. ¶ Do-
sis) Potio eaꝝ est ab. ʒ. iiij. vsq; ad. viij. ⁊ succi eaꝝ ab. ʒ.
j. vsq; ad. ij. ⁊ syrupi eaꝝ est ab. ʒ. ij. vsq; ad. iiij. et ꝯditi eaꝝ
ab. ʒ. j. et. ß. vsq; ad. iij.

Recēs viola educit lābificando: sicca vero dissoluendo est narcotica

¶ De absinthio.

Absinthiū multiplex est. Sʒ illud q̄d intēdimus
nūc est absinthiū romanū. ¶ Electio.) Meliꝰ
est quod est remotū ab odore maris. Et q̄d ori-
tur in terris liberis: et habet folia alba lenia et
plana. Asperū vero est malū: et melius tempꝰ
collectionis est ver: et opationis succi ipsiꝰ similiter: simi-
liter aqua eiꝰ. Et melius tempus collectionis florū est ꝓn
cipiū estatis. ¶ Complexio ⁊ proprietas). Calidum est in
prīo ⁊ siccum in scd̄o: et succus eius. Flos eius est calidior
accedens ad scd̄m: est autē absinthiū compositum ex sub-
stantia calida dāte amaritudinē: ⁊ nitrositatē: et faciente
ipm apitiuū oppilationū: et solutiuuʒ nature. Et ex sub-

Melius alijs ē absinthiū romanum.

stantia terrea stiptica: ꝑ quā acquirit̄ ei: vt sit mēbroꝝ cōfortatiuū: ⁊ partiū laxarum aggregatiuū. Sed stipticitas quidē plus est amaritudine sua. Et adhuc est plꝰ in eo qđ est exiccatū. Sꝫ substātia calida magis ē in sup̱ficie dominans: ꝓp qđ sua prima op̱atio qua obuiat corpori est sup̱ vestigia caliditatis q̄ sciuisti. Et secūda sua op̱atio ē vestigia ex substātia stiptica ꝓueniētia imprimere: ⁊ dixerūt q̄dā ⁊ educit per ventrem cōprimēdo: ⁊ recesserūt. ❡ Rectificatio). Nō est in eo nocumētū apparēs. Succus tñ eiꝰ nocet stōacho ꝓp bauracitatē suā. Et est debilis solutiōis. Et ex rebꝰ adiungēdis ei meliorātibus illđ est rosa. Et ex vigorātibꝰ eiꝰ op̱ationē est fumusterre: ⁊ aq̄ casei et spica addit ei bonitates notas: ⁊ passule enucleate emendāt ꝯditiōes eiꝰ.

Succꝰ eiꝰ nocet stō ꝓp bauracitatē suā.

❡ Modus operationis succi eius. Exp̱me succi eius quātū vis: ⁊ ꝓprie in medio veris: ⁊ purifica illđ sꝫ modos notos: ⁊ fac siccari in sole vel cinere calido ī vase vitreato sicut siccat̄ aloes. Aqua aūt sublimationis eiꝰ fit sicut aq̄ rosata: ⁊ silr̄ q̄ fiūt in vasis sublimationū. Absinthiū aūt sustinet đ decoctiōe mediocrit̄. ❡ Posse.) Solutiōe educit cholerā a stomacho: et intestinis: et epate. Et extēdit̄ op̱atio eius ad venas et mūdificat eas ab humore cholerico ⁊ aquoso: ⁊ interdū educit ipꝫ p̱ viā vrine. Et dixit auenzoar. Solutiōe ēt phlegma educit. Et dixerūt alij nō imprimit op̱ationē in phlegmate: de q̄ sit curādū. Et ē q̄si verius. Absinthiū q̄ꝫ p̄seruat a putrefactione; ⁊ ꝓprie potꝰ infusiōis eiꝰ in vino: aut decoctiōis singulis diebꝰ circiter. ℥.j. aut. ij. ⁊ aq̄ sublimatiōis eiꝰ silr̄. Et ꝓhibet pānos a tineis et ꝟmibꝰ. Et cōfert iuuamētum magnū ꝯtritiōi: et cōtusiōi mēbroꝝ: ⁊ ꝓprie cū melle: aut calefactū cū vino: ⁊ pauco cimino. Et si in vino aut aqua decoctiōis eiꝰ; ⁊ radicū cucumeris asinini infundat̄ spōgia: ⁊ exprimat̄ ⁊ liget̄ comprimēdo sup̱ tp̄a: confert hemicranee. Et oleū ex eis factū silr̄; ⁊ vaporat̄ auris ex aq̄ decoctiōis eiꝰ: aut vino: ⁊ ꝯfert dolori auris ⁊ tinnitui: ⁊ surditati. Et cū abluit̄ os cū aceto decoctiōis eius remouet fetorē oris a putrefactiōe gingiuaꝝ ⁊ partium eius: ⁊ vinū decoctiōis eius et corticū citri: et aq̄ sublimatiōis ipsiꝰ cōfert fetori oris ꝓp rē putridā que est in stōacho. Succus aūt eiꝰ cū nucleis persici interficit vermes in aure. Ex absinthio q̄ꝫ ⁊ fumoterre et passulis sine iterioribꝰ: et myrobalanis citrinis fit potio bona ad pruritū ⁊ scabiē. Ipm̄ q̄ꝫ stōm et epar corroborat. Appetitū mortuū excitat: oppilatiōes aperit: ⁊ morbos oppilationū curat sicut ictericia ⁊ hydropisis. Vermes iterficit: ⁊ educit: ⁊ ꝓp̄e electuariū factū ex eo ī hūc modū. Accipe absinthij. ℥.ij. euforbij. ʒ.j. ⁊ ß. cornu ceruini adusti. ℥. ß. mellis q̄tū sufficit. Cōfert etiā absinthiū iuuamētū magnuꝫ febribus longi tp̄is: et febribꝰ oppilationū. ❡ Dosis.) Quoq̄ꝫ ipsiꝰ decocti: aut īfusi. Potio ē ab. ℥. v. vsq̄ꝫ ad. viij. ⁊ pulueris eiꝰ a. ʒ. ij. vsq̄ꝫ ad iij. ⁊ succi a. ʒ. iij. vsq̄ꝫ ad. iiij.

Prohibet pannos a tineis ⁊ ꝟmibus.

Electuariū cōtra vermes.

❡ De sticados.

Sticados qđ medici laudāt est sticados arabicū et est plāta foliorum subtilium oblongorum: habens stipitem subtilem cineritium: cuius eleuatio super terram est in mensura cubiti: ⁊ habet flores assimilantes spicis siliginū: sꝫ sunt breuiores sine semine. ❡ Electio.) Meliꝰ est arabicū et melior p̱s plāte eiꝰ est flos post hunc folia. ❡ Cōplexio ⁊ ꝓprietas.) Calidū est in p̄io et siccum in secūdo. Et est ꝯpositū ex partibus terreis frigidis dātibꝰ ei stipticitatē paucā: et ex partibꝰ igneis subtilibus a quibꝰ insunt ei acuitas et amaritudo Sed acuitas plus est amaritudīe sua: ⁊ amaritudo plꝰ est stipticitate ipsiꝰ ꝓpter qđ est subtiliatiuū resolutiuū apitiuū oppilationuꝫ abstersiuū ⁊ nature solutiuū: ⁊ est p̄seruatiuū a putrefactione ꝓhibēs: et est ex p̱te stipticitatis pauce in eo cōfortatiuū cordis: et cerebri et neruoꝝ et viscerū: et hoc est eē et ꝓprietas eius. ❡ Rectificatio.) Prohidēdū est habētibus cholerā in stomacho. Cōturbat em̄ eos indicēs sitim et vomitū et estuationē laboriosaꝫ. Nocet ēt calidā et siccā cōplexionem habētibꝰ et qui sunt in p̱tāte cholere. Ipm̄ quoq̄ꝫ est ex debiliter soluētibꝰ propter qđ recte miscēdū est ei salgēma et myrobalani nigri cū eo; aut chebuli: magnificāt em̄ op̱ationē eiꝰ. Et similiter squilla: et ꝓprie in egritudinibꝰ capitis. Et īfusuꝫ q̄dē in aq̄ casei meliorat̄ in ꝯditionibꝰ suis. Et passule sine interioribꝰ suis sunt ex his silr̄ q̄ emēdāt. Silr̄ sal ⁊ salgēma rectificat illud et ꝓprie ad oēm partē eiꝰ sextuplū ipsius, ⁊ succus pomoꝝ dulciū in decoctionibus eius verificat illud: ⁊ fit ex eo ⁊ pauca spica ⁊ oleo veteri oleū bonū iuuamenti noti. Et flores quidē eius decoctionē parum sustinēt plus quoq̄ꝫ folia. ❡ Posse). Solutiōe educit choleraꝫ nigrā ⁊ phlegma: mūdificat cerebrum et neruos ⁊ mēbra sensuū et cōfortat ea ⁊ confert iuuamentū magnum egritudinibus frigidis in ipsis sm̄ omnē modū vsus eius siue in potibus siue in fomētis ⁊ lauacris: ⁊ oleū ipius ꝯfortat cerebrū ⁊ neruos; ⁊ calefacit eos ⁊ viuificat. Et ī medicinis sticados si iungat̄ squilla vel acetū eiꝰ: est medicina bona epilepsie ⁊ vertigini. Et cū lapide lazuli aut sale indo aut alijs valētibꝰ ad eā cōfert melācholie: ⁊ egritudinibꝰ timoris: ⁊ miscet̄ ei buglossa ⁊ succus eiꝰ aut sicut pomoꝝ dulciū ad egritudīes cordis melācholicas: ⁊ vaporatio decoctiōis eiꝰ aperit oppilatiōes nariū: ⁊ est medicina bōa oppilatiōibꝰ splenis ⁊ epatis ⁊ visceꝝ: ⁊ est sedatiuū doloꝝ q̄ sunt ī neruis et intrīs iuncturaꝝ ⁊ lacertoꝝ sꝫ oēꝫ modū administratiōis eius: ⁊ cōfortat interiora oīa q̄ a frigiditate sunt lesa ⁊ ꝓprie materiali ⁊ ꝓhibet a putrefactione. Et ipsius syrupus et alij modi administratiōis eiꝰ sunt medicina bona q̄rtane: et febribꝰ longi tp̄is ⁊ ꝓprie phlegmaticis. ❡ Dosis). Decoctionis eiꝰ potio est ab. ℥. v. vsq̄ꝫ ad. vij. et pulueris eius a. ʒ. iij. vsq̄ꝫ ad. v.

Qualr̄ fit oleū de sticados.

❡ De fumoterre.

Fumusterre est ex medicinis bñdictis. Uerum exuberātia eius exemit eū a numero medicinarū p̄ciosarū. Est em̄ cū hoc qđ est solutiuꝰ nature cōfortatiuꝰ: ⁊ est coadunatiuꝰ p̱tiū laxarū ⁊ p̄paratiuus: nec est in eo nocumentuꝫ apparēs: ⁊ est ex eo aliꝰ cuiꝰ flos est subalbidus cineritiꝰ ⁊ alius cuius color est pallēs violaceus. ❡ Electio). Melior est cuius herba est viridis tenera ⁊ cuius folia sūt plana ⁊ tenera: ⁊ cuius flos est subuiolaceus. Crispus ꝟo nō est bonus: ⁊ melius tp̄s collectiōis herbe eiꝰ ⁊ op̱ationis succi ipsius est principiū veris ⁊ seminis eius ipius finis. ❡ Cōplexio ⁊ proprietas). Dixerūt quidā qđ est frigidus ⁊ dixerūt quidā aliud. Sed sm̄ veritatē declinat modicuꝫ ad latus caliditatis: q̄r virtus calida in eo licet sit minor frigiditate ipsius: tñ est in superficie dñans. Et est siccus in scđo et semē eius calid. est. Inest em̄ a substātia calida in ipso amaritudo ⁊ acuitas pauca quare factus est subtiliatiuus ⁊ penetratiuus ⁊ aperitiuus oppilationū ⁊ solutiuꝰ nature. Et a substātia frigida stipticitas aggregatio et cōfortatio. Sed stipticitas est plus amaritudine sua ꝓp qđ magnificata est op̱atio sua parū egens externis solutiuis simul factus ⁊ cōfortatiuus. ❡ Rectificatio). Nō est ī eo nocumētū manifestū: sed vigorari indiget in op̱atione sua. Et ex rebus hoc faciētibus sunt myrobalani ⁊ sene et aqua casei et ex emendantibus operationē eius sunt kesmes et passule sine interioribus ⁊ mel eaꝝ. Operatio autē succi eius est sicut diximus de succo absinthij. Et si īpleantur ex succo eius vasa vitreata cū superinstillatione olei: cōseruat̄ tēpore extenso ad vsus vbi opꝫ. ❡ Posse). Solutionē facit facileꝫ et educit cholerā ⁊ humores adustos: et virtus eius extēdit̄ ad venas et mūdificat sanguinē et clarificat ipsum. Et est medicina solēnis sm̄ oēm modū administratōis eius egritudinibus et infectionibꝰ cholere ⁊ humoris adusti: sicut est lepra pruritus et scabies ⁊ impetigo serpigo et similia. Et est silr̄ medicina bona oppilationuꝫ oīm ⁊ egritudinū quaꝝ mater est oppilatio. Et ꝯfortat stomachū ⁊ epar ⁊ viscera ⁊ coadunat partes a q̄bus aduenit mollificatio. Confert etiā febribus cholericis ⁊ febribꝰ oppilationū. Dosis.) Potio succi ipsius ab. ℥. ß. vsq̄ꝫ ad. ij. et decoctionis eius ab. ℥. x. vsq̄ꝫ ad. xv et pulueris eius ab. ʒ. iij. vsq̄ꝫ ad. v.

Est de medicinis benedictis.

Modꝰ cōseruandi succū eiꝰ.

❡ De eupatorio.

Eupatoriū est herba lōgitudinis cubiti amaritudinis multe cuiꝰ folia sunt sicut cētauree minoris viridia: sꝫ sunt aspera et incisa: et stipes eiꝰ est subtilis. Et quādo exiccatur citrinescit. Et eleuantur super eum flores q̄ sunt sicut subcitrini longitudinis pauce. Et sunt quidam qui dixerunt quod eupatoriū est herba publicum in qua est viscositas adherens. ❡ Electio.) Melius tempus collectionis eius est finis veris et op̱atiōis succi eiꝰ silr̄. ❡ Cōplexio et ꝓprietas.) Calidū est ī p̄io gradu et siccū ī scđo et est cōpositū ex substātia calida subtili: quare ē subtiliatiuū incisiuū abstersiuum mūdificatiuū et preseruatiuū a putrefactione

Quid sit eupatoriū

putrefactiōe ⁊ resolutiuū ꝯuenlēs sine attractiōe ⁊ ex partibus terreis. q̄re est i ipō de stipticitate aliq̄d pp qđ est cōfortatiuū ⁊ coadunatiuū. ⁋Rectificatio). Debilis ē solutionis: sed ꝯfortat̄ ꝟtus eius cū aq̄ casei. Et modꝰ opationis succi eius ē sicut dixīmꝰ de absinthio. ⁋Posse). Solutiōe educit cholerā ⁊ phlegma facile. Et ꝯfortat stomachū epar ⁊ viscera ⁊ ꝯfert doloribus eoꝝ. Et est medicina solēnis oppilationū oīm et egritudinū ab ea factarū. Febribus aūt lōgi tpis mire subuenit. ⁋Dosis). Decoctiōis eius potio ē ab. ℥. iiij. vsq̄ ad. vj. ⁊ pulueris eiꝰ ab. ʒ. ij. vsq̄ ad. iij. Loco eius ponit̄ in defectu ipsius absinthij et asari añ. medietas ponderis ipsius.

⁋De epithimo.

Quid sit epithimū.

Epithimū est ex herbis supcrescētibus alijs herbis ⁊ ē sil'e cuscute. Plāte aūt q̄bus superexcrescit sunt alkil ⁊ alhase: et q̄dā species origani. Eius aūt aliud ē cretēse: et aliud est syriū. ⁋Electio). Melius est qđ est subruffuz cretense acuti odoris. Quod nascit̄ in syria ē post id sȝ ē minus ruffuz: et adhuc melius est qđ est cōpletū: pōderosum. Et meliores ptes eius sunt extremitates eius grosse q̄ sunt sicut flores. Subcitrinum aūt ⁊ pallidū ē minus bonū. ⁋Cōplexio ⁊ ppꝛietas). Est calide cōplexionis et sicce in scđo: et dixit Gal. qđ est calidū in tertio: et est ꝯpositū ex ptibus igneis: a q̄bus inest ei acuitas. Et ex terreis subtilibus a q̄bꝰ sibi īest stipticitas pauca: et ipȝ q̄dē est subtiliatiuuȝ resolutiuū apitiuū oppilationū ꝯfortatiuū viscerū. ⁋Rectificatio). Facit sitiȝ: ⁊ gñat estuationē in corporibus calidis. Et est ex debiliter ⁊ tarde soluētibꝰ. Quapropter est phibēdū sub dñio caliditatis: ⁊ siccitatis positis. Cōfortat̄ aūt opatio eiꝰ i multiplicatiōe quātitatis ipsiꝰ et associate rei cū eo magnificātis effectū eiꝰ sicut sunt myrobalani nigri idi ppꝛe. Aut helleborꝛi nigri quātitas parua. Aqua ꝟo mellis cū pauco sale aut aq̄ ꝺcoctiōis passulaꝝ cū sale sil'r. Aut aq̄ lactis ex capris sumpti vigorat ipsiꝰ operationē. Sal gēma ꝟo aut sal indus aut sal napticus sūt ex rebus q̄ addite sibi addunt ꝟtuti ipsius. Citā aūt ⁊ facilē facit opationē ipsiꝰ si ei aliq̄d acutū ꝟtute misceat̄: sicut pip et pip lōgū et zinziber et similia. Et nō ptermittas quin cadat in potibus eius oleū amigdalarū dulciū: q̄ inuoluat̄ et i decoctiōe ipsius passule sine interioribus: qm̄ addūt ei ad bonitatē leniendo qđ timet̄ ex nitrositate ipsius. Et ne ignores qđ epithimū de decoctione modicū sustinet: q̄re opȝ vt fiat illud ꝺm legē.

Prerogatiuā hȝ supra oēs medicias educendi melancholiam.

⁋Posse). Prerogatiuā hȝ educere sup oībꝰ solutiōe educētibus melancholiā. Educit eñ sine molestia et facile: et q̄dā dicūt qđ educit de phlegmate aliq̄d. Et dixit paulus qđ solutiōe educit humores adustos: ⁊ ꝺclinauit ab eo qđ cōprehēdit veritas. Et ego nō inueni qđ fieret illud. Ptās aūt eius sup humore melācholico et egritudinibus eiꝰ est magna et ppꝛie i egritudinibꝰ capitis sicut est melācholia et epilepsia et alguēguē et timor et ꝟtigo et dolor capitis q̄rū materia est melācholia. Valet ēt ad tremorē cordis et sincopim et egritudines melācholicas ī eo. Et est magna medicina oppilatiōis splenis: et egritudinū in eo: et ꝯfert egritudini hypocūdrie: et oppilatiōibꝰ renū: et frequens vsus potiōis eiꝰ ē medicina solēnis cācro et lepre et vulneribus nigris et soluit q̄rtanā. ⁋Dosis). Potio eiꝰ i decoctiōe ē a. ʒ. v. vsq̄ ad. xx. Et pulueris eiꝰ a. ʒ. iij. vsq̄ ad. vij. Is aūt qui sumit ipsum vitet acceptionē eius in estate.

⁋De hyssopo quod vocatur hasce.

Quid sit thimus.

Quidā q̄dā qđ ē hyssopꝰ hortēsis. Et dicūt alij ꝙ est vna ex spēbꝰ origani. Et est plāta pluriū stipitū subtiliū q̄ expādūt̄ et eleuant̄ sup radicē sicut ē medietas cubiti: et sunt eiꝰ folia miora folijs origani et eleuant̄ et colligunt̄ sup extremitatē stipitū sicut modꝰ folioꝝ ꝺclinātiū ad purpureitatē: et minorant̄ folia i extēsiōe stipitis: et multiplicant̄ in capitibꝰ et extremitatibꝰ grossis: et eiꝰ flos est sicut flos calamēti ad rubedinē declinās: et plāta eius vt dictū est mr̄ epithimi. ⁋Cōplexio et ppꝛietas). Calide cōplexiōis est et sicce in secūdo: et dixit Diascorides qđ est in principio tertij: et est quasi verius. Est eñ resolutiua incisiua calefactiua oppilationū apertiua carminatiua ventositatis: et hoc est propter dominiū partiū calidarū in ipsa. ⁋Rectificatio). Est in ea de acuitate aliquid sed nō supfluens. Et fortasse frangit in permixtiōe ipsius cū alijs: et frangit in infusione ipsius in aceto permixta et emendatur etiam

Estimater epithimi.

Hermodactyl⁹ est radix herbe mōtane: ꝛ ei⁹ ali⁹ lōgus sicut digit⁹ ali⁹ rotūdus. (Electio). Ille de q̄ hic loqmur est rotūd⁹: ꝛ ei⁹ ali⁹ est alb⁹ alius rubeus: ali⁹ niger. Melior ex his est habēs ꝓprietates tres bonas. s. q̄ est alb⁹ ꝛ vere albedinis intus ꝛ extra: ꝛ q̄ est grossus ꝛ q̄ est duritiei mediocris. Rarus vō ꝛ laxus ꝛ leuis est debilis. Rubeus vō ꝛ niger ābo mali sunt. Cui⁹ ort⁹ ē in locis pinguib⁹ aut humidis est malus: ꝑpterea ꝙ addit̄ ei ad humiditatē supflua ꝛ inflatiuā. Et ortus ei⁹ in vicinitate squille melioraṫ in cōditionib⁹ suis: ꝛ siṁr in vicinitate rafani. Melius vō tēpus collectionis est ver. ꝛ meliores sunt in q̄b⁹ iaȝ preterijt medius annus post bonā eoꝝ exiccationē. (Cōplexio ꝛ ꝓprietas). Calidus est ꝛ siccus in principio scdi: ꝛ in ipso est humiditas supflua: cā ad inflationē ꝛ vētositatē ꝛ nauseā: quare est malus stomacho ꝛ reumatiȝātib⁹ ad ipm̄ supfluitates ex alijs mēbris. (Rectificatio). Tria sunt corrigibilia in eo. Primū est nocumentū qd̄ dixim⁹ qd̄ ipri mit in stomachū: ꝛ scdm̄ est qd̄ gn̄at ventositatē causaȝ ad subuersionē ꝛ nauseā: ꝛ tertiū est qm̄ est debilis ꝛ tardus in soluendo. Et dixit Alexāder. Inimicatur stomacho aggregās in ipso supfluitates plurimas ꝛ generās in eo vētositates grossas: ꝛ tollitur hoc nocumētū ab eo in permiscēdo cū eo ciminū et masticē et ȝinȝiber: et siṁr piper longū cū eo et mentastrū et keysim remouēt hoc nocumentū ab eo. Et dicit Alkanȝi. si ex eo ꝛ pauco ȝinȝibe. fiant trocisci cū succo rafani: vigoraṫ in operatiōib⁹ suis. Et ex eis q̄ magnificāt illud ꝛ meliorāt conditionē eius est squilla: ꝛ ꝑprie si ex ea assata aut succo eius fiant trocisci ꝛ proprie cū pauca spica ꝛ ȝinȝibere. Et ex rebus sibi additis prohibentib⁹ discursum materiei ad stomachū per ipm̄ sunt myrobalani eo qd̄ aggregāt ꝛ confortāt stomachū: ꝛ faciūt citū descēsuȝ eius cū sit ex tarde descēdētib⁹. (Posse). Solutione educit phlegma grossum a iuncturis proprie. Et est medicina artetice magna ꝛ podagre sumptus: ꝛ etiam cataplasmatus et ꝑprie cū farina ordei vitellis ouorū aut cū mica panis pinguis ꝛ vitellis oui: et vsus ei⁹ ipinguat corpus. Et augmētū efficit i spermate. Et est medicina bona vulnerib⁹. Abstergit eīm sordes eorū: ꝛ cōsumit carnes putridas in eis. (Dosis) Eius est ab auī.j. vsq ad duos Conseruatur aūt per annos tres.

Laudatur hermodactylus hn̄s proprietates tres.

Tria in hermodactylo corrigenda.

De ireos.

Qd ireos.

Ireos. Inquit grec⁹. Est radix herbe qui dr̄ lilialis: cui⁹ due sunt species. Est eīm q̄ florē hȝ purpureuȝ habentē gradationes diuersitatis in purpureitate: sicut hȝ arcus terroris: et est iris: et propter hoc vocatus est ireos. Et est alius cuius flos est albus. (Electio). Habēs florē albuȝ debilior est in omni re. Et est ex eis melior: cuius radix est alba participās rubedinē ꝭm aliqd: ꝛ grossa ꝛ dura ꝛ spissa et in qua est aromatiȝitas sicut odor violaꝝ proprie ꝛ cuius sapor est acutus: mordicatiu⁹ ꝑpter acrimoniā ipsi⁹ ꝛ habēs nodos breues collectos. Melior pars plante est radix post illā flos. Et melius tēpus collectiōis ipsi⁹ est principiū veris. (Cōplexio ꝛ proprietas). Calide cōplexiōis et sicce est in tertio. Et in ipso est acredo ꝛ acuitas. Et est abstersiuus: maturatiuus: resolutiu⁹: lenitiu⁹: aperitiuus oppilationū sedatiu⁹ mūdificatiuus ꝛ solutiuus nature ꝛ ꝓuocatiuus. Florē vero habēs albuȝ calidus est ꝛ siccus in scdo. Et est resolutiuus abstersiuus cuȝ equalitate ꝛ est subtilioris substantie ꝑpter quod ꝛ oleum eius est subtili⁹ ꝛ maioris penetratiōis. (Rectificatio). nocet stōacho ꝑpter qd̄ ꝓpinatur cū aqua mellis ꝛ pauca spica. Et emēdatur in cōditionib⁹ suis siṁr cū aqua casei ꝛ melle ꝛ pauco mastice ad causas pectoris et ēt pulmōis cū rob. Operatio olei. R. ex floribus ipsius q̄ntitatē quā volueris: ꝛ ex radice mediū ipsius ꝛ exequere de opatione illud qd̄ diximus de oleo rosato ꝛ violato. Opatio aūt succi ei⁹ ē sicut opatio succi absinthij. De cōtritione aūt ꝛ decoctione sustinet mediocriter. (Posse). Solutione educit phlegma

Mod⁹ faciēdi oleū de lilio.

grossum ꝛ cholerā permixtā. Et educit etiam aquā citrinam cū facilitate: ꝛ eius aspectus est ꝑprie et maxime ad pulmonē ꝛ pectus: ꝛ est maturās subtilians et educēs ab eis materias cū facilitate: ꝛ propter grossas ꝛ viscosas et adherētes: ꝛ est alius aspectus ei⁹ ad epar ꝛ mēbra vicina ei ꝛ ad splenē remouēs oppilatiōes eoꝝ: ꝛ curās morbos oppilationū in ipsis: ꝛ educēs materias ab eis sicut est hydropisis ꝓprie ꝛ est ex bene resoluētib⁹ duritiem eorū ꝛ apostemata ꝛ dolores ipsoꝝ: ꝛ est medicina bōa lenitiua et resolutiua oīs duritie et ꝑprie iuncturarū et neruorū et apostematū duroꝝ ꝛ scrophulaꝝ ꝛ proprie coctū cū aqua sicle aut caulīū: aut cū vino ꝛ permixtum cuȝ melle ꝛ oleo camomille. Et cōfert dolori capitis antiquo ꝛ ꝑprie emplastro facto ex eo: ꝛ caputpurgio facto ex succo ipsi⁹: ꝛ cōmouet sternutationē ꝛ educit per viā nasi superfluitates plurimas ex cerebro ꝓnas fluere ad ptes corporis occultas: ꝛ ei⁹ administratio ꝑprie cum rob confert iuuamētū manifestū tussi antique: cui⁹ cā est humiditas grossa ꝛ viscosa: ꝛ difficultati anhelit⁹: ꝛ mūdificat viscera ꝛ matrices: ꝯfert supposit⁹ ꝛ emplastrat⁹ dolorib⁹ earū ꝛ educit mēstrua ꝛ facit aborsuȝ. Et ē medicina magna vulnerū antiquorum ꝛ putridoꝝ mundificās ea: ꝛ generās in eis carnē laudabilem: imo etiā ossa nuda vestiēs carne: ꝛ emplastratio ꝛ clisteriȝatio, facta ex eo ꝯfert sciatice: ꝛ colluitur os ex aceto decoctiōis ipsius: ꝛ remouet dolorem dētis et sedat reumatismū ei⁹ et suppositio facta ex eo aperit orificia emorroidaꝝ: ꝛ ꝯfert vsus ei⁹ ei qui effundit semen suum inuolutarie: et fit ex succo ipsi⁹ et farina fabaꝝ et cicerum linimētū bonum mundificās faciem et abstergēs maculas eius. Oleū vō ei⁹ cōfortat neruos ꝛ iuncturas ꝛ cōfert spasmo hūido et cōfert dolori pectoris: et pleuresi et peripleumonie: et ꝯfert distillatio ei⁹ in aurē dolori eius ꝛ distillaṫ ad fetorem nasi et remouet eū: et inunctio ei⁹ in tēporib⁹ facit dormire et ꝯfert dolori capitis et maturat catarrū et ꝯfert inunctio ei⁹ dolori epatis: et splenis et renum: et ꝯfert dolori matricis et iūcturaꝝ et podagre. (Dosis) Eius est a.ʒ.ij. vsq ad.vj. et cōseruaṫ ꝑ annos duos.

Quātum valeat in vulnerib⁹

De cucumere asinino.

Quid sit cucumer asininus.

Cucumer asininus est fruct⁹ sicut cucumer paruus asperitatis plurime et amaritudinis vō: et ei⁹ plāta hȝ folia siṁa folijs cucumeris tn̄ asperiora. (Electio). Melior ps plante ei⁹ est fructus ipsius et proprie eius cōpleti succus et post ipsum radix. Et calidior fructus eius est citrinus cōplet⁹: expoliatus tn̄ a viriditate et qui est amaritudinis vere et cui⁹ succus est albus habēs sicut de pinguedine aliqd. Incōpletus vō est maius: educens sanguinē solutiōe: et radix ei⁹ ingredit̄ in medicinis mutarū vtilitatum: et melius tēpus operatiōis succi ei⁹ est finis estatis et collectiōis radicis eius est finis veris. (Cōplexio et ꝓprietas). Calide cōplexiōis est: et sicce in tertio. Est autem cōpositus ex partib⁹ igneis ꝛ partib⁹ terreis adustis est aūt resolutiu⁹ subtiliatiu⁹ aperitiu⁹ oppilationū et orificiorum venarū abstersiuus extenuatiu⁹ exiccatiuus ꝛ solutiu⁹. (Rectificatio). Excoriat et apit orificia venarum q̄re generat tortiones faciēs cum solutione angustiam: et est tarde opatiōis: et emēdatur nocumentū pmum si in operatiōe succi ei⁹ adiūgatur ex bdellio aliqd aut ex dragagāto: aut si ꝓpinet̄ cum lacte dulci recenter mulso: aut cū aq̄ mellis ꝛ sale: et vigoraṫ et facilitaṫ eius operatio si in opatiōe succi ipsius misceaṫ salis gēme q̄ntitas aliq: et scito ꝙ spēs alefangine addunt virtuti ipsius. Operatio succi ei⁹. Accipe ex succo eoꝝ quātitatē quā volueris: ꝛ ꝑprie quādo citrinescūt: et sunt maturitatis cōplete: et fiat extractio succi cū facilitate: nō cum cōpressione laboriosa et exiccet̄ sicut exiccaṫ scamonea et aloe. Et qdā accipiūt aliqs ex specieb⁹ aromaticis: et ligāt in pāno: et suspēdūt in eo donec incipiat inspissari: et postea remouēt. Et aliqui ponunt alia ꝭm intētiōes alias. Expellit autem nocumētum eius a corpore aqua ordei mellea et simiṫr vinuȝ ꝛ oleū. (Posse). Dixit Ioānitus. Soluit, sicut scamonea: et ꝭm veritatē rei educit phlegma: cū virtute et per vomitum et ꝑ ventrē: et interdū cholerā: et ꝑprie si inueniatur ei preparatio: et educit mirabiṫr aquositates a ptib⁹ difficilis eradicatiōis earū: et educit materias q̄ sunt in iūcturis: et curat dolores eaꝝ: et ꝑprie succus ei⁹: et etiā radix

ipsius cū aceto cataplasmata:ꝛ si decoquant radices eius cū absinthio in aqua et oleo vsq dum sint bene excocta:ꝛ embrocētur tpa:ꝛ ex ea aqua eoꝝ calida et ex oleo:ꝛ fiat ex fece emplastrū stringendo circa tpa:et resoluitur hemicranea laboriosa difficilis. Et caputpurgiū ex succo ei⁹ valet silr:et ppue cū succo:et lacte pauco. Educit em ex via nasi superfluitates cerebri plurimas:ꝛ vz ad fetorem nasi. Et ad dolorē capitis antiquū ꝛ epilepsiā. Et mod⁹ emplastrationis quē dixim⁹ resoluit apostemata grossa ꝛ dura:ꝛ scrophulas:ꝛ ppue pmiscendo ei aliquid ex stercore capraruz cū melle. Succus vo ei⁹:ꝛ succus radicis ipsius est medicina bona hydropisi. Extrahit em aquā citrinā cū fortitudine:et silr decoctio radicis ipsius. Et confert ictericie:ꝛ oppilationi epatis:et splenis:et cōfert sciatice iuuamētū manifestū emplastrat⁹ ꝛ clisterizatus. Puluis vo radicis eius cū melle attenuat cicatricē fedā: et remouet vestigia magna que remanēt post percussiōes. Et fit ex succo radicū ipsius et farina fabarum linimentū bonum abstergens sordiciē faciei:et feditatem cutis. Et fricatur morphea cū radice eius et aceto forti:et aufert eam. Et simil'r valet ad lētigines. Et scito quod solutio ex eo quādo superflua est educit sanguinē. Cōseruatur succus eius triennio. Et est administrandus post sex mēses. ⸿ Dosis). Succi eius a.x. granis vsq ad.ʒ.j. tertiā.pulueris radicis eius a granis. xv.vsq ad.ʒ.ß. Se.et aqua decotionis radicis eius ab.ʒ. ij.vsq ad.iiij.

Optimuz emplastrū pro hemicranea.

⸿ De centaurea.



Centaurea. Alia maior. Alia minor. Inter q̄s distinguūtur pprietates note. ⸿ Electio). Minor melior est in oi re:cui⁹ flores:ꝛ crura colorem habēt citrinū palearē:et melior ps plāte sunt flores:ꝛ semina ipsius. Et melius tps collectionis ipsius est pricipiū estatis. ⸿ Cōplexio et pprietas). Calide cōplexiōis est et sicce in scdo. Et dixit ruffus. Est in pncipio tertij:et est ꝯposita ex partibus terreis adustis i parte dantib⁹ ei amaritudinē:et ex partibus nō adustis:cū pmixtiōe aquositatis:a quibus inest ei stipticitas. ⸿ Et est i ea de dulcedine aliquid a partibus aereis. Et in ipa est ex acredine aliquid a ptibus igneis. Et amaritudo i ea plus est stipticitate ipsius:ꝛ stipticitas plus dulcedine ꝛ acredine:ꝛ acredo i ipa est remissa sine mordicatione. Quare est ex marie curātib⁹ vulnera imo sigillātibus ea. Immo est ipa abstersiua:exiccatiua: ꝯsumptiua superfluitatū:ꝛ solutiua vētris. Et qn̄ supfluit:purgatio ex ea solutione educit sanguinē. Aperit em oruficia venarū apertione sanguinē manare faciēte. Dubitauit em hermes i ea de eo q̄ď dr̄ q̄ est aperitiua venaꝝ:et effusiua sanguinis:cū sit sigillatiua vulnerū:ꝛ sanatiua. Adhuc aūt dixit Albundus. Cōfert sputo sanguinis ꝛ aggregat ad retētionē ei⁹ ꝛ sigillationē loci manatiōis ipsi⁹. Inquit Hebē Mesue. Satisfacit inq̄sitioni pscrutatio cōpositiōis ipius:etenim in ea amaritudo ꝛ stipticitas sūt sicut dominās:q̄ sunt ad aggregādum magis:ꝛ fit prima cōsecutio operatiōis per ipsas. A dominātē em virtus promptior. Cū autē suscitat caliditas ipsius ꝛ acrimonia post longam eius actionem: cū agitatione in corpore:fit cōsecutio opationis a virtute substātie acute ipsius:ꝛ calide:quare operat q̄ď diximus:ꝛ nō semp:sed illud ppue quādo ex ea purgatio superfluit. ⸿ Rectificatio). Est ex faciētibus solutionē tardam:ꝛ est cōturbatiua ꝛ aperitiua orificioꝝ venaꝝ. Cōfortat autem ei⁹ opatio cū aqua mellis:ꝛ oximelle:ꝛ pauco sale. Uel cū aqua decoctiōis ameos mellita ppue:et salgēma:et remouet cū hoc eodē nocumētū scdm:ꝛ remouet tertiū administrādo aliq̄d de mastice cū ea. Coctionē aūt ꝛ ptritionē ad plenū sustinet. ⸿ Posse). Solutiōe educit phlegma crudū ꝛ ppue minor:ꝛ cholerā citrinā:ꝛ materias a iūcturis: et mūdificat neruos:et cōfert doloribus eorū:et cōfert sciaticis iuuamētū magnū emplastrata et clysterizata. Et similiter emplastratio cōfert dolori neruoꝝ:ꝛ cōtritiōi lacertoꝝ et ppue cū mica panis:et sale pauco ꝛ melle vel oleo. Et est medicina oppilationū epatis:et splenis:et puocat mēstrua:ꝛ sanat dolorē matricis:ꝛ educit fetū. Et ꝯfert colice:ꝛ dolori vētris:ꝛ interficit vmes:ꝛ solutiōe educit eos: iuuamēta aūt a re stipticitatis ei⁹ sunt: qm̄ abscindit sputū sanguinis:et sanat vulnera:et mūdificat ea:ꝛ ꝯsolidat: ꝛ ppue difficilis cōsolidationis et propue puluis ei⁹. Et vnguētū factū ex ea et vinū decoctionis ipsius est potus ad hoc:et ppe ad fistulas ꝛ vlcera maligna:ꝛ q̄dā dixerūt superstitiose qm̄ si coquit cū carnib⁹ cōsolidat eius ptes diuisas. ⸿ Dosis) Ei⁹ est a tertia.ʒ.j.vsq ad.ʒ.j.et ß.ꝛ i decoctionibus ab.ʒ.j vsq ad.iij.

Quales habet sapores.

Dubium hermetis.

Rn̄sio Mesue.

Quantuz valet i vulneribus.

⸿ De carthamo.



Carthamus duoꝝ modoꝝ est. Est em domesticus:ꝛ siluestris:ꝛ dixerūt q̄dā q̄ nil est ex spēcibus carthami:ꝛ elongati sunt. ⸿ Electio). Cartham⁹ de quo loquimur est domesticus: ꝛ melior ps plante eius est semē ei⁹. Post illō flos ei⁹:et melius semē est q̄ď est albū:et planū grossaz:et plenū:cuius medulla est vnctuosa:pinguis:et cortex eius tenuis. Et melior flos est q̄ est sicut pili croci. ⸿ Cōplexio ꝛ pprietas). Calide est in pmo:et sicce in scdo:et flos ei⁹ est min⁹ calid⁹:et siluestris est calidior et siccior:est eniz in eo virt⁹ lacticinioꝝ remissa:est autē carthamus abstersiuus aperitiu⁹:et ꝯturbatiu⁹:ꝛ faciēs nauseaz:ꝛ inest ei virtus educēdi p vomitū:et per venerē:et eius nutrimētū est prauum:ꝛ multū nocēs stomacho:ꝛ dr̄ q̄ caseat lac in mamilla et stō. ⸿ Rectificatio). Nocet stomacho faciēs fastidiū: ꝛ est tarde et debilis solutiōis:ꝛ dimittit vestigia lenitas in viscerib⁹. Emēdat aūt primū nocumētū ex eo permiscēdo ei aliq̄d ex medicinis stomathicis:sicut anisum ppue et galāga:et mastix:ꝛ sisia:et cōfortat eius solutio ꝛ emēdat nocumētū q̄ď imprimit in itestinis permiscēdo cū eo aliq̄d ex medicinis acutis:sicut cordumeni ppue et ziziz.ꝛ sal panis:ꝛ sal gēma:ꝛ sisia. Inq̄t Paul⁹. Accipe medulle ei⁹.ʒ.x.cordumeni aureū.j.fac ex eis grana sicut cicer:ꝛ da ʒ.v. Soluit em sufficiēter. Dixit et. Liga ex medulla eius q̄titatē sufficiētē in pāno:ꝛ suspēde in oximelle qn̄ coquitur:et erit solutiuū:ꝛ ppue si fuerit oximel sqlliticū. Inq̄t Alchāzi. Accipe medulle ipsi⁹ aur.xij penidiaꝝ aur.iiij.cordumeni:zinzib.añ.aur.j.aggregētur oia cū melle:ꝛ fiant forme sicut nuces ꝛ da vbi opz vnā vel duas.et dixit Gal. Decoquat medulla eius in iure galli vel gallinaꝝ cū speciebꝰ et ppinetur vbi opz:ꝛ dixit etiā ex medulla ei⁹ ꝛ tertia pōderis ipsi⁹ ex amigdalis:et sexta ex pineis:et aggregent oia cū melle cocto et succo sqlle:et fit lohoc iuuamēti mirabilis ad ea q̄ dicemus. Extrahit ab ea oleum iuuamētoꝝ multoꝝ:et ei⁹ operatio est sicut opatio olei de ben et olei amigdalaꝝ. ⸿ Posse). Solutiōe educit phlegma p ventrē et vomitū:et silr aquositates:et valet ad egritudines ex eis:sicut est colica:et clysterizat⁹ valet similiter:et mundificat pectus et pulmonē:et ppue lohoc predictū ꝛ alii modi administratiōis ei⁹:et clarificat vocē ꝛ similiter oleum ipsius:ꝛ vsus ipsius in spermate augmētum efficit. Flos vo eius cum aqua mellis remouet ictericiā. ⸿ Dosis) eius est a.ʒ.iiij.vsq ad aureos q̄nq:et floris eius a.ʒ. j.vsq ad aureos.ij.

Carthā. duplex.

Duoꝝ documētorū moderatiua.

⸿ De ben.



Ben est granū almesus:et ei⁹ aliō magnū:aliō paruū. Magnū aūt est in magnitudie fruct⁹ auellane triangulatū. Paruū vo ē sicut cicer: et vtrūq hz medullā vnctuosaz lenē:et albā. ⸿ Electio). Mai⁹ icolume ē. Paruū vo malignū ei. Magnū autē meli⁹ est:cui⁹ cortex est alb⁹ plan⁹ tenuis:et cuius medulla est alba lenis multe vnctuositatis:et q̄ ē antiquū meli⁹ est recēti:et pūū meli⁹ est subnigrum declinās ad albedinē:et cui⁹ medulla est vnctuosa alba et lenis:et antiquū meli⁹ est recēti. ⸿ Cōplexio ꝛ proprietas). Magnū calidū est in pncipio tertij:siccū i scdo et in ipso est hūiditas supflua cū acredine:et est incisiuuz abstersiuū:mūdificatiuū:et aperitiuū opilationū:subuersiuū:viscerū cōturbatiuū ppter hūiditatē eius supfluam preparans ad vomitū:et minus fortius est in oi re faciēs opationes difficiles et laboriosas pducētes ad casuz virtutis et sudorē frigidū. ⸿ Rectificatio). Parui phibēda est administratio nisi i emplastris:et fricationib⁹:et olei ipsius silr nisi in vnctionibus. Magni autem malitia est corrigibilis. Et sunt hec corrigibilia in ipso. Nocet em stomacho faciēs in eo subuersionē:et est laboriose solutiōis et tarde. Et nos q̄dē dixim⁹ i canone:q̄ essatio ei⁹ resoluit ab ea.et maturat hūiditatē supfluā:et aerē causam ad subuersionē:et nauseā:et dimittit ei:vt sit solutiuū p ventrē tm̄. Semē aūt feniculi:et anisi cū eo rectificat nocumētū primū et ppue mixta decoctiōi ipsi⁹:et fiunt ex medulla ei⁹ post coctionē ipsius et medio pōderis ex amigdalis dulcibus:et melle passularū forme sicut auellane:et sunt iuuamēti magni

Ben duplex.

iuuamēti magni vbi opz. Operatio decoctiōis eius. Accipe ex eis integris q̄titatē quā volueris ꝛ inuolue in pasta: ꝛ coque in cinere calido: vel extrahe medullā eorū: et ptere ptritiōe multa: ꝛ pone ex seminib⁹ et specieb⁹ aliquas: et inuolue papyro: et desup' inuolue pastā: ꝛ fac sicut sup⁹ diximus. Oleum aūt eius extrahit sicut oleū de amigdalis. ¶ Posse). Per vomitū, ꝛ ventrē educit phlegma crudū: et grossuz: ꝛ ē mirabilis medicina ad cholicā phlegmaticā ꝛ vētosam: ꝛ etiā clysterizatū ꝛ suppositū: ꝛ fit emplastrum ex medulla ei⁹: et farina ordei: ꝛ melle. ꝛ resoluit aposiema ta: ꝛ scrophulas: ꝛ cū melle tm̄ valet silr ad egritudies neruorū frigidas: sicut est cōtractio et spasm⁹. Calefacit enim eos: ꝛ lenit duritiē eoꝝ et nodositatē: ꝛ emplastraꝛ super epar: ꝛ splenē ꝛ ꝓpe cū farina lupinoꝝ et spica: ꝛ cōfert duritiei: et oppilationi eorū. Ben aūt paruū ēplastratū egritudinib⁹ iam dictis est virtuosius: et silr oleum ei⁹. Oleū aūt de ben notū cōfert vestigiis vlcerū: et lentiginibus ꝛ feditati cutis: et morphee. Et distillatū in aurem cōfert dolori eius: et sonitui in ipsa et surditati: et sibilo. ¶ Dosis) Eius est a.ʒ.ß. vsq͂ ad.ʒ.i.ꝛ ß.

¶ De lapide armeno.


Lapis armenus Inquit Aler. a verificatorib⁹ est inuentus prerogatiuā habere in educēdo nigrā cholerā: cuius operatio est incolumior elleboro nigro ꝛ ṽtuosior lapide lazuli. ¶ Electio). Melior est habēs colorē medium inter viridē ꝛ obscurum terreū ꝛ indum. Et hz macularū distinctiones virides et nigras. Et qui nō est in lapidis termino: immo est facile dissolubilis: et puluerizabilis: ꝛ q̄ est tactus lenis carens asperitate. ¶ Cōplexio et ꝓprietas). Calide cōplexionis est in principio scdi: et sicce in ipso: et est resolutiuus abstersiuus: et est ex cōturbantibus et subuertentibus stomachū: et educit per vomitū et per vētrē. ¶ Rectificatio). Nocet stōacho generās subuersionē: et faciens cū angustia solutiones. Et dixit Aler. Nō lotus per vomitū soluit: et per ventrē: et cum labore. Lotus aūt soluit per ventrē: et sine molestia. Ars autē in lauando ipsuz est hec. Teraꝛ cū facilitate in vase lapideo: deinde fundaꝛ sup ipsuz aqua dulcis et lauaꝛ sicut terēdo: et fiat illud trigesies semp īnouādo aquā: ꝛ adhuc decies post illō laueꝛ aqua rosata. Et dixit Alchind⁹. Lauet cū aqua buglosse post purgationē eius. Acquiriꝛ em̄ ei mirabilis ꝓprietas ex hoc ad egritudines melācholicas. ¶ Posse). Solutiōe educit cholerā nigrā: et cū virtute mūdificat cerebrum ab ea: et valet ad egritudies ei⁹ melācholicas: sicut est mania et melancholia: ꝛ ṽtigo: et dolor capitis: et epilepsia: et ad egritudines timoris et suspitiōis: et ad leprā et ad egritudines splenis: et ad cancrū: et ad morpheā nigrā: et melācholicas febres. ¶ Dosis). Non loti potio est a.ʒ.ß. vsq͂ ad ʒ.i.ß. Et potio a.ʒ.i. vsq͂ ad.ii.

Mod⁹ lauādi lapidez armenum.

¶ De lapide stellato.


Lapis stellatus est lapis de genere marmorū habēs maculas ex auro: ꝛ est ali⁹ albus: et dr̄ marchasita. Ali' viridis clarus celestis: et vocaꝛ lapis lazuli: et q̄nq͂ minera fert vtrūq͂ simul. ¶ Electio). Melior est cui⁹ color ē viridior ī colore lazulini: et hz maculas aureas: ꝛ mixt⁹ cū marchasita est nō bon⁹: et nō maculat⁹ ē nō bon⁹ et silr leuis. ¶ Cōplexio et ꝓpetas). Est calid⁹ in scdo: et siccus i tertio: et dixit Humain: ē in vtroq͂: i tertio: ꝛ ē in ipo acuitas nō vacuata stipticitate aliq: et est ex parte acuitatis eius adustiuus: vlceratiu⁹: putrefactiu⁹: abstersiu⁹: et incisiu⁹. Et in nō loto ē ꝓprietas radēdi pilos. Lotus aūt pseruat et ꝓlōgat eos: et ḡnat pilos i palpebris. ¶ Rectificatio). Sunt in eo nocumēta q̄ dixim⁹ in lapide armeno: et expedit tollere nocumēta ei⁹ silr cū ablutione: sicut dixim⁹ superius. De trituratiōe aūt sustinet plusq͂ lapis armen⁹. Quidā aūt ex sapiētib⁹ posuerūt ipm post ei⁹ ablutionē in cōfectiōib⁹ letitie: et ꝓpe.ʒ.viii. ex eo ad lib. vnā ex cōfectiōe: ꝛ dabāt cū succo buglosse depurato: et vino subtili antiquo et est medicina solēnis ad egritudines cordis melācholicas: dilatat em̄ aiaz: ꝛ facit i ea minerā gaudii. ¶ Cōfectio lapidis lazuli ex iuētiōe nr̄a. Accipe ex seta tincta ex Iermes li.i. Submerge eā in succo pomoꝝ dulciū et aq̄ rosarū añ.li.i. et ß. dimitte die vna. Deinde fac modicū bulire vsq͂ dū aqua rubeat: deīde extrahe ab ea setā: et pone zuccari tabarzet.ʒ.cl. et coque vsq͂ dū habeat spissitudinē mellis: et remoue ab igne: et proiice in eo calido ambre crude frustatim incise.ʒ.vi. et dimitte liquefieri ī eo. Deinde pisce super eum puluerē rerum haruz. Accipe ligni aloes crudi: et darseni. ana.ʒ.iiii. lapidi lazuli loti et ꝑparati.ʒ.xii. margaritarū ʒ.ii. auri boni.ʒ.i. et tertiam: confice cū predictis. Est em̄ hec medicina maximi iuuamēti ad pulsuz cordis: et sincopim: et alguesgues et tristitiā sine cā. Et est ex rebus aīam cōfortātibus cōfortatiōe mirabili. ¶ Posse). Solutiōe educit melācholiā et humores adustos: et mūdificat venas: et sanguinē ab eis: et nō lotus educit per vomitū et per vētrē humores grossos: et melācholicos: et cōfert ad egritudines cerebri et cordis: sicut ē epilepsia: ꝛ mania: et melācholia: quaꝝ est materia humor melācholicus et cōfert iuuamētū sublime egritudinibus timoris: et tremori cordis: et sincopi: et cōfortat cor: et aufert nocumēta eius: et dilatat aīam: ꝛ mūdificat pectus et pulmonē: et cōfert asmati ab humorib⁹ grossis: et egritudinib⁹ splenis: et est ex rebus pseruātibus iuuētutē et beatificātibus vitā: et ipse quidē preseruat a lepra: et supposit⁹ educit menstrua: et daꝛ patientib⁹ febres melācholicas: et curat eas: et cōfert visus eius ad emoroidas recētes. ¶ Dosis) eius est a.ʒ.i. vsq͂ ad ʒ.ii. et ß.

Descri. cōfectiōis alkermes: quā etiam ponit i antidotario.

¶ De sene.


Sene est folliculus plāte quā vocant pse abalzemer: et ei⁹ ortus est ḃz semitā orobi: et inuenitur ex eodomesticū et siluestre. ¶ Electio). Melior pars plāte ei⁹ est folliculus: deīde folia. Sed tñ in eis est virtus debilis valde: et melior follicul⁹ est cui⁹ color accedit adviriditatē: et subnigredinē quandā: et in quo est de amaritudine res modica cū stipticitate: et qui est magis ꝯpletus: et in quo sunt semina ampla cōpressa. Subalbidus aūt nō est bonus: et cōplet⁹ silr. Et meliora folia sunt viridia. Subalbida ṽo et tenuia nō bona: et antiquū ex eo est sine spū: et stipites ei⁹, sunt inutiles. ¶ Cōplexio et ꝓprietas). Calidū est in principio scdi: siccum in primo: ꝛ folia sunt in primo calida: et est abstersiuū mūdificatiuū ꝯuenienter et resolutiuū. ¶ Rectificatio). Est solutiōis debilis: ꝛ tarde: et debilitat stomachū. Verū cōfortatur eius operatio in permiscendo cū eo aliquid ex rebus acutis sicut zinziber propⁱe et salgēma: et sal ind⁹: et medicīe cordiales cū eo: et stomatiche felicitāt opus ei⁹. ¶ Et dixit Ga. decoquaꝛ cū iurib⁹ galloꝝ aut gallinaꝝ: aut carniū: et soluit sine molestia: ḃz oz vt ei⁹ quātitas sit multa et si infundat in aqua casei cum spica. Deinde coquaꝛ ebulitione aliqua est medicamē bonū: et si propineꝛ puluis eius in lacte dulci fiet medicamē bonū. Silr precepit quidam vt q̄titas eius submergatur in musto: et fit mustū albū: et post tres mēses propineꝛ vbi opz: est em̄ vinuz solutiuū mundificās cerebruz et sensus et generans letitiā. Et sunt q̄ ꝓpināt decoctionē eius: et prunoꝝ et spice cū eis: et fit solutiuū bonū. De decoctiōe aūt sustinet mediocriter. ¶ Posse). Solutione educit cū facilitate melācholiā: et cholerā adustā. Et mūdificat cerebrū: cor: et epar: et splenē: et mebra sensuū: ꝛ pulmonē: ꝛ cōfert egritudinib⁹ colum et aperit opilationes viscerū: et confert vtentem eo in iuuentute: et generat gaudium. Cām autez tristitie amputat. Et ponūꝛ folia eius in lauacris ad caput: et ꝓprie cum camomilla: et confortat cerebrum: et neruos: et ḃm oēm administrationē ei⁹ addit in visum: et corroborat auditū: et est medicina bona febriuz melācholicaꝝ et antiquaꝝ. ¶ Dosis). Eius infusi potio est ab aureis.iii. vsq͂ ad.ʒ.i.

Solutiuū nobile ḃm Gale.

¶ De speciebus salis.


Salis famosē spēs sunt quattuor. Sal panis: sal gēma: sal naptic⁹: et sal indus. Sal panis: ali⁹ est mineralis durior: et amarior. Ali⁹ marinus: quē si aq̄ inueniat facile dissoluit. Sal gēma ṽo est sicut cristall⁹ scindibilis. Sal indus ali⁹ subniger: alius subrufus obscurus. Sal naptic⁹ q̄z niger est habēs odorem napte. ¶ Electio). Mineralis fortior est marino: et sal gēma eis: et sal naptic⁹ illis. Indus autē omnibus: et subrubeus melior est subnigro: et subniger est fortior: et ois quāto amarior tāto fortior. ¶ Cōplexio ꝛ ꝓprietas). Calidus est: et sicc⁹ in secūdo: et quāto amarior tāto calidior est et siccior. Est aūt cōpositus ex partibus terreis adustis: et amaris et ex partib⁹ aqueis sine sapore: q̄ si sint equales salsus sapor perficiꝛ. Dominātib⁹ aūt terreis ad amaritudinē ꝓnior. Aqueus ṽo in salsedine remissior. Est aūt sal liquefactiuus: inci

Quatuor sunt spēs salis famose.

tiuus:subtiliatiuus:ꝛ inspissatiuus:solutiuus: ↄstrictiuꝰ: et ↄseruatiuus a putrefactiõe:exiccatiuꝰ: mordicatiuus: et subuersiuꝰ stõachi:et cõturbatiuus:ꝑparãs advomitũ. ❡Rectificatio).Sal nõ est sicut radix in re medicine:sed nec in cibis ꝗꝗ ex se sit solutiuus: sed ponitur sicut res
Cõfortat oẽs medi. debilr solvuentes. dans vigoꝛẽ radici. Confortat enim medicinas oẽs tarde et debiliter solutionẽ facientes:tamẽ ex miscibilibus cum eo melioꝛantibus conditionẽ eius:non est equiualens ad remouẽdũ serrositatẽ ipsius sicut myrobalani:et illud propter operationẽ substantiarũ inuicem. Res etiã insipide silr faciũt:ꝛ silr inspissant. ❡Posse).oĩs sal solutiõe educit grossos humores et viscosos:et eius solutio est liquefaciẽdo qꝺ inuenit ex humiditatibꝰ:et post illud stringit. Et sal panis facilẽ efficit supfluitatũ egressionẽ:et remouet fastidiũ ciboꝝ:et excitat appetitũ:ꝛ clysterizatꝰ educit phlegma vitreũ ꝛ phlegma viscosuz. Et mixtꝰ cũ alijs medicinis solutiuis cõfortat eas in soluẽdo. Qꝺ aũt ex eo tostuz est cũ tanto ponderis vasoꝝ fractoꝝũ de Seni ꝗꝛtum ipm
Dentifricium. est fit dentifricium bonũ mũdificãs dentes et auferẽs feditatẽ:ꝛ cõfirmãs gingiuã laxam:ꝛ miscet cuz eo lapis: quo alij lapides incidũtur:ꝛ fit dentifriciũ bonũ ad ea que diximus:et silr fracture vitri. Et sunt q̃ miscent eis ciperũ:et spumã maris:massacumiã et cornu ceruinũ:ꝛ silia. Et sal bullitus cũ oleo ponit tepidus super combustionẽ ignis: et ꝓhibet a vesicatiõe et inũctus sup neruos ↄfortat eos: et silr coctus cũ oleo:et pauca terebẽthina ponit sup punctura nerui cecã:ꝛ ꝓhibet ab apostemate et spasmo. Et similiter sup flebotomiã cecam. Et silr mixtus cũ furfure et melle valet cõtritioni neruoꝝ:et casui sup mẽbꝛũ ꝛ doloꝛi auris. Et sal mixtꝰ cũ oleo ꝛ melle remouet vestigia percussionũ nigra:et oẽs quidẽ species salis cõsumũt:et auferũt additiões ĩ oculis:sicut est pãnus ꝛ vngula:et caro putrida:et silia. Et cõferũt sinanchie:et casui vue:et mollificatiõi lingue:et oẽs faciũt subuersionẽ:et vomitũ:et diminuũt sperma:et eoꝝ vsus gñat scabiẽ. Sal gemma quoqꝫ educit solutiõe phlegma vitreũ:et expellit humores quoꝝ eradicatio est difficilis. Et mũdificat instrumẽta sensuũ:ꝛ valet ad ꝟtiginẽ:et ꝑꝑe mixtꝰ cũ agarico:et tribꝰ myrobalanis:et abstergit pectꝰ:et mũdificat stõachum: et confert doloꝛi eius:et fit ex eo dentifriciũ bonũ mũdificãs dẽtes. Napticus ꝟo et sal indꝰ foꝛtiores sunt illis in oĩ re:ꝛ educũt ãbo melãcholiã fortiter et phlegma:ꝛ ↄseruãt corpa a putrefactiõe:et valẽt ad lepꝛaz:et ad egritudies melãcholicas. Uerũ nõ administrant per se:sed ponunt in cõfectiõibus pp illud qꝺ diximꝰ:et pilulis:et enematibus: ꝛ collyrijs:et alijs modis administrationuz. ❡De baurach.

Baurach species. Baurach aliũ minerale. Aliud artificiale. Minerale. Aliũ armenũ. Aliud africanũ. Aliud romanũ. Aliud egyptiũ. Armenũ vero est laminosuz: albũ hñs ꝑmixtionẽ rubedinis et aliquid purpureitatis:et est salsuz mordicatiuũ. Alie ꝟo spẽs ĩ his ꝓprietatibus sunt remissiores ꝛ debiliores. Artificiale aũt sicut dꝛ est spuma nitri:que est alba:leuis:et salsa mordicatiua:ꝛ est aliud sicut artificiale:qꝺ est flos parietũ:ꝛ est sicut flos salis. ❡Electio). Minerale est foꝛtius artificiali et armenũ est fortius egyptio:et egyptiũ africano et romano:et melꝰ ex eis est qꝺ hꝫ ꝓprietates.vij.s.qꝺ est laminosum:ꝛ qꝺ ẽ frãgibile:ꝛ qꝺ hꝫ in fracturis suis luciditatez:ꝛ qꝺ est leue:spõgiosum:et qꝺ est albũ:hñs ꝑmixtionẽ rubedinis:et qꝺ est salsuz et mordicatiuũ: et ex artificiali melꝰ est flos parietis:ꝛ qꝺ est nitro forti. ❡Cõplexio ꝛ ꝓprietas). Calidũ est ĩ principio tertij et siccũ in ipso:ꝛ est ĩ ipso salsedo ꝓm plurimũ:et de stipticitate aliqꝺ:quare est cõueniẽs sua abstersio:est aũt exiccatiuũ incisiuum materieruz grossaꝝ:resolutiuũ abstersiuũ mũdificatiuũ. ❡Rectificatio). Nõ est ex medicinis q̃ sũt sicut fundamẽtũ ĩ cõfectiõibus:sꝫ est sicut hic ꝓprie de sale diximꝰ. ❡Posse). Administrat ĩ ↄfectiõibꝰ ꝛ medicinis et clysteribꝰ et suppositoꝛijs: et solutiõe educit phlegma crudũ et viscosum a ptibꝰ difficilis eradicatiõis eiꝰ:et administrat cũ melle:et educit ipꝫ ꝑ vomitũ:et cõfert doloꝛi stomachi:ꝛ interficit vermes:et educit eos:et cõfert ꝓm oẽm modũ administratiõis eiꝰ colice phlegmatice:ꝛ vẽtose:et ꝑꝑe clystere ex eo cũ aqua et oleo rutaceo vel aqua decoctiõis rute:et cõfert emplastrũ cuz ficubus:et stercore mule proprie hydropisi et doloꝛi splenis et stomachi frigido. ❡De sarcocolla.

Sarcocolla est gũma arboꝛis que est sicut frutex:et est spinosa:cuius rami sunt nodosi: collecti ad arboꝛẽ:et colligitur ex ea gummi:ꝛ est eiꝰ aliud albũ sicut thus:et aliud subcitrinũ. Quid sit sarcocolla
❡Electio).foꝛtius est subcitrinũ albo:et qꝺ est amariꝰ meliꝰ. ❡Cõplexio et ꝓprietas). Calida ẽ in secundo. Et eius siccitas est minor caliditate sua: et est maturatiua:et abstersiua:et resolutiua:et apertiua:et est ĩ ea virtus sigillatiua vulnerũ et conglutinatiua:et mũdificatiua:et incarnatiua. ❡Rectificatio). Tarde solutiõis est ꝛ debilis:et conturbat cũ in cuius stomacho dñatur choꝛlera:quare oportet ne ei in cuius stomacho dñatur caliditas:et in quo est cholera propinetur:vigoꝛat aũt eiꝰ ope
Ista cõfectio pilularũ etiã ĩ antidotario describit. rationẽ zinzib.et cordumeni. ❡Cõfectio pilularũ de sarcocolla quas fecit haly senex. ℞.sarcocolle.ʒ.iij.turbith.ʒ.iiij.interioꝛis coloquintide.ʒ.j.ꝛ ß.zinzi.tantundẽ salis gẽme.ʒ.ß. Dissolue sarcocollã in aqua rosata et confice:et fac pilulas. Sũt eñ mirabiles ad ea q̃ dicemus. Nutritur aũt sarcocolla in lacte asine omni die fac infundẽdo sup eã in scutella vitrea ꝑ quinqꝫ dies. Et est medicamẽ bonũ egritudinũ oculoꝛum. ❡Posse). Solutione educit phlegma
Modꝰ nutriẽdi sarcocollam. crudũ et humores grossos:et ꝓprie qꝺ est in iuncturis et anchis:et mũdificat cerebꝛũ ꝛ neruos:et pulmonẽ:et confert tussi:et asmati:et est ex rebus cõferẽtibꝰ senibus:et ꝓprie phlegmaticis. Usus eius gñat caluiciũ. Inquit Diascorides. Usus eius impinguat corpus:et augmẽtũ efficit in spermate. Et ipsa est medicia sublimis ophthalmie:et lippitudini:et ꝓprie nutrita sicut diximus. Et cõfert vlceribus putridis in aure ꝛ saniosis:et ꝓprie lychino inũcto in mellicrato:et inuoluto in puluere eius:et posito in aure est virtuosa ad illud:et est medicina sublimis oĩm vulnerũ recentiũ et putridoꝝ antiquoꝝũ:et mundificat ea:et gñat carnẽ in ipsis et consolidat. Et hec est ꝓprie virtus eius. ❡Dosis) Eius est a.ʒ.j. vsqꝫ ad.ij. ❡De serapino.

Quid sit serapinũ. Serapinũ est gũmi albasce hũdeg:et est arboꝛ silis oleãdro mõtano. ❡Electio). Meliꝰ est cuius coloꝛ est inter subrubeũ:ꝛ subalbidũ:et qꝺ hꝫ odoꝛẽ poꝛroꝝ:et qꝺ est facile resolubile in aqua:ꝛ qꝺ est clarũ cũ spissa substãtia:et qꝺ ex eo est leuiꝰ est meliꝰ:ꝛ qꝺ nõ ẽ in vehemẽtia odoꝛis asse nec hꝫ odoꝛẽ galbani. Ipm enim est sic adulteratũ. ❡Cõplexio ꝛ ꝓprietas). Minus est siccũ ꝗꝫ calidũ:ꝛ eiꝰ est caliditas est in tertio. Siccitas vero est in scꝺo: et in ipso est amaritudo cũ acuitate:sicut acuitas poꝛroꝝũ. Et est cõpositũ ex substãtia subtili ignea ꝛ terrea. Sꝫ substãtia subtilis est dominãs:et est resolutiuũ,carminatiuũ ventositatũ, grossaꝝ:subtiliatiuũ:extenuatiuũ:solutiuũ:et ꝓuocatiuũ ❡Rectificatio). Nocet stõacho et epati. Uerũ tollũt nocumẽta eiꝰ alique ex medicinis stipticitatẽ habẽtes sicut mastix ꝓprie ꝛ spica. Enula quoqꝫ sigillat ei ꝓprietatẽ mirabilẽ ad ea q̃ opꝫ. Et narrauit Mes. modos ꝑparationis
Primꝰ modus ꝑparandi serapinum. eius duos satis bonos. Primus ꝑforetur coloquintida:et abijciant grana eius tãtũ:ꝛ impleatur aqua cũ pauca spica:et mastice:et bulliat ĩ cinere calido vsqꝫ ad ↄsumptionẽ tertie ipsius. Deinde nutriat serapinũ cũ hac aqua semꝑ aut modicũ infundẽdo vsqꝫ dũ pinguescat. Dein de exiccetur:ꝛ fiãt trocisci sunt eñ vltimi ad egritudies iũcturarũ
Scꝺs modus ꝑparandi euz. et aquã citrinã. Et alius modꝰ est primus huic:et fit ꝑmutatio ab aqua coloqñtide ad aquã myrobalanoꝝ tm. Modus alius ex inuẽtiõe nr̃a. Accipe succi enule sicut est.℥. xvij.ꝛ infunde in ea spice ꝛ masticis añ.ʒ.iij.et bulliat vsqꝫ
Aliꝰ modꝰ ꝑparãdi ad ↄsumptionẽ medietatis post illud coletur et nutriatur serapinũ cũ eo sicut diximus. Nutritur etiã ꝑpter egritudines oculoꝝũ cũ succo rute aut feniculi ꝛ aliquo ex fellibus ꝛ ꝓprie auiũ rapaciũ:ꝛ fit medicamẽ sublime ad ea q̃ opꝫ. ❡Posse). Solutiõe educit humores viscosos ꝛ phlegma grossum ꝛ aquã citrinã:ꝛ eius ꝓprietas est mũdificare cerebꝛũ:ꝛ neruos:et educere materias eoꝝ:ꝛ ↄferre egritudinibus eoꝝ frigidis:ꝛ ꝓprie ꝓm oẽs modũ administratiõis ipsius:que sunt doloꝛ capitis antiquꝰ:et hemicranea difficilis:ꝛ epilepsia:et vertigo et paralysis et toꝛtura:et tremor. Et fit linimẽtũ ex eo ꝛ succo rute ꝛ aceto:ꝛ ↄfert similiter egritudinibus nunc dictis et cõtritioni lacertoꝝũ. Et est ex rebus valde bonis ad mundificandũ materias que sunt in pectore:et proprie nutritum cum aqua rute: aut cũ aqua enule ꝓprie:ꝛ cõfert doloꝛi eiꝰ bibitũ ꝛ linitũ doloꝛi laterum:ꝛ

laterū:et tussi antique:et difficultati anhelit⁹:⁊ est ex medicinis magnis hydropisi. Extrahit em̄ aquā citrina et pprie,cū duplo pōderis ei⁹ ex myrobalanis citrinis:⁊ mōi nutrficatiōis eius predicti sunt ad hoc mirabiles:⁊ cōfert duritiei splenis:⁊ resoluit inflationē eius sumptū in potu ⁊ suplinitū cū succo capparis et aceto:et resoluit scrophulas ⁊ durities:⁊ nodositates mēbroꝝ:et nutritū cū succo rute et fellib⁹ sicut dixim⁹ confert obscuritati visus. Et est medicina magna descēsui aque ad oculū:et proprie alcohol factū ex eo. Et linitur cū aceto super ordeolū:et delet ipsum:et cōfert ꝑm oēs modū administratiōis ei⁹ dolorib⁹ iuncturarū:et est potēs in eradicādo materias eorū:ita ꝙ ex anchis ⁊ ꝓfundis iūcturis:⁊ clysterizatū valet similiter et bibitū et clysterizatū cōfert colice frigide:et vētose ⁊ dolori ventris:et bibitum ⁊ suppositū prouocat menstrua:et interficit fetum:et confert dolori matricis:et prefocatiōi ipsius. ¶ Dosis) Eius est a.ʒ.ß. vsq ad aur.j.

Contra ordeolum.

¶ De euphorbio.

Quid sit euphorbium.

Euphorbiū est gūmi excedens oīa gnā gūmi in calefaciēdo et subtiliādo. Est em̄ ex rubificantib⁹ et exiccātib⁹. Et ē ex arbore desertorū locorū hispidorū:cuius folia i p̄mis cū eleuant sunt sicut lanugines:deinde cadūt:⁊ nascunt folia silia polio marino. ¶ Electio). Melius est leue trāgibile hn̄s colorē paleare et clarū:et qđ est vehemētis acredinis:⁊ odoris valde acuti:et qđ est recēs sup qđ iā pterijt annus. Recēs vo anni sui est sicut venenū ⁊ ignis. Et est ex gūmis q̄ dissoluunt in oleo:et ꝑprie qđ est recēs. Antiquum vo fortassis non dissoluitur. ¶ Cōplexio ⁊ proprietas). Calidū est et siccum in quarto:et est calidius et subtilius omni eo quod calefacit ex gummis:et est in eo virtus adustionē faciens:et rubificationē:et est penetratiuū abstersiuū excoriatiuum:et est ex facientibus opationem cū labore et angustia vehemēti pducēte ad sincopin:⁊ sudorē frigidū. ¶ Rectificatio). est inimicū epati ⁊ stomacho pp vehemētiā virtutis sue:qm̄ est acutū vehemēter:serrosum:⁊ inflāmabile:opꝫ ergo virtutē ei⁹ frangere ⁊ proprie cū rebus obtūdētib⁹ acumen eius ⁊ extinguētibus inflammationē et acquirētib⁹ ei lubricitatē:⁊ opꝫ vt sit earū quantitas multa vestiēs ⁊ tegēs supficiem ei⁹:et opꝫ vt nō multū terat. Dixit Alkanzi. Accipiant frusta citri:⁊ sepeliāt grana ei⁹ prius inuoluta in oleo amigdalino i acetositate ipsius. Deide inuoluant pasta ⁊ decoquant. Rectificat āt ex hac arte:⁊ remouet acumē ei⁹. Mod⁹ ali⁹ virtutē eius frangēs sicut narrauit Hamech. Inuoluat i oleo amigdalino:deide sepeliat in succo liquiritie aut terentabin dissoluta:aut i aliq̄ ex robub dissolutis stipticis:⁊ sit eoꝝ quātitas mlta:⁊ fiant ex eis pilule ⁊ ppinet vbi opꝫ. Et dixit humain. Propinet cū aqua mellis:et aliquib⁹ speciebus alefanginis. Mastix autē et spica sunt ex rectificantib⁹ cōmunib⁹ emendantibus quecunq ex acuitate medicinarū timentur. Audaciam autem eius expellūt medicine lubrificatiue:⁊ extinctiue:sicut ē aq̄ ordei ꝑprie cū oleo amigdalio:⁊ fiat exhibitio post exhibitiōem frequēs. ¶ Posse). Solutiōe educit phlegma viscosum:et grossū a locis profundis corporis mundificans iuncturas ⁊ vacuitatem ab humorib⁹ grossis difficilis eradicatiōis. Nec est ei res similis ad hoc:et est ex reb⁹ mūdificantibus neruos:⁊ cōsumētib⁹ humiditates imbibitas in eis. Et dissoluitur in oleo de cheiri:et iungit cum eo:et ꝯfert egritudinib⁹ neruorū frigidis:sicut est paralysis:⁊ stupor:⁊ tremor:⁊ tortura:⁊ spasmus:et est res mirabilis ad illđ. Et iungit super epar:⁊ splenē:⁊ cōfert doloribus eorū frigidis ⁊ ventosis:⁊ fricat puluis eius super morpheam cū aceto fricatione forti:et delet eā. Et sumptū in potu ꝑm modum emēdationis ei⁹ est medicina magna dolorib⁹ nodosis:qui vadūt et veniūt per iuncturas:et est ex rebus que faciunt sternutationē cū fortitudine:et est medicina bona lithargie obliuioni:et ꝑprie inūctio ex eo cū oleo de spica in occipitio. Et est ex medicinis educentib⁹ aquam citrinā. Et dixit Diascorides. Aureus vnus ex eo iterficit. ¶ Dosis) Ei⁹ est a chirat.j. vsq ad.iij. Cōseruatur autem quadriennio. Recens autē anni sui est perniciosum. Is autem qui sumit ipsum timeat frigus. Conseruat autē ne cito senescat in milio:vel fabis:vel lentibus.

Mod⁹ preparādi euphorbiū.

Ali⁹ modus ꝑꝫ Hamech.

¶ De oppoponaco.



Quid sit oppoponacum.


Oppoponacū est gummi plāte silis ferule:cui⁹ stipes eleuatur sup terram circiter cubitū vnū vel duos:et folia eius sunt minora folijs ferule Et eius tyrsus est palearis in colore:⁊ eleuatur super eum flores odoris bōi coloris auri ⁊ sunt ꝑm semitā floꝝ aneti. Et faciūt cultores ei⁹ icisiōes ꝑuas inter radicē ⁊ eleuationē tyrsi ei⁹ circiter palmū medium ⁊ egredit humiditas aurea:q̄ coaguiat et fit oppoponacū. ¶ Electio). Meli⁹ ex eo est qđ ē citrinū extra:⁊ subalbidū intus:⁊ qđ est amarū:⁊ qđ facile frāgitur:et facile dissoluit in aqua:⁊ qđ est odoris boni ꝑprij. Et sunt ex hoib⁹ q̄ adulterāt ipꝫ cū armoniaco ꝑprie supercolorādo grana minuta ex eo:ꝫ odor:⁊ albedo fracture deoccultāt falláciā. Et melior pars plāte eius est gūmi eius:et radix ipi⁹. ¶ Cōplexio ⁊ ꝓprietas). Calidū est et siccum in tertio:et radix ei⁹ est in scđo:⁊ est resolutiuū carminatiuū ventositatū grossaꝝ:subtiliatiuū:lenitiuū:mūdificatiuū:⁊ abstersiuū et silr radix ipsi⁹. ¶ Rectificatio). Nocet stō faciens sitim. Et est operationis tarde. De rectificatione autē fac qđ in serapino diximus. ¶ Posse). Solutiōe educit phlegma grossū et viscosū a partib⁹ remotis:et iūcturis ꝓprie:⁊ mūdificat cerebrū:et neruos:et ꝯfert egritudinib⁹ eoꝝ frigidis:et est ex reb⁹ addētib⁹ in visu ꝑprie ꝑm oēm modū administratiōis ipsius:et mūdificat pectus et confert tussi antiq̄:et difficultati anhelitus:silr et radix eius. Et fit emplm̄ ex eo et succo apij:⁊ aceto bono sup spleuē resoluēs duritiē ei⁹. Et dixit quidam. Ponitur pars aliq̄ ex eo in musto:et administrat post tres menses:et confert hydropisi:et magnitudini splenis. Et emplastrat sup nodositates mēbrorum:et sup scrophulas:et resoluit eas. Et colluit os cū aceto decoctiōis ipsius et confert dolori dētiū et corrosioni eoꝝ:et bibitur cū aqua mellis calida ⁊ ꝯfert guttationi vrine:et prouocat ipsam:et mēstrua:et facit aborsū. Et est medicamē bonū ꝑfocationi matricis et egritudinib⁹ ipsi⁹ frigidis:et ē medicia magna dolorib⁹ iuncturarū:et podagre et dolori genuū:et forti sciatice ⁊ proprie ꝑm oēm modū administrationis ipsius etiā linitū et emplastratū et ꝑprie cū succo caulis:et melle et sale pauco. Et est ex medicinis bonis exptoꝝ iuuamētorū vulnerib⁹ antiqs:et putridis et eis q̄ sunt difficilis cōsolidationis. Facit em̄ in eis nasci carnē:et vestit ossa nuda:et est ei ꝑprietas i ħ. Et narrauit Ebēgezar:ꝙ si ex eo et medio ponderis ipsius et rasura pāni antiq:subtilis:mundi et vino ⁊ melle:et oleo rosaceo fiat vnguētū sic terēdo in mortario:nūc oleū nūc vinū ifundēdo illđ fit mirabile ad iplēda vulnera carne:et ꝑprie in qb⁹ videt difficilis incarnatio. Et posteriores addiderunt ex litargirio:et aloe:et myrrha:⁊ sarcocolla:sicut ana rtā ꝑtē quātitatis oppoponaci:⁊ fit medicamē mirabile sanās fistulas:⁊ vlcera fraudulēta:et est medicamē expertū rigori febriū:et ꝑprie bibitū cū aceto añ horā paroxismi et linitū in spina dorsi dissolutū cum succo apij:et oleo anetino. Dosis) ei⁹ a.ʒ.j. vsq ad.ij.

Quonam modo adulterent.

Descri. vnguēti ꝺ lino.

Istud vnguētū etiā ponitur in antido.

¶ De mezereon.



Quid sit mezereon.

Mezereon est plāta vocata apd Persas rapiēs vitā et a quibusdā faciēs viduas:et a plurib⁹ leo terre vocat:et ē planta cui⁹ stipes eleuat super terram circiter cubitos duos:et folia ei⁹ sunt similia folijs oliue sed maiora:et producit grana nigra in magnitudine fructus myrti:et est planta lacticiniorum maior cuius species sunt plures. Est enim quedā magna habens folia et subtilia:est parua habēs folia sicut folia oliue:et spissa nimis et est habēs folia crispa et aspera:et ex eis aliđ est habeus colorē viridē:et aliđ habēs colorē subnigrum ꝓducentē colorē pauonis. ¶ Electio). Melius est habēs magna folia tenuia et viridia:et qđ orit in locis liberis:et i vicinitate plātaꝝ speciei eius. Et qn̄ oritur ex eo plāta vna in toto ambitu loci ē mortalis. Et q̄ orit in locis thermaꝝ est sicut venenū et parua habēs folia et spissa est malum. Et silr hn̄s crispa et aspera:et qđ est subnigrū silr. ¶ Cōplexio et proprietas. Calidū est ⁊ siccū in.iiij. et dixit filius Zezar est in fine tertij. Sed non verificatur illud:est enim in eo virtus acuta ignea:et acrimonia vehemens et est excoriatiuū vlceratiuum serrosum:et inflammabile. et est consumptiuū. et dissolutiuū virtutis. ¶ Rectificatio). est proximū veneno. nocēs mēbris que sunt minere virtutum debilitans:et dissoluens eas. Conandum est igitur

Spēs ei⁹.

Cōtra filium Zezar de ei⁹ complexione.

frãgere malitiã ꝛ acuitatẽ ei⁹: ꝛ hoc faciemus cũ auxilio rerũ frãgẽtiũ ea ꝛ permutãtiũ inflãmationẽ: ꝛ ferrositatẽ ei⁹ sicut sunt olea frigida: ꝛ ꝓpꝛie res extinctiue: sicut est mucilago psilij: ꝛ succ⁹ portulace ꝛ succus endiuie ꝓpꝛie. Est eñ mirabile: ꝛ aq̃ alkekengi: et aq̃ solatri humidi et altarasacõ: ꝛ aqua berberoꝝ. Et frangũt adhuc acuitates eius res inspissatiue: ꝛ ponticitatẽ habẽtes: sicut sunt myrobalani. Sũt eñ sublimes ad illd̾. Et dixit fili⁹ zezar. Du plũ ipsius ex absinthio iunctum cum eo emẽdat malitiaꝫ eius. Inq̃t diascorides. Infundãtur folia ei⁹ in aceto die vna et exiccenť: et frãgiť cũ arte hac ỽtus ipsius ferrosa: ꝛ inflãmabilis. Et dico φ si in aceto coquãtur aut infundãtur citonia: aut maciana aut berberi erit melius: ꝛ sigillať almezereon bonitas ex hoc ad ea que opꝫ: ꝛ si ex aceto ĩfusionis ei⁹: aut decoctiõis ipsius fiat syrupus acetosus: inueniť expertorum iuuamẽtorũ vbi opꝫ. Et ex reb⁹ adhuc emẽdãtib⁹ et remouẽtibus malitiã eius est vt infundanť folia ei⁹ ĩ lacte dulci aut acetoso: ꝛ ꝓpꝛie sumpto ex asina aut capꝛis. Et q̃nq̃ ponunť folia almezereõ in aq̃ lactis: ꝛ buliũt cũ facilitate: et auferť spuma eius: et colaťet ꝓpinatur cũ securitate: et dixit Gale. Infundanť folia eius in syrupo rosaꝝ parũ anteq̃ terminetur coctio ipsi⁹: et ꝓpinetur syrupus vbi opꝫ. Nõ est eñ in eo timoꝛ: ꝛ dixit iterum. Decoquať in iure galloꝝ antiquoꝝ ꝛ est sine nocumẽto: ꝛ q̃nq̃ oleũ almezereon administrať cũ permixtione aliarũ medicinarũ virtutẽ ei⁹ fractiuã habẽtium: et eius opatio est talis. Accipe folioꝝ ei⁹. 3. xl. ꝛ sup ea ꝓiice aque dulcis li. iij. ꝛ dimitte die ac nocte: deĩ de fac bulire lẽto igne donec redeat ad li. vnã ꝛ mediaꝫ: ꝛ in colatura eius ponatur olei sumpti ex amigdalis dulcib⁹. ℥. viij. et buliat faciť vsq̃ ad aq̃ cõsumptionẽ: tunc si ponať oleũ cũ folijs ꝛ aq̃: et bulliãt simľ ad aq̃ cõsumptionẽ erit in ỽtute forti⁹. Et dixit Ruffus. Submergať in aq̃ ex folijs ei⁹ circiter. ℥. ij. in cado magno musti: ꝛ dimittať ĩ mẽsib⁹ trib⁹: et erit res mirabilis ad hydropisim: expellit eñ sine nocumẽto aquã citrinã. ❡ Cõfectio almezereõ ex ĩuẽtiõe nostra. Accipe folioꝝ almezereõ preparatoꝝ partes. x. carniũ citonioꝝ elixatoꝝ in aceto vini: ꝛ zuccari tabarzet. ana. ptes. lxx. tereniabin ptes. xl. aq̃ casei infusiõis agarici ptes. xxx. olei almezereon ptes. xij. Dissoluať zuccarum ꝛ tereniabin in aqua casei pdicta: ꝛ misceať cũ carne citonioꝝ: ꝛ coquatur cum facilitate vsq̃ ad mellis spissitudinẽ: ꝛ inuoluať puluis folioꝝ almezereõ cũ oleo iã dicto: et ꝯficiať cũ eis. Est eñ medicamẽ bñdictũ ad hydropisim. Cõfectio pilularũ almezereõ valẽtiũ siľ ad hydropisim: ꝛ ad expellẽdũ aquam citrinã cũ fortitudine sine timore. ℞. folioꝝ preparatoꝝ ℥. v. myrobalanoꝝ citrinoꝝ. ℥. iiij. chebuloꝝ. ℥. iij. ꝯfice cum tereniabin vel tamarindis dissolutis in aq̃ endiuie. Et scito φ almezereõ de decoctiõe modicũ sustinet: ꝛ cõtritio laboriosa virtutẽ eius destruit: expellũt aũt nocumẽta ei⁹ a corpe aq̃ ordei: ꝛ aqua passularũ. Verũ aqua endiuie: et altarasacõ auferũt inflãmationẽ relictã ab eo in corpe. Et sciuisti φ medicine ꝯpꝛessiue audaciã medicinaꝝ expellũt ❡ Posse). Solutiõe educit aquã citrinã cũ fortitudie vehemẽti. Et dixit Alex. Iũcta cũ reb⁹ educẽtib⁹ melãcholiã educit eã: ꝛ cũ reb⁹ educẽtib⁹ phlegma educit ipꝫ. Et absinthiũ duplicatũ ei aut mirobalani addũt ei bõitates notas: ꝛ faciũt educere cholerã. Mai⁹ aũt iuuamẽtum qd̾ ex eo expectať est ad hydropisiꝫ. Aquã eñ educit aggregatã in vẽtre. Nocet tñ epati imo oĩb⁹ mẽbris nutritis. Et interficit lũbricos: ꝛ vermes: ꝛ solutiõe educit eos: ꝛ ꝯpẽtes viscex: et si fiãt tẽte ex eo ꝛ melle curat fistulas et vlcera fraudulẽta: et fit collutio ex aceto ꝺcoctiõis ipi⁹. Et cõfert dolori dẽtiũ: et corrosiõi eoꝝ et gingiue sanguinee: et mollificate. Et fit vnguẽtũ ex eo: aceto ꝛ oleo et cera ad scabiẽ bonũ et fit ex eo linimẽtũ cũ sulphure ꝛ melle ꝛ aceto forti ad morpheã et albaras: et lẽtiginẽ et delet eas. Et q̃nq̃ fit ꝯfricatio sup morpheã ꝛ baras cũ folijs ei⁹: ꝛ aceto forti et ẽ vltimũ. Et dixit Ioãniti⁹. Valet ad q̃rtanam. ❡ Dosis) Ei⁹ est a. ℥. ß. vsq̃ ad. ℥. j. Et ħ in coctiõib⁹: et puluere a karactis. ij. vsq̃ ad. v.

Mod⁹ corrigẽdi mezereon.

Ali⁹ mod⁹ ẽm Mes.

Ali⁹ mod⁹

Ali⁹ mod⁹ ẽm Ga.

Mod⁹ faciẽdi oleũ mezereõ.

Descri. cõfectionis mezereõ.

Poniť in antido.


Descri. pilularũ de mezereõ.

Poniť in antido.

Vnguẽtũ ad scabiẽ bonum.

Quid sit esula.

❡ De alsebrã.



ctuaria autem solutiua ante cibum sunt premittenda: immo cibus vel potus nullatenus est assumendus post assumptionem electuarij solutiui vel alterius consimilis medicine in quacunq; forma exhibite: siue in forma dactyli assumatur: siue forma potionis: nisi vbi totalis ipsi⁹ operatio sit completa de ventris solutione: vt notabiliter inferius declarabitur. Cõmuniter autem confectiones confortatiue virtutis sicut est confectio de margaritis: ⁊ similes possunt cõuenienter simul assumi cum cibo: ⁊: ante et post ad placitum egrotantis: alie autem cõfectiones sunt premittende: vt de electuarijs dictum est.

Qua hora sumenda sũt electuaria solutiua.

Qua hora sumũt ꝯfectiões ꝟtutis cõfortatiue.



Electuarium de gẽmis cuius iuuamẽtũ est magnũ ad egritudines cerebri cordis ⁊ stomachi epatis ⁊ matricis frigidas: ⁊ nos sumus experti bonitatẽ eius ad tremorẽ cordis ⁊ sincopim ⁊ debilitatẽ stomachi. Et qñ aliqs tristaꝛ ⁊ nescit radicẽ: ⁊ ei qui diligit solitudinẽ. Et sunt eo vsi reges ⁊ magnates: trahit enim eos in cõsequẽtiã bonoꝝ morũ: nobiliũ dilatat aĩaꝫ: ⁊ facit corporis odorẽ: ⁊ colorẽ bonũ. Cui⁹ pmixtio hec est. ℞. albarũ margaritarũ. ʒ. ij. fragmẽtoꝝ saphyri ⁊ hiacinthi sardinis: ⁊ granatorũ: feruzegi. i. smaragdi. aũ. ʒ. j. ⁊ ß. zedoarie: doronigi: corticũ citri: macis semis alfelẽgemic. aũ. ʒ. ij. coralloꝝ rubeoꝝ: charabe: limature eboris aũ. ʒ. j. parte. ʒ. ij. been albi ⁊ rubei gariofiloꝝ: zinziberis: piperis lõgi: spice folij croci: heyl aũ. ʒ. j. trociscoꝝ diarodon: ligni aloes ana. ʒ. v. cinamomi galange zurumbet aũ. ʒ. j. ⁊ ß. folioꝝ auri ⁊ argẽti aũ. auꝛ. ß. musci boni. ʒ. ß. ambre. ʒ. ij. ꝯfice cũ melle emblicoꝝ et colature geleniabin de rosis partib⁹ equalibus quantum sufficit. Dosis eius est ab auꝛ. ß. vsq; ad auꝛ. j. cum aqua buglosse ⁊ vino odorifero.

Semen alfelengemic. i. ozimi gariofilati.

¶ Istud est secũdũ electuariũ qđ ꝺm primã descriptionẽ nõ est in vsu: nec ꝑparatũ reperiꝛ: diciꝛ de gemmis ꝓpter lapides preciosos qui ingrediunꝛ cõpositionẽ ipsius. Ex illo autem electuario trahitur ista cõfectio cordialis qua cõiter vtũtur in debilitate virtutis quã inferius ordinate describam: remouẽdo autem aromata calida que in illo electuario cõsignanꝛ: ⁊ nõ debet fieri cõfectio maxime cũ febricitãtibus exhibeꝛ. Non est ergo de ipso aliter declarandũ: q2 ex toto ꝓposui de electuarijs seu cõfectionib⁹: seu quibusdã alijs medicinis compositis que nõ sunt in vsu nullatenus prolõgare sermonem. ¶ Additio.

Sũma medicinaruꝫ ꝯpsitis electuarij est res. xxxiiij

¶ Presens electuariũ qđ hic Mes. describit interdũ habetur in vsu sub diuersis tñ formis: quia nõnulli eo aliqñ vtuntur remouẽdo aromata calida: aliqñ etiam nihil remouẽdo: nec addẽdo. Primo vtuntur pro febricitãtibus ⁊ in causa calida. Secũdo modo in causa frigida: ⁊ valet ad ea que scribũtur in textu: ⁊ diciꝛ electuariũ de gẽmis a gẽmis in ipso intrãtibus: et dicũtur gẽme lapides ꝓciosi. Isidorus cap. de gẽmis ait post marmoꝝ genera gemme sequuntur que multũ auro decorẽ tribuũt venustate colorũ primordia earũ a casuali fabule ferunt. Promotheũ primũ ferunt fragmẽta saxi eiusdem inclusisse ferro ac digito. Plinius naturali historie lib. xxxvij. genera gẽmaꝝ innumerabilia esse traduntꝛ. in ꝓsenti tñ electuario intrãt margarite ⁊ fragmẽta quinq; lapidũ precioſoꝝ in medicina cõmuniũ. s. saphyri: hiacinthi sardinis granatorum feruzegi. i. smaragdi: his quinq; sepe vtũtur medici: virtutes quorum scire si cupis vade ad Mattheũ siluaticũ de qbus satis ample tractat. Unũ tñ notabimus pro euitatione cuiusdã erroris fere ab oib⁹ aromatarijs cõmissi. Est enĩ ꝙ zurumbeth cũ. h. et zurumbet sine h: reperiꝛ scriptum apud bonos authores. ⁊ est zurũbeth per h scriptũ radix similis cipero eãdẽ habẽs virtutẽ sicut ⁊ zedoaria. Sꝫ zurũbet sine h: est illud qđ dicit Serapio ex specieb⁹ scꝫ odoriferis in virtute sua simile casielignee ⁊ cubebis: qđ etiam poniꝛ: vt vult Cassidonius loco cinamomi: et istud zurũbet intellexit hic Mes. ⁊ nõ aliud cũ sit similꝫ zedoarie: ꝓpter qđ errãt aromatarij ponẽtes loco zurũbet radicẽ illam rotũdã: sed melius facerẽt ponẽdo loco zurũbet casiam ligneam vel cubebas in eodem pondere: vt satis patet per Serapionẽ cui magis credẽdũ est ꝙ̃ multis alijs.

Documẽtuꝫ ad aromatarios.

Confectio alchermes ⁊ sunt grana tinctorum maximi iuuamenti ad pulsum cordis et sincopim ⁊ alguesgues ⁊ tristitiaꝫ sine causa: ⁊ est ex rebus confortantibus animam confortatione mirabili. Cuius pmixtio hec est. Accipe setam tinctam ex chermes circiter li. j. ⁊ proprie cuius tinctura nõ preterijt spacium extensum: ⁊ submerge eam in succo pomorum dulciũ ⁊ aque rosate aũ. lib. j. ⁊. ß ⁊ dimitte die vna. Deinde fac modicũ bullire donec aqua rubeat. Deinde extrahe ab ea setam: ⁊ exprime eaꝫ: ⁊ pone in ipsa zuccari tabarzeth. ʒ. cl. ⁊ coque vsq; dum habeat spissitudinẽ mellis: ⁊ remoue ab igne: ⁊ proijce in eo calido ambre crude minutatiꝫ incise. ʒ. iiij. et dimitte in eo liquefieri. Deinde ꝓijce super ipsuꝫ puluerẽ harum rerum. Accipe ligni aloes crudi ⁊ darseni aũ. ʒ. vj. lapidis lazuli loti ⁊ preparati. ʒ. ij. albarũ margaritaꝝ. ʒ. ij. auri boni. ʒ. j. musci boni. ʒ. j. tertiã. Cõfice ⁊ sit dosis ab auꝛ. j. ad. ij. ⁊ ß. ⁊ est bonũ ⁊ expertũ.

Summa medicinarum presentis electuarij est res. xj.

¶ Confectio alchermes: et sunt grana tinctorũ ligna odorifera cum qbus tinguntꝛ panni sericini. nõ est in vsu: nec preparata reperitur. dꝫ aũt cũ dicit confectio intelligi cõpositio: nã ad formã electuarij reduciꝛ: ⁊ non est vere confectio: vt apparet in eius descriptione. ¶ Additio.

¶ Hanc confectionẽ iterum scripsit Mes. in suis simplicibus cap. de lapide stellato quã appellat illic confectionẽ de lazuli ⁊ hic cõfectionem alchermes. In aliquibus tamen differentes: q2 in presenti ponuntur tñ. ʒ. ij. lapidis lazuli. in altera ꝟo. ʒ. xij. qđ factum fuisse credo errore scriptoris potius ꝙ̃ alia ratione. nam ambab⁹ ijdem effectus siue vtilitates attribuunꝛ: nisi quis vellet dicere ꝙ illa q̃ in simplicibus describitur confectio lazuli denominatur q2 in ea magna quãtitas de lapide lazuli ingrediꝛ. ⁊ i ista nõ: ideo ꝯfectio alchermes diciꝛ. tamen credo poti⁹ errore scriptoris factuꝫ esse ꝙ̃ alia ratione. Quo ad alia etiã differũt iste due descrip. quia in scripta in simplicib⁹ ponunꝛ. ʒ. vj. ambre. hic ꝟo. ʒ. iiij. ⁊ ligni aloes. ⁊ darseni ana ʒ. iiij. In presenti ꝟo scribiꝛ aũ. ʒ. vj. quod factum credas potius errore ꝙ̃ alia ratione. Presenti confectione vtunꝛ interdum nonnulli magistraliter.



Confectio xiloaloes: que est medicĩa magna ad egritudines cordis stomachi et epatis frigidas: ⁊ sanat sincopim ⁊ pulsuꝫ cordis: ⁊ ꝯfortat stomachũ: ⁊ ꝓcurat digestionẽ ⁊ facit odorẽ oris bonũ ⁊ generat gaudiũ. Accipe ligni aloes crudi ⁊ rose aũ. ʒ. viij. gariofiloꝝ spicenardi macis nucis muscate gallie muscate cubebe cardamomi ⁊ heyl masticis cinamomi ciperi squinanti zedoarie been albi ⁊ rubei folij sete crude margaritaꝝ: coralloꝝ rubeorũ: charabe: folioꝝ citri ⁊ corticũ ei⁹: ⁊ alfelẽgemic: sansuci sisimbrij. mẽte sicce. pipis lõgi. zinzi. aũ. ʒ. iiij. musci boni ʒ. j. tertiã. ambre. ʒ. j. ⁊ ß. Et ꝯfice cũ melle emblicoꝝ ⁊ mina aromatizata. ⁊ sit dosis ei⁹ a. ʒ. j. vsq; ad. ʒ. iij.

Alfelẽgemic: id est ozimũ gariofilatũ.

Sisimbriũ id est mẽta aqtica siue balsamita.

Summa medicinarum est xxxiiij res

¶ Confectio de xiloaloe id est cõpositio de ligno aloes q̃ etiam ad formam electuarij reducitur nec est in vsu nec ꝑparata reperitur: magistraliter tñ quãdoq; vtuntur ea ꝓpter efficaciam sue operationis in passionib⁹ que scribũtur in textu vel litera. ¶ Additio.

¶ Apud Auicen. quinto cano. habeꝛ vna alia descriptio ⁊ similiter apud Rasim in diuisionibus que nõ sunt eedẽ cum presenti descriptione. Nulla tamen illarum nisi raro habetur in vsu. si quis tamen eis voluerit magistraliter vti poterit. vidi aliquãdo nõnullos ex modernis vti illa quã describit Auicen. in quinto cano.

Descriptio



Descriptio electuarij sarbotheng: ꝛ est le
tificans descriptione Hamech filij za-
charie: sup quo est fiducia iuuamenti ad
egritudines cordis stomachi epatis: et
coꝯfortat ea: ꝛ cõfert pulsui cordis: ꝛ ducit vtentẽ eo
in cõsequẽtiã gaudij cõtinue iocũditatis: ꝛ attrahit
digestionẽ bonam. Et facit oris ꝛ corporis totius
odorẽ bonũ: ꝛ calorẽ facit viuidũ. Et modꝰ eius est.
Accipe rosarum: ligni aloes añ. ʒ. vj. macis: nucis
Sũma medicinarũ ẽ xvj. res. muscate: gallie muscate: cardamomi: beyl añ. ʒ. ij. ci
namomi: croci añ. ʒ. ij. ꝛ ß. ciperi. ʒ. v. gariofiloꝝ: ma
sticis: spice: asari añ. ʒ. iij. Fiat oĩm trituratio bona:
ꝛ confice cum melle emblicoꝝ: ꝛ aromatiza ipsum
cum musci. ʒ. j. quarta: et sit dosis a. ʒ. j. vsq͂ ad. iij.

¶ Non est in vsu: sed bene quandoq͂ vtuntur ꝑm descri-
ptionem Nicolai in suo antidotario qḋ ipse ponit ibi sub
noĩe electuarij letificantis: medici enĩ salernitani vtũtur
eo sepissime: nos ṽo rarissime. ¶ Additio.

¶ Presens electuarium describit hic Mes. auctoritate
Hamec filij zacharie. i. rasis: quam describit. v. cõtinẽtis:
parũ tñ ab hac differentẽ. Itẽ Rasis. ix. ad almãsorẽ cap.
de melãcholia ponit vnã aliã descriptionẽ electuarij leti-
ficantis que est nobilior ista. silr Nicolaus in ꝓprio anti-
dotario vnã etiã habet descriptionẽ quã vocauit letitiã
Galeni: de qua inferius dicetur: vtũtur interdũ moderni
loco harum descriptionũ electuario letificãte ꝯsiliatoris
quã ponit differẽtia. cxcvj. quã fortasse describemꝰ infrꝰ.

Modus electuarij de citro ex inuentione
nostra cõfortans stomachũ ꝛ procurãs
digestionẽ: et odorem oris facit bonũ:
grossas ventositates expellit: ꝛ cõfortat
cor. Accipe corticum citrorum aur. xx. gariofilo-
rum: ligni aloes: cinamomi: macis galange añ. ʒ. ij.
musci. ʒ. v. cardamomi: zinziberis añ. ʒ. j. confice
cum melle. Dosis eius est. ʒ. v.

¶ Non est in vsu: nec preparatũ reperitur: vtunf tñ multũ
ad stomachum frigidũ in confectionibus magistralibus
corticibus mollificatis in zuccaro et minutatim incisis
propter ipsorum aromaticitatẽ et propter aspectũ quem
habent ad cor: et alia membra principalia.

Sũma medicinaruz est. x. res. Confectio de musco dulcis faciẽs ad pul
suz cordis ꝛ egritudines melãcholicas:
ꝛ ad eũ q tristaf sine cã: ꝛ ꝯfert ad egritu
dines cerebri: sicut est ṽtigo: ꝛ epilepsia:
ꝛ tortura: ꝛ paralisis: ꝛ ad egritudines pulmonis: ꝛ
difficultati anhelitꝰ: cuiꝰ permixtio est hec. Accipe
croci: doronigi: zedoarie: ligni aloes: macis añ. ʒ. ij.
albarũ margaritarũ: sete crude aduste: charabe: co
ralli rubei añ. ʒ. ij. ꝛ ß. gallie: ozimi citrati oĩm añ. ʒ.
ij. ꝛ ß. been albi ꝛ rubei: folij: spice gariofiloꝝ añ. ʒ. j.
zinziberis: cubebe: pipis longi añ. ʒ. j. ꝛ ß. musci. ʒ. j.
partes. ij. confice cũ melle crudo: qḋ sit quadruplũ
põderis oĩm: ꝛ pone in vase vitreo. Et sit dosis eius
a. ʒ. j. vsq͂ ad. ij. Si aũt hãc cõfectionẽ amarã facere
volueris valẽtior efficietur ad ea que diximus: ꝛ ad
exiccandũ hũiditates stomachi ꝛ putrefactiões eiꝰ
ꝛ ꝓprie si addaf in ꝑmixtione eius absinthij ꝛ rose
añ. ʒ. iij. aloes optimi abluti. ʒ. iiij. castorei: cheisin
añ. ʒ. j. cinamomi. ʒ. j. ꝛ ß. aloes. ʒ. j. ꝛ ß. als. ʒ. ij. ꝛ ß.

¶ Cõfectio de musco. i. cõpositio de musco dulci: denoiaf
aũt a musco ꝓpter muscũ qui ingredif cõpositionẽ ipsiꝰ: ꝛ
dicif diamuscũ dulce qñ est sine additiõe rerũ amararũ q͂
ponunf in fine huiꝰ descriptionis: ꝛ dr diamuscũ amarũ
qñ aloe ꝛ alia amara ponunf in ipso: sed nõ preparaf cũ
tali vel illa additione ꝓpter eiꝰ displicentiã: lz magistralr
sic posset ꝑparari. Istud est septimũ electuariũ ꝑm ordi-
nem scriptũ in lra: tamẽ est primũ qḋ generalr habemꝰ in
vsu: et sic in apothecis preparatũ cõiter reperif: videlicet Est in vsu
sub descriptione diamusci dulcis: nõ aũt sub descriptione
amari: lz vt prꝰ dictũ est magistralr possit ꝑparari: ꝛ ipsiꝰ
esset efficacia maior: est enĩ istud electuariũ cõferẽs debi- Operationes eius.
litati cordis: ꝛ ad oẽs egritudines melãcholicas absq͂ fe
bre subtiliãdo spũs cordis ꝛ cerebri euacuãdo sensus in-
trinsecos ꝓncipalr cerebrũ ꝯfortãdo. vñ summe confert
oĩbus passiõibꝰ frigidis cerebri ꝛ neruorũ: ꝛ plura habet
alia iuuamẽta q͂ ponunf in lra. Dosis aũt eius est a. ʒ. j. Dosis eiꝰ
vsq͂ ad. ij. ꝑm ꝙ corpa sũt debilia: vel robusta: de mane añ
cibũ ad minꝰ ꝑ duas horas stomacho bñ vacuato a sup-
fluitatibꝰ q͂to plꝰ est possibile. In oĩbꝰ opatiõibꝰ supradi
ctis efficacior est diamuscꝰ amarꝰ q͂ dulcis: sz dimittif ꝓp
displicentiã eius in gustu. ꝛ tp̃s assumptionis eius. ꝛ do-
sis eiꝰ eẽt eadẽ sicut de diamusco dulci vel minꝰ. Restat de De croco.
scriptionẽ eiꝰ legẽdo verificare ꝑticulariter declarando
q͂cũq͂ simplicia cõponẽtia ipm. ꝛ prio. Re. croci. est calide De doronigi.
cõplexionis in scḋo gradu: ꝛ sicce in prio. et est medicina
valde cordialis ꝓuocãs risum. Doronigi est radicula par
ua saporis dulcis. ꝛ est calide ꝛ sicce cõplexionis in ter- De ligno aloes.
tio gradu. portaf ad nos de ꝑtibꝰ oriẽtalibꝰ. Lignũ aloes
Istud est lignũ odoriferũ qḋ portaf ad nos de ꝑtibꝰ In- Pñs commentator male vidit Auic.
die: ꝓꝑetatẽ magnã hz ad stomachũ frigidũ: ꝛ ad cerebrũ
ꝛ est calide ꝛ sicce cõplexionis in scḋo gradu: lz siccitas sit
maior caliditate eiꝰ. Sophisticaf ꝛ adulteraf vel alteraf
ꝑ decoctionẽ eius in aqua: ꝛ sic tollif virtꝰ eiꝰ: ꝛ iõ studiũ naz de eo
est de crudo habẽdo: qꝛ crudũ est meliꝰ cocto. ꝛ iõ mirãdũ facit mentionẽ secũdo cano.
est ꝙ Aui. nõ facit de ipso caplm scḋo cano. vbi de simpli
cibus tractat. Macis multi dicũt ꝙ est cortex exterior nu sub illo noĩe xiloloes.
cis muscate. alij qbꝰ plꝰ credif dicũt ꝙ est cortex alteriꝰ ar
boris ꝓducẽtis aliũ fructũ: ꝛ asportaf de partibus Indie.
medicia est aromatica stomachalis iuuãs ad digestionẽ Quid sit macis.
cibi ꝛ ad eiꝰ retẽtionẽ. est calide cõplexiõis ꝛ sicce in scḋo
gradu: sed siccitas eiꝰ supat cũ virtute stiptica ambarum
margaritaꝝ s. grossaꝝ ꝛ minutaꝝ: grosse tñ oĩmode sunt De margaritis.
meliores ꝛ ꝑfectiores. alr ꝛ meliꝰ scz ꝑforatarũ: ꝛ nõ perfo
ratarũ. artificialr aũt ꝑforanf ꝛ efficiunf magis puie ꝛ cla
re: ex eis etiã repiunf alique ꝑforate: q͂s puto tñ ex artifi-
cio ꝑforatas fuisse: nõ perforate cõplexionis sunt frigide
ꝛ sicce ṽsus primũ gradũ cũ ṽtute aliqualr abstersiua. Sz
ꝑforate participãt plus de ṽtute stiptica q͂ nõ ꝑforate: qꝛ
in ꝑforatiõe ꝛ practica resoluif plus si qua hũiditas est in
eis: sicut ꝑcise euenit de gallis quercus ꝑforatis: qꝛ ꝑfora
te sunt magis sicce cũ maiori stipticitate: oẽs margarite a
ꝓꝑetate sunt cordiales resistẽtes corruptiõi sanguinis cir
ca cor. Cõferũt etiã tremori cordis ꝛ supflue calefactioni
eius: ideo cõiter ponunf in ꝯfectionibꝰ febricitãtiũ ꝛ debi
liũ in virtute: portanf de vltramarinis ꝑtibus: ꝛ ibidem
iuxta littora maris repiũf. Quidã tñ dicũt ꝙ iueniunf i q De seta cruda.
busdã piscibꝰ iuxta littora maris: qḋ nõ credo. Sete crude
aduste: dixit crude qꝛ virtꝰ eiꝰ extrahif ꝑ decoctionem in
aqua sicut dictũ est de ligno aloes: demũ vtunf illa aq͂ cũ
virtute sua. Vñ cruda est melior: ꝛ non adusta est maioris
efficacie si cũ artificio subtilr teraf: vt minutatim ipaz in-
cidẽdo demũ pistãdo ipsam cũ margaritis: sicut dicit Se
rapio in suo de simplicibꝰ in cap. de seta: ipsa est calide cõ
plexiõis ꝛ sicce in prio gradu. est medicina cordialis puri
ficãs spm̃ ꝛ sanguinẽ ꝛ ipsos clarificãs. ꝛ vnit virtutẽ: ꝛ a
ꝓprietate ꝯfortat: ꝓducif a q̇busdã vermiculis q̇ pascunf
de folijs moris celsi. Charabe: gũmi est cuiusdaz arboris De charabe.
noĩate ibex romana coloris citrini cũ aliquali rubedine
ꝯgelatũ: ꝛ fiũt ex ea pater nr: virtutẽ ꝛ ꝓprietatẽ hz ad se
attrahẽdi paleas ꝛ festucas sicut magnes attrahit ferrũ.
vñ i greco tm̃ est dicere charabe q͂tũ rapiẽs paleas i lati
no: est calide cõplexiõis ad primũ gradũ: sicce in scḋo ꝑm
Aui. ꝯfortat stomachũ ꝓhibẽdo vomitũ ꝛ nauseã ꝛ ꝓhibẽ
do humiditates malas ꝯgregari in eo: ꝛ a ꝓprietate ꝯfert
cardiace ꝛ tremori cordis. Coralli rubei. tres sunt species De corallis.
ipsoꝝ: rubei albi ꝛ nigri. ꝛ sunt radices ꝛ rami cuiusdã ar
boris nascẽtis in fundo maris i ꝑtibꝰ africe efficiunf nodo
si ab aq͂ marina: ꝛ cũ exeũt ad aerẽ induranf: immo petri Tres coralloꝝ species.
ficanf: meliores sunt rubei qui cõiter habenf in vsu. ꝛ sũt
frigide cõplexiõis in primo gradu: et sicce infra secũdum:
a ꝓprietate ꝯfortãt stomachuz: ꝛ remouẽt mala accidẽtia
ipsiꝰ: imo sola ipsiꝰ suspẽsio ad collũ ex directo sup stoma-

chum curat dolores ipsius: et prohibet vomitū ꝛ nauseā: sicut suspēsio ligni crucis etiā curat epilepsiā: ꝛ hec sunt ꝟba Gal. autoritate Aui. scdo cano. c. de corallo. ꝛ ex hoc mouent matrone bene docte ad suspēdēdū corallū rubeū ad collū infantiū ad ꝓhibēdū vomitū lactis ipsoꝝ q̄ plurimū venit ex dolore vētoso vel alio in eoꝝ stomachis generato: ꝓfert etiā febrētib⁹ ꝓhibēdo resolutionē spirituū: ꝛ cor mirifice cōfortādo: vñ in ꝯfectionib⁹ recētib⁹ cōiter apponunt gallie muscate. hec est q̄dā medicina cōposita cui⁹ descriptio sub noīe ꝯfectionis gallie muscate ponit a Nicolao ī suo antidotario: reducit tñ ad formā trociscorum: ꝛ sic ꝯseruat: raro tñ hr̄ in vsu per se sola: sed īgredit cōfectiones ꝓciosas ꝛ antidota magna: ꝛ cōponit ex gallis ꝛ aromatib⁹ alijs ꝛ musco: vñ denoīat a gallis ꝛ musco: virt⁹ aūt ꝛ cōplexio q̄ resultat in ea est calida in ꝑmo: sicca in scdo gradu: mirabiles opatiōes hȝ in ꝯfortādo ꝑncipalia mēbra ꝛ plura alia posita a Nicolao ī suo antidotario: fiūt aūt trocisci aliq̄ñ de gallia muscata: quoꝝ descriptio ponit. ix. almāsoris cap. de ꝓuocatiōe mēstruoꝝ: ꝛ ad educendū part⁹: quoꝝ dosis in puluere albo subtili accipienda est vsq; ad. ʒ. ß. et ego iā diu vidi in his certā ꝛ verā experiētiā in facilitādo partū difficilē: ꝛ ipm absq; nocumēto fet⁹: vel mulieris accelerādo: imo etiā ī educēdo fetū mortuū ꝛ secūdinā.

De gallia muscata.

Si bñ cōsideres in loco ꝟba cōmētatoris repies illa vana ꝛ mēdosa.

De ozimo

Ozimi. i. basilicōis gariofilati tēdētis ad aliqualē citrinitatē: ꝛ illa est expositio vera: nā ozimū idē est q̄d basilicon citrinū. i. gariofilatū cū aliq̄li citrinitate habēs odorē gariofiloꝝ ꝛ ꝟtutē. Est eñi duplex ozimū habens flores nigros ꝛ gariofilatū: q̄d etiā in multis locis repit. vñ citrinati ꝯueniēter posset exponi. i. de illa ꝯtrata vbi nascit basilicon gariofilatū habēs folia ꝛ flores recētes ad aliqualē citrinitatē: ꝛ est calide cōplexiōis in scdo gradu: ꝛ est magis cōueniēs q̄ ozimū gariofilatū: iuuat vero ad digestionē cibi grossi: ꝛ est difficilis ad digerēdū. Confortatiuū est cordis ꝛ aperitiuū oppilationū epatis: summe cōfortat cerebrū desiccādo supfluitates phlegmaticas multiplicatas in eo: sed principaliter iuuat ad aperiendū oppilatiōes factas a phlegmate: in caruncul is vel in naso solo odoratu: vel q̄ñlibet alr̄ ꝑparato: vt attrahēdo eius aquā distillatā per nares vel ei⁹ succū: sicut fit cōiter de aq̄ maiorane.

De been.

Been al. ꝛ rub. radices sunt q̄ portant de India ꝛ de eis sūt albe ꝛ rubee: rubee tñ sunt magis cordiales q̄ albe: vtreq; sunt calide cōplexionis ꝛ humide in scdo gradu: sȝ q̄ñ desiccant diminuunt ipsarū humiditates: ꝛ recētes comeste vel cōdite cū zuccaro: vel cū melle augmētāt spma. Etiā memorādū q̄ beheen scriptū p h: ꝛ p duo ee: est radix alba ꝛ rubea de q̄ nūc dictū est: sȝ ben scriptū solū cū vna lr̄a e: absq; h: est semen catapucie q̄d est medicina solutiua: de qua dicet infer⁹.

Folij species due.

Folij sunt eius due spēs. s. aquosum q̄d nascit in aqueis locis: vel in aquis dulcib⁹ absq; radice in aqua sicut lēticula aq̄: ꝛ est aliud arborosum: q̄d nascit ex arbore q̄dā in partib⁹ indie extra aquas: silitudinē in virtute hȝ cū spica nardi: ꝛ istud foliū arborosuȝ est illud quo vtimur in medicinis nr̄is: q: laudabili⁹ est alio: ꝛ est calide cōplexionis ꝛ sicce in scdo gradu: odorē hȝ aromaticū: ꝛ ꝟtutē hȝ ꝯfortatiuā mēbroꝝ principaliū in oīb⁹ opationib⁹ ipsoꝝ a ꝓprietate: ꝯseruat pānos a corrosione tineaꝝ tpe estiuo: dicūt tñ aliqui q̄ folium nō est aliud nisi folia plante producētis gariofilos.

De spica.

Spice: duplex repit. s. spica nardi: ꝛ spica celtica seu spica inda que idē est cū spica nardi: spica romana que idē est cū spica celtica: vtraq; est aromatica cū odore acuto: calida est in primo gradu: sicca in secūdo: cōfortat stomachū frigidū ꝛ efficit odorem bonū ꝛ cōfortat cerebrū: ꝛ ꝓhibet descēsum reumatis ad partes pectoris: vel pulmōis: apit oppilatiōes epatis: ꝛ stomachi: ꝛ plura alia hȝ iuuamēta que vide ab Auic. scdo cano. c. de spica. Q̄ñ aūt spica absolute ꝓfert intellige semp de spica nardi: seu spica inda que est idē cū illa: q: magis aromatica: ꝛ q: oēs opatiōes hȝ perfectiores q̄ spica celtica: vel romana: que pro eadē assumit.

De gariofilis.

Gariofiloꝝ noti sūt: gariofili deferunt ex India ꝛ sunt calide cōplexionis: ꝛ sicce in scdo gradu. Frusta autē gariofiloꝝ satis deficiūt a virtute ꝛ opatione ipsoꝝ ipsi sunt principalr̄ stomachi ꝯfortatiui ꝟtutis digestiue: ꝛ epatis: ꝛ stomachū ꝛ cerebrū cōfortāt masticati ꝛ retēti in ore odorē oris ꝛ totius corporis efficiūt bonū. zinziber radix est cuiusdā plāte que affert de partib⁹ Indie: calide complexionis in secūdo gradu: humide in primo dū est recens: sed post collectionē cōtinue priuat humiditate ꝛ efficit sicce cōplexiōis in primo gradu: ꝛ tūc caliditas ei⁹ augēt equalr̄ in ipso ad tertiū gradū.

De zinzibe.

¶ zinziber aūt cōditū cū melle siccius efficitur siccitate mellis: nō sic aūt ꝯditū cū zuccaro. diuersificant aūt radices zinziberis ꝑm diuersitatē loci in quo oriunt: nō tñ spē differūt: q: vbiq; eadē est plāta ꝓducēs zinziber: ꝛ est optima medicina ad calefaciēdū stomachū cerebrū nuchaȝ ꝛ oīa mēbra neruosa: ꝛ mire cōfert oīb⁹ dolorib⁹ vētosis ꝛ factis a materia phlegmatica post euātionē. velociter ꝛ a ꝓprietate vigorat opationē turbith: vt infer⁹ apparebit. Cōditum aūt cū zuccaro cōfert paralyticis ꝛ stomacho debili.

De cubebis.

Cubebe sunt fructus cuiusdā arboris seu grana q̄dā similia piperi nigro q̄ afferuntur de partib⁹ Indie ꝛ sunt calide cōplexionis: ꝛ sicce in scdo gradu cōfortatiue multū oīm virtutū cerebri ꝛ maxime masticate ꝛ diu in ore seruate spūs claros faciunt: sunt valde potētes in aperiēdo oppilatiōes epatis ꝛ ipȝ mire cōfortāt.

De pipe.

Tres species siue modi piperis.

Piperis lōgi: fruct⁹ est arboris q̄ affert a terra multū remota ī India. calide ꝛ sicce cōplexionis vltra tertiū gradū: sed caliditas eius supat siccitatē. Repiunt aūt tres maneries pipis: lȝ ab eadē arbore ꝓducant: est eī piper lōgū q̄d colligit q̄ñ incipit maturari. est vlteri⁹ pip nigrū cū est perfecte ꝛ vltimo maturum: denigrat aūt ex forti incēdio solis in partib⁹ illis: q̄ in partib⁹ orientalib⁹ orit. Est etiā piper albū quod est mediū inter pip lōgū et nigrū ex pte maturitatis ipsorū. Nā sic euenit de pipe lōgo ī exēplo loquēdo sicut de borachijs scismoꝝ q̄ elōgant post ipsoꝝ natiuitatē ex humiditate supflua. Est aūt pip nigrū calidi⁹ ꝛ sicci⁹ albo: ꝛ albū calidi⁹ ꝛ sicci⁹ lōgo: ꝛ in lōgo est maior stipticitas: oīs maneries ei⁹ calefacit summe stomachū musculos et oīa mēbra neruosa oppilationes apериēdo ꝛ hūiditates supfluas phlegmaticas desiccādo: ꝛ masticatū cū passulis attrahit phlegma a ptib⁹ cerebri: ꝛ vocē raucā clarificat masticatū ꝛ retētū ī ore.

De musco

Musci. est eñi res odorifera multū: q̄ reclusa repérit in quodā folliculo in quo orit: ꝛ sic extrahit a quodā aīali assimilato gazelo in ptib⁹ Indie: ꝛ est calide ꝛ sicce cōplexiōis in scdo gradu: lȝ caliditas superet siccitatē: mirabilr̄ sublevat ꝟtutes cordis ꝛ cerebri ꝓstratas portādo etiā ꝟtutes aliarū mediciaꝝ ad mēbra ipsa: ꝛ ab ipo denoīat pñs electuariuȝ: q̄m sensibilis q̄titas ingredit cōpositionē eius. Est enim muscus tyriaca venenoꝝ ꝛ maxime Napelli. Cōfice cū melle crudo: et sit quadruplū pōderis omniū. s. supradictoꝝ aromatū: vñ ad librā mellis ponant tres vncie de supradictis aromatib⁹ ꝓportionabilr̄ ꝑm descriptionē pōdera particulariter supposita ī lr̄a: quā p teipsum lege: q: clara est: ꝛ hic specificatiue ponit q̄tum mellis reqrit ad hoc electuariū cōficiendū: q̄d nō facit in alijs electuarijs subsequētib⁹: sed superi⁹ q̄tū fuit expediēs declaraui

De melle.

ſ Mellis aūt q̄d mel apū vocatur: q: ab eis ꝓducit cū depascunt ex rore sup florib⁹ mellifluis adherēte: ꝛ est calide cōplexionis ꝛ sicce in fine scdi grad⁹: lȝ caliditas supet siccitatē. In iuuenibus aūt ꝯuertit in cholerā: si eo supflue vtunt: ꝛ in senib⁹ in benignū sanguinē. Insup hȝ virtutē fortiter abstersiuā maxime phlegmatū ꝛ aliaꝝ supfluitatū ꝯtētaꝝ in stomacho: est etiā oppilationū apitiuū ꝛ maxime cū sit crudū. Nā p decoctionē viscositatē aliq̄lē acq̄rit: ꝛ est conueniēs ei q̄ fungos venenosos comederit: ꝛ et q̄ opiū sumpserit: p se solū nō est sepe vsus ei⁹ bonus: ponit aūt ad cōponēdum aromata ꝛ ad ipsa dulcorādum in electuarijs q̄bus cōiter admiscet vt de electa biliora reddātur in gustu ad faciēdū alias opatiōes dictas superi⁹ cuȝ ꝟtute sua. Dosis aūt dicti electuarij est vsq; ad. ʒ. ij. de q̄b⁹ dispositiōib⁹ dictū est supi⁹ in ꝑncipio declaratiōis hui⁹ electuarij: ꝛ silr̄ dictū est in vno notabili anteposito tp̄s ꝛ hora assumptiōis. Est aūt. ʒ. ix. pars. ℥. Cōplexio aūt dicti electuarij resultās ex suis simplicibus cōponētib⁹ ipȝ est calida ꝛ sicca ꝛ eā primū operat lȝ etiā a ꝓprietate plura alia faciat iuuamenta. Restat trāsire ad declarādū simplicia que ingrediunt in additione hui⁹ electuarij diamusci posita in fine capli ab autore. Sed vocat diamusc⁹ amar⁹ sicut supior vocat diamusc⁹ dulcis.

De absinthio.

Et cū dicit absinthij diuersificat absinthiū ꝑm diuersitatē loci ꝛ ꝓprie in q̄bus oritur. Et iō denoīat absinthiū romanū: ꝛ istud est melius alijs: vna tñ ꝛ eadē est spēs: q̄d aūt ī mōtib⁹ ꝛ ī locis saxosis ortum est

ns oritur est melius ꝙ paludosum: vel ꝙ id quod nascit
prope mare: herba est nota satis que suo acuto odore vel
amaro sapore cognoscit: calide cōplexiōis est iuxta scđm
gradū: ⁊ in siccitate ipm trāscēdit cū stipticitate: qđaʒ tñ
ponūt ipm calidū in pmo gradu: q: in fine pmi gradus: ⁊
qđā in scđo: q: in pncipio scđi gradꝰ: ⁊ sic etiā dicūt ipm
esse siccū in scđo gradu: q: in fine secūdi gradus: quidā in
tertio: q: in pncipio tertij gradus: habēt em̄ gradus medi
cinarū latitudinē magnā: ⁊ sic pꝫ discordia authorū di-
uersimode gradus medicinarū accipiēdo faciliter decla-
rari. Nā declarādū est modo iam dicto: vtilis ⁊ efficax me
dicina est absinthiū in reducēdo appetitū ꝓstratū ⁊ in cō
fortādo virtutē digestiuā stomachi epatis et mēbroꝝ: op
pilationē aperit meseraicarū: colorē corpis bonū efficit: ⁊
inire subuenit cacesie et habitudini male cū qua est eq̄lis
admixtio coloris citrini cū albo: virtutē leuē hꝫ in soluē-
do cholerā subtilē cū phlegmate aquoso pmixtū a stoma
cho intestinis ⁊ epate: nō tñ vlteriꝰ extēdit virtꝰ eius. Et
dosis eiꝰ in infusiōe seu in decoctiōe eiꝰ quatuor. ℥. est vsqꝫ
ad. viij. in puluere autem ab vna. ʒ. vsqꝫ ad. ij. et in succo a
duabꝰ. ʒ. vsqꝫ ad tres. Et oībꝰ pdictis mōis cū adest dosis
debita leuis fit solutio vētris: rarissime tñ vtimur eo solo
ꝺm aliquē pdictoꝝ modoꝝ: admixtū autem sepe vtimur
ipso nō in quātitate vel pondere quo sensibiliter soluat
sicut ī additiōe pñtis electuarij ponit. Posset tñ oīmodo
assumi: et summe cōfert et cōfortat in dispōnibꝰ dictis si
De rosis. nō esset eiꝰ displicētia in sapore ⁊ etiā in odore. Rose. Ro
sa est ex medicinis bñdictis ī opationibꝰ suis et cordialis
et odorifera. Sūt aūt ex eis albe ⁊ rubee: plane ⁊ crispe in
folijs suis: rubee et plane sunt meliores albis et crispis ⁊
magis odorifere: et cōplexio oīꝫ ipsarū est in pmo gradu
frigiditatis modicū ipm ascēdēs in gradu stipticitatis: ⁊
maxime dū sunt sicce: q: recētes in dictis gradibꝰ remit-
tunt. Rubee tñ minꝰ ꝙ albe sunt frigide: ⁊ in siccitate re-
mittunt. Coniūgit etiā in eis manifesta stipticitas et ali-
qualis caliditas ꝓpter ipsam amaritudinē cū dulcedine
quadā. Unde diuerse opationes pñt ab ipsis ꝓuenire: tñ
opatio ipsarū pncipalis est remittere caliditatē supfluā
cordis ⁊ epatis: ꝓhibere resolutionē spirituū in membris
principalibꝰ: ⁊ quecūqꝫ mēbra pncipalia relaxata cōfor-
tare: et maxie stomachū. Reprimūt vndiqꝫ vapores ascen
dētes ad caput: virtutē solutiuā leuissimā hñt: succꝰ recē-
tiū: vel ipsarū decoctio: q: a siccis tollit oīs virtꝰ solutiua
que est in eis: ⁊ dosis succi earū est ab. ℥. j. vsqꝫ ad. ij. ad-
mixti cū zuccaro: et dosis decoctiōis earū recētiū est ab. ℥.
ij. vsqꝫ ad. iiij. sed his duobꝰ modis raro vtūtur eis ꝑ solu
tione faciēda: q: leuissima est earū solutio cū displicētia
aliquali in ipsarum sapore: et q: nō semper rose recentes
reperiunt: loco aūt succi vel decoctiōis earū vtimur casia
vel tamarindis vel māna: q: illaꝝ copiā magnā habemꝰ.
Soluit aūt succꝰ vel eaꝝ decoctio materiā cholericā san
guinē purificādo ab eo et ipꝫ aquosuꝫ remittēdo a colore
supfluo: vtimur sepe aq̄ ex rosis distillata: q̄ aq̄ rosata vo
De aqua rosata. cat in epithimatibꝰ cordis et epatis et alijs cōplexionibꝰ
calidis oculoꝝ et oīm alioꝝ mēbroꝝ. Ac etiā vtimur sepe
rosis ꝯditis cū zuccaro minutim incisis: q̄ mixtura vocat
De zuccaro rosato. zuccarū rosatū: et ꝯfert adustiōibꝰ oris et lingue et stoma
chō calido: et aliqñ alijs mēbris cū aq̄ ordei colluēdo vel
gargarizādo: vel qūolibet alr̄ assumēdo ⁊ aliqñ sepissime.
De melle rosato. Utimur rosis ꝯditis cū melle minutiꝫ icisis: vel cū zucca-
ro ⁊ melle silr̄ admixtis ad solē positis et parū decoctis: q̄
mixtura vocat mel rosatū cū folijs vel colatū: ⁊ huiꝰ mel-
lis rosati vsus est valde cōis et ꝯueniēs ad abstergēdū et
exiccādas materias phlegmaticas putridas ꝯtētas ī sto
macho ac etiā itestinis. Calefacit ꝟtute mellis. Et infri-
gidat aliq̄lr̄ ꝟtute rosarū: sꝫ oī modo desiccat: vincit autē
apparēter caliditas eiꝰ frigiditatē: et nō trāsit ꝟtus eius
vltra regiōes epatis assūptꝰ in forma electuarij nūc dicta.
Sꝫ si assumat cū decoctiōe aliq̄: aut aq̄s distillatis īferiꝰ
declarādis cū virtute sua vsqꝫ ad regiōes venarū ꝑtrāsit:
⁊ illo mō dosis est vsqꝫ ad. ℥. ij. sed raro ꝑ se solūmō sumit:
sꝫ cū alio syrupo ꝑmixtꝰ in eodē pōdere et mēsura: sicut ap
paret ī cura phlegmatice febris vel tertiane nothe q̄bꝰ in
pncipio mel rosatū est sūme ꝯueniēs diuersis tñ modis ⁊
potionibꝰ vt alibi est videre nō tñ minꝰ ꝯstringit desiccat ⁊
calefacit stomachū isto modo pparatū ꝙ cū rosis incisis:

vel cū zuccaro admixtū imo plus: cū eiꝰ virtus trāscat ad
ꝓfunda: et sic gñalr̄ est in vsu vbiqꝫ locorū ab ipsis q̄ practi
cam insequunt. Et gelentabin. i. mel rosatū vocatū ab oī-
bus autoribꝰ medicine. Utimur etiā rosis siccis in lotiōi-
Rosarum siccarum vsus quotuplex. bus saccellis embrocionibꝰ in electuarijs pilulis ⁊ pulue
ribꝰ ⁊ alijs que mirabilē operationē efficiūt cū suis qua-
litatibus primis ⁊ ipsarū stipticitate. Sꝫ magis operant
etiā a forma specifica mēbra pncipalia cōfortādo ⁊ spūs
cū suis odoribꝰ suauibꝰ ⁊ amenis. Et fit ēt ex rosis recēti
De oleo rosato. bus oleū rosatū. nā fit vt plurimū cum eo oliuarū ꝑfecte
maturarū: ⁊ istud cōiter est in vsu ad repcutiendū virtute
rosarū mās fluētes si ex ipso inungant: et virtute olei ali-
qualr̄ resoluēdo: vñ in principio ꝯtusionū est optima me
dicina. Fit etiā oleū rosatū ex oliuis imaturis: vel nō ꝑfe
cte maturis: qđ vocat oleum onfacinū: ⁊ istud est magis
repcussiuū frigidū siccū ⁊ stipticū ꝙ aliud dictū. Nō tamē
nisi magistralr̄ pparat ab aliq̄. Fit tertio oleū rosatum ex
oliuis cōplete maturis admixtū cum rosis ⁊ aliquātuluꝫ
salis: et istud est fortiꝰ in desiccādo: et etiā in resoluēdo cū
virtute leniter cōpressiua: ⁊ ista de rosis sufficiāt q̄litercūqꝫ
paratis seu administratis: ⁊ si hic ꝓlōgaui sermonē bre-
uitate vtemur in posterū cū in mixtis de rosis faciāt men
De aloe. tionē. Aloes optimi. i. succotrini. iter oēs alias spēs aloes
succotrinū est meliꝰ. Abluti id est loti cū aqua endiuie vl'
aqua pluuiali sicut cōiter fit ad remouendū acuitatē ipsiꝰ
⁊ nocumēta que ex ipso accidere pñt maxime de fractura
seu aptura venaꝝ: sed ex lotiōe ipsiꝰ frāgit ⁊ debilitat sa-
tis virtꝰ eiꝰ solutiua: sed addit eius virtꝰ in confortando
virtutes mēbroꝝ intrinsecorū ⁊ maxie stomachi. Eiꝰ aūt
potētia soluēdo nō trāsit vltra regiones epatis nisi cum
alijs medicinis solutiuis admixtū: vel cū alijs vigorāti-
bus eius opationē. Non ablutū autē vigorosiꝰ soluit mi-
nus tñ mēbra ꝯfortat. Et iō cū ponit in isto electuario est
abluēdū cū aq̄ pluuiali vt eiꝰ acuitas ⁊ solutio remittan
tur: sꝫ q̄titas eius q̄ ingredit in additiōe eius electuarij
nō sit potēs ad soluēdū etiā si ablutū non esset ꝯsiderata
Diuersoꝝ diuerse opiniōes de aloe. dosi que ipsiꝰ dꝫ assumi assignata supiꝰ. ¶ Et notādum
ꝙ de aloe varij varie dicunt. Est enim quorūdam opinio
ꝙ aloe tripliciter variat solū in noīe ⁊ in suis partibꝰ per
decoctionē ad ignē: dicūt em̄ q̄dā ipm esse succū cuiusdaꝫ
herbe in vltramarinis partibꝰ adinuēte qui ad ignē tam
diu decoquit ꝙ ad solidā formā reducit: ⁊ ꝙ eiꝰ ps supe-
rior in decoctiōe est aloe succotrinū: ⁊ illud est puriꝰ et me
lius alijs. pars aūt media est aloe epaticū: ⁊ istud seq̄t in
bonitate post succotrinū: vltia est pars infima: q̄ dr̄ aloe
caballinū: ⁊ istud est minoris bonitatis alijs supradictis.
Secūda opinio. Et hec opinio a pluribꝰ credit ⁊ pro firmo tenetur: non
tñ credit a doctoribꝰ medicine aperto sermone. Alij autē
dicūt asserūt ⁊ affirmāt: ⁊ cōtra pdictā opinionē clarissi
mis rōnibꝰ ipugnādo ꝙ aloe est vt dr̄ succꝰ inspissatꝰ ad
ignē vel ad solē tpe estiuo diuersarū herbarū: nō tñ alr̄ ad
inuicē differūt nisi ꝺm ꝙ diuersitas est in vuis: ⁊ ꝯñr in vi
nis: dicunt em̄ ꝙ herba ex cuiꝰ succo fit aloes epaticum in
bonitate ꝑfecta est post aloes succotrinū: ⁊ vltimo ī boni-
tate est herba ex cuiꝰ succo fit aloes caballinū: sicut eniꝫ
vua ⁊ vina multū differunt in sapore: ⁊ in bonitate ipsoꝝ
non tñ abinuicem differūt gñe: ⁊ vt sic q̄libet succꝰ pdicta
rū herbaꝝ ad ꝑfectionē decoquit de per se: ⁊ huic opinio
ni est plus adherēdū. Uñ alij dicūt ꝙ predicte tres herbe
diuersificant ꝺm diuersitatē loci vel patrie in q̄bꝰ oriūtur
vel crescunt. et sic subsequēter diuersificantur spēs aloes
sicut ꝯtigit in diuersitate vuarū ⁊ vini ꝺm diuersitatē sitꝰ
⁊ loci in q̄bꝰ vue oriunt ⁊ fiūt: vt pꝫ de vinis collectis in
ꝑtibꝰ vallis armenie inferioris: ⁊ etiā de vinis collectis ī
vallibꝰ: secꝰ que sunt media in pdictis. Et hec opinio nō
discrepat in pdictis a recto tramite ꝟitatis: q̄libet tñ spe-
cies aloes est calide ⁊ sicce cōplexiōis in scđo gradu: sꝫ sic
citas super caliditatē: q: ascendit ad tertiū gradū. Aloes
aūt per sel solū nō assumitur ꝓpter ꝑicula q̄ exinde acci-
dere possunt. Est em̄ pncipalr̄ solutiuū materiei choleri-
ce ꝯtēte in stomacho ⁊ meseraicis: ac etiā in itestinis: mul
tū tardatur eiꝰ opatio: vt a. xij. horis: vt plurimum vsqꝫ ad
Aloes ꝑ se solum assumi nō dꝫ. xxiiij. horas. ⁊ dosis est vsqꝫ ad. ʒ. ij. ⁊ ꝺ. ꝺm potētias corpo
rū assumētiū ipꝫ. Sꝫ nō ꝯsulo vluꝫ eiꝰ nisi alijs medicinis
admisceat: hꝫ insuꝑ virtutē desiccatiuā humiditatū ⁊ pu
tredinū stomachi: ac etiā itestinoꝝ: sꝫ ꝓuocat emoroidas.

ideo ad eas dispositi non assumāt: et aliqñ est abstinendū ab ipso tp̄e frigido: ac etiā multū calido sicut Mes. exp̄sse declarat in caplo ꝓprio. In oībꝰ opationibꝰ aūt in quibuscūq; aloes succotrinū est potētiꝰ ⁊ vigorosiꝰ alijs: ⁊ maxime in soluēdo. Cum aūt aloe in aliqua descriptione absolute proferꝛ intelligendū est de aloe succotrino tanq̄ de meliori ⁊ magis perfecto.

De castoreo.

Castoreū: est eñ pinguedo inuoluta in quodā folliculo iuxta testiculos cuiusdā aīalis et in meridionalibꝰ partibꝰ reperiꝛ: ⁊ est calide cōplexionis in tertio gradu: sicce in scd̄o gradu: virtutē hꝫ calefactiuā ⁊ cōfortatiuā neruoꝝ cū manifesta resolutione materiaꝝ contētarū in eis. Et ideo cōfert spasmo humido repletionali si mēbrū spasmatū ex eo liniaꝛ. Cōfert etiā superfluo pruritui puerorū: ac etiā epilepsie: ipsum mire pōt subuenire si collū ⁊ nucha inūganꝛ: easdē operatiōes efficit manifeste si abluaꝛ et fumaꝛ, vsq; ad. ʒ. ij. sed nō vsitatur a medicinis de ꝑ se nisi admixtū cū alijs medicinis cōpositis.

Mirabile i epilesia.

De Keisi.

Keisim. i. leuistici: planta est satis nota: nasciꝛ iuxta tumulos sepe: ⁊ est calide cōplexionis ⁊ sicce in scd̄o gradu: vtimur in oībꝰ medicinis eiꝰ semine nō folijs vel radice: q2 efficaciꝰ est: hꝫ eñ virtutē aperitiuā opilationū ⁊ desiccatiuam humiditatū ꝯtentarū in stomacho: ⁊ resolutiuā ventositatū grossarū ⁊ fortificatiuā digestiue virtutis cū caliditate ⁊ aromaticitate sua: ⁊ si ipsiꝰ seminis puluerizati exhibeaꝛ alicui in etate perfecta vsq; ad. ʒ. j. cū aqua graminis vel absinthij mire educit vermes ⁊ ascarides: tñ quātitas p̄dicta dꝫ minui in pueris. In febrietibꝰ aūt febre cholerica nō sic secure ꝓcediꝛ.

Mirabile in vmibꝰ.

De cinamomo.

Cinamomi: due sunt eiꝰ maneries: est eñ cinamomū qd̄ est subtile multū lōgū ꝑforatū aromaticū valde: ⁊ cū multo sapore. Est eī cortex interior cuiusdam arboris odorifere valde: ⁊ istud vocaꝛ ꝓprie canella: ꝑforatū est: ⁊ tale est ꝑfectiꝰ in oībꝰ opationibꝰ suis. Est aliud qd̄ vocaꝛ cinamomū: qd̄ est grossū: et est cortex exterior arboris in partibꝰ indie. vtrūq; est calide cōplexiōis ⁊ sicce ī scd̄o gradu: ſꝫ caliditas eiꝰ supat siccitatē: p̄rogatiuā hꝫ sup oīa aromata ad ꝯfortādū ꝟtutē digestiuā in stomacho ⁊ ad exiccandū ⁊ ꝓhibēdū putrefactiones in eo. Ac etiā ad aperiēdū oppilatiōes epatis ⁊ aliorū mēbroꝝ: cōfortat cerebrū ⁊ alia p̄ncipalia mēbra: ⁊ est multe ꝓuocationis: ⁊ maxime mēstruoꝝ: odorē oris efficit bonū: ⁊ totū corpus redolere facit: et hec est declaratio descriptionis p̄sentis electuarij: cui de melle crudo ad ipsum ꝯfortandū ꝓportionaliter addi debet ſm qd̄ in hac additione aromatū factum est supra. ¶ Additio.

¶ Auicēna quinto cano. hꝫ plures descrip. diamusci: sed nō sunt in vsu. Simil'r haliabbas ⁊ serapio in ꝓprijs antidotarijs habēt descrip. diamusci dulcis ⁊ amari parum ab ista differentes. Rasis etiam. ix. ad Almansorem: ⁊ in diuisionibꝰ ponit diuersas descrip. diamusci q̄ nō sunt in vsu: q2 ista q̄ est dñi Mesue vr̄ alijs nobilior: iō apud oēs plus in vsu habeꝛ: ⁊ dulcis plus q̄ amara: q̄uis sit maioris efficacie ad ea q̄ describunꝛ tñ ꝓpter eiꝰ malū gustū a modernis relinq̄tur. ¶ Errauit cōmentator circa illa q̄ hic dicit de ozimo: nam per ozimū citratū intelligere debemꝰ melissam: ⁊ nō duas res. s. per ozimū basiliconē ⁊ ꝑ citratū ozimū gariofilatū: naꝫ qñ repiꝛ ozimū gariofilatū nō intelligimus ozimū ⁊ gariofilos: ⁊ qñ repiꝛ ozimū carminū nō intelligimꝰ ozimū ⁊ ciminū. Sil'r nec per ozimū citratū debemꝰ intelligere duas res: vt iā dictū est. Sed debemꝰ ꝯsiderare oēs spēs ozimi: ⁊ per illud qd̄ hꝫ odorē citri debemꝰ capē pro ozimo citrato qd̄ est melissa: vt iaꝫ dictū est: quia si fricemꝰ folia melisse habebūt odorē citri. Preterea vide Simonē ianuēsem q̄ dicit circa expōnem istiꝰ vocabuli turuūgen q̄ arabice est idē qd̄ citraria. Est aūt citraria melissa aut ozimū citratū qd̄ hꝫ odorē citri. Auicēna etiā loco iam allegato in sua descrip. hꝫ ozimū citratū: ⁊ sic bene cōsidera errorē multorum.

Ocymum citratum quid.

Modus cōfectiōis testiculi vulpis: ⁊ est satyriō: bōa phthisicis: ethicis ⁊ ꝯsūptis: est medicīa īpīguatiua bona ⁊ multiplicat coitū. Et modꝰ opatiōis eiꝰ ē talis. Accipe satirionū q abscīdunꝛ a p̄re suo li. j. ⁊ terātur ⁊ coquanꝛ cū lacte ouino dulci in quātitate sufficiēti sup prunas: vsq; dū decocti sint: sit ⁊ cōsūptū lac: ⁊ tūc funde super eos olei amigdalaꝝ dulciū. ℥. iij. ⁊ agiteꝛ sic conterendo cū ligno: ⁊ postea funde super totū syrupū cuius modus est. accipe succi buglosse cocti ⁊ dispumati li. ij. succi pomorū dulciū. ℥. xij. zuccari boni albi li. iij. Misceanꝛ agitādo cuꝫ p̄dictis vsq; dū fiat eis cōpetēs decoctio: ⁊ deponaꝛ ab igne ⁊ ꝓijciaꝛ super ea cinamomi subtilis ⁊ electi. ʒ. v. been albi ⁊ rubei. an̄. ʒ. ij. ligni aloes. ʒ. iij. croci sandali citrini dragaganti gūmi arabici alfelengemilc cubebe macis. ana. ʒ. j. ⁊ ß. confice ⁊ pone in vale vitreo: ⁊ sit dosis eius ab au'r. iij. vsq; ad. v.

Summa medicinarū est. xvij. res.

Alfelēgemisc. i. ozimū gariofilatum.

¶ Istud est electuarium octauum in presenti libro descriptū ſꝫ scd̄ꝫ in ordine de his que magistraliter habentur in vsu: raro tamen in apothecis preparatū reperiꝛ. Ipsiꝰ tamē due descriptiones quasi sub eodem titulo describunꝛ que in modo compositionis et virtute aliqualiter variantur. Est eñ illa prima descriptio que hic ponitur maioris efficacie ⁊ virtutis: corporibus consumptis et exiccatis ⁊ phthisicis ⁊ ethicis ⁊ similibꝰ si absq; febre consistant maxime talia corpora humectando: cum hoc etiam iuuat ad coitum multiplicandum et incitandum. Descriptio autē subsequens est maioris potentie in faciendo virilis membri erectionem et appetitum ad coitum incitādum ⁊ multiplicandum ⁊ semen spermaticum augendum: ⁊ est quod magis habeꝛ in vsu et preparatum reperitur. ¶ Notandum quod ambe descriptiōes nomen accipiunt a radice cuiusdā herbe que vulgari nomine testiculus vulpis appellatur: ⁊ est herba in nostris partibus satis nota. habet radices ad similitudinem testiculorum vulpis: ⁊ in compositione huius electuarij magna eius pars ingreditur in primo: videlicet de his duobꝰ: sed scd̄m electuarium est magis delectabile ad gustum: ⁊ licet cū zuccaro cōponaꝛ ⁊ hoc posset ad formā vere cōfectionis reduci: tñ sub forma electuarij prepaꝛ: q2 melius conseruaꝛ ꝓpter succos ⁊ lac que ibi ingrediunꝛ: ⁊ sic efficacius etiā operaꝛ: cōiter in apothecis preparatum reperiꝛ: ⁊ sic etiā magis habeꝛ in vsu ⁊ pro coitu incitādo. Dico ergo: modꝰ cōfectiōis. i. cōpositionis ⁊ reductionis ad formam electuarij testiculi vulpis id est satyrion: q2 sic denominaꝛ. Conuenit istud electuarium ethicis ⁊ cōsumptis si absq; febre ꝯsistāt exiccationem corporis prohibendo sua virtute humectatiua aliquali leui infrigidatiōe ⁊ fortificatione resolute virtutis: multiplicatiuū est coitꝰ: ⁊ hec est eius p̄ncipalis opatio ꝓpter qd̄ habeꝛ in vsu generando ventositatē in vasis seminalibꝰ vel adiuuādo virtutē digestiuā in eis in ꝯuersionē sanguinis in materia seminis: vnde fit augmētū in semine ⁊ in virilis mēbri erectiōe: vt prius dictū est. Seq̄tur eius descriptio. Testiculorū vulpis. Scindunꝛ a p̄re suo hoc est a stipite suo: hec radix dicta testiculꝰ vulpis est calide cōplexionis ⁊ hūide circa scd̄m gradū multiplicās ventositatem ⁊ pruritum in genitalibus mēbris: vnde est causa erectionis virge ⁊ a proprietate incitans ad libidinē etiā ſm oēm vsum ipsiꝰ. Terantur ⁊ coquanꝛ cū lacte ouino. s. dicte radices testiculorum vulpis: est eñ lac frigide complexionis ⁊ humide in primo gradu: ſꝫ eñ humiditas superet frigiditatē ipsius: ⁊ ideo cōuenit ethicis et ꝯsumptis: diuersificaꝛ tñ lac ſm diuersitatē specierū animaliū: a quibꝰ emulgetur: non tñ q̄ exeat extra latitudinē dicte ꝯplexiōis nisi extra vbera diu morā ꝯtrahat: ⁊ inde acetositatē acquirat ex quo efficitur frigidius cū siccitate aliquali. Lac eñ muliebre siue humanū est medium inter oīa genera lactis plꝰ appropinquās tēꝑamēto cōplexionis: ⁊ post ipm̄ imediate sequiꝛ lac caprinū: lac autem ouinū ⁊ vaccinū de frigiditate ⁊ aquositate minꝰ participāt. Sed asininū lac frigidiꝰ est et humidiꝰ omni alio lacte. Et ideo nō ita cōforme poniꝛ humane nature. Et pōt faciliter separi oē lac ī tres substātias cōplexionū diuersarū. Est eñ ī eo ꝑs casealis q̄ est frigide ꝯplexiōis ⁊ sicce ⁊ est ꝑs butyrosa q̄ est tꝑate cōplexiōis attingēs circa primū gradū caliditatis: ⁊ ad primū attingēs hūiditatis est vltīa pars serosa q̄ est frigide ꝯplexiōis ⁊ hūide: ſꝫ Mes. ipaꝫ ponat calide ꝯplexiōis ꝓpter ꝟtutē solutiuā q̄ est in ea. Gal'. aūt. iiij. de simplici medicīa di. iij. c. vltimo ponit hāc scꝫ serosaꝫ ꝑtē eē frigide cōplexiōis exp̄sse: ſꝫ illoꝝ cōcordia faciliter

De satirione.

Cuiuslibet lactis cōplexio.

Tres lactis substātie diuersarū sunt cōplexionum.

Diuersitas auctorū de complexione partis serose.

Conciliatio siue cōcordia.

cordia faciliter habet: nã Mesue solũ cõsiderauit quasdã ptes ipsi⁹ aquositatis nitrosas ⁊ salsas q̃bus mediantib⁹ virtutẽ hʒ aliqualiter solutiuã ⁊ sanguis purificatiuã: ⁊ ille sunt calide. Gal. aũt alias ptes cõsiderauit aquosas q̃ sunt manifeste alterãtes ad frigidũ q̃ sũt m̃lto plures ptibus p̃dictis nitrosis ⁊ salsis: vñ tota ei⁹ cõplexio resultãs ex dictis frigida ⁊ humida p̃dominat in ipa serositate iã dicta. tollitur aũt illa nitrositas si de nocte teneat ad aerẽ olei amigdalini dulcis. amigdale dulces calide sũt ꝯplexionis v̾sus p̃mũ gradũ: sed amare sũt calidioris ꝯplexionis trãseũtes p̃mũ gradũ siccitatis: ⁊ sic olea q̃ fiũt ex his appropinquãt ꝯplexiõib⁹ eaꝝ i caliditate ⁊ humiditate i dulcib⁹: ⁊ caliditate ⁊ siccitate i amaris. Succi buglosse. i. lingue bouis: herba est nota q̃ lingua bouina vulgariter dr̃ ⁊ est calide cõplexionis v̾sus p̃mũ gradũ: ⁊ in humiditate appropinquãs versus gradũ scd̃m: ⁊ ẽ medicina cordialis cõferens asperitati gutturis ⁊ cãne pulmonis. Succi pomoꝝ dulciũ. hec poma vt appiola ⁊ silia sunt multuʒ cordialia frigide ꝯplexionis v̾sus primũ gradũ ⁊ hũide circa scd̃ʒ. succari boni albi q̃d alio noĩe mel canne vocatur: ip̄z est calide cõplexionis versus primũ gradũ: humide etiã in eodẽ dũ est recẽs: ⁊ dũ antiquat gradũ p̃mũ siccitatis acquirit: ⁊ eius humiditas exiccatur: vñ p ip̄m assumptũ in stomachis calidis et cholericis ac febre acuta febrientib⁹ cõuertitur in cholerã ⁊ maxime qñ cũ vino lauatur: vt ip̄z preparari faciũt medici ignorãtes. Cinamomi subtilis et electi: de ipso dictũ est i diamusco. been albi ⁊ rubei. dictũ est in diamusco. croci dictũ ibidẽ. Sãdali citrini. sunt tres sp̃es sandaloꝝ: alboꝝ rubeoꝝ ⁊ citrinoꝝ: asportantur de ptibus indie. Et sunt ligna cuiusdã arboris que i quodaʒ flumine capiũtur cũ ex multitudine aque sup̾flue augetur ⁊ crescit: ⁊ q̃libet sandaloruʒ species de p̃dictis est frigide cõplexionis in scd̃o: sicce in p̃io: tamẽ s̾m Gal. frigiditas sandaloꝝ rubeoꝝ est maior q̃ alboꝝ ⁊ citrinoꝝ: ⁊ sic i oĩb⁹ operationibus magis collaudãtur: sunt eñ medicina cordialis ⁊ aromatica cõueniẽs superflue calefactiõi cordis ⁊ ipsius debilitati ⁊ resolutiõi. ideo ipsis multũ vtimur in epitimatib⁹ cordis ⁊ maxime citrinis ⁊ rubeis. Dosis hui⁹ electuarij est vsq̄ ad q̃tuor aureos. Et hic nota q̄ aureus est aliquãtulũ plus q̃ ʒ. sicut floren⁹ nou⁹ est maioris põderis q̃ florenus antiquus sepissime numeratus: q̃ floreni ponũtur in sigillo. Alteri⁹ est notandũ q̄ cũ querimus humectationẽ in corporib⁹ exiccatis debemus istud electuariũ exhibere de mane in dosi p̃dicta cũ conditionibus obseruatis absq̄ alia cõditiõe superi⁹ antedictis: ⁊ qñq̄ cũ pulpa caponis: qñq̄ cũ carne testudinis: vt superi⁹ dictũ est. Cũ aũt querimus augmentũ in coitu ⁊ virilis membri erectionẽ: ipsuʒ exhibere debemus vespe añ cenã: ⁊ cũ modico vini subtilis ⁊ odoriferi. predicti autẽ electuarij simul cõpositi ⁊ fermentati cõplexio que resultat est temperata inter calidũ ⁊ frigidũ: humida tñ ad scd̃ʒ gradũ attingẽs. Et hic solatiose recito quod iã vidi tp̄e Thome de garbo magistri mei: ⁊ fuit de mẽse maij dũ generaliter fiunt purgationes sanitatis p̾seruatiue. Quidã ciuis antiquus etate plenus diuitijs: debẽs vno sero iuuenẽ ⁊ robustã ducere quesiuit vno sero cõsiliũ q̃uo posset ad perfectionẽ coitus deuenire cũ virge erectiõe: vnde fuit ordinatũ electuariuʒ ante dictũ de quo pluribus diebus assumpserat. Illo aũt sero quo duxit vxorẽ ex errore aromatarij quandã medicinã solutiuã assũpsit: vñ tota nocte cũ fluxu ventris ⁊ vomitu cũ sua sp̄osa ꝓcessit: ⁊ sic deceptus ad coitũ deuenire non potuit: sed cũ sui vituperio de mane surrexit: ⁊ fuit manifestatũ totũ a sua sp̄osa predicta. Alius autẽ iuuenis hoc electuariũ satirion ꝓ predicto sene ordiatũ assumpsit qui assumere debebat medicinã solutiuã predictã quã senex ille assũpsit: cui nõ erat expediẽs aliq̃d auxiliũ ad virge erectionẽ: vltra solitũ tñ p totã noctẽ ad libidinẽ incitatus pollutiões habuit ⁊ nõ fluxũ vẽtris: ⁊ d̾ mane expectabat de collatiõe: ⁊ iã decocto capõe hora tertiaꝝ trãsacta cõquesti⁹ cũ medico qui medicinã ordinauerat ibi inuenit predictũ senẽ q̃ fortius cũ ipso condolebat. Et sic vocato aromatario manifestat⁹ fuit error ipsi⁹ de variatione medicinaꝝ predictaruʒ absq̄ aduertẽtia predicti aromatarij: vnde semper aduertẽdũ est cũ medicinas solutiuas exhibemus ad manus aromatarij ne error contingat in eaꝝ preparatione ⁊ exhibitione: q2 totum finaliter ad vituperiũ vel in honorẽ medici imputat: ⁊ sic etiã possibile eẽt ad alias medicinas nõ solutiuas: ⁊ est finaliter aduertendũ ne similis error contingat vel cõtingere possit.

Margin notes (left column): De amigdalis. — de buglossa. — de pomis — De zuccaro. — de sãdalo. Sãdaloꝝ tres sp̃es. — Quid sit aureus. — De mõ exhibẽdi presens electuarium. — Nota historiam.

Confectio alia testiculoꝝ vulpis ⁊ est dyasatyrion faciẽs erectionẽ virge: ⁊ multiplicans sperma ⁊ desideriuʒ coeundi. Recipe secacul albi mũdi elixati in aqua ciceꝝ quoꝝ eiecta fuit aqua p̄ia li. j. testiculoꝝ vulpis. ℥. viij. radicis raphani. ℥. iiij. luf. plani. ℥. ij. Terãtur ⁊ infundantur super ea lactis vaccini: aut ouini quantitas que superemineat radicibus duobus digitis ⁊ olei sisamini ⁊ butyri vaccini recentis ana. ℥. iiij. ⁊ excoquãtur cũ facilitate vsq̄ ad spissitudinẽ: ⁊ si adhuc radices non bene decocte sint fundatur super eas ex lacte et oleo ⁊ butyro vsq̄ dũ p̾fecte decocte sint: ⁊ post hoc funde super hoc totum mellis boni ⁊ dispumati li. vj. succi cepe humide li. j. ⁊ ß. Decoq̃ omnia simul vsq̄ ad perfectam decoctioneʒ: tunc eñ depone ab igne: ⁊ proijce super eã puluerẽ: cui⁹ permixtio hec est. accipe caudaꝝ stinchi cum renibus ⁊ lumine. ʒ. viij. seminis eruce. ʒinʒiberis been albi ⁊ rubei ligne auis seminis nasturcij cinamomi: piperis lõgi baucie. seminis napi. sparagi añ. ʒ. iiij. ⁊ conficiantur cũ eis. Ultimo vero ponatur in medicamine pinearũ mundatarum li. j. ⁊ ß. fisticorum mũdatoꝝ. ℥. x. cerebrorum passerum. ℥. ij. cõficiant oĩa bene ⁊ aromatizentur cũ. ʒ. j. boni musci. Sit dosis eius ab. ℥. ß. vsq̄ ad. ℥. j. cum bono vino puro ⁊ pauco.

¶ Istud est nouũ electuariũ lʒ sit tertiũ de his q̃ habent in vsu: ⁊ est istd̾ q̃d cõiter rep̾it p̾paratũ. Nã ip̄m est efficax ⁊ mirabilis o͞pationis ad multiplicandũ coitũ faciẽs virge erectionẽ vẽtositatẽ g̾nans ⁊ pruritũ in genitalib⁹ mẽbris. Et hec est pricipalis ei⁹ operatio: assumit de sero per duas horas ante cenã cũ vino calido: lʒ etiã cõuenienter assumat ⁊ meli⁹ d̾ sero cũ itur dormitũ cũ pauco vino. ¶ Et ei⁹ dosis ẽ vsq̄ ad. ʒ. vj. sʒ vt efficaci⁹ operetur debet assumi trib⁹ dieb⁹ cõtinuis hora ⁊ modo predictis. Et sumatur iterato si expedit: sʒ in vltimis senibus ⁊ habẽtib⁹ calidũ naturale valde debile frustra assumit: dicit ergo cõfectio. i. cõpositio q2 ad formã electuarij reducit. Testiculoꝝ alia vulpis ⁊ ẽ dyasatyriõ. Rx. secacul. i. iringi. ⁊ est radix calcadrappe supra quã orit fung⁹ q̃ dr̃ caldarella: ⁊ est calide cõplexiõis in p̃io ad s̾m gradũ in hũiditate ascendens. Iste radices p se sole assumpte ꝓpt ipsaꝝ dulcedinẽ ⁊ ẽt ꝯdite cũ melle sũt multũ delectabiles efficaciter operãtes ad coitũ incitãdũ. Et sic a m̃ltis habet in vsu: ⁊ multo forti⁹ operãtur si cũ aromatib⁹ q̃busdã cõdiãtur sicut cõiter fit ⁊ p̾parãt cortices aromatarij: hũt tñ p̃dicte radices alias o͞patiões efficere elixate i aq̃ ciceꝝ: quoꝝ eiecta fuit p̃ia aq̃. ¶ De ciceri b⁹: q̃dã sunt alba: quedam rubea ⁊ quedã nigra: ⁊ sunt calide complexionis ⁊ sicce in p̃io gradu: lʒ nigra ⁊ rubea sint calidiora alijs ⁊ siluestria calidiora domesticis. Cicera vero recẽtia dum sunt in folliculo suo ad maturitatẽ attingẽtia nõ in gradu siccitatis alicui⁹ sʒ humiditatis ab autoribus reponuntur. Debent tamẽ predicta cicera multũ decoqui: vt talis humiditas sit multũ vẽtosa ⁊ inflatiua: ⁊ cum hoc portatiua aliaꝝ medicinaꝝ ad genitalia mẽbra. Nam qñ parum decoquunt ipsa est abstersiua prohibens inflationẽ ⁊ ventositateʒ generari. Aqua simplex est frigide ⁊ humide cõplexiõis i secundo gradu. Testiculoꝝ vulpis dictum est in precedẽti electuario. Radix raphani ẽ calide cõplexiõis in scd̃o humide in p̃io: sed eius semen est calide ꝯplexionis in scd̃o: sicce i scd̃o: ⁊ est radix multũ nota prouocatiua vomitus. Luf. plani. i. serpẽtarie: vel dragõtee: ⁊ est herba nota calide ⁊ sicce cõplexiõis v̾sus tertiũ gradũ infundat. Lactis de ipso dictũ ẽ in precedẽti electuario. Olei sisamini. i. de granis sisami. arbor est cui⁹ semẽ est calide cõplexiõis in p̃io ⁊ hũide i p̃io sic̾ gradu: lʒ ei⁹ humiditas superet ei⁹ caliditatem. Butyri vaccini recẽtis est calide complexio-

Margin notes (right column): Semẽ napi est semẽ nauõi domestici. — Sũma medicinarũ ẽ xxvj. res. — Dosis. — Nõ eẽ exhibẽdũ decrepitis. — Iringi q̃d — Tres cicerũ colores — Sisam⁹.

nis seu tēperate:humide tñ in prio gradu. Melis boni dispumati:de ipso dictū ē in electuario diamusco. Succi cepe hūide.i.recētis:ꝛ sunt calide cōplexiōis ꝛ humide in scđo gradu:multiplicatiue vētositatis in genitalibꝰ mem bris:et ad coitū faciunt. Caudaꝝ stinchi cuꝫ renibus et se mine. Stinchꝰ est quoddā aīal simile lacerte degēs in ri- pis aquarū iuxta flumē nili:et est calide complexionis et humide in prio gradu. habet autē vsus ipsius ꝓprietateꝫ mirabilē ad coitum incitandum:ideo saraceni multū vtū tur ipso. Seminis eruce est calide ꝯplexiōis et humide in scđo:dū est recens. In sicco aūt semine est siccitas ꝟsus primū. Lingue auis.i.seminis:ꝛ est semen deliagresis qđ est calide cōplexionis et humide in secundo gradu:lꝫ hu- miditas supet caliditatē. Cinamomi:dictū ē in diamusco Piperis lōgi.ꝛ dictū est in eodē. Baucie.i. pastinace:ꝛ as sumit semen ipsoꝝ est calide cōplexionis ꝛ humide in se- cūdo gradu:lꝫ hūiditas superet caliditatē. Sparagi sup- ple seminis:ꝛ est calide cōplexiōis ꝟsus pmū gradū:sicce tñ in ipso. Pineaꝝ mundataꝝ:sunt etiā calide complexio nis in primo gradu. Fisticoꝝ mundatoꝝ:sunt etiā calide cōplexiōis in prio gradu. Cerebroꝝ passerum.lꝫ cōiter oē cerebrū per cōparationē ad alia mēbra reponat in cōple- xione frigidū ꝛ humidū:tamē crerebruꝫ passerū est calide cōplexionis in prio in humiditate vincēs caliditatē pmi gradus:aīal est calidissimū ideo nō mirum si eius cerebrū est calidū. Musci dictū est in diamusco. Dosis eiꝰ est vsq̃ ad.ʒ.vj.cū bono vino odorifero ꝛ subtili. Vinum antiquū est calide complexionis in prio:ꝛ humide in illo. diuersifica tur aūt cōplexio vini caliditate et siccitate ꝓpter diuersi- tatē vinoꝝ et antiquitatē vel nouitatē ipsorum ꝛ diuersi- tatem patrie in qua nascitur. ¶ Additio.

Stinchꝰ. *Que sint vinoꝝ cō plexioneꝫ variātia.*

¶ Nicolaus in ꝓprio antidotario hꝫ vnaꝫ aliā descriptio nem dyasatyrionis:quā ꝫm plurimum dispensant aroma tarij gallie. In p̄senti electuario igreditur secacul:de qua radice qualis sit diuerse ꝛ discordes sunt opiniones do- ctorum. Nā presens cōmentator dicit in p̄senti cōmēto ꝙ secacul est yringus:ꝯtra quā opinionē est lumē aromata- rioꝝ:ꝛ luminare maius et alij moderni qui dicunt ꝙ seca- cul ē sigillū sancte marie ꝛ ꝙ nō sit yringꝰ:pbāt autorita- tate Serapionisqui diuersa facit capitula in suis simpli cibus de secacul et yringo. Serapio et Auicen̄.in ꝓprijs antidotarijs de ꝯditis dicūt ꝙ secacul sunt radices sicut ꝫinꝫiber ꝛ asportatur ex india:ꝛ fit ex eis ingiba.i.ꝯdituꝫ cū est recens in loco suo ꝛ est sublime valde:et dicūt vltra apud nos ꝑo fit ꝫꝫ hūc modū. Madefit in pmis in aq̄ ca- lida donec mollificatur ꝛc. per que verba satis intelligere possumꝰ ꝙ carēt illis et ꝙ solū reperiunt in india queād- modū ꝫinꝫiber myrobalani et sic de alijs. Silr credo ꝙ in istis partibꝰ silr non reperiuntur:sed loco earuꝫ accipiūt cōiter moderni sigillum sancte marie ꝛ non yringos cum sint frigidi:tñ arnaldus de villa noua in tabulis q̃ medi cum informāt cū ignoratur egritudo exponit qđ sunt ra- dices quas prouinciales girolas vocant et galli elcreuis- sem quas potius accipere q̃ sigillum sancte marie:fac si- cut vis:q: secundum rei veritatem illus.s.secacul caremꝰ.

Confectio de galāga ꝯtra morbos vēto- sitatū grossaꝝ:ꝛacetosā eructuationē me dicina expta ꝛ ad malitiā digestiōis ꝛ bo nificat opatiōes stōi:ꝛ epatis frigidi im- mo emēdat defectionē ipsoꝝ. Accipe galā ge ligni aloes.an̄.ʒ.vj.gariofiloꝝ macis heisin an̄.ʒ.ij.ꝫinꝫi- beris macropiperis cinamomi piperis albi an̄.ʒ.j. ꝛ ꝫ.calamēti sicci.mēte sicce an̄.ʒ.j.heyl spice semi- nis apij feniculi carui anisi ana.ʒ.j.calami aromati- ci.ʒ.j.ꝛ ꝫ.ꝫuccari tabarꝫet.℥.x.mellis dispūati quan tum sufficit:dosis eius est a.ʒ.ij.vsq̃ ad aur̄.ij.

Sūma me dicinaruꝫ ē.xx.res.

¶ Hoc est decimū electuariū hic descriptum lꝫ sit quartū electuariū de his que habenť in vsu:ꝛ vbiq̃ ꝓparatū re- peritur:vocatur autē diagalanga ab ipsa radice galāge que cōpositioneꝫ ipsius ingreditur:et in forma electuarij fit:ideo exponiť cōfectio.i.cōpositio magne efficacie ꝯtra materias phlegmaticas in stomacho cōtentas:ꝛ in alijs mēbris nutritiuis:ventositates grossas resoluit:digestio- nem confortat calidū naturale viuificādo:ꝛ eructuatiōes acetosas ꝯsumit:ꝛ oris odorē bonū efficit:ꝛ dosis eius est de mane ieiuno stōacho vsq̃ ad.ʒ.iij.cū modico vino odo rifero ac etiā sine ipso:debet assumi per duas horas ad mi nus ante cibū. ¶ Et hic notandū:qđ solum radix galāge de mane masticata:ꝛ in ore retenta humiditatē saliualē et catarralē summe desiccat:cerebrum cōfortat:calidum na- turale viuifica ꝛ oēm fetorem oris prohibet ꝛ obtūdit:ideo vsus eius solius multū confert in regionibus frigidis tē- pore hiemis:iuuat etiā ad diminutā digestionē in epate. ℞.galāge.radix est.herbe calide cōplexionis ꝛ sicce in ter- tio gradu. Ligni aloes dictū est de eo in diamusco. macis dictum est:kesin.i.leuistici iam dictū est in diamusco.ꝫinꝫi ber dictū est. Macropiperis.i.longi piperis dictū est. Ca lamenti sicci:q: siccū est siccioris complexionis q̃ recens. Reperiť aūt calamētum montanū ꝛ calamentum fluuiale vtrūq̃ est calide cōplexionis in tertio gradu: sicce versus secundū:sed montanū est calidꝰ ꝛ siccius fluuiali. Est aūt alia species calamēti q̃ nepitella vocatur habēs folia mi- nora q̃ calamētū:ꝛ est eiusdē cōplexionis cum calamēto predicto ꝛ maxime cū mōtano. Mirabilē hꝫ operationeꝫ calamētū cōtusum ꝛ emplastratū ad sedāduꝫ dolorē scia ticū pmissis euacuatiōibꝰ necessarijs:ꝛ versus declinatio nē ipsius:succus eiꝰ interficit lumbricos ꝛ vermes quaťr cūq̃ administreť. Mēte sicce: intellige đ mēta domestica que concediť que nō transit secundū gradum caliditatis ꝛ est sicce cōplexionis in primo quādo nō est recēs: ideo dixit sicce:q: recēs in humiditate supfluit. Heyl.i. cardamomū vel species eius:ꝛ sic reuera est. Alij dicūt qđ est quoddam aliud granū qđ est sile meleghete aromaticū est calide cō plexiōis in scđo gradu ꝛ sicce versus p̄dictū gradū:porta tur etiā de ptibus Indie. Spice dictum est in diamusco. Seminis apij:herba est nota i partibꝰ nr̄is:ꝛ est domesticū ꝛ siluestre. domesticū aūt est magis in vsu lꝫ siluestre sit po tētius hn̄s in se pl̄es spēꝫ vt ponit Serapio in suis de sim plicibꝰ. maior est ꝟtus in semine q̃ i folijs stipite vel radi ce:ꝛ sic vt plurimū ꝛ gn̄alr in semine cuiuslibet herbe ma- ior est virtus ꝛ est calide ꝯplexiōis ꝛ sicce in tertio gradu. Feniculi.s.seminis: ꝛ est domesticū ꝛ siluestre qđ ē magis acutū:ꝛ est illđ qđ poniť in medicinis calide cōplexiōis in tertio sicce in prio. Feniculus aūt domesticꝰ q̃ cōiter come ditur recēs ꝛsiccus est minoris caliditatis ꝛ siccitatis:imo est cū dulcedie quadā:siluestris aūt cū acuitate ꝛ mordica tione. Anisi.s.seminis qđ est notū ꝛ est calide cōplexiōis ꝛ sicce in tertio gradu. Calami aromatici nasciť in india et est calide cōplexionis in p̄ncipio scđi gradꝰ:sicce i fine scđi ꝫuccari tabarꝫet i.albi ꝫm ꝙ in cānis nasciť in quadā con- trata i ptibꝰ damasci babylonie ꝛ indie:ꝛ iō qđ hic i ptibꝰ nostris de nouo cōficiť lꝫ sit albissimū:tñ nō est bonū neq̃ cōueniēs:ꝛ de cōpositiōe eius dictū est superiꝰ:ꝛ est calide ꝯplexionis ad pmū gradū attingēs humide versus primū dū est recēs:ꝫꝫ dū antiquať ita qđ trāseat annū gradū sicci tatis acqrit resoluta humiditate ipsiꝰ:noiant etiā ipꝫ qđdā mel cāne:q: in cānulis nasciť que similitudinem habent cuꝫ cānulis que serginā producunt:ꝛ nascitur etiā ꝫuccarū in partibus Apulie:sed in bonitate alijs nō adheret. Dama scēnū aūt est lōge meliꝰ alijs. ¶ Et notandū:qđ ꝫuccarū est prohibendū febrientibus ꝛ in corporibus multum cali dis:q: de facili inflāmat. Mellis dispumati quātū sufficit ꝛ de ipso dictum est in diamusco.

Nota đ ra dice galā ge. *De cala mento.* *De mēta.* *De apio.* *De fenicu lo.* *De ꝫucca ro.*

¶ Additio.

¶ Hec cōfectio similiter đscribiť ab Auicen̄.v.can̄.tracta tu.vj summe secunde:sed non est similis isti. Etiā Ioānes anglicus capitulo de passionibꝰ stomachi habet vnam de scrip.q̃ similiter ab ista differt:vnde dicit versificator. Cō fortat stomachum diagalanga meum.

Diarodon descriptione cōi: cōferens ad dolorē stomachi:ꝛ epatis:ꝛ puncturam in eis a caliditate ꝛ acuitate cholere citri ne faciens digerere cibū ꝛ est ex cōferēti- bus stomacho ꝛ epati debilibꝰ. Cuiꝰ hec ē pmixtio Accipe folioꝝ rosarū rubearū.ʒ.xxx.trocisco diarodon trociscoꝝ de spodio.liquiritie an̄.ʒ.iij.gariofi loꝝ gallie muscate an.ʒ.ij.spodij.croci masticis ligni aloes

Summa medicina rū ē.xxxiij. res.

ligni aloes an͂.ʒ.ij.triū sandaloꝝ an͂.ʒ.iij.assari spice ide.macis cardamomi:portulace:lactuce: scariole seminis citruli:melonis:cucumeris: cucurbite:albarū margaritarū.alfelengemisc:rasure eboris:dragaganti:gummi arabici ana.ʒ.j.camphore.ʒ.j.et ß. musci.ʒ.vnius sextam.confice cum syrupo de rosis ꝛ aqua rosata.Dosis eius est.℥.ß.

¶De illo em̄ ponunt͛ due descriptiōes:vna ponitur a Nicolao i suo antidotario quā vocat diarodō abbatis.dicit͛ aūt diarodon a rosis que ingrediunt͛ cōpositionē ipsius abbatis denominat͛ a quodā abbate in romana curia qui fuit ipsius inuētor:vel q: ad eius petitionem talis descriptio facta fuit:ꝛ ƀ3 illā descriptionē Nicolai illud electuariū gn̄aliter p̄paratur ꝛ sic cōiter habet͛ in vsu. ¶Sed ƀm p̄ntē descriptionē Mesue:magister Thomas de Garbo suauis practice dclarator hoc electuario vtebat͛:ipm̄q͛ preparari faciebat:asserēs q̄d idē faciebat Gētilis de Fulgineo magister suus:ꝛ he due descriptiōes virtualiter i operationibus suis quasi in idē redeunt:q: in ꝯponentibus modicū variant͛. Et mihi etiam hec descrip. Mesue plus placet:vt eius quasi secutor ad verificationē ipsius:ꝛ licet ad formā solide cōfectionis possit reduci:q: cū zuccaro p̄paratur:tamē in forma electuarij generaliter ab omnib⁹ conficit͛:ꝛ sic in vsu habetur.In hoc tamē consideret͛ displicentia multa:vel cōplacētia assumentis in forma plus confectionis q̄ electuarij:licet maior opatio vel efficacior vt plurimū fit ab electuario q̄ confectione p̄parata.Primo propter meliorem fermentationē aromatum que fit in electuarijs q̄ fieri non potest in confectione.Scd̄o q: de aromatibus plus poni debet i electuario cōstruēdo q̄ in cōfectione q̄ de nouo conficit͛:ꝛ sic communiter fit.Tertio q: melius et facilius operat͛ vel euaporat:ꝛ transit virtus electuarij ad mēbra remota q̄ virt⁹ cōfectionis assūpte:vt in passionib⁹ pectoris ꝛ cerebri satis est clarū.Et hoc verificari pōt in omnibus confectionibus ꝛ electuarijs.Istud electuariū est multū efficax ad confortandū membra debilia relaxata ac debilitata ex egritudine calida ꝛ cholerica q̄ p̄cessit ꝛ maxie nutritiua:vt epar ꝛ stomachū cū in ipso remanēt punctiones a cholera mordicātī.Est insuper oppilationū aperitiuū:male cōplexionis calide remotiuum sitis extinctiuū ad digestionē iuuatiuum:ꝛ appetitus incitatiuū.Et sic etiā cōfert debilitati renū:ꝛ ipsoꝝ doloribus pūgitiuis.Et dosis ipsi⁹ est vsq͛ ad.ʒ iiij.cū diuersis aq̄s distillatis:ꝛ ƀ3 exigentiā dispositionis ꝓ qua exhibet͛ obseruata regula de mō tp̄e ꝛ hora assūptionis dicta supius in vno notabili capitulo de electuario de aromatibus:q̄d scripsit Gal.q̄d fuit primum positum in presenti antidotario:q̄d nō solū in hoc sed in omni electuario nō solutiuo q̄d assumitur est obseruandū:ꝛ ideo pre omnibus memorie cōmendandū.huius aūt descriptio est.℞.foliorū rosarū rubeaꝝ ʒ.xxx.dictū est in declaratione diamusci.Trocliscoꝝ diarodō.ʒ.iiij.trociscoꝝ de spodio.ʒ.iiij.ponunt͛ inferius octaua distinctione de trociscis:ꝛ sic ibi declarabit͛.Li-

De liquiritia. quiritie.ʒ.iiij.radix est:herba satis nota cū dulcedine multa colligit͛ ꝛ cōseruat͛:ꝛ satis in cōplexiōe ad equalitatem tendit licet sit aliqualis caliditatis ꝓpter ei⁹ dulcedinē:q̄ in ipsa dominat͛ cū leui humiditate.Gariofiloꝝ.ʒ.iij.dictū est in diamusco.Gallie muscate.ʒ.iij.dictū est i diamusco.

De spodio Spodij.ʒ.ij.est spica seu radix cuiusdā plāte habēs similitudinē cū radicib⁹ paruis cāne:est frigide ꝛ sicce cōplexionis in scd̄o gradu licet frigiditas superet siccitatē.Croci.ʒ.ij.dictū est i diamusco.Masticis.ʒ.ij.gūmi ē cuiusdā ar-

De masti-ce. boris calide cōplexionis ꝛ sicce in scd̄o gradu:siccitas tn̄ superat eius caliditatē.Ligni aloes.ʒ.ij.dictum est in diamusco.Triū sandaloꝝ.s.alboꝝ rubeoꝝ ꝛ citrinoꝝ an͂.ʒ.iij.

de assaro. dictū est d̄ eis i diasatyriō.Assara baccara.ʒ.j.herba est nota sub dicto noīe baccara in partib⁹ n̄ris:ꝛ ē calide cōplexionis ꝛ sicce i scd̄o gradu:l3 siccitas sup et ei⁹ caliditatē.Spice Inde.i.nardi.ʒ.j.dictū est i diamusco.Macis.ʒ.j.

De cardamomo. dictū est i diamusco.Cardamomi.ʒ.j.due sūt ei⁹ sp̄es maius ꝛ min⁹ q̄d vocat͛ heyl:ꝛ sunt semina diuersaꝝ plātarū: ꝛ vtrūq͛ est calide ꝛ sicce ꝯplexiōis ꝓsus tertiū gradū.Est

Due lactuce spēs tn̄ maius cardamomū delectabili⁹:ꝛ vtili⁹ in vsu q̄ cardamomū min⁹.Portulace supple semis.ʒ.j.Lactuce sūt due

spēs.s.domestica ꝛ siluestris.Et hic intēdit͛ de semine domestice:q̄d est frigide cōplexiōis et hūide in p̄io gradu. Scariole supple seminis.ʒ.j.et est lactuca siluestris:et l3 ei⁹ semē sit ꝓsus frigidū p̄imū gradū:tn̄ in se h3 aliquam siccitatē.Seminis citruli.ʒ.j.Istd̄ semē est frigidū et hūidū in primo gradu h̄ns in se i supficie sui aliquas leues partes nitrosas:ꝛ ideo nō absoluit͛ a ꝟtute solutiua ꝛ vrine ꝓuocatiua.Melonū.s.seminis.ʒ.j.Istd̄ semē est cōsimile i ꝟtute ꝛ operatione cū semine citruli:sed ē semen minus frigidū,ꝛ humidum q̄ illud.Cucumeris.ʒ.j.In omnibus est cōforme:ꝛ in cōplexione cū semine citruli:licet aliquātulū sit frigidius ꝛ humidi⁹ illo.Albaꝝ margaritarum,dictū ē i diamusco:q: sunt meliores citrinis.Alfelēgemisc. i.ozimi.i.basilicōis gariofilati.ʒ.j.habētis flores nigros l3 alij al͛r exponāt ꝙ est species cinamomi vel grana citri: sed non est ita:de ip̄o dictū est i diamusco.Rasure eboris. ʒ.j.ꝛ est frigide cōplexiōis ꝓsus p̄imū gradū sicce plusq̄ in p̄mo:h3 aūt a ꝓprietate multū cor confortare iuuat ƀ3 oē3 modū administratiōis ei⁹ mulieres que cū difficultate impgnant͛.Dragagāti liquor ē q̄ emanat a radice cuiusdā arboris qn̄ scindit͛ i tp̄e calido i vltramarinis ptibus nascēs:ꝯdensat͛ aūt caliditate aeris ꝛ solis:ꝛ iō filitudinē h3 cū gūmis alijs ꝛ ē frigide cōplexiōis vltra p̄mū gradū hūide vltra p̄mū.Gūmi arabica.ʒ.j.q̄d nos vulgariter clamam⁹ lōchicho:magna quātitas eius repit͛ in ptib⁹ arabie:iō d̄r gūmi arabicū ꝛ ē remisse frigiditatis tēdēs ad p̄mū gradū siccitatis.Cāphore.ʒ.j.et ß.gūmi ē arboris:q̄d colligit͛ in extremis Indie.sublimat͛ tn̄ ꝛ dealbat͛:ꝛ est frigide cōplexiōis ꝛ sicce in tertio gradu:l3 frigiditas eius superet siccitatē ei⁹.Musci.ʒ.vnius sextā p̄tē dictū est in diamusco.Cōfice cū syrupo idest Juleb rosato ꝛ aq̄ rosata:ꝛ de rosis iā,dictū est in diamusco:ac ēt de zuccaro:ex q̄bus Juleb rosatū cōficitur.¶Ultimo vlterius aduertēdū ꝙ isto electuario m̄ltū vtebat͛ Thomas de garbo i corporib⁹ cōualescētiū ab egritudinibus calidis et maxime a tertianis nothis:in q̄bus remanserat aliqua complexio mala calida in nutritiuis mēbris cū ipsoꝝ debilitate ꝛ oppilatiōe maxie in epate ꝛ renib⁹:ꝛ cū q̄rebat alteratione maiorē ad frigidū ipsū de nouo cōstrui faciebat minuendo de aromatib⁹ calidis q̄ ingrediunt͛ cōpositionē ipsi⁹:ꝛ tūc ip̄3 vocabat diarodō sine aromatib⁹.Tenebat ei aromatari⁹ su⁹ arōata cuiuslibet electuarij q̄d penes eū erat i vsu:vn̄ oī hora poterat:ꝛ subito oē electuariū ꝯficere.qn̄ āt ꝛ sine aromatib⁹ illo mō ꝯficit tūc filitudinē h3 cū electuario de trisandalis:ꝛ satis ꝯuenit cū opatiōib⁹ illi⁹.

De rasura eboris.

De draganto.

De gūmi arabico.

De cāphora.

Aromaticū rosatū stomachū et cor confortat.Hūiditatē viscerū exiccat:appetitū excitat:ꝛ digestionem cōfortat.Uomitū ꝛ nauseā sedat. Cui⁹ p̄mixtio hec est. Accipe folioꝝ rosarum rubearū.ʒ.j.ꝛ ß.ligni aloes macis gariofiloꝝ trociscoꝝ diarodon.gallie muscate ana.ʒ.ij.ꝛ ß.ligritie mundate.ʒ.vij.cinamomi subtilis ꝛ electi.ʒ.iij.galāge.ʒiziberis.nucis muscate an͂.ʒ.ij.et ß.heyl:spice an͂.ʒ.j.syrupi rosati:syrupi corticum citri quantum sufficit.Dosis eius est a.ʒ.iij.vsq͛ ad.v.Et sunt qui aromatizant illud cum.ʒ. vnius sexta musci.

¶Istud est duodecimū cōditū q̄d ponit͛ in presenti antidotario cui⁹ descriptio nō est in vsu:nec ip̄m preparatum reperit͛:ideo nō aliter vado ad declarationem illi⁹:ƀ3 trāseo ad illd̄ quod generaliter est in vsu:posset tn̄ si q̄s vellet ipso magistrali vti:ꝛ eius virtus ꝛ operatio est quasi similis cum illo q̄d immediate sequitur.

Aromaticū rosatum descriptione Gabrielis valet cōtra stomachi defectionē ꝛ omnia nutricationis mēbra cōfortat: ꝛ est cōtra stomachi humiditatē et mollificationē medicamen expertū:ꝛ omnē putrefactionem in eo corrigit.Cerebrum et cor cōfortat:appetitū excitat:digestionē p̄curat:cōualescētib⁹ ꝛ debilib⁹ mire subuenit.Cui⁹ p̄mixtio hec est.Accipe

folioꝝ ros.ʒ.xv.liqritie rase mūdate.ʒ.vij.ligni aloes boni: sandalorū. machazari.añ.ʒ.iij. cinamomi boni ⁊ electi.ʒ.v.macis:gariofilorū añ.ʒ.ij.⁊ ß.gummi arabici:dragagāti.ana.ʒ.ij.⁊ partes.ij.alterius.ʒ. vnius.nucis muscate. cardamomi.galange.añ.ʒ.j. spice.ʒ.ij.musci.℈.j.ambre.℈.ij.syrupi rosati:⁊ syrupi corticum citri quātum sufficit.

¶ Istud est famosum ⁊ efficax:et ꝓciosuꝫ electuariuꝫ qđ general'r est in vsu et vbiqꝫ ꝑparatū reperit' sm' istam descriptionē:et est tertiūdecimū hic descriptū:lꝫ sit qntū sm cōem vsum:posset etiā ad formā ꝯfectionis reduci ipsum cū zuccaro cōstruēdo:⁊ aqua rosata sicuti forma electuarij hic describit' ꝙ cōstruat' cuꝫ iuleb rosato:et vtroqꝫ modo hac descriptiōe vtimur:lꝫ in forma electuarij forti⁹ operet' ꝓpter causas superi⁹ assignatas in diarodon ꝑdicto valet principaliter istđ electuariū contra debilitatē virtutis digestiue stōi:et eius defectionē:oīa mēbra nutritiua confortat illa vigorādo et confortando in operationibus suis. Est insuper optimū medicamē ⁊ expertū contra superfluā mollificationē stōi exiccando humiditates corruptas et putridas contētas in eo:et est confortatiuū virtutū cordis ⁊ cerebri:excitat appetitū sopitū ⁊ maxime in cōualescētib⁹ talia corpa subleuando:⁊ ad verā sanitatē reducēdo:⁊ est satis tēperate cōplexiōis:lꝫ caliditas ⁊ siccitas ꝑdominent' in eo:⁊ dosis ipsius est a.ʒ.ij.vsqꝫ ad tres obseruato semꝑ canoñ,⁊ notabili superius posito i ꝑmo electuario de aromatib⁹ de tempore ⁊ hora assumptionis cuiuslibet electuarij nō solutiui:et ideo ibi est recurrendū.

¶ Si quis aūt vellet istud electuariū cū melle componere ⁊ nō cū zuccaro posset:⁊ tūc esset maioris calefactiōis et abstersiōis:sꝫ cum ipso non ponit' nec habetur in vsu. Nunc trāseo ad ei⁹ descriptionē vt litera iacet. Cuius ꝑmixtio.i.cōpositio.℞.folioꝝ rosaꝝ:supple rubearum:q꞉ sunt magis aromatice ꝙ albe.et đ eis dictū ē i diamusco Liqritie dictum est in diarodon. Lignū aloes dictū est in diamusco. Sādali machazari.i.sandali citrini:q꞉ sunt magis aromatici:⁊ de his dictū ē i diamusco. Cinamomi boni et electi dictū est in diamusco. Macis dictuꝫ est in diamusco. Gariofiloꝝ dictū est in diamusco : gummi.arabici dictū est in diarodon. Dragaganti dictuꝫ est in diarodō. Nucis muscate fructus est cuiusdā arboris nascētis i India:et est calide cōplexiōis et sicce in secūdo gradu. Cardamomi:et intelligit' de maiori:et de ipo dictū est in diarodon. Galange dictū est in diarodon. Spice.s.nardi:q꞉ magis aromatica dictū est in diarodon. Ambre cōmuniter tenet' ꝙ sit semē:videlicet sperma cete.i.balene qđ reperit' in mari maiori iuxta littora eius. Serapio tamen videt' velle ꝙ nascit' in fundo maris:vt fung⁹ in terra:⁊ cum mare est in magna fortuna ascēdit et transmittit' adherēs lapidib⁹ ad ꝑdicta littora maris:⁊ ibi colligit' in partib⁹ Indie et vtrūqꝫ dictum potest bene satis saluari:⁊ ei⁹ cōplexio ē calida i scđo gradu:⁊ sicca tñ modicū; īfra ipsuꝫ Musci dictū est in diamusco. Syrupi rosati.i.iuleb,rosati et aqua rosata loco predicti iuleb.

De nuce muscata.

De ābra.

Sūma medicinaruꝫ ē res.viij.

Aromaticū rosatum min⁹ stōm et cor cōfortās:et eorū inflatiōes sedās. Et ei⁹ ꝑmixtio est hec.℞.rosarū rubearū.ʒ.x.ligni aloes sandalorū machazari.añ.ʒ.ij.cinamomi electi.ʒ.iiij. masticis.ʒ.j.et.℈.j.ambre.℈.ij. musci.℈.j.syrupi rosati ꝙtum sufficit.

¶ Dicit' minus respectu precedētis:q꞉;pauciora ingrediūtur cōpositionem ipsius:⁊ est quartundecimum electuariū:qđ nō est in vsu:nec preparatū reperit':ingrediūtur tamen in eius descrip.sandali machazari idest saudali citrini:et alia nota sunt.

Sūma medicinaruꝫ est.v.res.

Aromaticū muscatū cōfert sincopi:⁊ tremori cordis ⁊ cōfortat cerebrū ⁊ cor:⁊ cōfert epilepsie ⁊ ꝑfocationi matricis:⁊ facit oris odorē bonū.℞.ligni aloes.ʒ.vij. darseni electi.ʒ.x.ambre crude.ʒ.iij.musci boni ⁊ electi.℈.ij. syrupi rosati quātum sufficit.

¶ Hoc est qntūdecimū qđ etiā nō est in vsu nec preparatuꝫ reperit':⁊ q꞉ eius cōpositionē nō ingrediunt' rose:,sed alia aromata:ideo vocat' stomatichū ⁊ nō đr rosatum sicut de alijs superioribus dictū est.ingreditur ipsius cōpositionē Darseni.i.cinamomum grossum electum:alia sunt nota.

Sūmamedicinaruꝫ est.xix.res

Aromaticū gariofilatum stomachum et cor cōfortat. Nauseā ⁊ vomitū sedat:⁊ valet ꝯtra putrefactionē i partib⁹ stōi. Mēbra vō nutritiōis calefacit:⁊ vētositates dissoluit:⁊ carminat:cui⁹ hec est ꝑmixtio.℞. gariofiloꝝ.ʒ.vij.macis zedoarie galāge sandali machazari trocíscoꝝ diarodō cinamomi ligni aloes spice inde piperis lōgi beyl.añ.ʒ.j.rosarum.ʒ.iiij. liquiritie gallie muscate ana.ʒ.ij.folij cubebe ana.partes.iij. ʒ. vnius syrupi citrini quātum sufficit.ambre.ʒ.j. musci.℈.ß. Dosis est a.ʒ.iij.vsqꝫ ad.v.

¶ Hoc electuariū qđ est sextūdecimū descriptū i presenti antidotario gñaliter est in vsu:⁊ preparatum reperitur satis cōformatū reperit' in opationib⁹ ⁊ virtute cū aromatico rosato đscriptiōe gabrielis supius posito:sꝫ est calidi⁹ illo ꝓpter gariofilos multos qui ingrediunt' cōpositionē ipsius a quo sic denoīatur:⁊etiā ꝓpter plura alia calida'q ponunt' in ipso:ideo plus confert frigidis passionibus stomachi cordis ⁊ cerebri desiccādo materias putridas et ēt catarrales malā cōplexionē frigidā remouendo a mēbris ꝑdictis:⁊ alia plura iuuamēta hꝫ que ponuntur in litera. Usus tamē ipsius est magis post digestionem humorū cōuentēs et ꝑcipue frigidoꝝ:et ipsorū euacuationē a dictis mēbris ꝙto plus est possibile. Et dosis ipsi⁹ est a.ʒ.ij. vsqꝫ ad quatuor obseruata tamē regula de tpe ⁊ modo assumptiōis cuiuslibet electuarij nō solutiui superi⁹ posita ī vno notabili de electuario de aromatib⁹ qđ scripsit Gale. huius electuarij descriptio talis est.℞.gariofilorum dictum est in diamusco.zedoarie dictuꝫ est in diamusco. Galange dictū est in diagalāga.sandali machazari.i.citrini. dictū est de sandalis i pria descriptiōe đ diasatyriō. Trociscoꝝ diarodon.de eis dictū est vel dicet' inferius in octaua descriptione distinctione de trociscis qui noti sunt: ⁊ multū habent' in vsu. Cinamomi dictū est in diamusco. Cubebe semen est cuiusdaꝫ plante quod portatur,de partibus vltramarinis habens similitudinem cuꝫ pipere albo calide cōplexionis ⁊ sicce in ore retentum. Syrupi citrini quantum sufficit ad cōpositioneꝫ ipsius electuarij.i.iuleb rosati qđ solum conficitur ex zuccaro ⁊ aqua rosata ⁊ de rosis dictum est in diarodon vel diamusco. De zuccaro autē dictū est in prima descriptiōe satyriō:sed loco predicti iuleb Istud electuariū conficitur cū zuccaro et aqua rosata,descriptione gabrelis. Musci dictum est in diamusco.

Dosis.

De cubebis.

Aromaticū nardinū stōachū ⁊ epar ⁊ viscera ꝯfortat ⁊ renes ⁊ vesicā:⁊ addit desideriū coeūdi. Oris ⁊ sudoris odorē bonū facit: ⁊ ꝯfortat āhelitū ⁊ facit digestōnē cibi:⁊ r'soluit vētositates:cui⁹ ꝑmixtio hec ē. Accipe spice inde.ʒ.ij.rosaꝝ.ʒ.iiij.liqritie.ʒ.ij.⁊ ß.gallie sebellie cubebe,ligni aloes macis gariofi.ciamomi folij indi anisi corticū citri trociscoꝝ diarodō, añ.ʒ.j.⁊ tertiā alteri⁹.pineaꝝ purgataꝝ amigdalaꝝ purgataꝝ a corticib⁹ suis añ.ʒ.v.gūmi arabici dragagāti añ.ʒ.ij.musci.℈.ß.ꝯfice cū syrupo roß.quātū sufficit.

¶ Aromaticum nardinum.i.de spica nardi. ¶ Istud est electuarium decimumseptimum:non est tamen in vsu:nec preparatum reperitur:ideo non aliter ipsum declarabo gratia breuitatis.

¶ Additio.

¶ Gallia sebellie est quedā cōfectio posita inferius in distinctione trociscorum. Summa medicinarum est.xx.res.

Medicine presentis electuarij sūt.xj.res.

Diaciminū bonū vꝫ ꝯ stōi ⁊ visceꝝ vētositatē:digōnē ꝓcurat:stōꝫ ⁊ viscera calefacit ℞.cimini ꝑdie i aceto infusi ⁊ exiccati.ʒ.x.ziziberis ciamomi añ.ʒ.iiij.gariofiloꝝ ligni aloes macis añ.ʒ.ij.⁊ß.galāge pipis lōgi cardamo.añ.ʒ.ij.musci.℈.ß.mellis dispūati ꝙtū sufficit.

Istud electuarium

¶ Istud electuariū ſm illā descriptionē non est in vsu: nec preparatū reperit: sed generaliter preparatur ⁊ fit ſm descriptionē nicolai positā i suo antidotario quā ibi ad plenū declarabo. Cōis aūt vsus diacimini est i forma solide confectionis ppter minorē displicentiā: ⁊ tunc cū zuccaro pparatur: sed nō est tante efficacie ⁊ virtutis quāte est qn̄ cū melle conficit sicut ponit hic: ac etiam a Nicolao vt ibi patebit in eius descriptione: ⁊ dicitur diaciminū a cimino quod ingreditur compositionem ipsius.

Cōis vsº diacimini

¶ Additio.

¶ Diaciminū dicitur a cimino qd plus recipit q̄ de alijs diuerse reperiunt descrip. apd diuersos autores: nā Auicē na quinto can̄. plures hꝫ descrip. que nō sunt eedē cū ista. silr Serapio in pprio antidotario duas hꝫ descrip. q̄ etiā ab ista differūt. Itē rasis nono ad Almansorem ca. de his que cōfortant stomachū hꝫ vnā descrip. diacimini q̄ etiaꝫ ab ista differt. ipse etiā Mesue inferius hꝫ vnā aliā descri. de qua infra dicetur. Istud electuariū ſꝫ presentē descri. raro habet in vsu: sed vt plurimū dispensatur ſm descrip. Nicolai quam describit in proprio antidotario.


Dianisum valet grosse vētositati stōachi ⁊ frigiditati: ⁊ abūdātie phlegmatis crudi i ipo: ⁊ tussi diuturne. Recipe anisi. ʒ. xx. liquiritie: masticis an̄. x. viij. carui: macis: galāge. zinziberis: feniculi: cinamomi an̄. ʒ. v. triū piperū: calamenti: piretri: casie an̄. ʒ. ij. heyl. gariofilorū cubebe. croci spice ana. ʒ. j. ß. zuccari. ℥. ij. mellis dispumati quantum sufficit.

¶ Hoc electuariū nō est in vsu: nec preparatum reperitur habet tn̄ ꝟtutē consimilē cū diacimino: sed est calidiº illo.

¶ Additio.

¶ Dianisuꝫ ab aniso dicit eo q plº d eo intrat ꝯpositionē qd sepe apud multos habet in vsu: qꝛ valde ꝯfert ad grossas vētositates stōachi. Sūma medicinarū est. xxij. res.

Medicie sunt. xviij.


Diambra ē medicina sublimis cerebrū et cor cōfortās: ⁊ stomachū: ⁊ oīa mēbra. digestionē pcurat: ⁊ vtētē eo letificat: ⁊ mēbra nutritionis calefacit. Senibº q̄q cōuenit ⁊ frigidis natura ⁊ mulieribº ⁊ egritudinibº matricū. Cuius hec est permixtio. ℞. cinamomi doronici gariofilorum macis nucis muscate folij galāge an̄. ʒ. iij. spice cardamomi maioris et minoris an̄. ʒ. j. zinziberis. ʒ. j. ⁊ ß. sandali citrini. ligni aloes piperis lōgi an̄. ʒ. ij. ambre auī. i. musci. ʒ. ß. cōfice i syrupo rosato ⁊ aq̄ rosata. Dosis eiº est. ʒ. iij. vel. iiij.

¶ Istud est electuariū preciosum ⁊ sublime quod generaliter est in vsu ⁊ vbiq preparatum reperit. Et licet cōficiat cū iuleb rosa vel cū zuccaro: tn̄ semp reducit ad formā electuarij: licet etiā cōfici posset in forma confectionis: ⁊ ipm est summe confortās virtutes cordis ⁊ cerebri ⁊ stomachi ⁊ spiritus clarificādo: ⁊ illos multiplicādo: et malas complexiones frigidas ab ipsis remouēdo: tristes et mente captos summe letificat digestionē confortat ⁊ procurat calidū naturale in senibº: viuificādo auget: ⁊ confert mulieribus supflue frigidis ⁊ humidis: iuuat etiaꝫ ad impregnādū. Et eius dosis ē a. ʒ. iij. ad. ʒ. iiij. de mane ieiuno stomacho ⁊ vacuo cū alijs cōditionibus obseruandis dictis superiº i notabili de electuario de aromatibº. posset ēt assumi de sero tn̄ cōditionibº obseruatis pdictis i notabili pdicto: cuiº hec ē pmixtio. ℞. cinamomi dictū ē in diamusco doronigi dictū est in diamusco. Gariofilorū dictū est i diamusco. Macis dictū est in diamusco Galāge dictū est in diagalāga. Spice dictū est in diamusco. Cardamomi maioris ⁊ minoris: dictū est in diarodō zinziberis dictū est in diamusco. Sādali citrini dictū ē i diamusco. Ligni aloes dictū est in diamusco. Piperis longi dictū est i diamusco. Ambre dictū est in aromatico rosato. Musci dictuꝫ est in diamusco. Cōfice cū syrupo rosato. i. iuleb rosato et aqua rosata. Cōponimus tn̄ quandoq cum zuccaro et aqua rosata ⁊ idē redit si fiat cū zuccaro bono ⁊ electo: ⁊ de rosis dictū est in diamusco. De zuccaro autēꝫ dictū est in prima descriptione diasatyrion.

¶ Additio.

¶ Diambra dicit ab ambra ingrediente in bona quātitate: presens electuariū est multū in vsu ſm psentē descrip. Mes. multe descrip. apd diuersos reperiunt autores: nā Auicē. in. v. cano. hꝫ vnā descrip. quo electuario ſꝫ ipsuꝫ fuerūt vsi reges grecie: qd tn̄ nō fit ſm eum. iteꝫ Serapio in suo antidotario habet etiam duas descriptio. diambre differentes ab ista Mes. que etiam non preparantur.


Confectio de cinamomo q̄ est medicina sana ⁊ experta ad humorositateꝫ stomachi ⁊ putrefactioneꝫ in eo: phlegma digerit et digestioneꝫ attrahit. Cuiº pmixtio hec est. ℞. cinamomi subtilis ⁊ electi. ʒ. xv. darseni cimini. enule an̄. ʒ. iiij. galāge. ʒ. vij. gariofiloruꝫ piperis lōgi cardamomi. ziziberis heyl. macis. nucis muscate. ligni aloes an̄. ʒ. iij. croci. ʒ. j. zuccari tabarzet. ʒ. v. Cōfice cū melle dispumato. Et qn̄q ponit in eo duplū pōderis medicinarū de zuccaro puluerizato sine melle: ⁊ accipit sicut suffuf. Et alij addunt in eo musci. ʒ. j. partes duas: ⁊ puluerizat cum eo. Dosis eius est a. ʒ. j. vsq ad duas.


Sūma medicinaruꝫ presentis electuarij. xv. res absq melle.

¶ Licet istd electuariū nō sit in vsu nec preparat reperiat: tn̄ qꝛ eius descriptio est multū magistralis: et Gētilis ponit eius virtutes illā verificando: dicitur confectio. i. cōpositio de cinamomo ppter cinamomū quod principaliter cōpositionē ipsius ingreditur. valet principaliter ac etiā est medicina sana et experta ad omnem debilitatem stomachi: consumit ⁊ remouet oēm limositatem: ⁊ putrefactionem contentā in eo: phlegma digerit: digestiuam confortat: ⁊ apetitum attrahit. Et dosis eius est vsq ad. ʒ. ij. obseruata tamē semper regula de modo ⁊ tempore assumptiōis ipsiº posita ⁊ declarata in electuario de aromatibº ſm descriptionē ipsius Galeni. et pōt cōstrui cū solo zuccaro: ⁊ sic posset ad fomā solide cōfectionis reduci: ſꝫ efficaciº et melius operat si ad formā electurarij reducatur: qꝛ cōpositionē ipsiº ingredit mel: et plura aromata in pōdere poni possunt q̄ in cōfectione cōmode non ponuntur cuius hec est pmixtio vel cōpositio. ℞. cinamomi subtilis et electi dictū est in diamusco. Darseni dictū est in diamusco. Cimini est quoddā semē satis notū calide ⁊ sicce complexionis in scdo gradu. Enule vtimur solū radice ipsiº ē acuti saporis et est calide cōplexionis et humide in secūdo gradu. Gariofilorū dictuꝫ est in diamusco. Piperis lōgi dictū est in diamusco. Cardamomi dictū ē in diamusco zinziberis dictū est in diamusco. Heyl cōmuniter exponitur q est spēs cardamomi: et dictuꝫ est in diamusco. Sed hic exponitur p quibusdam granis que vocantur melligethe: al's grana paradisi q̄ sunt calide et sicce complexiōis in tertio gradu. portant de partibº indie ⁊ sunt nota aromatarijs. Macis dictū est i diamusco. Nucis muscate dictū est in aromatico rosato. Ligni aloes in diamusco. zuccari tabarzet. i. albi dictū est in prima descrip. satyrion. Cōfice cū melle dispumato dictū est in diamusco: et quādoq ponit in eo duplū ponderis medicinarum dictarū superiº dicitur zuccaro puluerizato sicut suffuf. i. sicut puluis subtilissimº: et quidā addunt in eo musci. et de ipso dictum est in diamusco: ⁊ hoc faciūt ad ꝯfortationē cerebri ⁊ cordis.

Heyl qd sit.

¶ Additio.

¶ Auicen. qnto can̄. hꝫ vnam aliā descrip. electuarij de cinamomo que non est eadem cum ista.


Electuariū de granis myrti ꝯforās stōm ⁊ epar: ⁊ ꝯferēs solutioni et lubricitati viscerū pp malitiā digestiōis. Et modº eiº est vt i ꝯfectiōe d aromatibº adiūgat granorū myrti tritorū sicut alcohol. ʒ. cētū. myrobalanorū nigrorū belliricorū ⁊ ēblicorū sup q̄s iā preterijt ebullitio vna i aq̄ citoniorū ⁊ vino odorifero an̄. ʒ. vij. carui. anisi. cimini seminis apij infusorū i aceto vini die ac nocte ⁊ exiccatorū an̄. ʒ. x. Cōfice cū mina aromatizata: ⁊ da cū syrupo decoctiōis d citonijs.

¶ Istud electuarium nō est in vsu nec preparatum reperitur.

¶ Additio.

¶ Istud electuariũ de granis.i.de seminibus myrti etiã describit ⁊ perfectius a Serapione in proprio antidotario. Summa medicinarum est.xi.res.



Diacalamentũ descriptiõe Gale. cõferẽs ad egritudines frigidas mẽbrorũ nutritionis et ad maliciã digestiõis: ⁊ facit penetrare cibũ qui non potest penetrare ad epar et ad corpus reliquum: et hec est eius proprietas: et confert rigori febrium et emplastratum ⁊ inunctũ in spina. Et est ex maxime subtiliantib⁹ humiditates grossas ⁊ viscosas et ex resoluẽtib⁹ ventositates: ⁊ ɔfert singultui vehemẽti frigido et vẽtoso: cuius difficilis est resolutio: et procurat vrinã et mẽstrua. ℞. calamẽti fluuialis ⁊ montani siseleos ⁊ petrosilini añ.ʒ.iiij. ʒiziberis.ʒ.iij. seminis apij: extremitatũ albasce.añ.ʒ.ij. cheisin.ʒ.vj. piperis.ʒ.xij. mellis dispumati quãtum sufficit. Potio eius est.ʒ.j.

¶ Istud electuariũ descriptione Galeni non ponitur sicut Galenus ipsum describebat: nec est in vsu: nec ꝑparatũ reperit: sed ẜm descriptionẽ Nicolai ꝑparatũ multũ habemus in vsu. ¶ Additio.

¶ Gale. q̃rto regiminis sanitatis describit istud diacalamentũ: q̃uis parũ discordare videat in põdere simplicũ ab isto, hãc eadẽ descrip. ponit Auicẽ.v.cano. etiã autoritate ipsius Gale. ẜm p̃sentẽ descip. raro habet in vsu: sed ẜm descrip. Nicolai. Calamẽtũ fluuiale.i.mentastrũ calamẽtũ mõtanũ.i.nepita. albasce.i.thimi. siseleos.i.siler mõtanũ. Summa medicinarum est.xiij.res.

Sũma medicinarũ ẽ.xiij.res.



Diatriõpipereon descriptione cõmuni quod calefacit stomachũ et ventrẽ: et remouet dolorẽ ei⁹ ex hũiditate phlegmatica multa ⁊ cruda: ⁊ mundificat eum ab ipsis: ⁊ valet ɔtra acidos ructus: ⁊ digestionẽ procurat. ℞. triũ piperũ añ. aur.v. ʒizi. hasce anisi añ. aur.ij. spice. amomi. añ.aur.j. casie seminis apij: siseleos asari enule sicce ana. aure.ß. confice cum mel. dispumato. Dosis eius est a.ʒ.j. vsq; ad.ij.

¶ Istud electuariũ ẜm descriptionẽ p̃ntẽ cõiter est in vsu ⁊ vbiq; preparatũ reperit: est eñ magne efficacie in calefaciendo stomachũ: et oĩa nutritiua ab eis malã cõplexionẽ frigidã quãtũcũq; superueniente desiccat: et maxime hũiditates putrides in stõ digestionem vigorat: et prohibet generationem phlegmatis crudi: et cõfert in mũdificando vẽtrem: ⁊ vẽtositates dissoluit grossas: ⁊ ipsas ꝓhibet generari. Immo dolorẽ in stõ a phlegmate vel grossa ventositate subito resoluit premissa tñ vniuersali euacuatione vt in egritudinib⁹ materialib⁹ est cõueniẽs: et obseruata regula de mõ hora et tpe assumptiõis ipsi⁹ vt aliorũ electuariorũ nõ soluẽtiũ posita superi⁹ in vno notabili in electuario de aromatib⁹ ẜm descrip. Galeni, ⁊ dosis eius est vsq; ad.ʒ.ij. Ei⁹ aũt cõplexio que resultat ex componẽtib⁹ ipsũ est calida et sicca in tertio gradu: descriptio aũt hui⁹ est. ℞. triũ piperũ.i.albi ⁊ nigri et lõgi: et de eis dictum est in diamusco. zinziberis. dictũ est in diamusco. Hasce.i.thimi: herba est nota calide et sicce cõplexiõis i tertio gradu. Amomi est semẽ valde minutũ aromaticũ: calide et sicce cõplexiõis in tertio gradu: ⁊ portat de ptib⁹ indie. Casie scʒ lignee: ipsa est radix cuiusdã plante odorifere calide et sicce cõplexiõis in scdo gradu. ¶ Et hic notandum ꝙ qñ in libris autorũ casia reperit absolute plata dʒ tunc talis descriptio medicine in qua ingreditur considerari: et si sit medicina solutiua siue leuitiua: tũc debem⁹ intelligere de casiafistula que leuitiua est: ⁊ ipaʒ cũ diligẽtia suo loco declarabo. Si aũt nõ est medicina solutiua seu lenitiua: tũc debem⁹ intelligere de casia lignea de qua dictũ est ad presens: et est medicina multũ prouocatiua vrine: et mẽstruorũ: et omniuʒ oppilationum aperitiua: et maxime epatis. Seminis apij dictũ est in diagalãga. Siseleos.i.siler mõtanũ: ⁊ accipit semẽ ei⁹: herba ꝓducens ipsuʒ est valde nota et est calide ⁊ sicce cõplexiõis in scdo gradu. Ista herba hʒ cõmunẽ modũ administratiõis eius et ipsius vsum

Documentũ d̃ casia,

De silere mõtano,

multũ iuuat ad impregnãdũ. suffumigiũ aũt factuʒ ex illa herba vel ex semine ponitur cõferre ad matricẽ desiccãdo humiditates cõcurrẽtes in ea: oppilatiões aperiendo remouẽdo: ⁊ ipsam calefaciẽdo: per experientiã pluries visuʒ est ꝙ facit impgnari: si postea rõnalis coit⁹ subsequat. Et hic nota vt recitat Auicẽ. ca. de siseleos. ⁊ Serapio in suo de simplicib⁹ eodẽ capitulo de siseleos: ꝙ hoĩes ⁊ alia aialia querentia impregnari hanc herbam perquirunt: et ipsam comedũt: ⁊ post ei⁹ comestionẽ post vsuʒ animalis sibi cõformis in coitu subito impregnant. Asari.i.baccari dictũ est in diarodon. Enule sicce dictũ est in cõfectiõe de cinamomo: ⁊ d̃i sicce: q: est maioris desiccationis q̃ quando est recẽs: imo in recẽti enula aliqua est humiditas tenax ⁊ viscosa. cõfice cum melle dispumato: ⁊ de ipso dictũ est in diamusco: ⁊ sic nõ nisi ad formã electuarij reducit talis compositio. ¶ Additio.

Ad impregnanduʒ.

¶ Dyatriõpipereon d̃i a trib⁹ gñib⁹ piperis q̃ ingrediũtur compositionẽ ipsius: hoc electuariũ non est multũ in vsu. Auicẽ. in quinto cano. hʒ vnam descrip. que vr̃ quasi esse eadẽ cũ ista. Mes. hʒ hasce. Auicẽ. ho nõ. Aui. hʒ xilobalsami. Mes. nõ: in reliquis cõcordant in simplicib⁹ ei⁹.

¶ Nõnulli tñ addũt aliqua simplicia ⁊ habẽt talẽ ordinẽ. ℞. spice ameos amomi cinamomi: ⁊ sic addũt duo simplicia.s. ameos ⁊ cinamomũ: q̃ hic nõ ponunt: q: credo fuere addita vltra autoris intẽtionẽ. Gal. iiij. de regimi. sanita. hʒ vnã aliã descrip. parũ tñ ab hac differẽtẽ q̃ nõ est i vsu.



Diaciminũ valens ad dolorẽ stomachi et ventris factum a frigiditate aut a grossa vẽtositate: aut ex phlegmate grosso coadunato: ⁊ ad dolores colice: ⁊ singultum prefocatiuum a repletione factuʒ: aut a ventositate grossa: eructuationeʒ acetosam: ventositates quoq; dispergit: oppilationes aperit: ⁊ membra nutritionis calefacit. Accipe cimini carmeni pridie i aceto ifusi ⁊ exiccati.ʒ.xx. zinzi. albasce añ.ʒ.iij. pipis: cinamomi.añ.ʒ.ij. ameos.ʒ.j.⁊.ß. folior rute siccorũ: baurach rubei añ.ʒ.iiij. Confice cum melle dispumato.

¶ Diaciminũ.i.diacinamomũ. descriptio huius electuarij hic positi nõ est in vsu: nec ẜm eã preparatum reperitur: sed descriptio q̃ est i vsu est illa que ponitur a Nicolao in suo antidotario: quã ibi ad plenũ declarabimus vt in alia descriptiõe alteri⁹ diacinamomi superius posita dictũ est.



Confectio de seminibus sedans dolores viscerũ a ventositate factos. Oppilationes aperit. Lubricitatem a malitia digestionis curat. Cui⁹ permixtio hec est. ℞. cimini seminis feniculi: carui: anisi: dauci: ameos: seminis apij: amomi infusorũ die ac nocte i aceto ⁊ exiccatorũ.añ.ʒ.vj. cinamomi.ʒ.v. cheisin.ʒ.iij. cardamomi spice gariofili añ.ʒ.iiij. ʒiziberis macropiperis siseleos galãge añ.ʒ.v. mellis dispumati q̃tũ sufficit. Et qñq; ponit in eo zuccari duplũ põderis omniũ: ⁊ fit sicut suffut: ⁊ est sanum ⁊ expertum.

Sũma medicinarũ xix.res.

¶ Ista cõfectio que ad formã electuarij reducit vocat de seminibus ꝓpter diuersas species seminũ q̃ ingrediuntur cõpositionẽ illius: ⁊ cõfert passiõibus quibus ɔfert diaciminũ dictũ: ẜʒ est magis calefaciẽs: ⁊ oppilationũ aperitiuũ q̃ diaci. ⁊ q: nõ est in vsu istud electuariũ nec ꝑparatũ reperit: ideo ad ipm ꝑdeclarandũ nõ prosequor. Cõpositio tñ eius est valde vtilis ⁊ bona: ita qd̃ siquis vellet magistralr ipso vti: ⁊ eius vtilitatis iuuamẽta pcipiat ⁊ apparent in littera: ⁊ eius descriptio p seipsam est nota: nã oĩa eius simplicia superius sunt declarata. ¶ Additio.

¶ Scdʒ matth. siluaticũ cõfectio de seminib⁹.i.diaspermaton. Nicolaus florẽtinus lib.v. tractatu quarto cap. de cõplexione stomachi nõ pura in generali inquit diaspermaton.i.electuariũ de seminib⁹ qd̃ describit in antido. Mesue ⁊ sic est ⁊c. sed raro i vsu habet: aliqui tñ eo vtunt magistralr. Serapio in ꝓprio antido. hʒ vnũ electuarium de seminib⁹ qd̃ tñ parũ ab isto differt. Silr Auicen. in.v. cano. hʒ ɔfectionẽ vnã de seminibus multũ differẽtẽ ab ista.

Confectio de



Onfectio de citoniis bona confortans stomachũ ⁊ faciẽs digestionẽ ⁊ retinẽs fluxum ventris ⁊ vomitũ cholericum et phlegmaticũ: et facit colorẽ vtentis esse bonum. Accipe carniũ citonioꝝ coctorum in vino lib. iij. mellis boni dispumati tantũdem: decoque cum facilitate: ⁊ postq̃ coctum fuerit proiice super ipsum cinamomi: gariofilorũ: cardamomi: galange añ. ʒ. j. darseni. ʒ. iij. zinziberis piperis longi: macis añ. ʒ. iiij. ⁊ q̃nq̃ꝫ inuitat necessitas: et coquuntur citonia in aceto ad causas calidas. Et quandoqꝫ permiscetur eis aceti tertia pars eorũ aut media. Et q̃nq̃ꝫ permiscetur eis succus granatoꝝ acetosoꝝ in medio ponderis eorũ. Et quãdoqꝫ succus citri in quarta parte ponderis eorum. Et q̃nq̃ꝫ fit sine speciebus. Et q̃nq̃ꝫ cum speciebus predictis. Et quãdoqꝫ cuꝫ puluere isto. Accipe spodij: berberis: seminis acetose: trium sandaloꝝ: rosarũ rubearum partes equales. Et quãdoqꝫ ponuntur alia ſm intentiones physicorum. Et quãdoqꝫ aromatizatur cum musco: aut camphora: aut vtroqꝫ. Et quandoqꝫ fit cum zuccaro: et quãdoqꝫ cum melle.

¶ Istud electuariũ non est in vsu: nec preparatũ reperitur ſm p̄sentẽ descriptionẽ: licet p̄paretur: et fiat compositio solida sicut aromatarij faciũt: et vocatur infra diacitoniten cum aromatibus: ⁊ tũc fit in forma solida propter multã decoctionẽ ad ignem: et vsus ipsius est cõmuniter circa festũ oĩm sanctoꝝ: et maxime a corporibus sanis: et vt sic nõ debet preparari cũ additionibus que fiunt in processu capituli: sed cũ illis aromatibꝰ que ponũtur in principio descriptionis: ⁊ sic habet stomachũ maxime cõfortare in omnibus virtutibus eius: colorem corporis bonũ efficit. Et ista talis cõpositio fit cũ melle. Fit etiã diacitoniten sine aromatibꝰ cũ solo zuccaro ⁊ pulpa citonioꝝ in forma solide cõfectionis vt in sequẽti descriptione notatur: et tale maxime est cõueniẽs cuilibet fluxui vẽtris: vt disinterie diarie superflue ⁊ lienterie: si ante cibum assumatur vsqꝫ ad quãtitatẽ. ʒ. iij. et quãto plus antiquatur: tãto plus cõfert: et si a pueris vel aliis propter eius duriciem et soliditatẽ masticari nõ posset cõueniẽter posset mollificari siue in mortario conteri cũ vino simplici: vel cum iuleb rosato: vt in forma electuarij reducatur: ⁊ fortius operetur: et huiꝰ cõpositio est. ℞. carnium: id est pulparũ citonioꝝ: quia medullarũ intrinsecarum sine cortice et sine granis: citonia poma sic sunt vocata frigide cõplexionis ⁊ sicce in primo gradu cum virtute stiptica et odore aromatico: vnde aliqualis caliditas viget in eis: maxime cũ sint perfecte matura. Coctoꝝ in vino: quia plus habẽt stomachũ confortare: lꝫ cõiter decoquũtur in aqua: et de vino dictũ est in diamusco. Aqua autem est elementũ simplex frigide cõplexionis et humide: in qua frigiditas superat humiditatẽ. Mellis boni dispumati: dictũ est in diamusco. Cinamomi dictum est in diamusco. Cordumeni dictũ est in diarodon. Gariofiloꝝ in diamusco. Darseni. i. cinamomi grossi: dictuꝫ est in diamusco: zinzibe. in diamusco. In hac descriptione non est vlterius procedendũ in additionibus eius: et q̃nq̃ꝫ inuitat necessitas.

In quolibet fluxu ventris.

De aqua.

¶ Additio.

¶ Hanc confectionem de citoniis describunt Auicen. quinto cano. et Serapio in proprio antidota. parũ tamẽ ab ista differẽtẽ que interdũ sine speciebus fit: ⁊ nõnũq̃ꝫ cum speciebus ſm intentiones diuersas.



Onfectio de citoniis facta cũ succo citoniorũ excitans appetitũ mortuũ: ⁊ cõfortat stomachũ et epar ⁊ digestionẽ: et facit ad retentionem: ⁊ stringit naturã. Cuius permixtio hec est. ℞. succi citonioꝝ ⁊ mellis añ. lib. iij. ita q̃ sit mel dispumatum: aceti boni puri lib. ß. Decoquantur cuꝫ facilitate ⁊ continue auferatur spuma eius ⁊ sepe: ⁊ cum mellis spissitudinem habuerit puluerizetur super ipsam piperis longi zinziberis cinamomi ana. ℥. j. gariofilorũ ligni aloes ana. ℥. ß. musci. ʒ. vnius tertiam. Et quandoqꝫ fit sine speciebus: et quandoqꝫ cum speciebus aliis sicut necessitas cõducit: ⁊ quandoqꝫ fit cũ zuccaro. Et quandoqꝫ variatur aliis modis.

Summa medicinarũ est nouem res.

¶ Confectio de citoniis. i. compositio facta cũ succo citoniorum nõ est in vsu: nec preparata reperitur ſm modũ quẽ hic describit. ¶ Additio.

¶ Descriptio confectionis de citoniis facta cuꝫ succo similiter ab Auicẽ. in quinto cano. ⁊ a Serapione in p̄prio antidota. describitur: ⁊ vocatur ab ipso Serapione ibidẽ electuariũ cum aqua citoniorũ: que raro habetur in vsu.

Lectuarium de pomis bonum ad debilitatẽ cordis ⁊ stomachi ⁊ confortat digestionem. ℞. carnium pomorum dulcium ⁊ redolentium mundatorum ⁊ incisorum per frusta lib. vj. zuccari albi boni lib. v. aq̃ rosate lib. ij. ligni aloes. ʒ. v. sandali citrini. ʒ. iij. gariofilorum. ʒ. iiij. cinamomi electi. ʒ. iiij. ⁊ ß. ambre. ʒ. ij. musci. ʒ. j. tertiam. Hoc etiam modo fit electuarium de pomis acetosis: ⁊ electuarium de pomis paruis et aromaticis et dulcibus.

Medicine p̄mis elec. sũt. ix. res.

¶ Istud electuarium non est in vsu: nec reperitur p̄paratum: sed magistraliter vtendo confert debilitati cordis et melãcholicis: ⁊ his qui tristantur sine causa manifesta: sed posset magistraliter preparari.

Lectuarium de persicis cõfortãs stomachũ: sitim extinguẽs ⁊ ardorẽ stomachi mitigãs ⁊ oris fetorẽ amputãs. Accipe carnium persicoruꝫ mediocriũ inter maturitatẽ et acerbitatem ⁊ mundatorum a corticibꝰ suis: ⁊ succi eorum añ. lib. iij. zuccari tabarzet lib. ij. Terantur persica vt sint sicut medulla: ⁊ exerceas in eis decoctionẽ cum syrupo sicut diximus in confectione de citoniis. Et cum coctum fuerit puluerizetur super ipsum ligni aloes. ʒ. ij. cinamomi: cubebe macis añ. ʒ. iiij. sandali citrini. ʒ. ij. musci. ʒ. j. sextam. Et q̃nq̃ꝫ fit sine speciebus: ⁊ est sanum ⁊ expertum.

Summa mediciaꝝ est. ix. res.

¶ Non est in vsu: nec preparatum reperitur.

Lectuarium quo vtuntur reges et prelati ℞. pinearum mundatarum. ℥. viij. amigdalarum mundatarum. ℥. vj. zuccari albi lib. iiij. aque rosate lib. j. ⁊ ß. olei rosati amigdale recentis ⁊ dulcis. ℥. iij. cinamomi electissimi. ʒ. viij. et ß. gariofilorum. ʒ. ij. ligni aloes. ʒ. iiij. sandalorum citrinorum. ʒ. ij. ambre bone. ʒ. j. musci. ʒ. vnius sextam. Et est bonum et expertum. Et confortat stomachum: cor pectus ⁊ cerebrum.

Summa mediciaꝝ est. xj. res.

¶ Non est in vsu nec preparatum reperitur.

Lectuariũ scd̃m quo vtuntur reges valens sicut primũ. ℞. pinearum mundatarũ. ℥. vi. amigdalaruꝫ mũdatarũ dulciũ. ℥. iij. zuccari albi lib. iiij. aque rosate lib. j. ⁊ ß. folioꝝ rosarũ rubearũ. ℥. j. ⁊ ß. sandalorũ citrinorũ. ʒ. ij. ⁊ ß. ambre. ʒ. j. musci. ʒ. j. vnius sextam.

Summa mediciaꝝ ẽ. viij. res.

¶ Non est in vsu nec preparatum reperitur.

Lectuariũ de fructibꝰ magni iuuamenti ad solutionẽ vẽtris cũ significatiõibꝰ caliditatis ⁊ abũdãtie cholere: ⁊ est medicina magna ad appetitũ cõfortãdũ q̃ prostratꝰ est: cuius permixtio hec est. Accipe carniũ citoniorũ: ⁊ pirorũ ponticoꝝ: ⁊ malorũ acidorũ: quoꝝ singulũ elixatum fuerit in aceto vini fortis in quo infusuꝫ fuerit

sumach die ac nocte: et succi agreste super cuius trituratione elaborandū est vsq₃ ad consumptionē vltimā: granorū añ. lib. j. carniū sorbarū immaturarum. ℥. v. zuccari lib. iiij. Coque ad spissitudinē mellis. Deinde pone sup ipsuz succi berberis. ʒ. ij. spodij. seminis acetose añ. ʒ. j. Repone postq̄ cōfectum est in vase vitreo: ⁊ da a. ʒ. ij. vsq₃. ʒ. iiij. cū aqua frigida: et rob citri: aut ribes: aut aliquo talium.

Summa medi. est viij. res.

¶ In vsu non habetur: nec preparatum reperitur.



Iste syꝛup⁹ de iuiubis nũc dscript⁹ magis in vsu habet̃ q̃ʒ iuleb de iuiubis supꝛa dscriptũ: q̃ dr̃ cõposit⁹ respectu iuleb ꝑdicti. Idẽ Mesue in sua pꝛactica capl̃o de asmate describit aliũ autoꝛitate Hamech parũ ab isto differẽteʒ: pñs tñ descriptio ĩ mltis exẽplarib⁹ mẽdosa iuenit̃: vbi hr̃ iuiubarum nũero. lx. ponit̃ iuiubaꝝ lib. x. qđ fl̃m est: ⁊ erroꝛ manifest⁹: cũ ĩ fine descriptiõis hr̃ aque fõtiũ li. iiij. nõ eñ possibile est in tãta quãtitate aque bulire tantã iuiubaruʒ quantitatẽ superantẽ aque quantitatẽ. Item ĩ fine descriptiõis ponũtur zucchari li. ij. melioꝛ eẽt mea sñia dispẽsatio ⁊ ꝯpositio si ponerẽt zucchari li. iij. fac tñ vt volueris.

Syꝛup⁹ de papauere ꝯferẽs ad tussim siccã: ⁊ phthysim: ⁊ catarrũ faciẽs ad somnũ. R. papaueris albi ⁊ rubei añ. ʒ. l. capilloꝝ vene. ʒ. xv. liqritie. ʒ. v. iuiube. xxx. semi. lactuce. ʒ. xl. se. malue semĩs citonioꝝ añ. ʒ. xj. coquãtur ĩ li. iiij. aq̃ vsq; ad. ij. ⁊ cũ zuccari ⁊ penidiaꝝ añ. ʒ. viij. Fiat syꝛup⁹.

Iste syꝛupus ꝭm pꝛesentẽ descriptioneʒ nõ est in vsu: sed ꝭm descriptionẽ superius descriptam: posset tamẽ magistral̃r pꝛeparari: ⁊ sic multũ conueniret ad ꝓhibendum descẽsum catarri calidi ⁊ subtilis ad ptes pectoꝛis et pulmonis ipm aliqual̃r ingrossando. Est etiã somni ꝓuocatiuus et lenitiu⁹ ꝑ⁹tuʒ pectoꝛis et pulmonis gargarizatus cũ aqua capilli veneris vel vngule caballine. i. farfarelle vel aqua frigida vel aliis aquis cõuenientibus in dosi: et cũ cõditionibus et modis supꝛascriptis. Additio.

Iste syꝛupus de papauere raro hr̃ in vsu ꝭm pñtem descriptionem: apud tamẽ nõnullos magis hr̃ in vsu q̃ʒ ꝑcedens. Idẽ capl̃o de tussi hʒ alias tres descriptiones que nõ sunt eedẽ cũ ista: nec ita bone. Aliqui tamẽ addũt in fine ꝑsentis syꝛupi vini cocti seu sape. ℥. vj. et hoc vt dirigat virtutes aliaꝝ medicinaꝝ ad pectus: sapa eniʒ multũ pectoꝛi amicat̃. Vlteri⁹ notabis ꝓ hui⁹ syꝛupi cõfectiõe ⁊ etiã alioꝝ q̃ semina mucilaginẽ faciẽtia nõ sunt ponẽda ad buliẽdũ cũ aliis rebus: sed debent ligari in petia lini mũdi: ⁊ sic virt⁹ eoꝝ trãsit ad syꝛupũ: ⁊ viscositas retinet̃ q̃ syꝛupũ redderet viscosum. Sũma medicinaꝝ est. x. res.

Seminuʒ mucillaginosoꝝ decoctio q̃lis

Tertia pars sexte distinctionis.

Iam quidẽ locuti sumus d̃ syꝛupis compositis ⁊ de his pꝛopꝛie qui sedant inflãmationes: de syꝛupis ꝟo cõpositis moꝛbos frigiditatis curãtib⁹ erit sermo noster. Et pꝛimo de speciebus secaniabin. Prius tñ loquemur de aqua mellis.

Hec est tertia pars pꝛincipalis hui⁹ sexte distinctiõis in qua ꝓsequit̃ determinando de syꝛupis magis et pꝛincipaliter cõferẽtibus ad materias grossas frigidas ⁊ viscosas ⁊ phlegmaticas ⁊ melãcholicas. Et pꝛimo se oꝛdinat ad sequẽtia sermonem faciendo de aqua mellis: et subsequẽter de diuersis speciebus secaniabin: idest de diuersis syꝛupis in quib⁹ pꝛincipaliter ingreditur mel et acetum.

Notãduʒ.

Et hic notãdũ qđ differentia est inter squiniebin qđ est syꝛupus acetosus simplex: de quo dictũ est superius qui est factus ex zuccaro aceto et aq̃: et secaniabin simplex id est oximel simplex q̃ est syꝛupus acetosus factus ex melle aceto ⁊ aqua. Est et aliud secaniabin ꝯpositum: quod vocatur oximel cõpositum: quia fit ex melle aqua ⁊ aceto et aliis radicibus ⁊ seminib⁹ et aromatib⁹: vt in ꝓcessu patebit. Et geleniabin quod est mel rosatum colatuʒ. Et licet etiã secaniabin generaliter fiat cum zuccaro ⁊ absq; aceto coꝛrupte denominat̃ secaniabin: sed melius denominari dʒ squiniebin simplex vel cõpositum. Nam pꝛopꝛie dicitur secaniabin quando syꝛupus cõponitur ex melle ⁊c.

Sq̃niebin

Secaniabin.

Geleniabin.

Sermo in aq̃ mellis. Posuerũt antiq diuersitatẽ ĩ aqua mellis q locuti sunt de ipa: ⁊ ascripserũt ei iuuamẽta pluria q̃ sunt ĩ ea: q2 sitiʒ sedat: ⁊ valet ad egritudĩes fridas: ⁊ ꝓpꝛie q̃ sunt in cerebꝛo ⁊ neruis. Et ꝯfert ad tussim hũidã: ⁊ mũdificat pect⁹ a sanie ⁊ hũoꝛe grosso: ⁊ ꝯfert viãs vrine: ⁊ nõ ꝑmittit in eis lapideʒ generari: ⁊ mũdificat per vrinã: ⁊ ꝯfert cholice: ⁊ lauat et abstergit viscera: et soluit ⁊ mũdificat ventrẽ a fecib⁹. Bibit̃ loco vini ĩ egritudinib⁹ neruoꝝ ⁊ iũcturarũ: ⁊ est potus bon⁹. Inter diuersitates aũt operatiõis ei⁹ ponimus modos duos. Et pꝛim⁹ est vt accipiat̃ mellis bõi ⁊ mũdi: ⁊ ꝓpꝛie cui⁹ est coloꝛ habẽs mediocritatẽ ⁊ pꝛopꝛie sicut coloꝛ palee: ⁊ qđ est inter tenue ⁊ spissum: ⁊ qđ est boni odoꝛis: ⁊ qđ est modice acuitatis: et qđ nõ est antiquũ: ⁊ sit eius ps vna: ⁊ pone ipsum in vase lapideo: aut vitreato: ⁊ funde sup ipm aque fontis dulcis

tis dulcis ⁊ clare partes.viij.⁊ coque ipsum cum facilitate:⁊ auferaꝶ spuma eius: ⁊ non dimittaꝶ sup ipsum multiplicari:immo ꝙ cito apparet auferaꝶ. Deinde coleꝶ colatorio dēſo de pāno. Et si bibiꝶ recens opꝫ vt fiat multe aquositatis: et sic bibitur impermixta sicut est:⁊ hoc ideo ꝓpterea:qm̄ que ex ea grossa est nō penetrat in vias remotas:et cōuertitur ꝓpter pluralitatē sue dulcedinis in cholerā: et addit ad sitim. Si aūt bibatur antiqua oportet vt fiat pinguioꝛ sicut iuleb: ⁊ bibenda est permixta permixtiōe multa decēti vt sit magis aquosa ⁊ insipida. Et scito qm̄ ars cocture acquirit ei ꝓprietates aliquas:⁊ illud est qꝛ parū cocta facit inflāmationē:⁊ minus nutrit:⁊ magis laxat. Multa autem coctio inflāmationē resoluit ⁊ digerit:⁊ magis facit eā esse nutribilē:⁊ laxare minus. Et sunt ex hominibus qui aromatizant illam cū speciebus alefangie sicut zinziber:crocus:cinamomū:macis: et similibus:⁊ sunt qui aromatizāt cum gallia muscata:ligno aloes:⁊ similibus. Secūdus modus operationis eius est. Recipe mellis partē vnam: aque fontiū clare partes.viij.⁊ distemperetur cū eis paruz fenugreci:⁊ ꝓprie ad oēs.c.libras aque ⁊ mellis sint eiꝰ.℥.iij.⁊ includiꝶ ī vase ligneo sicut poniꝶ mustū:ita ꝙ remaneat ex vase vacuū sicut mensura triū digitoꝛū:et illud ideo qꝛ patitur de ebulitione sicut mustū. Deinde post ebulitionē eius stringatur oꝛificiū vasis sicut stringitur vas vini ⁊ bibatur post menses.iij. si antē aromatizare volueris ponatur in vase spēs alefangine ligate in panno.

¶ Iste potꝰ qui fit ex aqua mellis erat multū ī vsu apud antiquos. Galenus ipsum excellēter laudat ⁊ extollit primo et scđo regiminis acutoꝛum:cū loquitur de hydromelle.i.de aqua mellis. Nā ipsa vtilitates hꝫ ⁊ iuuamēta ſm intentionē Gale.loco allegato ⁊ huius autoꝛis in litera: ac etiā ſm omnes modernos lꝫ in partibus nostris nō sic hodiernis tēpoꝛibus a modernis practicātibus habeaꝶ in vsu:et hoc ꝓpter lasciuiā Italicoꝝ et medicoꝝ cōplacentiū infirmis ad vinum excusantium se a consuetudine multa ad potū vini:⁊ maxime parui ⁊ limphati in quātitate pauca timētes etiam debilitatem virtutis:⁊ maliciā digestionis potius cōtingere ex aqua mellis quā ex potu vini:vt in passionibus frigidis maxime iuncturarū cerebri ⁊ neruoꝛū. Ipsa enim est sitis sedatiua ⁊ confert etiaꝫ ad tussim humidā de materia viscosa et grossa:⁊ mundificat saniē a pectoꝛe:⁊ humoꝛes grossos ⁊ viscosos abstergendo:subtiliādo ⁊ aperiēdo:⁊ dictas materias resoluēdo:mūdificat etiam vias vrine:et in eis nō permittit lapidem generari:⁊ est precipuus ⁊ singularis potꝰ podagricoꝛū cū sunt a causa calida:melius esset aqua zuccari quā aqua mellis aut vinū:vinū enim in egritudinibus iūcturarū quāto subtilius tanto deterius maxime in pricipio ⁊ stāte repletione:vinuꝫ vero grossum vapoꝛibꝰ suis grossis est ledēs caput:materias malas et crudas multiplicādo:mediocriter vero mediocriter ledit. Timeꝶ etiā vsus eiꝰ ne ad acetosum cōuertaꝶ in stomacho:vn̄ summe nocet q̇busdā dispositionibꝰ in stomacho neruoꝝ:⁊ cerebri. Et ob istas causas eligitur aqua mellis:habet etiā alias vtilitates positas in litera. Cōponitur aūt aqua mellis duobus modis vt apparet in lr̄a. Primo qn̄ fit solum ex aqua ⁊ melle absq̃ alterius rei additione accipiēdo octo partes aque ⁊ vnā mellis. Et iste est cōis modus cōstructionis: qui habeꝶ in vsu in oībus passionibus frigidis que sunt in cerebro nucha iuncturis ⁊ neruis. Secūdus modus est qui in totū abiicit:vt in simili modo accipiaꝶ octo partes aque ⁊ vna mellis:super quibus addiꝶ parua quātitas fenugreci:aliq̇ etiā alij ſm diuersitatē dispōnū in prima addūt aromata q̄dā:sed talis aqua cū quacūq̃ additione nō est in vsu:lꝫ describaꝶ in lr̄a. Prima facta ex aqua ⁊ melle iuxta ꝓpoꝛtionē superiꝰ dictā: item diuersificaꝶ ſm diuersitatē maioꝛis aut minoꝛis decoctionis: nā nō multū cocta est parꝝ īflatiua:⁊ vētositatis generatiua minus nutritiua laxat tn̄ ventrē. Cū aūt multū decoquiꝶ est sedatiua inflationū ⁊ vētositatū resolutiua:apertiua oppilationū:ac etiā ad digerēdū magis iuuatiua aut plꝰ nutritiua:laxat tn̄ vētrē minus ꝙ̃ predicta. Cōiter intātū decoquiꝶ quousq̃ quarta vel quinta pars eiꝰ ad ignē minuaꝶ:lꝫ aliq̇ velint vsq̃quo tertia pars cōsumaꝶ. Et sunt quidā q̄rētes vlterioꝛē calefactionē ab ea: ⁊ ꝯfortationeꝫ stomachi viscerū:ac etiā cerebri:⁊ ꝙ sit magis resolutiua ventositatū:qui addūt in ea quedā aromata cū leuissima decoctiōe. Dicit in lr̄a:⁊ sunt ex hoībꝰ q̇ eā aromatizāt cū speciebꝰ alefanginis.i.cū speciebꝰ aromaticis sicut cinamomo gariofilis croco zinzi.mac.⁊ similibꝰ. Iste eñ potus simplicis aq̄ mellis absq̃ alia mixtione generaľr vsitaꝶ in bonis ⁊ expertis practicātibus in quibusdā egritudinibus vsq̃ ad septē dies vt scꝫ in apoplexia debili vertigine scotomia epilepsia spasmo tethano saltu tectigatione mollificatiōe seu paralysi:⁊ est ꝯueniēs potꝰ valde. Et si vltra septē dies infirmꝰ eā assumere valet absq̃ nocumēto:vt scꝫ in digestione cibi in stomacho:aut ī debilitate virtutis q̄ principaľr est cōsiderāda:tūc talis potꝰ est ꝓsequēdus:qꝛ est iuuatiuꝰ ⁊ vtilis. Sꝫ si aliquod p̄dictoꝛū nocumētoꝛū perciperet nō est potꝰ vini ꝓhibendus in quocūq̃ tēpoꝛe talia nocumenta perciperentur:immo talis aque potus est oīno remouēdus:qꝛ intendendū est ad id qđ magis suspectum. Insuper et aliquando istum potū exhibere possumꝰ loco syꝛupi de mane celebrata digestione:cū querimus humoꝛum phlegmaticoꝝ digestionem incisionem et abstersionem. Et sit dosis eius vsq̃ ad ℥.v. Et modus constructionis istius aque est de se clarus: et reliqua sunt nota.

Margin (left): Operationes. — Aque mellis cōpositio duplex. Prima. Secūda.

Margin (right): In quibꝰ egritudinibꝰ cōueniat.

¶ Additio.

¶ Hydromel apud grecos id est aq̄ mellis dictū ab hydros qđ est aqua ⁊ mel. Mes. hic describit duos modos hydromellis qui satis patēt in textu. Rasis.ix.ad almāsorē in ca.de colica hꝫ vnū moduꝫ faciendi hydromel:et est quasi idē cū isto. Auicē.in.v.cano.hꝫ duas descrip.syꝛupi de fauis mellis:⁊ easdē hꝫ Serapio in ꝓpꝛio antidotario nā si legis vtriusq̃ descriptiones videbis ꝙ syꝛupus de fauis mellis apud Auicē.cū hydromelle apud Io. Serapiōis sūt idē. Siľr Goꝛdoniꝰ ī regimine acutoꝝ moꝛboꝝ tertia ꝑticula describit alios duos modos hydromellis.

Margin (right): Hydromel quid.

SErmo in secaniabin puro illud qđ nos itelligimꝰ est illud cuiꝰ materia sūt tres res.s.mel acetū ⁊ aqua: et aqua propter tria poniꝶ:⁊ primū quidē:qꝛ de coctura patitur plus:quare qđ est cā inflationis resoluitur. Secūdū qm̄ habilius ⁊ frequentiꝰ tolliꝶ eius spuma. Tertiū qꝛ virtute aquositatis citiꝰ currere facit virtutē medicine. Et mel quidē aduersaꝶ phlegmati:⁊ est in melle ⁊ aceto virtꝰ resultans ex permixtione hoꝝ que nō est in altero ipsoꝝ tātū:et nō est possibile ei qui experiꝶ vt discoꝛdet aliq̄n a sigillationem virtutis ab vtrisq̃ accipiat: qđ est qm̄ mereꝶ ꝑmixtio eius vt fiat cōsecutio iuuamentoꝛū multoꝝ ꝓpꝛioꝝ q̄ sunt in coꝛpoꝛe toto: ⁊ ad materias q̄ sunt in iuncturis propꝛie:qm̄ resoluit eas et diuidit ⁊ subtiliat humoꝛē grossum qui est in stomacho ⁊ epate:et est efficax in materias febriū lōgi tpis. Diuidit eñ ⁊ maturat eas:et est modus eius vt accipiaꝶ mellis boni partes.ij.aceti boni pars vna aq̄ fontiū clare ⁊ dulcis ꝑtes.iij. et qn̄q̃ exigit dispositio vt addaꝶ ad q̄titatē aceti sicut te scire fecimus in caplo de syꝛupo acetoso. Et operatio eiꝰ est:vt accipiatur mel ⁊ aqua:⁊ abiiciatur spuma eiꝰ deinde fundaꝶ super illud acetū: ⁊ decoquaꝶ ⁊ non dimittatur eleuari ⁊ excrescere super ipsum spuma eius:immo auferatur omni hoꝛa ⁊ clarescat:⁊ cū coctū fuerit recōde:⁊ est dosis eiꝰ ab.℥.j. vsq̃ ad tres.

¶ Sermo in ſecaniabin. Et eſt rubrica: ſed text⁹ incipit. Illud qđ nos hic ĩtẽdim⁹ eſt ⁊c. Iſte ſyrup⁹ vocat̃ a Meſue oximel ſimplex: q2 cõponit̃ ex melle aqua et aceto ſm ꝓportionem in lr̃a declaratã: ⁊ ſcđm p̃ſentẽ deſcriptionẽ eſt in vſu: ⁊ vbiq3 preparat̃ ⁊ fit. Ipſe enim iuuat ⁊ cõfert in materieb⁹ phlegmaticis groſſis ⁊ viſcoſis ⁊ adherẽtibus illas ſubtiliãdo incidendo et abſtergẽdo aperiendo ⁊ diuidendo: vnde in principio febriu3 phlegmaticarum qñq3 vtimur ipſo ⁊ maxime cum melle roſato colato: et cũ debitis aquis et cum alijs conditionibus requiſitis. Eſt aũt efficax ad digerẽdũ materiam febriu3 longi tẽporis: et ſi ex ipſo gargarizãdo cũ aqua ordei colluat̃ os: abſtergit et mũdificat materias que deſcendũt: ⁊ retinent̃ in palato vel ore: habet inſuper alia iuuamẽta ⁊ vtilitates multas quas ponit in lr̃a. Iſte ſyrup⁹ ad perfectionẽ decoq̃tur ſicut et alij ſuperi⁹ dicti. Et ideo in libra ipſi⁹ dũ deuenerit ad perfectã decoctionẽ: remanẽt. ʒ.x. mellis vel circa: vñ virtus mellis in ipſo eſt multũ efficax potens in calefaciẽdo infrigidatos: ⁊ in digerẽdo materias phlegmaticas frigidas ſubtiliãdo ⁊ abſtergẽdo. Eſt etiã virt⁹ aceti et aq̃. q̃ in ipſo remanet aliqualr̃ inciſiua dãs penetrationẽ melli: et virt⁹ aq̃ dat ei aliqualr̃ ſubtilitatẽ: vñ facilius ⁊ citi⁹ penetrat ad partes ad quas penetrare nõ poſſet ad digerẽdũ materiã: ⁊ remanet p̱ decoctionẽ in melle vel cũ zuccaro virt⁹ et potẽtia ipſoꝝ q̃ cũ ipſo decoquunt̃ ⁊ ſic remanet poſt cõpletã decoctionẽ ipſius cũ zuccaro ⁊ melle aliter aũt min⁹ decoquẽdo cõſeruari nõ poſſet: debet ergo limphari iſte ſyrupus cũ modico plus aq̃ ſeu cũ decoctione ꝯueniẽte pro materia digerẽda: verbigr̃a: cu3 aq̃ feniculi vel cõſimili in materia phlegmatica cũ alijs cõditionib⁹ req̃ſitis ſuperi⁹ pluries replicatis. Et doſis ſyrupi eſt vſq3 ad. ʒ.ij. ⁊ aq̃. ʒ.iiij. poſſet etiã cũ aq̃ ſimplici limphari: que ſufficeret ad faciendũ ſubtiliationem: et penetrationez ipſius: poteſt etiam ſyrupo permiſceri: et iſta remanent in iudicio medici in arte periti: et modus conſtructionis de ſe eſt clarus. ¶ Additio.

¶ Iſte ſyrupus vocat̃ a Meſue ſecaniabin: corrupte tñ ſm Symonem ianuẽſem in ſuis ſynonimis: q2 ſm eum d3 dici ſtangebin vel ſqningebin: ⁊ eſt arabice ſyrupus acetoſus ſiue factus cũ zuccaro ſiue cũ melle qđ eſt oximelle: multi ergo corrupte ſecaniabin ſcribunt: iſtud eſt oximel ſimplex qđ apud oẽs in vſu habet̃. Nicolaus in ꝓprio antidotario h3 eandẽ deſcrip. Similiter Auicẽ. in. v. cano. ⁊ Serapio in ꝓprio antidotario. Summa rerũ eſt. iij. res.

Modus ſecaniabin de radicibus cõferens ad febres antiquas: et diuidit et abſtergit cholerã groſſa3 ⁊ phlegma: ⁊ aperit oppilatiões oẽs ⁊ ꝓprie ſtomachi et epatis et ſplenis: ⁊ ꝓuocat vrina3: cuius permixtio. Accipe corticũ radicis apij: feniculi. añ. ℥. ij. ſeminis aniſi: apij: feniculi. añ. ℥. j. Mũdent̃ cortices ⁊ cõterant̃ ⁊ ꝓijciãtur ſup eas in vaſe lapideo aceti boni antiqui ⁊ albi li. x. aq̃ lib. xx. ⁊ dimittatur per diem ⁊ noctẽ. Deinde coquatur donec ei⁹ tertia cõſumatur. Poſtea colet̃ ⁊ ꝓijciat̃ ſuper ipm mel qđ ſit medietas eius: ⁊ coquat̃ cũ facilitate ſicut ſuperius dixi.

¶ Iſte ſyrupus nõ eſt in vſu: nec ſcđm pñtẽ deſcriptionẽ preparatur: ſed deſcriptio q̃ eſt in vſu: ⁊ preparata reperitur apđ oẽs aromatarios ⁊ medicos practicãtes ẽ talis. ℞. corticũ radicũ apij: feniculi: petroſilini: bruſci: ⁊ ſparagi. añ. ʒ. ij. ſemis apij: ſemis feniculi. añ. ʒ. j. decoquãt̃ p̃dicte radices: ⁊ ſemina in lib. xij. aq̃: et in lib. j. aceti vſq3 quo redeãt ad medietatẽ aut modicũ pl⁹: deinde cũ melle q̃3tũ ſufficit fiat ſyrupus: qui decoquat̃ tãdiu donec ſuam habeat perfectionẽ: ⁊ iſte eſt cõis modus cõſtruẽdi hũc ſyrupum. Quidã aũt loco ſeminũ ſupraſcriptorũ ponũt. ʒ. j. et ß. radicũ raphani: ſic tñ rariſſime preparat̃. Quidã aũt

Oximel cõpoſitũ duplex.

nec ponũt ſemina: neq3 raphanũ: et iſto modo eſt cõmunior vſus eius. Quidã aũt ⁊ addunt et minuũt ſm ꝙ putant melius: quocũq3 tamẽ modo preparent vocatur ſecaniabin. i. oximel compoſitum de quinq3 radicibus: et ſic a q̃3plurib⁹ denominat̃. Dupliciter aũt et magiſtralr̃ ꝯſtruitur iſte ſyrupus cũ aceto: et ſine ipſo nõ variando in alijs eius deſcriptionẽ. Nã cũ acetũ imponit̃ cã ipſius aceti vocatur ſecaniabin ſeu oximel cõpoſitum ob oxi: qđ eſt acetu3. Cũ aũt acetũ non imponitur: tũc vocatur ſyrupus de quinq3 radicib⁹ ſine aceto: ⁊ vtroq3 modo apud aromatarios cõiter preparatus reperit̃. Põt etiam iſte ſyrupus cõponi cũ zuccaro: et iterum cum aceto: et ſine aceto: et cõpoſit⁹ cũ zuccaro nõ erit tante caliditatis ⁊ abſterſionis: ſed q2 cũ melle preparat̃: ideo ipſum declarãdo ꝓſequar. Iſte ſyrupus dictus oximel cõpoſitũ de quinq3 radicibus aqua: melle: et aceto vt cõiter preparatur: et eſt in vſu: h3 multas vtilitates: ⁊ maxime ad digerẽdũ materias phlegmaticas: ⁊ melãcholicas: frigidas: groſſas: et viſcoſas ⁊ permixtas cũ cholera groſſa: vñ principaliter confert ad febres quotidianas et ſimiliter etiã ad quartanas. Conueniret etiã in declinatione febriũ chronicarũ: et oppilationib⁹ ſtomachi: et epatis. Ipſe enim eſt diuiſiuus: aperitiu⁹: ſubtiliatiu⁹: et abſterſiu⁹: et maxime in nutritiuis. Eſt etiã prouocatiuus ſudoris et vrine: et generaliter eſt maioris potentie: et efficacie in oibus ſupraſcriptis diſpoſitionibus: et multis alijs q̃3 ſyrupus compoſitus de duabus radicibus: et q̃3 ſyrupus de bizãtijs: et iſte idẽ factus cũ melle eſt maioris potentie q̃3 cum zuccaro. Doſis permixtio: modus aſſumendi: et hora oĩa iſta ſunt nota perito medico: ſimplicia preterea ſunt ſuperius declarata excepto bruſco que eſt herba nota habẽs aculeos acriter pungentes calide ⁊ ſicce complexionis in ſecundo cũ virtute fortiter aperitiua. ¶ Additio. Bruſcus.

¶ Secaniabin vel ſquingebin ſicut fuit dictu3 eſt oximel de radicibus quo moderni pro oximelle compoſito vtunt̃ nonnulli tamen apponunt quinq3 radices communes.

Modus ſecaniabin ſolutione educens phlegma. Accipe ſecaniabin ex radicib⁹ facti q̃3titatẽ circiter li. ij. ⁊ ſuſpẽde ĩ ipſo qñ coquit̃ medullã cartami ligatã in pãno raro ſubtili: ⁊ frica oĩ hora donec ꝑficiat̃ decoctio: ⁊ qñq3 ponunt̃ ĩ eo turbith ⁊ zinziber ĩ pãno ſubtili ligata ⁊ ſuſpẽſa.

¶ Mod⁹ ſecaniabin id eſt oximellis educẽtis phlegma: vel digerentis ipſum non eſt in vſu: ſed magiſtraliter volentibus eo vti ipſum laudo: et oĩa in ipſo contenta ſunt ſuperius declarata. ¶ Additio.

¶ Iſte ſyrupus non eſt in vſu: alium modum ſecaniabin ſolutione educentis phlegma deſcribit Serapio in proprio antidotario parum ab iſto differentem.

Modus ſecaniabin ſolutione educẽs melancholiã. ℞. thimi: calamenti: agarici: bugloſſe domeſtice ⁊ ſilueſtris: ligritie. añ. ℥. j. polipodij. ℥. iij. camedreos: camepitheos: ſticados: bedegar. añ. ʒ. v. paſſularũ enucleatarũ lib. ß. Fundantur ſuper ea aceti boni albi: ſucci bugloſſe añ. lib. ij. ⁊ ß. ⁊ aque lib. ij. ⁊ dimittantur per diem ⁊ noctem. Deinde coquatur cum facilitate vſq3 ad medietatem. Tunc coletur: ⁊ cũ mellis li. iij. fiat ſecaniabin: ⁊ in decoctione ipſius ponatur in pãno epithimi. ℥. j. hellebori nigri aur̃. iij. ⁊ ſuſpendat̃ in eo: ⁊ fricetur: ⁊ fiat ſicut diximus.

¶ Modus ſecaniabin ſolutiõe educẽs melãcholiã ſuperfluã ⁊ ipſam digerẽs nõ eſt in vſu nec preparatũ reperit̃ ſ3 magiſtralr̃ volẽtib⁹ eo vti ip3 laudo quãtũ poſſu3: ⁊ oĩa in ipſo cõtẽta ſunt ſuperius declarata: ⁊ iſte ſyrup⁹ bene notetur: q2 digerit et euacuat. ¶ Additio.

¶ Iſte ſyrupus non habetur in vſu qui etiam ad eãdem intentionẽ deſcribitur a Serapione in proprio antidotario. Summa medicinarum eſt. xvij. res.

Modus ſecaniabin de cheiſim cõtra phlegma groſſũ ⁊ viſcoſum ⁊ putridũ oppilatiões aperiẽs epatis ⁊ ſplenis: ⁊ vrinã ꝓuocãs. Accipe radicum feniculi: apij: petroſilini: calamẽti: dauci. añ. ℥. j. ziziberis: ſeis aniſi feniculi: cheiſi3: apij: eupatorij: aſari: abſinthij: carui. añ. ℥. ß. gariof. galãge. añ. ʒ. iij. ſpice. ʒ. ij. Coq̃ ĩ aceti

li. x. vſq3 ad

li.x.vsqꝫ ad mediū: ⁊ cū lib.v.mellis fiat secaniabin.

¶ Modus secaniabin de cheisim.i.lenistici: nō est in vsu nec preparatur.

¶ Additio.

¶ Iste syrupus non est in vsu nec aliquo modo preparat̃ ⁊ dr̃ secaniabin de cheisiz siue de siselcos ab eo nomē assumens. Summa medicinarum est.xix. res.

Modus secaniabin de calamēto confert ad febres diuturnas ⁊ duritiē viscerū ⁊ splenis: ⁊ ad frigiditatem epatis ⁊ stomachi: ⁊ iciait ⁊ abstergit materias grossas ⁊ putridas. ℞. radicum apij: feniculi: endiuie aā.℥.j.squinanti.ʒ.ij. seminis apij: feniculi ⁊ anisi aā.ʒ.vj.spice: assari: masticis: casie: calamenti agrestis ⁊ domestici: dauci: et petroselini ana.ʒ.iij.gariofiliorum: cheisim: zinziberis: galange ana.ʒ.ij.in lib.viij.aceti: ⁊ in lib.vj.aque buliant: vsqꝫ dū remaneat tertia: ⁊ adde mellis dispumati lib.v.⁊ da.℥.j.vel duas.

¶ Secaniabin de calamento non est in vsu.

Syrupus acetosus diarodō valens ad febres ꝯpositas: ⁊ ad eas in qb⁹ corrūpit̃ forma: ⁊ apit oppilatiōes splenis ⁊ epatis. ℞. succi ēdiuie: apij aā.lib.ij.⁊ ß.⁊ radicū feniculi: apij: endiuie aā.℥.ij.rosaꝝ.℥.j.ligritie.℥.ß.spice.ʒ.ij.⁊ ß.anisi: feniculi: seminis apij ana.ʒ.vij. proijce super ea aque dulcis li.vj.⁊ decoque vsqꝫ ad consumptionē.ij.partiū cum.iij.li. zuccari.⁊.ij. aceti fiat syrup⁹. Dosis eius est ab.℥.j.vsqꝫ ad.℥.iij.

¶ Syrupus acetosus diarodon.i.denominat⁹ a rosis que ingrediunt̃ compositionē ipsius. Iste syrupus ⁊ multi alij qui sequuntur nō vocantur secaniabin. Nam lꝫ ingrediat̃ acetum: non tamen ingredit̃ mel sed zuccarū. Et ideo ꝓprie nō vocatur secaniabin. Iste syrupus nō est in vsu nec preparatur: summe tamen laudo vsum ipsius.

Syrupus acetosus de succis herbaꝝ cuꝫ aromatib⁹. Oppilationem apit: ⁊ morbos oppilationū curat. Et valet ad febres pmixtas. Accipe succi fenicli endiuie: apij: lupuli cocti ⁊ dispumati ana lib.ij.succi buglosse lib.ij.⁊ ß.rosarum.℥.j.spice.ʒ.iij.ligritie.ʒ.viij. seminis anisi: feniculi: apij: raned: eupatorij: absinthij: cuscute aā.ʒ.v.zuccari lib.ij.⁊ ß.aceti li.ij. Condias cum gallie aromatice.ʒ.ij.

¶ Iste syrupus licet nō sit in vsu tamen infinitis laudib⁹ extollo ipsum: ⁊ ideo eum nota.

¶ Additio.

¶ Iste syrupus etiam vocatur syrupus ꝓpter causaꝫ iam dictam in alio precedente ⁊ non secaniabin. Et dr̃ syrup⁹ Syrupus de succis. de succis propter multos succos ipsuꝫ ꝯponentes: ⁊ satis assimilat̃ syrupo de bizātijs qui multis extollit̃ laudibus. Summa medicinarum est.xviij.res.

Syrupus de menta stomachum frigidū confortat: nauseā: vomitū: fluxū vētris ⁊ singultū sedat. Accipe succi mēte li.j.succi granatoꝝ dulciū ⁊ acetosorū qui iaꝫ cocti sunt ad medietatem li.ij.mellis vel zuccari li.j.coquat̃ ⁊ ministret̃.

¶ Syrupus de menta ſm primam descriptionē nō est in vsu.

¶ Additio.

¶ Mes.hic describit duos syrupos mēte: quoꝝ ꝑm⁹ q̄ est pñs nō habet̃ in vsu. Istū syrupū describit et Aui.v.cañ. in eadē forma ⁊ dosi excepto illo qd̓ dicit terant̃ granata cū pulpis suis: ⁊ decoquatur succ⁹ vsqꝫ ad medietatē. Silr̃ eundem syrupum describit Hali.x.practice ⁊ vocat ipsum syrupum romanum. Summa medicinarum est.iiij.res.

Syrupus de menta inuentiōe nostra et est excellētior priore. Accipe succi citōiorū muzorum: ⁊ dulciuꝫ succi granatoꝝ acetosorum ⁊ dulcium ⁊ muzorum aā.lib.j. et ß.proijciatur super eos mente sicce lib.j.⁊ ß.foliorum rosarum.℥.ij.⁊ dimittatur per diem ⁊ noctem. Deinde coquatur cum facilitate vsqꝫ ad mediuꝫ: ⁊ cum mellis vel zucca.lib.ij.fiat syrupus ⁊ aromatizetur cum gallia.

¶ Syrupus de menta ſm hanc descriptionem vbiqꝫ ꝑparatur: ⁊ sic generaliter habetur in vsu: valet eñ ad stomachum relaxatum confortandum ⁊ ꝟtutem digestiuā in eo suauiter calefaciendo ⁊ vigorando calidū naturale vomitum ⁊ nauseaꝫ prohibendo: ⁊ sua leui stipticitate ꝯfert ad fluxum ventris lubrificatiuum factū a phlegmate: ⁊ sedat singultum. Et lꝫ ſm q̄ dr̃ in littera iste syrup⁹ possit cū zuccaro ⁊ cum melle preparari: tñ quasi semper cum solo zuccaro fit: haberet eniꝫ minus calefacere ⁊ desiccare factus cum zuccaro q̄ꝫ cum melle ſm diuersitatē mellis ⁊ zuccari in caliditate ⁊ siccitate: reliqua sunt nota. Opationes dignissime.

¶ Additio.

¶ Et lꝫ iste syrupus possit preparari cū melle ⁊ cū zuccaro: tñ quasi semp cum zuccaro preparari debet: q2 maioreꝫ habet temperantiam. Ubi ꝟo intēderemus calefactioneꝫ maioreꝫ cū melle fieri debet. Sūma medicinaꝝ est.ix.res.

Syrupus de absinthio conferēs ad casuꝫ appetitus: ⁊ debilitatē stōachi: ⁊ mollificationem viscerū: ⁊ debilitatē epatis: ⁊ doloreꝫ. ℞. absinthij romani li.ß.foliorum rosarū.℥.ij.spice.ʒ.iij.vini albi antiqui boni ⁊ odoriferi: succi citoniorum.ana lib.ij.⁊ ß. Et dimittatur per diem et noctē in vase lapideo. Deinde coquatur cum facilitate vsqꝫ ad medietatem: et cum mellis lib.ij.fiat syrup⁹ expertus ⁊ nobilis.

¶ Syrupus de absinthio ſm hāc ꝑsentē descriptionē generaliter est in vsu cōferēs ad casum appetit⁹: ⁊ sic ꝑparatus reperit̃: ⁊ est cōueniēs ad ꝓstrationē appetit⁹: ⁊ ad debilitatē stomachi ⁊ relaxationē villoꝝ ei⁹ ⁊ ad mollificationeꝫ visceꝝ ⁊ ad debilitatē epatis doloro saꝫ: ⁊ ad cacherīā limphat⁹ cū aquis ꝯueniētib⁹: vt plurimū aūt limphat̃ cū aqua mente ꝓ stomacho ꝯfortādo: ⁊ fit cū melle: licet cum zuccaro fieri possit: sꝫ tūc est minoris caliditatis: ⁊ reliqua omnia sunt clara. Summa medicinarū est.vj.res.

Syrupus de absinthio alius expert⁹. Accipe absinthij romani.ʒ.c.decoquat̃ in aque lib.iij.vsqꝫ ad tertiam partem. Deinde fricetur manibus et coletur: ⁊ cum mellis ⁊ vini ana. lib.j.fiat syrupus.

¶ Syrupus de absinthio alius expertus nō est in vsu.

¶ Additio.

¶ Iste syrup⁹ nō est in vsu: sed precedēs magis ꝓpter ei⁹ artificiosam ꝯpositionē. Aui.in.v.cañ. ponit quatuor descriptiones syrupoꝝ de absinthio inter quas scd̓a assimilatur isti vltime descriptiōi. silr̃ Serapio ⁊ Haly.x.practice habēt vnā aliā descriptionē syrupi de absinthio que nō habetur in vsu. Summa medicinarū est res.iiij.

Syrupus de fumoterre maior stōachū et epar cōfortat: oppilationē aperit: ⁊ morbos cutis curat: ⁊ proprie quoꝝ materia sunt hūores salsi aut adusti: sicut est scabies: impetigo serpigo ⁊ lepra. Accipe myrobalanorum citrinorum chebulorum aā.ʒ.xx.florū boraginis vel buglosse violaꝝ absinthij cuscute aā.℥.j. ligritie rosaꝝ aā.℥.ß.epithymi polipodij ana.ʒ.vij. prunoꝝ numero.c.passulaꝝ enucleataꝝ li.ß.tamarindoꝝ casiefistule aā.℥.ij. Hec oīa buliāt ī aque li.x. vsqꝫ dū deueniat ad li.iij.⁊ cū succi fumiterre cocti depurati: ⁊ zuccari ana li.iij. Fiat syrupus.

¶ Syrupus de fumoterre ſm hanc descriptionē ē multuꝫ in vsu: ⁊ est ꝯueniēs ad cōfortādū epar ⁊ stomachū apiendo eoꝝ oppilatiōes: iuuat ad digerēdū materiā exñtē in cute: ꝓueniente ab humorib⁹ adustis ⁊ salsis ⁊ acutis: defedationē ⁊ scabiē curat ⁊ remouet: confert serpigeni lepre ⁊ impetigini q̄ sunt defedatiōes cutis limphat⁹: cū aq̄ en- In cutis defedationibus.

diuie boraginis vel buglosse: hꝫ insup virtutē facilr solutiuam ꝛ ꝯpressiuā lenitiuā rōne cōponētiū: hꝫ enim virtutem ꝯpressiuam rōne myrobalanoꝝ tamarindoꝝ atqꝫ prunoꝝ: hꝫ ꝟtutē faciliter solutiuā rōne epithimi: ꝛ polipodij absinthij ꝛ fumiterre lenitiuā hꝫ rōne casie: ꝛ iuiubaꝝ: et de oibus istis dictū est superius. ¶ Ultimo nota ꝙ iste syrupus sensibiliter nō soluit ventrē nisi eiꝰ dosis augeatur vsqꝫ ad. ʒ. vj. vel vltra: qꝛ solutiua ingredientia eiꝰ cōpositionē sunt debilia: ꝛ in parua dosi ponunt̄ in ipso: ꝛ oīa in eo posita sunt nota. Summa medicinarum est. xvij. res.

Syrupus de fumoterre minor descriptione cognita confert cholere aduste ꝛ scabiei et pruritui pustulis ꝛ egritudinibꝰ phlegmatis salsi ꝛ epatꝭ: oppilationē apit: ꝯfert icteritie citrine: ꝛ colorē efficit bonū. ℞. myrobalanoꝝ citrioꝝ. ℥. ij. violaꝝ cuscute absinthij. aā. ℥. j. coquāt̄ cū li. vij. aq̄ vsqꝫ ad tertiā ptē: ꝛ accipe succi fumiterre cocti ꝛ dispumati li. ij. zuccari li. ij. da. ℥. j. vl̄. ij. ꝛ qdā suspēdūt i eo dū coqt̄ scamōee. ℥. ß. ligate in pāno raro.

¶ Syrupus de fumoterre minor non est in vsu: ipsum tamen nota. ¶ Additio.

¶ Iste syrupus de fumo terre nō est in vsu nec preparatꝰ reperitur: ꝛ dr̄ minor respectu maioris q̄ dicitur maior ꝓpter maiorem compositionēꝫ. Multe alie descrip. syruporum de fumo terre reperiuntur que sunt magistrales: quibus non vtimur: sed syrupo prime descrip. Nonnulli vtuntur syrupo de fumoterre simplici q̄ fit ex succo bene depurato ꝛ zuccaro. Suma medicinarum est res. viij.

Syrupꝰ liqritie ꝯfert tussi antiq̄ ꝛ mūdificat pecꝰ ꝛ pulmonē. ℞. liqritie. ℥. ij. capillorꝫ veneris. ℥. j. hyssopi sicce. ℥. ß. Proijce sup illō aq̄ lib. iiij. dimittat̄ die ac nocte. Deīde coquāt̄ vsqꝫ ad mediā ptē. Deīde ꝓijce sup illō mellis ꝛ zuccari ꝛ penidiarū aā. ℥. v. ij. aque rosate. ℥. vj. Fiat syrupus ꝛ administretur.

¶ Syrupus de liquiritia ſm hāc descriptionē est multuꝫ in vsu: ꝛ sic vbiqꝫ ꝑparatus reperitur. Confert em̄ principaliter passionibꝰ pectoris ꝛ pulmonis ꝛ maxime tussi antique facte a materia phlegmatica que nō est multe quantitatis tenacitatis ꝛ viscositatis: est abstersiuus: subtiliatiuus: ꝛ aliq̄liter desiccatiuus. Et hic nota ꝙ ab illo syrupo tanq̄ a leuiori incipiendū est in passionibꝰ pectoris frigidis ꝛ phlegmaticis. Secūdo est ꝓcedenduꝫ ad syrupū de hyssopo tanq̄ ad fortiorē. Tertio ad syrupuꝫ de prassio: qꝛ potētior: naꝫ secūdus. s. ille de hyssopo est calidior ꝛ siccior primo: ꝛ ideo plus cōueniens membris frigidioribus: vñ in processu in augmēto: ꝛ in statu magis cōueniēs est illo in calefaciendo desiccando subtiliando aperiēdo ꝛ abstergendo cum aliquali virtute lenitiua pectoris ꝛ pulmonis faciēdo sputum facilem ad exitum per screatum: tertiꝰ ꝟo in omnibꝰ tantū excedit ſcðm quantum secundus excedit primū: ꝛ cū hoc antique tussi plus cōfert: sic ergo a leuiori semꝑ inchoādū est regulariter operādo nisi magna instaret necessitas: iuxta illō Hip. ad vltimas egritudines vltime curationes ad perfectionē sunt potētes: limphat̄ aūt plurimū iste syrupus cū aqua capilli veneris vl̄ vngule caballine. i. farfarelle vel cū decoctione cōi: de qua dicet̄ inferius. Aqua em̄ vngule caballine ē calida ꝛ humida in primo: de capillo veneris dictum est supra. modꝰ cōpositiōis ipsius apparet in littera. ¶ Additio.

Utruꝫ aq̄ rosata in hoc syrupo sit ponenda. ¶ Nota ꝙ absurdū vr̄ ꝙ in isto syrupo auctor ponat aquā rosatā cū ipsa restringat: vt hic syrupꝰ dꝫ dilatare partes pectoris: ꝛ hoc non solū videtur contra rōnē: sed est etiam contra faciētes hunc syrupum: eo ꝙ nulli fere ponāt aquā rosatā. Ad hoc dicendū ꝙ recte ponit̄: ꝛ q̄ nō ponūt errāt multū. Et ratio est: nam ad hoc ꝙ syrupꝰ iste valeat tussi

Rñsio. antique ꝛ pulmonē ꝛ pectus mūdificet nō solū oportet ꝙ in eo sint dilatātia partes pectoris leniētia ꝛ maturātia catarrum vt per liquiritiā capit̄. ve. fit: ſꝫ etiā necesse est ꝙ in eo sint ea que partes relaxatas adunent ꝛ virtutem expulsiuam cōfortent: ꝛ hoc fit per aquam rosatā: igit̄ rationabiliter ponitur. Summa medicinarum est res. viij.

Syrupus de hyssopo ꝯfert asmati ꝛ tussi ꝛ dolori pectoris ꝛ laterū. ℞. hyssopi sicce radicū apij feniculi liqritie. aā. ʒ. x. ordei mūdi. ℥. ß. seminis malue dragaganti seminis citonioꝝ. aā. ʒ. iij. capilloꝝ veneris. ʒ. vj. iuiube sebesten. aā. numero. xxx. passularuꝫ enucleataꝝ. ʒ. xij. ficuum siccarum ꝛ dactylorū pinguiū aā. numero. x. albarum penidiarū lib. ij. ꝛ fiat syrupus.

¶ Iste syrupus est multū in vsu: ꝛ sic vbiqꝫ ꝑparatꝰ reperit̄: ꝛ vt est dictū in precedēti syrupo est maioris efficacie ꝛ ꝟtutis in passionibꝰ pectoris ꝛ pulmonis: ꝛ faciēdo sputū facilē q̄ syrupus de liqritia. Confert em̄ p̄ncipalr̄ asmati tussi antique ꝛ doloribꝰ pectoris factis a materia frida: vt dictum est in p̄cedenti syrupo. Limphatur aūt vt plurimū cū aqua scabiose: aut prassij vel aliqua decoctiōe pectoralis: sunt em̄ aque multū potētes q̄ debēt sumi in ꝓportione superius dicta. Est enim scabiosa calide ꝛ sicce ꝯplexiōis in secundo. Reliqua ꝟo in hac descriptione sunt calida in secundo ꝛ sicca in primo cū forti abstersione subtilatiōe ꝛ penetratione: ꝛ oīa alia clara sunt. ¶ Additio.

¶ Idem Mes. capi. de tussi habet quatuor vel quinqꝫ descrip. syrupi de hyssopo quarū nulla cū ista ꝯcordat nec ēt inter se. Sꝫ Gilbertus anglicus capi. de causis tussis habet vnam similē descrip. syrupi de hyssopo isti descriptiōi Dicit in fine albarū penidiarum: eo ꝙ penidij vel penidie fieri debent cum zuccaro albo ꝛ non cū zuccaro rubeo vel grosso: vt faciunt nonnulli aromatarij nostri temporis.

Syrupus de prassio cōferēs senibꝰ ꝛ frigidis natura ꝛ egritudinibus que fiunt in pectoribus eorum ꝛ tussi antiq̄ ꝛ asmati a phlegmate grosso ꝛ putrido: ꝛ ꝓpe eiꝰ cuius difficilis est separatio. Cuius permixtio. ℞. prassij. ℥. ij. hyssopi capilli veneris aā. ʒ. vj. liqritie. ℥. j. calamēti anisi radicū apij fenicli aā. ʒ. v. semis malue fenugreci ireos aā. ʒ. iij. se. lini semis citonioꝝ aā. ʒ. ij. passularū enucleatarū. ℥. v. ficus siccas pingues. xv. penidiarū li. ij. mellis boni dispumati lib. ij.

¶ Iste syrupus generalr̄ ab oibꝰ est in vsu: ꝛ sic preparatꝰ reperit̄. Est em̄ suprascriptus syrupus ꝯferens in duabus passionibꝰ. s. pectoris ꝛ pulmonis factis a materiebꝰ multum tenacibus viscosis ꝛ grossis q̄ sunt difficilis eradicatiōis: ꝛ maxie in senibus frigidis natura. Cōfert em̄ asmati tussi antiq̄ ꝛ difficultati anhelitus. Facit insup excreare saniē ꝛ oēm materiā putridā cōtētaꝫ in medio pectoris sua forti ꝟtute apitiua subtiliatiua desiccatiua abstersiua ꝛ ꝯfortatiua: ꝛ vsus eius in declinatione p̄dictarū dispositionū est magis ꝯueniēs nisi materia mlta sua grossitie ꝛ malitia morā nō possit substinere: limphat̄ aūt vt plurimū cū aq̄ hyssopi: aut aliqua decoctiōe cōuenienti: ꝛ huiꝰ syrupi descriptionē ingreditur semen lini qð est notū. s. calide ꝯplexionis in primo ꝛ humide versus ipm. Omnia autem simplicia sunt superius declarata.

¶ Additio.

¶ Iteꝫ Mes. duas alias hꝫ descrip. syrupi de prassio ca. de asmate: sed cū ista non cōueniunt. Gilbertus anglicus ca. de asmate: hꝫ vnaꝫ descrip. similē huic. Notabis ꝙ oēs isti syrupi pectorales ꝛ oēs decoctiones pectorales cū aq̄ pluuiali fieri debent ꝛ non cum aqua cōi: qꝛ aqua pluuialis est magis subtilis ꝛ ratiōe subtilitatis magis penetratiua faciensqꝫ penetrare virtutes medicinarū ad partem pectoris. Summa medicinarum est. xviij. res. Documentū i syrupis ꝛ decoctionibꝰ pectoralibus.

Syrupus de calamēto ꝯfert spleneticis ꝛ frigida habentibꝰ viscera ꝛ senibꝰ ꝛ tussi antiq̄ ꝛ asmati. ℞. calamēti domestici ꝛ siluestris aā. ℥. ij. cheisim dauci sqnanti aā. ʒ. v. passularū enucleatarum lib. ß. ꝛ mellis lib. ij.

¶ De isto syrupo ponunt̄ due descriptiōes: licꝫ neutra sit multum in vsu: a quibusdā tñ habet̄ magistraliter in vsu. Ista p̄ma descriptio in duritie ꝛ grossitie splenis ꝯuenit calefacit stomachū epar ꝛ splenē ꝛ alia viscera: apit oppilationē in eis: materias grossas subtiliat ꝛ ad expulsionē eas preparat.

eas preparat: cõfert tussi antique ⁊ asmati in senib⁹. Limphatur aũt vt plurimũ cũ aqua quinq radicũ seu scolopẽdrie.i.lingue ceruine que spleni multũ appropriatur: ⁊ est herba nota calide ⁊ sicce cõpplexiõis in secũdo. Reliqua sunt superius declarata. ¶ Additio.

¶ Iste syrupus est ille qui cõiter est ĩ vsu: idem hʒ hic vnã aliã descrip. sed hec est nobilior illa. Gale. in libro secretorum hʒ vnã aliã descrip. que non est eadẽ nec in vsu habetur. Summa medicinarum est. vii. res.

Syrupus de calamẽto valẽs ad singultũ ⁊ vomitũ de cholera rubea vel phlegmate ⁊ de humorib⁹ grossis cholericis. ℞. succi calamẽti li. iiij. succi malorũ granatoꝝ acetosorũ cũ pulpa sua interiori li. v. vini odoriferi li. iiij. coquerusq ad medietatẽ. Deinde dimitte per dies. ij. quousq resideat: ⁊ cum li. iiij. zuccari fiat syrupus ⁊ aromatizetur cum. ʒ. ij. gallie aromatice: et ponatur in vase vitreato: ⁊ stringatur orificiũ eius ⁊ dimittatur in sole per dies. xl.

¶ Syrupus de calamẽto valẽs ad singultũ nõ est in vsu: magistraliter tñ a q̃busdã ꝑparatur: ⁊ magis q̃ ꝑcedens: et est eo magis ꝯfortatiuus ꝟtutis ꝯtentiue stomachi ⁊ viscerũ: vnde valet supfluo vomitui facto a cholera grossa permixta cũ phlegmate post mundificationem ipsius: ⁊ non est tante caliditatis vt primus: limphatur aũt vt plurimũ cum aqua mente vel absinthij. ¶ Additio.
Summa medicinarum est quinq res.

Syrupus de thymo ꝯferẽs egritudinibus pectoris ⁊ pulmõis frigidis ⁊ stõachi et epatis ⁊ est medicamẽ bonũ: ⁊ confert frigoribus q̃ fiũt in hieme: ⁊ cõfert frigidis cõplexiõe. Accipe extremitatũ thymi. ℥. ij. calamenti mẽte sicce aã. ʒ. v. anisi feniculi apij dauci aã. ʒ. iiij. passularum enucleatarum. ℥. iiij. ⁊ ß. ⁊ cum mellis li. ij. fiat syrupus aromatizetur cum gallie. ʒ. ij.

¶ Syrupus d̃ thymo nõ est in vsu: magistraliter tñ ꝓpter eius virtutẽ et excellentiam ipsum laudo. ¶ Additio.

¶ Iste syrup⁹ habetur in vsu. Mes. habet hic extremitatum thymi: et est melior pars plante. Sũma medicinaruʒ est. x. res. excepta aqua.

Syrupus de eupatorio cõferẽs febrib⁹ antiqs ⁊ ꝓprie eis q̃bus corrũpitur forma stõachi ⁊ epatꝫ. Oppilatiões aperit: ⁊ cõfert frigiditati ⁊ mollificationi ⁊ ventositati in eis ⁊ dolori hypocondriorũ ⁊ inceptioni hydropisis. Accipe radicuʒ apij feniculi endiuie aã. ℥. ij. liqritie sq̃nãti cuscute absinthij rosarũ aã. ʒ. vj. capillorũ veneris bedegar suchaha florũ buglosse aut radicũ ei⁹ anisi feniculi eupatorij aã. ʒ. v. raued. masticis aã. ʒ. iij. spice asari folij. aã. ʒ. ij. Coque in aqua li. viij. vsq ad tertiã et cum zuccari li. iiij. Fiat syrupus cum succi apij ⁊ endiuie quantitate sufficienti.

¶ Syrupus de eupatorio generaliter ab oĩbus est in vsu ⁊ valet principaliter in passionib⁹ frigidis epatis cũ oppilatione in ipso: ⁊ sic etiã cõfert in sĩlibus passiõib⁹ splenis ⁊ aliorũ membrorum nutritionis. Est aperitiuus oppilationũ: subtiliatiuus matericrum grossarum: prouocatiuus vrine cõfortatiuus digestiue virtutis. Cõfert insup ad febrẽ chronicam de materia grossa: sed vsus eius principaliter est cõueniens in principio hydropisis cuiuscũq speciei frigide a causa frigida: ⁊ maxime cacherie ad quaʒ sequitur defedatio cutis corporis cũ malitia habitudinis in toto corpe: sicut sunt corpora cachochimica in quib⁹ cũ tumefactione a materia aquosa phlegmatica color vertitur ad plumbeũ seu cineritium adiunctum cuʒ citrino colore ⁊ maxime in facie demonstratur. Cõfert etiã ad corruptionem appetitus: vnde confert eis ꝓprie quibus corrũpitur ꝓpria forma stomachi.i. in quib⁹ corrũpitur habitudo stomachi ⁊ appetitus. Cõfortat etiã ꝟtutẽ digestiuã stomachi: ⁊ alias virtutes hʒ q̃s autor ponit in litera. ℞. radicuʒ apij cuscute bedegar.i. suchaha: ⁊ est spina alba. raue.i. reubarbari: ⁊ hec omnia simplicia sunt superius declarata: ⁊ iste syrupus est multũ notandus propter eius virtutem ⁊ presertim in hydropisi a causa frigida. ¶ Additio.

¶ Notabis q̃ pauci sunt faciẽtes hunc syrupũ ẜm veritatẽ ꝑꝑ diuersitatẽ et etiã ignorantiã de bedegar ⁊ suchaha: visis tñ multorũ opinionibus de ipsis inueni Pauli opinionem meliorẽ de suchaha ⁊ Serapio. de bedegar: dicit eniʒ Serapio autoritate diascoridis q̃ bedegar.i. spina alba nascitur ĩ mõtib⁹ ⁊ vallib⁹ ⁊ habet folia sĩlia camelleõte albe nisi quia sunt strictiora: ⁊ albiora: ⁊ sup ea est simile borre ⁊ sũt spinosa: ⁊ hʒ stipitẽ longuʒ duobus brachijs in grossitudine digiti pollicis vel pl⁹: color ei⁹ est vergẽs ad albedinẽ ⁊ super summitates ei⁹ sunt capitella sĩlia ericio marino: nisi q̃ sunt minora ⁊ oblõga: ⁊ flos eius est coloris purpurei: ⁊ semẽ eius est simile grano carthami nisi q̃ est rotundius eo. ꝯsidera igitur q̃d sit bedegar. Quid sit suchaha: ẜm opinionẽ pauli dicamus suchaha est herba dulcis q̃ extẽditur super terrã ⁊ facit capita grossa ꝓpe radicẽ: ⁊ exeũt ex illis capitib⁹ flores sanguinei coloris: ⁊ sic est ẜm veritatẽ: est herba spinosa alba expandens se super terrã cuius flos est in colore sanguinis cui⁹ radix vsui medicine competit. Summa medicinarum est. xxiii. res.

Bedegar.

Suchaha

Syrupus de epithymo cholerã nigrã ⁊ humores adustos cũ virtute expellẽs morbos ex eis factos curat: ⁊ cõfert ꝓprie eis q̃ pati sunt ad leprã: ⁊ qui cancrũ patiũtur ⁊ vulnera fraudulenta et fistulas et scabiẽ et saphati. ℞. epithimi boni hortẽsis. ʒ. xx. myrobalanorũ citrinorũ indoꝝ aã. ʒ. xv. cuscute fumiterre aã. ʒ. x. thimi. calamenti buglosse emblici bellirici liquiritie polipodij agarici sticados aã. ʒ. vj. rosarum seminis feniculi anisi aã. ʒ. ij. ⁊ ß. prunorum numero. xx. passularum enucleatarum. ℥. iiij. tamarindorum. ℥. ij. et ß. zuccari li. iiij. rob. li. ij. et fiat syrupus.

¶ Syrupus de epithimo sic ꝑparatus gñaliter ab oĩb⁹ habetur ⁊ est in vsu: valet enĩ ꝑncipaliter ĩ passionib⁹ factis a materia melãcholica ⁊ ab humorib⁹ adustis facientibus crustas magnas in aurib⁹: ⁊ in corpe toto: ⁊ gñaliter valet ad malas scabies q̃ ꝑ totũ expãdunt: ⁊ sic ꝓpter eas principaliter ẽ in vsu ad digerendũ talẽ materiã: ⁊ ẽ maioris efficacie in talib⁹ q̃ syrupus de fumoterre: ꝯfert etiã lepre cancro fistulis: ⁊ vlcerib⁹ prauis ⁊ corrosiuis factis a cholera adusta vl' melãcholia adusta: seu a phlegmate salso: ẽ insuper maxime ꝓuocatiuus vrine oppilationũ aperitiuus: remissiu⁹ male qualitatis humorũ cũ aliquali virtute solutiua ꝑdictaꝝ materierũ virtute epithimi myrobal. fumiterre. polipodij prunoꝝ ⁊ tamarindoꝝ: lenissime tñ soluit: tuʒ q̃ eoꝝ parua quantitas ĩgreditur: tũ etiã q̃ ꝑua dosis ipsi⁹ syrupi assumitur. s. ℥. ij. si tñ in dosi ei⁹ fieret additio sensibiliter solueret. limphatur aũt qñq cũ aq̃ simplici: qñq cũ aq̃ lupuloꝝ vel fumiterre. boraginis: endiuie vel buglosse: vel cũ decoctiõibus appropriatis: ⁊ qñq cũ decoctione spice ⁊ alchil.i. rorismarini. Dicit enĩ q̃d expellit choleram nigrã.i. melancholiaʒ: ⁊ modus constructionis apparet ĩ litera: ⁊ simplicia sunt superius declarata. ¶ Additio.

¶ Dicitur iste syrupus de epithimo ab epithimo q̃d est basis presentis syrupi: ⁊ dicitur epithimũ eo q̃d supra thimum nascitur. Summa medicinarum est res. xxii.

Syrupus d̃ sticados expertus ad oẽs egritudines neruoꝝ frigidas sicut est paralisis: epilepsia spasm⁹ tremor: tortura. Recipe floruʒ sticados. ʒ. xxx. basce calamẽti origani aã. ʒ. x. anisi piretri aã. ʒ. vij. piperis longi. ʒ. iij. zinzibe. ʒ. ij. passularũ enucleatarum. ℥. iiij. mellis li. v. Condias cum cinamomi, calami aromatici. spice. croci. zinziberis. piperis nigri ⁊ lõgi aã. ʒ. j. ⁊ ß. liga ĩ panno raro et suspende in syrupo. Dosis eius est. ℥. j. cum aqua decoctionis spice ⁊ alchilil.

¶ Additio.

¶ Idē Mes. capi. de egritudinibus neruorum hꝫ vnam aliam descriptionē ex autoritate iudei: ⁊ dicit ꝙ est medicina mirabilis cōferens omnibus egritudinibus neruoꝝ: sed nō est eadem nec in vsu: tamen ibi habet zintam qꝺ est yua siue camepitheos. Sūma medicinarum est. xvij. res.

¶ Syrupus de sticados ſm hāc descriptionē vbiqꝫ preparatur ⁊ habet in vsu principalr̄ in passionibus frigidis cerebri ⁊ neruoꝝ: vñ mltū ꝯfert ad dirigēdū materiā frigidā ⁊ viscosaꝫ faciētē palisim spasmū thethanū epilepsiā tremorē ⁊ torturā: q̄ dispōnes oēs depēdēt a cerebro ꝑ essentiam vel cōitatē. Cōfert enim dispōn ib⁹ frigidis nuche neruoꝝ: ⁊ capitis sua cōplexiōe calefaciēs subtiliās et desiccās materias catarrales frigidas: ⁊ ei⁹ vsus principalr̄ est i catarro frigido ⁊ vt plurimū limphat cū aqua feniculi vel leuistici: ⁊ simib⁹ aq̄s vel decoctiōib⁹ appropriatis portātibus ꝩtutē ei⁹ ad cerebrū ⁊ ad neruos: ⁊ modus cōponēdi est clar⁹: ⁊ simplicia sunt supius declarata. Et hec est finis oīm syrupoꝝ qui describunt ab autore in hac. vj. distinctiōe. ¶ Restat ꝫ vltio duos alios syrupos declarare q̄ cōiter sunt in vsu: ⁊ vbiqꝫ in nr̄a ciuitate ab oīb⁹ p̄parantur: ⁊ prim⁹ noiat ꝓ melācholicis: cui⁹ descriptio ponit a

Syrup⁹ in passionib⁹ melancholicis. Mes. i suo de appropriatis. c. de humore melācholico seu ꝺ soda facta ab humore melācholico: ⁊ est magne ꝩtutis ī digerēdo materias grossas melācholicas illas subtiliādo ⁊ habiles: faciēdo ad exitū: vñ p̄ncipalr̄ ꝯfert dispositioni melācholice in qua ledunt ꝩtutes intrinsece cerebri ⁊ humorales: cōfert insup febrib⁹ quartanis ⁊ oppilatiōib⁹ et egritudinib⁹ splenis. Et generalr̄ confert oī egritudini facte ab humore melācholico: ⁊ iste syrup⁹ est ēt aliqualr̄ solutiu⁹: cui⁹ hec est descriptio. ℞. capil. veneris radicū buglosse domestice et siluestris ⁊ floꝝ earū polipo. añ. ʒ. i. epithimi. ℥. j. folliculorū sene camepitheos sticados añ. ℥. vij. camedreos sq̄nāti hellebori nigri añ. ʒ. iij. fumiterre. ℥. vij. eupatorij. ʒ. iiij. succi pomoꝝ dulciū añ. ℥. viij. oia p̄ter epithimū ⁊ succū pomoꝝ bulliāt in lib. iiij. aq̄ vsqꝫ ad cōsumptionē tertie ꝑtis: deinde bulliāt in ea bulitiōe leuissima epithimū ⁊ colet cū succo pomoꝝ zuccari li. ij. ꝺcoquat ad pfectionē: et fiat syrupus vt expedit: et simplicia sūt supi⁹ declarata. ¶ Scꝺs syrup⁹ mgr̄alr̄ qui ꝺr syrupus de endiuia: est multū i vsu: ⁊ valet ad oēs supcalefactiōes epatis p̄ncipalr̄ ac alioꝝ mēbroꝝ nutritiuoꝝ ac ēt cordis: et generalr̄ cuilibet male cōplexiōi calide: hꝫ insup oppilationes aliqualr̄ aperire: ⁊ mēbra debilitata a mala cōplexiōe calida illā remouēdo notabilr̄ cōfortare. Est etiā cōueniens ad digerēdū materiā subtilē cholericā multe acuitatis: sꝫ principalr̄ vtimur eo i epate calido ⁊ in renib⁹ calidis vel supcalefactis. Et q̄r eius descriptio ab autoribus nō reperit: sed ſm p̄ñtē descriptionem eius inuentor fuit Gentilis de fulgineo: quā manu ei⁹ ꝓpria descriptā ego iam vidi: iō

Syrupi ꝺ endiuia ꝺscriptio. sic eā in p̄ñti loco describā. ℞. succi endiuie: succi epatice q̄ herba est nota frigide. s. ⁊ humide cōplexionis in primo añ. li. iij. clarificent p̄dicti succi ad ignē vt expedit. rosaruꝫ violarū lēticule aq̄ que herba est nota natans in aqua: et

Lēticula. ibidē semp stās ⁊ frigide cōplexiōis in primo: humide in primo: pollitrici herba est nascēs ꝓpe fontes aquarū et in

pollitricū. puteis similis capillo veneris et est frigide cōplexionis in p̄io; ⁊ sicce versus ipsum ana. ℥. ß. capilli veneris: ordei mūdi seminū cōium frigidoꝝ. añ. ℥. j. fiat syrup⁹ cū zuccaro q̄ꝫtū sufficit: ⁊ aromatizet cū sandalis albis ⁊ rubeis et cū berberis; ⁊ sunt quidā fruct⁹ frigide ⁊ sicce cōplexiōis in secūdo; seminib⁹ citoniorū ligno aloes. cinamomo ⁊ corticibus citri; sic em̄ aromatizat⁹ est magis ꝯueniēs ⁊ confortatiuus cordis cerebri ⁊ alioꝝ mēbroꝝ principaliū: lꝫ multi vtant eo absqꝫ aromatizatiōe: q̄r magis alteratiuus ad frigidū ⁊ magis apitiu⁹. Et r̄liqua oia simplicia sūt nota.

SErmo i mellicrato cōdito: ⁊ sunt q̄ vocāt mellicratū syrupū factū ex vino ⁊ melle: ⁊ cōditū vocāt qdā qꝺ sit ex melle ⁊ vino ⁊ sp̄ēbus: ⁊ sunt ex hoīb⁹ qui vocāt vtrūqꝫ vtroqꝫ noīe: ⁊ modi eorū sunt diuersi: ⁊ sunt ad iuuamenta multa sicut est frigiditas stomachi: ⁊ epatis ⁊ mollities in eis. Iuuant enim in potu ipsorum: et conferunt ventositati hipocondriorum: et faciunt oris odorē bonū ⁊ corporis colorem bonum: et modus eius est. ℞. vini antiqui boni lib. x. mellis boni ⁊ dispumati lib. ij. proijce super ea cinamomi boni ⁊ subtilis. ʒ. v. spice aromatice. ʒ. j. gariofi. zinzibe. ligni al̄. macis ana. ʒ. iij. heil. ʒ. ij. croci. ʒ. j. ⁊ ß. Tere trituratione grossa ⁊ coletur i colatorio grosso de panno et aromatizetur cum musci. ʒ. ij.

¶ Sūt ex hoībus qui vocāt mellicratū. Hec est quarta ꝑs principalis hui⁹ sexte distinctionis principalis in qua auctor tractat de q̄busdā potib⁹ factis cū vino ⁊ melle ⁊ aromatibus: determinat etiā de mina simplici et cōposita de aceto squillitico ꝺ oximelle sq̄llitico: et primo ꝺclarat quō talis potus ex vino et melle vocari debet ponendo eius vtilitates: nam talis medicina est conferens principaliter passionib⁹ frigidis cerebri stomachi ⁊ neruoruꝫ cōfortādo eorū virtutes: confert etiam cōplexioni frigide et humide stomachi et epatis et vētositati hypocōdriorū: ⁊ oris odorem bonum efficit. Et antiquis temporib⁹ iste potus erat multum in vsu: adeo vt sani vterentur eo tēpore sanitatis ad preseruationē a multis prauis egritudinibus: qui potus vulgariter nominatur lachiarcha: ⁊ cum conficitur solum ex vino ⁊ melle vocatur mellicratum: quādo vero aromatizatur cum speciebus vocatur condituꝫ. et dosis eius de mane vacuo stomacho est vsqꝫ ad. ℥. vj.

¶ Additio.

¶ Nota qꝺ antiquitus iste potus erat multū in vsu: adeo vt sani vterent eo t̄pe sanitatis ad preseruationē a multis egritudinib⁹: verū si bene consideraueris vtunt hoc t̄pe hoīes talibus potibus vt plurimū non ad futurarū egritudinū preseruationē nec ad presentes curandas sed gulositatis ⁊ crapule causa. Et fit duob⁹ modis hoc tēpore. Mellicratū duplex.
Primo mō cū melle ⁊ vino ⁊ speciebus in parua quātitate et vocant talē potū claretum. Scꝺo modo fit cū zuccaro vino et specieb⁹ maxime cū cinamomo: ⁊ vocāt talē potū vinū hypocraticū. Notabis vlteri⁹ ꝙ apud doctores reperiuntur isti termini hydromel mulsa ac mellicratū intelligentes per hydromel potū cōpositū ex melle cū aqua frigida sine aliqua decoctiōe non habēs certam ꝓportioneꝫ mellis ad aquā. Mulsa ꝩo fit ex octo partib⁹ aque ⁊ nouē mellis dispumati: ⁊ coquit ad consumptionē tertie partis illius toti⁹. Si plus aūt hꝫ aque et mellis minus ꝺr mulsa aquosa: ⁊ ista vocatur aqua mellita que ſm maiorē et minorem q̄ꝫtitatē mellis dicit aqua plus vel minus mellita. Mellicratū ꝩo idem est qꝺ mulsa aquosa: q̄r in eo est plus de aqua q̄ꝫ de melle vt in Alexādro de oculis: sed secundo aphorismoꝝ ꝑ mellicrato accipitur hydromel. quidaꝫ tamen ꝯponūt mellicratū cum vino et melle: vt hic Io. Mesue. Tamē ianuēsis in suis synonimis post recitationē diuersarū opinionū de interpretatione noīm dicit resolutorie ꝙ hydromel est qꝺ latine aqua mellis ꝺr: mellicratū ꝩo est mulsa plus mellis habēs quasi sit vinum mellis dictū differens a pomelle eo qꝺ a pomel nō coquit. Item hynomel grece mulsuꝫ ꝩo latine dicit et fit ex vino et melle: differt vero a mellicrato eo ꝙ mellis hꝫ pl⁹ q̄ꝫ mulsum. hec tamen interdū noia vnū ꝓ alio accipitur. Auicen. in quinto cano. hꝫ duas descrip. mellicrati cōditi qꝺ vocat conditū silr̄ Serapio in proprio antidotario duas etiaꝫ habet descrip. qꝺ vocat caudicon. Summa medicinarū est res. xj.

¶ Cōfectio ideſt cōpoſitio trociſci gallie muſcate. hec eſt quedam cōpoſitio que ſm hanc deſcriptionem ad formā trociſci ↄmuniter fit multū habetur in vſu: ⁊ ſic preparata reperitur: eſt enim ſuperius: ⁊ ab autoribus alijs medicie multum nominata: ingreditur enim compoſitionem plurium electuariorum: ⁊ confectionū: ⁊ eius iuuamēta ſunt ſi eñ per ſe aſſumatur principaliter confert confortando ſtomachū ⁊ epar ⁊ alia nutritiua relaxata ⁊ debilia ex egritudine lōga. Et doſis ei⁹ eſt. ʒ. j. aſſumpta de mane vacuo ſtomacho cū vino limphato vel cum aqua aliqua diſtillata diſtillatione ⁊ modo cōuenienti: ⁊ horū vſus poteſt pluribus diebus continuari. Cōponuntur etiam quādoq̄ hi trociſci et ſubſequētes qui habētur in vſu cū zuccaro vel cū melle in forma electuariorū aſſumendo de eis proportionabiliter ſicut aſſumiť de alijs pulueribus ex quib⁹ electuaria ſeu cōfectiones componuntur vel conficiuntur: ⁊ fiunt ita vt ad libram mellis vel zuccari ponātur. ℥. ij. vſq̄ ad. iij. trociſcorum reductorū in puluerem: et tūc doſis talis electuarij eſſet ad. ʒ. iiij. illis horis ⁊ tēporibus modis et conditionibus dictis. et declaratis ſuperius in alijs electuarijs non ſolutiuis.

¶ Additio.

¶ Hec confectio apud aromatarios eſt multum in vſu ⁊ maxie ſm iſtā deſcrip. ⁊ dixerunt ſapiētes ꝙ iſta deſcrip. dȝ poni in ↄfectionib⁹ ac electuarijs que ſunt ipſi⁹ Meſ. Nicolaus in ꝓprio antidotario hȝ aliā deſcrip. ↄfectiōis gallie muſcate q̄ etiā eſt in vſu: et dȝ poni i magnis ↄfectionibus ipſi⁹ Nicolai. Sūma medicinarum eſt res. v.


Confectio gallie ſebelline ſtōachū et cor cōfortat ⁊ epar debilia. ⁊ ingrediť in medicinis magnis. ℞. foliorū roſaruȝ recētium: ⁊ humidarum que iam incipiunt reſerare nodos. ℥. j. ⁊ ß. Terantur contritione vltima in mortario lapideo. Deinde proijciantur ſuper illas aloes boni ⁊ electi ⁊ gariofilorum: ⁊ gūmi: ſpice inde. añ. ʒ. j. ⁊ ß. ſandali citrini. ʒ. ij. ramich. ʒ. iij. terantur ſicut alcohol: terantur cum roſis: ⁊ humectētur cū modico aque roſate infuſionis gummi arabici: et iterum terātur. Deinde iterum humectētur: ⁊ teranť: ⁊ hoc fiat per diē vnum. Ultimo vo aromatizetur cū muſci. ʒ. j. partibus. ij. ambre ⁊ camphore añ. auř. ß. ⁊ fiant trociſci ſicut diximus: ⁊ ſigillētur.

¶ Additio.

¶ Cōfectio gallie ſebelline nō eſt in vſu: tñ ingrediť in cōfectione aromatici nardini: ſed loco eius ſunt qui ponūt galliam muſcatam. Summa medicinarum eſt res. xi.


Confectio alia gallie alefangine: ⁊ eſt ei⁹ interptatio aromatizate: ⁊ eſt illa de qua antiqui ↄſiderāt: ⁊ de q̄ plurimi loquuntur: ⁊ cerebrum cor ſtōm ⁊ epar confortat ⁊ oīa mēbra nutritiōis. Et linitur ſuper neruos debiles: ⁊ confortat eos: ⁊ ingreditur in medicinis magnis: ⁊ hoc eſt quod intelleximus. Accipe emblicorum bonorꝝ abiectis oſſibus. ℥. iij. conterātur ↄtritione groſſa: ⁊ ponātur in vaſe vitreo: ⁊ fundanť ſuper eos aque roſate bone ⁊ electe infuſionis roſarū ſiccarum et corticum citrorum lib. ß. et ſtringatur os vaſis: ⁊ dimittať p dies. iij. Deide fundať in eis aque predicte infuſiōis. ℥. iij. ⁊ in craſtinū fiat ſimiliter vſq̄ quo emblicorꝝ virtus in aqua impreſſa ſit. Tunc vo accipe ligni aloes boni. ʒ. vij. ramich. ℥. j. ⁊ ß. roſarū. ʒ. x. gariofilorꝝ. ʒ. x. ſpice ide. ʒ. iij. ſandali citrini aromatizati. ʒ. iiij. gummi arab. ʒ. vj. terať omnia ſicut alcohol ſicut dixi: ⁊ fundať ſuper ea parū ſucci infuſionis predicte emblicorum: ⁊ conterātur cum eo vſq̄ dum totum in eo paulatim fundať. Ultimo vo aromatizetur cū. ʒ. j. camphore ⁊ ambre. ʒ. ij. muſci boni. ʒ. j. fiant inde trociſci: ⁊ ſigilleť ſicut diximus: ⁊ ponantur in vaſe vitreo: ⁊ adminiſtreť.

¶ Additio.

¶ Cōfectio gallie alefangine: cuius interpretatio eſt de aromatibus eſt in vſu: et intrat ſepe alias compoſitiones. Summa medicinarum eſt res. xij.

Confectio trociſcorꝝ diarodō quorꝝ iuuamētum eſt magnū ad febres ātiquas: ⁊ febres permixtionū: ⁊ febres phlegmaticas: ⁊ febres in quibus corrūpitur forma. Et ↄfert ad dolorem ſtomachi: ⁊ abſtergit humiditatē ei⁹. Accipe foliorꝝ roſa-

ruz rubeaꝝ auṝ.vj.ſpice aromatice auṝ.ij.liquiritie auṝ.iij.ligni aloes.auṝ.ij.ſpodij.auṝ.j.croci.auṝ.ß.maſticis.ʒ.ij.Cōfice cū vino albo: ꝛ fiāt trociſci.ʒ.j.

¶ Additio.

¶ Trociſci diarodon ſm Mattheū ſiluaticū ſunt trociſci de roſis:ſm tñ Meſ.aliud ſunt trociſci diarodō: ꝛ aliud trociſci de roſis:ꝛ eſt hec cōfectio trociſcoꝝ diarodō q̄ intrat in ꝯfectionibus domini Meſ.Nico.in ꝓprio antidotario hꝫ vnam aliā deſcrip.que intrat in ſuis ꝯfectionib⁹. Auic.in.v.cano.habet trociſcos de roſis nomiatos diarodon:ſed non ſunt in vſu.Summa medicinarū eſt res.viij.

Confectio trociſcorum de roſis ſtomachū et epar confortat:ꝛ ꝯfert febri phlegmatice:ſtomachum preparat:ꝛ humoroſitatem ipſius abſtergit.℞.foliorū roſarum.ʒ.x.liquiritie.ʒ.v.ſpice aromatice.ʒ.ij.ꝛ ß.Confice cum vino albo. Quod ſi facere laxatiuum volueris:adde ſcamonee.ʒ.iij.

¶ Confectio vel cōpoſitio trociſcoꝝ de roſis ſtomachū ꝛ epar ꝯfortat.tres deſcriptiōes trociſcoꝝ de roſis hic imediate ponūẗ:ꝛ ab Auic.v.cano.ſolū due.ſ.trociſcoꝝ maiorum ꝛ minorū de roſis:deſcriptio tñ trociſcorū maiorū de roſis poſita ab Auicē.eſt illa que habeẗ in vſu:ꝛ de his tribus q̄ ponūtur in lr̄a ſolum vltima habeẗ in vſu:ꝛque ingreditur cōpoſitiones magnoꝝ antidotorū:ꝛ ideo prima deſcriptio q̄ ſic incipit.cōfectio trociſcoꝝ de roſis ꝛ eupatorio nō ſunt in vſu nec ꝑparate reperiunẗ.Sed tertia deſcriptio habeẗ in vſu:quorū deſcriptio ſic incipit. Confectio.i.cōpoſitio trociſcoꝝ de roſis: ſicut confirmatū eſt in libris phyſicoꝝ ꝛc.Et hn̄t vtilitates ꝛ iuuamenta ad dolorē ſtomachi ꝛ malitiā cōplexionis ꝛ ad febres antiquas ꝛ ad principiū hydropiſis:naꝫ ſunt principalr̄ cōfortatiui ſtomachi ꝛ epatis:ꝛ alioꝝ mēbrorū nutritiuoꝝ relaxatorum ex lōgitudine egritudinis:ꝛ doſis cū circūſtātijs requiſitis ē ſicut trociſcoꝝ diarodō dictoꝝ ſupi⁹.Et ſimplicia ꝛ modus ꝯpoſitionis apparet in litera.

Utilitates et iuuamēta troſciſcorum de roſis.

¶ Additio.

¶ Iſti trociſci ſunt illi q̄ in vſu habenẗ:idem inferius hꝫ vnā aliā deſcrip.ſed iſta eſt nobilior.Auicē.in.v.cano.ſilr̄ Serapio habent plures deſcrip.trociſcorū de roſis.Raſ. ſilr̄.ix.ad Almāſorē cap̄.de his q̄ confortant ſtomachū hꝫ vnā deſcrip.trociſcoꝝ de roſis.ſilr̄ in.x.cap̄.de feb.quotidianis que non ſunt in vſu.Sūma medicinaꝝ eſt res.iiij.

Confectio trociſcorum de roſis ꝛ eupatorio expertorū iuuamentorum ad febres antiquas:ꝛ febres compoſitas et ad dolorem epatis: ꝛ oppilationem ipſius et icteritiā.℞.foliorum roſaꝝ.ʒ.viij.ſpice.ʒ.iij.rauedſceni.ʒ.iij.ſpodij.ʒ.j.ꝛ ß.ligritie.ʒ.iij.ꝛ ß.ſucci eupatorij.ʒ.x.fiāt trociſci cū tereniabin.

¶ Additio.

¶ Hec deſcriptio trociſcorū de roſis ꝛ de eupatorio apd̄ aliquos habetur in vſu.Summa medicinarū eſt res vij.

Confectio trociſcoꝝ de roſis ſicut cōfirmatum eſt in libris plurimoꝝ iuuamentoꝝ:quoꝝ maius eſt ad dolorē ſtōachi ꝛ malitiā digeſtiōis:ꝛ eis ꝑꝑe qb⁹ corrūpiẗ forma ꝛ p̄ncipiū hydropiſis ꝛ febres ātiq̄s.Cui⁹ hec ē ꝑmixtio.℞.roſaꝝ.ʒ.iij.ligni aloes.ʒ.ij.maſticis.ʒ.j.ꝛ ß.abſinthij rōani:cinamomi ſpice caſie lignee floꝝ ſquināti.an̄.ʒ.j.Fac trociſcos ʒ.ij.cum vino antiquo:ꝛ aqua decoctionis radicuꝫ.

¶ Additio.

¶ Iſta deſcriptio trociſcorū de roſis non eſt in vſu:ſed illa que ſuperius fuit deſcripta:per decoctionē radicum intellige quinqꝫ radicum cōmunium vt bruſci ſparagi apij petro.ꝛ feniculi.Summa medicinarum eſt.x.res.

Sucahal ertiẗ:ꝛ eſt gallia magna: ſiue regalis ſtomachuꝫ cor ꝛ epar:ꝛ oīa mēbra nutritiua cōfortat: appetitū excitat:ꝛ digeſtioneꝫ procurat:cuius permixtio.℞.ſucci albelach lib.j.buliat ebulitione vna. Deinde coletur ꝛ proijciatur ſuper ipſum gallarū recentium contritarum cōtritione vltima.℥.iij.ꝛ bulliat donec fiat ſicut mel.Deinde accipe foliorum roſarum.℥.j.cardamomi.lingue auis:gariofiloruꝫ:nucis muſcate:maſticis:ligni aloes ana.ʒ.xij.ꝛ ß.darſeni.ʒ.iij.ſandali macaziri.ʒ.v.croci.ʒ.ß.gummi arabici.℥.j.Terantur:ꝛ cribellentur.Et miſce cum predictis:ꝛ expande ſuper marmor inunctū oleo amigdalarum donec ſiccetur.Deinde pulnerizeẗ ſicut alcohol:ꝛ aromatizetur cū muſci auṝ.ß.Deinde cū aqua roſata fiāt trociſci ſubtiles ꝛ ſicceṅt i vmbra.

¶ Additio.

¶ Hec deſcriptio gallie regalis ſiue imperialis nō eſt in vſu.Et ſunt abelach dactyli immaturi vt dictū fuit ſupra in ſyrupo de albelach.Summa medicinarum eſt res.xvj.

Confectio ramich:que eſt medicina compoſita ꝛ recipitur in alijs medicinis:ꝛ confortat ſtomachum cor ꝛ epar debilia:ꝛ valet ad lubricitatem viſcerum ꝛ inteſtinorum:ꝛ ſedat acuitateꝫ:ꝛ ſiſtit fluxum cholericum ꝛ vomitum:et ſedat animā:ꝛ acquiritur ex eo in hoc iuuamētum magnum.Et confert ad fluxum ſanguīs vndecūqꝫ.Et exſufflatur ex eo in nares ꝑpter fluxū ſanguinis ex eis.℞.ſucci herbe acetoſe.℥.xvj.buliat ebulitione vna cum roſarū.℥.j.granoruꝫ myrti.℥.ij.et coletur:ꝛ miſce cū eo gallarum recētium ꝛ humidarū tritarum vltima cōtritione.℥.iij.ꝛ coquatur adhuc.Deīde pulnerizetur ſuper ea foliorum roſarū.℥.j.ſandali macaziri.℥.j.ꝛ quarta:gūmi arabici.℥.j.et ß.carnium ſumach:ſpodij an̄.ʒ.viij.ſucci agreſte.ʒ.xij.ſucci granorū myrti tritorum ꝯtritione vltima.℥.iij.ligni aloes:gariofilorum:macis:nucis muſcate an̄.ʒ.iij.Innoluātur omnia ſimul:ꝛ expāde in ſcutella lapidea vſqꝫ dum ſiccētur.Deinde tere ſicut alcohol:ꝛ cum camphore auṝ.j.ꝛ aq̄ roſata fac trociſcos ſubtiles et exicca in vmbra.Et apud alios loco ſucci acetoſe pone ſucci citoniorum acetoſoruꝫ immaturorum tātūdeꝫ.Et quidā ſunt qui aromatizant cum muſci.ʒ.j.quarta.

¶ Additio.

¶ Hec cōfectio ramich eſt multū in vſu:qꝛ ſepe intrat ꝯfectiones:tñ deſcriptiones ipſius ſunt diuerſe ſm medicoꝝ diuerſitatem:nā deſcrip.ipſius reperiẗ apud Serapioneꝫ in ſuis ſimplicib⁹ qui ſic ait:ramich eſt gallia ſeu materia ex qua fit gallia:ꝛ dicit ꝙ accipiẗ ex mlt̄is ſpeciebus:ꝛ aliqn̄ accipitur ex dactylis īmaturis:aliqn̄ accipitur ex gallis:ꝛ aliqn̄ accipiẗ ex corticibus granatorum et ex herbis aſperis:ꝛ omnes ſpecies ei⁹ ſunt frigide ꝛ ſtiptice:ꝛ inferius docet modū faciēdi:ſed nō eſt ſimilis iſti Meſ.liber q̄ dr̄ albucaſis tractatu.ij.hꝫ vnā aliam deſcriptioneꝫ que fit ex paſſulis rubeis ꝛ alijs:ſed nō fit:qꝛ nobilior omniuꝫ eſt hec preſens dn̄i Meſ. Sūma medicinarū eſt.xvij.res.

Ramich.

Confectio trociſcorum de cāphora ad febres multe inflāmationis ꝛ ſitim vehementem ꝛ incenſionem cholere rubee:et ebulitionē ſanguinis ꝛ ſupercalefactionem ſtomachi ꝛ epatis:ꝛ icteritiam:ꝛ conferūt ethice:ꝛ phthyſi. Quorū permixtio.℞.foliorū roſaꝝ.ʒ.iij.ſpodij.ʒ.ij.ſandaloruꝫ citrinorum.ʒ.ij.ß.croci.ʒ.j.liquiritie.ʒ.ij.ſeminis citrulli:melonis:cucumeris:cucurbite:dragagāti:gūmi:ſpice ana.ʒ.j.ligni aloes:cardamomi:amili:cāphore:ana.ʒ.j.partes.ij.zuccari tabarzet:ꝛ tereniabin ana.ʒ.iij.confice cum mucilagine pſilij ꝛ aqua roſata.

¶ Confectio ideſt compoſitio trociſcorū de cāphora.Iſti trociſci ꝑparati reperiunẗ:non quia per ſe ſoli habenẗ in vſu:ſꝫ ingrediunẗ compoſitionem quorūdam electuarioꝝ

ꝛ vtilitates

et vtilitates eius:⁊ modus cõſtructionis apparet in litera:et ſimplicia eorum ſunt ſuperius declarata.

¶ Additio.

¶ Hi trociſci apud oẽs habẽtur in vſu ſm preſentem deſcriptionẽ. Auicẽ.in.v.cano.hꝫ quinqꝫ deſcriptiones:ſed nõ vtimur illis:etiam Raſ.ix.ad Almãſorem cap̃.de feb. ethica habet vnã aliaꝫ deſcriptionem:ſimiliter Serapio in proprio antidotario habet vnam aliã deſcriptionẽ que non ſunt in vſu.Summa medicinarum eſt.xix.res.

Confectio trociſcoꝝ de reubarbaro ↄferens ad dolorẽ epatis et oppilationem ipſius:⁊ ad apoſtemata eius:⁊ antiquas egritudines in ipſo hydropiſim ⁊ corruptionem forme ⁊ icteritiã. Accipe raued boni.ʒ.x. ſucci eupatorij.ʒ.iiij.roſaruꝫ.ʒ.iij.ſpice:aniſi:rubee tinctoꝝ:ſeminis apij:abſinthij:aſari.ʒ.j.amigdalaꝝ amararũ.ʒ.iiij.Et fiant trociſci aurei vnius.

¶ Cõfectio id eſt compoſitio trociſcoruꝫ de reubarbaro. Iſti trociſci a quibuſdã magiſtraliter habentur in vſu:et preparantur:⁊ eorũ vſus eſt conueniens ad dolorẽ epatis frigidũ a materia pũgitiua:⁊ ad oppilationẽ ipſius:ſunt eñ aliqualiter ſolutiui materiei ſubtilis aquoſe ac citrine:⁊ ideo multũ ↄueniũt hydropicis ⁊ his quibꝰ habitudo corporis ſeu forma corrũpitur:et doſis eſt vſqꝫ ad.ʒ.j. cum aqua vel vino ſm exigentiam diſpoſitionis curãde cum decoctionibus ⁊c. ¶ Additio.

¶ Hi trociſci apud nos multũ habẽtur in vſu ſm pſentẽ deſcriptionẽ.Auicẽ.in.v.cañ.hꝫ vnã aliã deſcrip.que fere eadẽ eſt cũ iſta.Raſ.ix.ad Almanſorẽ cap̃.de dolore epatis hꝫ trociſcos de raued:ſilr Serap̃.in ꝓprio antidota. hꝫ trociſcos de raued.i.de reubarbaro qui nõ ſunt in vſu. Notabis vnũ ꝙ Meſ. non ponit liquorem cũ quo debẽt confici iſti trociſci:ſed ſm quoſdã debent confici cũ ſucco de eupatorio.Summa medicinarum eſt.x.res. *Notãduꝫ.*

Confectio trociſcorũ de ſpodio q ſunt vltimi ad febres acutas ⁊ inflãmationẽ ſtomachi ⁊ epatis:⁊ ſitim vehemẽteꝫ.℞.ſpodij.ʒ.iiij.roſaꝝ rubearum.ʒ.vij.ſeĩs portulace:ſucci liqritie.añ.ʒ.ij.Cõfice cũ mucillagĩe pſilij:fac trociſcos ʒ.j.⁊ da cũ ſucco maligranati.Et alij addiderũt.iiij. ſeminũ gũmi arabici:dragagãti:croci.añ.ʒ.j. et ß.

¶ Cõfectio id eſt compoſitio trociſcoruꝫ de ſpodio:due deſcriptiones trociſcorũ de ſpodio reperiunꝑ que ponuntur in litera:ſed prima nõ eſt in vſu. ¶ Additio.

¶ Iſti trociſci ſunt in vſu maxime ſm preſentẽ deſcriptionem.Auic.in.v.cañ.habet vnã deſcriptionem:⁊ dicuntur trociſci de ſpodio cum tereniabin:⁊ ſunt q̃ſi idẽ.Raſ.ix. ad Almãſorem cap̃.de fluxu vẽtris habet vnam aliaꝫ deſcrip.⁊ ſimiliter.x.cap̃.de febribꝰ quibꝰ accidit frigꝰ et calor:⁊ ſimiliter eodẽ tractatu cap̃.de febre ethica hꝫ vnam aliã deſcriptionẽ:ſed non ſunt in vſu:ſimiliter Serap̃.in proprio antidotario habet plures deſcrip.trociſcoruꝫ de ſpodio.Summa medicinarum eſt.xij.res.

Confectio trociſcorũ de ſpodio cum ſemine acetoſo cõfert ad febres cholericas:cũ quibus eſt ſolutio vẽtris:⁊ ſedat inflãmationeꝫ ſtomachi ⁊ epatis:⁊ ſitim ↄtinuã.Quoꝝ pmixtio. ℞.roſarum rubearum.ʒ.xij.ſpodij.ʒ.x.ſeminis acetoſe.ʒ.vj.ſeminis portulace:granorũ coriandri infuſorum in aceto ⁊ torrefactorum:⁊ pulpe ſumach. añ.ʒ.ij.et ß.amili:aſſi:balauſtiarum:berberorũ.añ. ʒ.ij.gũmi arabici aſſi.ʒ.j.⁊ ß.Cõfice cũ ſucco agreſte.Da cum aliquo ex robub ſtipticis.

¶ Confectio i.cõpoſitio trociſcorũ de ſpodio cũ ſemine acetoſe.Iſta ſecunda deſcriptio multũ habetur in vſu:et eſt illa que vbiqꝫ preparata reperitur. Iſti trociſci multum conferunt fluxui ventris ab humore cholerico facto ac etiam diſſinterie cum excoriatione inteſtinoꝝ premiſſa tamen aliquali euacuatione cum aliquo qđ euacuat comprimendo:vel cũ reubarbaro torrefacto:vt ſuperius dictũ eſt:et doſis ipſorum eſt vſqꝫ ad.ʒ.j.cum aqua plãtaginis: vel cum aliis aquis conuenientibus:vel cũ vino pontico limphato cum aqua ferrea.Et maxime conueniunt nõ ſolum per ſuperius aſſumpti vna vice vel pluribus ſm exigentiã in tpe congruo:ſed per inferius cum clyſteriis vel cum aliis ſtipticis conſtrictiuis:premiſſis tñ lenitiuis et abſterſiuis clyſteribus.vt ſumendo de ipſis trociſcis.ʒ.ij. cũ vino põtico paruo:⁊ cũ aqua ordei cũ aliis liquoribꝰ:⁊ qñqꝫ addimus ſuccũ plãtaginis vel aliquid de pinguedine ad faciendũ virtutẽ medicinarũ penetrare in ſubſtantiã inteſtini:⁊ ad alterãdũ humorẽ calidũ qui vt plurimũ eſt cauſa fluxꝰ.Et nõ ſolũ iſti trociſci cõueniũt fluxui ventris:ſed ⁊ acute febriẽtibꝰ ſitim extĩguẽdo:cõueniũt etiã inflãmationi ſtomachi ⁊ epatis aſſumpti per ſuperius cũ aqua endiuie:⁊ ſimilibꝰ aquis frigidis alteratiuis:quorũ trociſcoꝝ hec eſt deſcriptio.℞.roſaꝝ rubeaꝝ.ʒ.xij.ſpodii. ʒ.x.ſemis acetoſe.ʒ.vj.⁊ eius ſunt due ſpẽs ſcꝫ ſilueſtris q̃ vocatur lappatium:⁊ domeſtica que apud nos vocatur acricũcello:⁊ iſta ꝓprie vocatur acetoſa q̃ eſt frigide complexionis in tertio:⁊ ſicce in ſcđo:ſeminis portulace:granorũ coriãdri infuſorũ in aceto:qđ eſt ſemen notum frigide cõplexionis in primo ⁊ ſicce in ſecundo:habet tamen partẽ aliquã corticalẽ extrinſecã paruã que eſt valde calide cõplexionis:⁊ ſicce in ſecundo.Infundiꝑ autẽ in aceto vt hmõi extrinſece et inſenſibilis partis caliditas:et malitia remoueatur ab ea.Ac etiã vt ſubtiliet reliqua parte eius vel ſubſtãtia:⁊ facilius penetret ad partes eiꝰ ꝓfundiores.ſumach.añ.ʒ.ij.⁊ ß.amili aſſi:balauſtie:⁊ ſunt flores maloꝝ granatoꝝ cum ſtipticitate multa:berberis.añ. ʒ.ij.gũmi arabici aſſi.ʒ.j.ß.confice cum ſucco agreſte:⁊ da cum aliquo ex robub:id eſt ſucco ſtiptico:vt plantaginis et ſimilibus. ¶ Additio. *Exhibitio eorum duplex.* *Acetoſe ſpẽs due.*

¶ Iſti trociſci multũ habẽtur in vſu.Auic.in.v.cano.ſimiliter Serap.in ꝓprio antidota.hñ trociſcos de ſpodio cũ ſemine acetoſe qui nõ ſunt idem cum iſtis.Silr Haly. x.practice.Summa medicinarum eſt res.xj.

Confectio trociſcoruꝫ de berberis ad febres inflammatiuas.Extinguũt eñ eas:⁊ ſitim anguſtioſaꝫ.℞.berberoꝝ aut ſucci eiꝰ ſpodij ſucci liqritie:⁊ ſeminis portulace.añ.ʒ.iij.roſaꝝ ʒ.vj.ſpice:croci:amili:dragagãti.añ.ʒ.j.ſeĩs citrulli.ʒ.iij.et ß.cãphore.ʒ.ß.Confice cum tereniabin.

¶ Hec prima deſcriptio nõ habeꝑ in vſu.

¶ Additio.

¶ Iſti trociſci habenꝑ in vſu maxime ſm preſentẽ deſcriptionem:qꝛ idem inferius deſcribit vnã aliã deſcriptionẽ: ſꝫ iſta eſt nobilior.Aui.in.v.cañ.habet.vii.deſcriptiones trociſcoꝝ de berberis que non ſunt in vſu.Raſ.ix.ad Almanſorem cap̃.de dolore epatis habet vnã aliam que nõ eſt in vſu.Similiter Serapio in ꝓprio antidotario habet tres deſcriptiones:quaꝝ vltima eſt ſimilis huic.itẽ Haly. x.practice habet vnã deſcriptionẽ trociſcorum de berberis que non eſt in vſu.Summa medicinarum eſt res.xii.

Confectio alia trociſcoꝝ de berberis qui conferunt ad calefactionem et ſolutionem vẽtris et dolorem epatis.℞.berberorum.ʒ.ij.ſpodij:xiloaloes:ſemis acetoſe:maſticis:gallie:ſpice.añ.ʒ.j.roſarum.ʒ.v.gũmi.ʒ.iij.Et confice cum aqua roſata.

¶ Iſti trociſci magiſtraliter habentur a quibuſdã in vſu lꝫ rariſſime preparati reperiantur.Cõueniũt autem predictis diſpoſitiõibꝰ a dñio humoris calidi ſubtilis ⁊ acuti.Et doſis ⁊ modus aſſumptionis et cõſtructionis ipſoꝝ eſt ſicut ⁊ aliarum quarũcũqꝫ.Sũma medicinaꝝ eſt res.x.

Confectio trociſcoꝝ de abſinthio qui ↄferũt febribꝰ antiqs:et aperiunt oppilationẽ epatis:⁊ ſtomachi:⁊ ↄfortãt ſtomachũ ⁊ ↄferũt dolori mẽbroꝝ nutritionis:⁊ cõfortãt appetituꝫ.℞.roſarũ abſinthij:aniſi.añ.ʒ.ij. raued:ſucci eupatorij:aſari:apij amigdalarum amararũ:ſpice:maſticis:⁊ folij.añ.ʒ.j.Fac trociſcos cũ ſucco endiuie.Da cum ſucco herbarum.

¶ Confectio trociscorũ de absinthio. Jam dictũ est q̃ raro vtimur trociscis separatim ⁊ de per se: sed vsus ipsorũ cõiter est quosdã ex eis admiscendo cum electuarijs. Isti trocisci a quibusdã magistraliter habentur in vsu: habẽt enim principalr̃ cõferre antiquis febribus aperiẽdo oppilatiões stomachi: ⁊ epatis. ⁊ sic p̃dicta mẽbra ⁊ alia nutritiua mire cõfortãt: ⁊ appetitũ incitãt: dolorẽ remouent a predictis mẽbris. Et dosis ⁊ tempus ⁊ modus: ⁊ cũ quibus aquis sunt assumẽdi ad plenum clare cõcipitur superius in trociscis diarodõ. Et ponit descriptionem cũ dicit. ℞ absinthij ⁊c. raued. i. reubarbari: da. i. exhibeas cuз succo herbarũ predictarum. s. eupatorij vel apij: vel alijs in descriptione presenti; sed loco istorum succorum accipimus aquas distillatas ⁊c. ¶ Additio.

¶ Isti trocisci sunt in vsu ſm p̃ñtẽ descrip. Auic. in quinto cano. habet duas descrip. sed nulla earũ est in vsu. Silr̃ Serapio in antidotario: silr̃ Haly. x. practice hñt vnã descriptionẽ q̃ nõ est in vsu. Sũma medicinarũ est res. xij.

Confectio trociscorũ de eupatorio confert ad febres antiquas ⁊ rigorẽ earum oppilationẽ epatis et splenis aperit: et sunt medicamina bona apostematũ in ipsis: ⁊ ictericis: ⁊ in principio hydropisis. ℞. tereniabin: succi eupatorij. añ. ℥. j. rosaꝝ. ℥. ß. spice. ʒ. iij. raued: asari: anisi. añ. ʒ. ij. spodij. ʒ. iij. et ß. Fac trociscos cum succo herbarum. Da cum eis.

¶ Confectio de eupatorio magistralr̃ a quibusdã habetᷣ in vsu: ⁊ habẽt virtutẽ: ⁊ efficaciã in aperiẽdo oẽm oppilationem splenis ⁊ epatis. Cõferũt etiã in principio hydropisis: ⁊ icteritie presertim citrine: cõferũt etiã antiquis febribus euenientibus cũ rigore ⁊ frigore ex reuocatione caliditatis ad iteriora si ex eis assumatᷣ ĩ puluere vsq3 ad. ʒ. j. cũ vino vel cũ succis aut aq̃s distillatis ɔueniẽtibꝰ dispositiõi curãde: ⁊ isti trocisci sunt maioris apertionis: ⁊ virtutis maioris in aperiẽdo q̃3 trocisci de absinthio: ⁊ modus ɔstructionis apparet in lr̃a: ⁊ simplicia sunt superius declarata. Et nota q̃ l3 in istis sicut ⁊ in quibusdam alijs ingrediatᷣ aliquãtulũ reubarbari non tñ propter hoc sunt sensibilr̃ solutiui: sed isti solũ sunt sensibiliter oppilationum apertiui: ⁊ cõfortatiui mẽbrorũ nutritiuorũ ⁊ relaxatorum ex egritudine longa. ¶ Additio. — Notãduз.

¶ Isti trocisci sunt in vsu. Auicẽ. in. v. cañ. silr̃ Haly. x. practice hñt vnã aliã descriptionẽ que nõ est similis huic: neq3 in vsu habetur. Summa medicinarum est. ix. res.

Confectio trociscorum de aniso qui auferunt febres antiquas: et aperiunt oppilationes: et emendant malitias epatis. ℞. anisi: eupatorij. añ. ʒ. ij. seminis aneti: spice: masticis: folij: absinthij: asari: apij: amigdalarum amaraꝝ. añ. ʒ. ß. aloes. ʒ. ij. cõfice cũ succo absinthij: ⁊ apij. Da cum syrupo acetoso: ⁊ succo herbarum. ¶ Additio.

¶ Hec prima descriptio non est in vsu.

¶ Isti trocisci de aniso ſm presentẽ descriptionẽ interdũ habentur in vsu. Auicen. in quinto cano. similiter Serapio in proprio antidotario habent vnã descriptionẽ que non est in vsu. Summa medicinarum est. xiij. res.

Confectio alia trociscorũ de aniso: ⁊ sunt de. x. medicinis: ⁊ sunt in intẽtiõe primorũ: ⁊ valẽt ad febrẽ antiquã: ⁊ ad eã in qua corrũpitᷣ forma: ⁊ ad quartanã antiquaз: et rectificãt epar: ⁊ sunt experti. ℞. anisi. ʒ. iiij. masticis spice: apij: absinthij romani: asari: folij. ana. ʒ. j. amigdalaꝝ amararũ. ʒ. j. ß. aloes boni. ʒ. ij. succi eupatorij. ʒ. iij. Confice cum decoctione absinthij.

¶ Isti trocisci a quibusdã habentᷣ in vsu. Sunt autem ad gustũ displicibiles valde: dicũtur autem de decem medicinis: q2 decẽ simplicia ingrediuntᷣ eorũ cõpositionem: et denominantᷣ ab aniso: q2 anisum principaliter eorũ cõpositionẽ ingreditᷣ: ⁊ ipsius virtute operantur. Isti trocisci sunt vigorosi in subtiliãdo materias grossas melãcholicas: ⁊ ideo ɔueniũt ad quartanã antiquã: ⁊ ad oppilationes epatis ⁊ splenis eas aperiendo ⁊ vẽtositates grossas dissoluunt: et alias virtutes ⁊ vtilitates hñt: quas autor ponit in litera: et tempus et modus exhibitionis est sicut supradictorum trociscorum: et maxime diarodon. Sũma medicinarum est res. xj.

Confectio trociscorũ de lacca. Et conferunt ad oppilationẽ epatis: et splenis: et febrem diuersam ⁊ antiquã: ⁊ ad asclitẽ: ⁊ prouocãt vrinã. ℞. lacce mundate: succi liquiritie: absinthij: berberis: succi eupatorij: raued: aristologie longe: costi: asari: amigdalarum amararum: rubee tinctorum: anisi: apij: squinãti. añ. ʒ. j. Fac trociscos. ʒ. j.

¶ Isti trocisci non sunt in vsu: possunt tamen magistraliter preparari. ¶ Additio.

¶ Isti trocisci de lacca sunt in vsu ſm p̃sentẽ descriptionem. Aui. in quinto cano. similiter Serapio in ꝓprio antidotario: item Haly. x. practice habent vnam descriptionẽ que nõ est in vsu. Rasis etiam. ix. ad almansorẽ cap̃. de dolore epatis habet vnã aliam descriptionẽ qua nõ vtimur. Summa medicinarum est. xiiij. res.

Confectio trociscoruз de terra sigillata ex inuentione nostra: ⁊ sunt vltimi iuuamẽti ad sputum: ⁊ ad egressionem sanguinis: ⁊ proprie sumpti cum aqua arnoglosse. Et qñq3 linitᷣ ex vno eorũ super frontẽ: ⁊ sedat fluxum sanguinis ex naribus. Et linitur ex eo super matricem ad fluxũ menstruorum ⁊ sedat. Et qñq3 mittitᷣ in matricẽ: et quandoq3 linitur super pectinẽ: ⁊ mittitur in vesicam: et quãdoq3 linitur super membruз manationis sanguinis: et sunt experti. Quorum permixtio. ℞. sanguinis draconis: gũmi ara. assi. ramich: foliorũ rosarum: et seminũ earũ amili assi: spodij: acatie: hypoquistidos: lapidis emathitis: seupistidos: balaustie: boli armeni: terre sigillate: sedenagi: coralli: carabe. añ. ʒ. ij. margaritarum: dragagãti: papauerꝫ nigri. añ. ʒ. j. ⁊ ß. portulace asse: cornu cerui adusti: thuris gallorum: croci. añ. ʒ. ij. Fiãt trocisci cum aqua arnoglosse. Et da cum aqua spodij: gummi: boli armeni: ⁊ spice: ⁊ quãdoq3 inuitat necessitas vt ponãtur in eis opij. ʒ. ij. ⁊ qñq3 plus et quãdoq3 minus sicut oportet. Modus aũt administrationis eorum est ſm tres modos. Ad fluxum sanguis ex pectore aut pulmone administrãdi sunt cum aqua portulace. Et ad excoriationem cum rob citoniorum: aut cum aliquo robub stipticorum. Et ad manationẽ sanguinis ex partibus inferioribus confert iniectio eorum cum aqua virge pastoris.

¶ Isti trocisci gñaliter sunt in vsu: ⁊ sic vbiq3 p̃parati reperiũtur. Ingrediũtur enim cõpositioneз magnorũ antidotorũ: ⁊ administrantᷣ a medicis nõ solũ in puluere p os cũ liquoribus conueniẽtibus: ⁊ mẽbra extrinseca liniẽdo cũ illis dissolutis: tñ cum aliquo liquore cõueniẽti: ⁊ principaliter cõferũt si per os assumantᷣ cũ succo: vel aqua buglosse vel plãtaginis: que est herba nota frigide ⁊ sicce cõplexiõis in scd̃o gradu: ⁊ per se solã est mirabilis cuilibet fluxui sanguĩs ex fractura vene in pectore: etiã summe conueniunt liniti super frontẽ ⁊ tempora cum predicto succo plãtaginis ⁊ albumine oui mixtis ⁊ cõquassatis ad resistẽdũ superfluo fluxui sanguĩs subtilis ⁊ calide eueniẽtis ex naribus: etiã eodẽ modo cõueniunt cum eodẽ succo: et albumine oui liniti sup̱ partes femoris ⁊ pectoris: ⁊ renũ in mulieribꝰ superflue mẽstruãtibus: quarum descriptio hec est. ℞. sanguinis draconis: est eñ succꝰ rubeꝰ cuiusdã arboris ĩ vltramarinis partibus caliditate solis fortiter inspissatꝰ frigide cõplexionis in primo: ⁊ sicce in secũdo. Ramich: ⁊ est cõpositio declarata in philonio p̃sico. Lapidis emathitis: notꝰ est iste lapis: ⁊ est frigide cõplexiõis ĩ primo gradu: ⁊ sicce ĩ scd̃o. Boli armeni q̃ vocatᷣ ab autoribus. ij. cañ.

Mirabile in fluxu sanguis.

Sanguis draconis.

toribus.ij.cas.lutu armenu. Sedenegi.i.fumiterre:et dictum est de eo:sed sataragi est qda herba q vocat prassiu vel prassia:q est calide z sicce coplexionis in secundo:que non ingredit copositione istoru trociscoru. Thuris:id est olibanu:z dictu est de eo:et da cu aqua spodij id est cu aq in qua infusum sit spodiu:et queda alia que ipse ponit q tadem debet colari. ¶ Ultimo subdit et qn vtimur scz ad somnu prouocandu:et ad tollendu sensum a mebro a quo sanguis emanat ponitur opiu zc. sed cu eo preparati no reperiunt. ¶ Modus alius administratiois eoru est bm tres modos quos ipse ponit in litera:z sic etiam valet ad tres differetes dispositiones flux⁹ sanguinis etia a diuersis mebris:vt ipse ponit:z cofert iniectio eoru z imissio p clystere qn est excoriatio z fluxus sanguinis ex intestinis: vel iniectio in matricem:qn est fluxus sanguinis cu aqua virge pastoris id est corrigiole: et est herba frigide et sicce complexionis in secundo gradu: omnia autem alia simplicia ingredientia copositione ipsorum clara sunt: et sic apparebunt in tabula:et modus constructionis apparet in litera. ¶ Additio.

Sataragi

¶ Isti trocisci multu sut i vsu. Notabis tn q sepe error comittit i dispesatioe istoz trociscoz.ppter ignorātiā significationis isti⁹ vocabuli sedenagi vel sedenegi. Na qda dicut q est seme fumiterre:vt hic Christofor⁹ de honestis:alij vero dicut q est seme canapis. Nonulli vo dicut vt hr in synonimis Auic.z credo meli⁹ q e seme granati siluestris et est melius ad ppositu. Suma medicinaz est.xxiij.res.

Sedenagi vel sedenegi qd.



Confectio trociscoz aladabal:q ponunt i biera Hermetis:z i alijs cofectioib⁹ loco coloquintide. Accipe pulpe colognatide albe z lenis: z mude a granis.ʒ.x. Incidātur cu incisorio incisione couenienti: z fricet cu.℥.j. olei rosati. Deinde accipe dragagāti:gumi: bdellij.an.ʒ.vj. Infundant in aqua rosata per dies.iij. Et cōficiat coloquintida incisa cu glutino eorum et fiant inde trocisci:et exiccent in vmbra. Deinde iteru terant cotritione bona:z iterum confice cum glutino eorum:et fiant trocisci:et administrentur.

¶ Isti trocisci per seipsos no habentur in vsu ingrediuntur tn in hieram Hermetis superius dictaz que in partibus nostris no habetur in vsu: habēt tamen virtute solutiuam materieru grossaruz phlegmaticarum:propter coloquintidaz q in eos ingreditur. Et dosis esset ad.ʒ.j. sed non consulo eorum vsum. ¶ Additio.

¶ Isti trocisci sunt in vsu sub noie trociscorum aladahal et sub noie trociscorum de coloquintida:z bm intentione ipsius debet poni in hiera Hermetis:z alijs pfectionib⁹ loco coloquintide: z sic generaliter faciut docti aromatarij:item Mes. hos trociscos describit supra cap. de coloquintida. Summa medicinarum est res.v.



Confectio trociscoru de sandalis ad febrem inflamatiua et sitim et malitia coplexiois calide i stomacho z epate. Accipe trium sandalorūz.an.ʒ.xiij. spodij seminum cucumeris: cucurbite: citrulli portulace.an.ʒ.iiij. rosaru.ʒ.vij.caphore.ʒ.j. berberis aut succi eius.ʒ.vj. boli armeni.ʒ.iiij. Cofice cu aqua portulace:da cum lacte acetoso: aut cu aqua agreste:aut acetositate citri:aut rob de ribes.

¶ De istis ponunt due descriptiones: quaru nulla est in vsu:sed isti primi a quibusda magistraliter habent in vsu: et sic no aliter preparati reperiuntur:conferut enim febribus intese z multe caliditatis extinguedo sitim maxime si assumant cu aqua endiuie vel cum alijs aquis frigidis aperitiuis:vel succis conuenientibus. ¶ Additio.

¶ Hos trociscos no habemus multu in vsu. Mes. habet hic duas descriptiones:sz ista est illa qua magis vtimur. Summa medicinarum est res.xiij.



Confectio alia trociscoru de sandalis qui conferunt inflammationibus febrium et siti vehementi. R. sandaloru citrinoru.ʒ.ij. gumi arabici seminis citrulli excorticati. an.ʒ.j.seminis portulace:lactuce:dragagāti:succi liquiritie.an.ʒ.ß. fiat trocisci z administrentur sicut primi.

¶ Ista secunda descriptio non est in vsu. Summa medicinarum est.vj.res.



Confectio trociscoru Hamech sedātium inflāmatione z lenietiu ventre: z mundificantium pectus. R. foliorum violaru habētiu medietate inter humiditatem z siccitatez aureos.xij.turbith albi et gummosi aur.vj. succi liquiritie aur.iij. tereniabin.ʒ.iij. Fac trociscos. Dosis eoru est aur.ij.cum zuccaro aut pulpa cassiefistule. Et quandoqz inuitat necessitas:z ponitur in eis scamonee aureos.ij.

¶ Non sunt in vsu magistraliter:tn possumus vti eis ad dissoluēdu omnem ventositatē grossam a quacunqz materia factā:sunt etiā solutiui materieru phlegmaticarum z aquosaru:z si eis addatur scamonea:vt ponitur in litera vigorosius soluut materiā phlegmaticā z etiā cholericā. Et dosis eoru in puluere absqz scamonea est.ʒ.ij. cum scamonea vo e.ʒ.j.ß.bm virtutis fortitudine. ¶ Additio.

¶ Isti trocisci hamech dicunt trocisci de violis:no sut in vsu bm presentē descriptionem:itē Mes. cap. de turbith habet trociscos de violis autoritate Hamech q tn paru ab istis differunt. idem cap. de asmate habet trociscos de violis qui parum ab istis differunt: similiter Serapio in pprio antidotario habet duas descriptiones trociscoruz de violis:sed paru ab istis differentes qui similiter in vsu non sunt. Summa medicinarum est.iiij.res.



Confectio trociscoru de ciperis ad fetorez oris z corruptione stōachi: ad malitiā digestiōis:z sut sani z experti. R. ziziberis: heyl:nucis muscate:cubebe macis gariofiloz gallie:gumi arabici.an.aur.j.corticu citri masticis:floz:sqnāti:ciperi:spice:cinamomi:emblicoru:extremitatz myrti.an.aur.ij. Et i alio musci chiratas.ij. Cofice cu melle passulaz:z da ex eis cu vino odorifero. Et hoc post vomitu z vētrz solutione.

¶ Isti trocisci propter eoru efficacia confici pnt: tn non aliter preparati reperiuntur. Conferunt enim principaliter ad fetorem oris ex vaporib⁹ eleuatis a materia putrida z corrupta cotēta in stomacho:z conueniunt ad debilitatē stomachi: z malitiā digestionis propter debilitatē coloris innati. Cofortāt insuper cor z cerebru ipsoz aromaticitate:z dosis e.ʒ.j.cu vino odorifero:z mod⁹ assumptionis est sicut modus alioru trociscoru superius dictoru. R. zinzi. heyl. est species cardamomi: loco cui⁹ accipimus cardamomu minus chiratas duas:z sunt pod⁹ granoru octo ordei: confice cu melle passularu.i. cum melle in quo passule diu steteru infuse vel aliter.i.cu expressione substantie passulaz que sunt bene mature:reliqua oia posita de se et declaratis sunt manifesta. ¶ Additio.
¶ Summa medicinarum est.xviij.res.

Heyl qd.



Confectio trociscoru de ligno aloes coferentium ad debilitatē corporis stomachi:et pulsum cordis:z sincopin:z debilitatē epatis et hydropisim:z fetorē oris. R. ligni aloes:rosaz rubearu.an.ʒ.ij.masticis:cinamomi:gariofiloru: gallie:spice:macis:nucis muscate: cubebe: cardamomi:corticu citri:heyl:baucie.an.ʒ.j. z ß. musci: ambre.an.ʒ.j.sextā. Fiāt trocisci cu melle passularum. Et administrentur cu vino odorifero aromatico.

¶ Isti trocisci satis couenit in operationibus suis cuz predictis trociscis de ciperis:sunt tn maioris efficacie et virtutis in pfortādo stomachu cor epar z cerebru:z totu corp⁹ cu sint debilia:z maxime in virtute digestiua:sut em maxie pfortatiui:z vigoratiui caliditatis naturalis spūs

subtiliādo:ꝛ eos perulos faciēdo:ꝛ conferunt pulsui cordis:ꝛ letificant animā. Cōueniunt etiā hydropisi asciliti:ꝛ fetorē oris remouēt. Et dosis eius ꝛ modus cōpositionis eorū est sicut aliorum. Summa medicinarū est.xvij res.

Confectio trociscoꝝ de capparibꝰ resoluētiū duritiē splenis ꝛ vētositatē. Accipe corticū radicū capparis:semis agni casti.añ.ʒ.vj.nigelle:calamēti:succi:eupatorij: acori:amigdalaꝝ amaraꝝ:nasturcij:armoniaci: foliorū rute:aristologie rotūde.añ.ʒ.ij.ciperi scolopēdrie.añ.ʒ.j.armoniacū dissoluat in aceto:ꝛ aliarū rerum puluis cōficiatur cū eo. Et sit dosis eius aur.j. cum vino in quo coquat radix capparis:cortex fraxini:ꝛ cortex tamarisci:aut extremitates ramoꝝ eius:ꝛ cortex salicū. Et sunt qui duplicāt armoniacū: et est meliꝰ.

¶ Isti trocisci propter eoꝝ iuuamēta:ꝛ vtilitates magistralr a quibusdā habent in vsu:nō tñ aliter pparati reperiunt:sunt eñ principalr subtiliatiui materieꝝ grossarū melācholicarū:et illarū resolutiui: virtutē et efficaciā habēt in aperiēdo oppilationes ꝛ remouēdo duritiem splenis ꝛ epatis:sunt etiā resolutiui vētositatū grossaꝝ i mēbris predictis ꝛ in qbuscūqz aliis. Et dosis ipsoꝝ i puluerem redactoꝝ ꝛ tps ꝛ modus exhibitionis ipsoꝝ est sicut trociscorū diarodō cū vino subtili vel aqua scolopendrie: vel cū alio liquore ꝯueniēti. Et est vsus eorū magis ꝯueniēs in passionibꝰ splenis frigidis a materia melācholica et sunt valde notādi:quorū hec est descriptio. ℞. corticū radicū capparis: ꝛ sunt cappares fructus cuiusdā herbe calide cōplexionis et sicce in scdo nascentes in partibus alexādrie ꝛ apulie:ꝛ cortices radicis sunt calidiores ꝛ sicciores ac masticate ac in ore retēte mirabilē virtutem habent in subtiliādo materias grossas phlegmaticas ꝯtentas in capite illas inferiꝰ attrahendo:vt facilius expuant seminis agni casti:ꝛ est arbor qdā calide cōplexionis in primo:ꝛ sicce in scdo. Nigelle:semen est cuiusdā herbe calide complexionis in tertio:ꝛ sicce in secūdo:debēt assumi cū vino in quo coquat radix capparis cortex fraxini cuiꝰ semen vocatur lingua auis:ꝛ radix tamarisci: est autē tamariscus arbor quedā calide ꝛ sicce cōplexionis in secundo gradu habens mirabilē virtutem ad splenis duritiē et cortex salicis. Est enim salix frigide cōplexionis ꝛ sicce in primo. Reliqua sunt nota. ¶ Additio.

Cappares. Agnꝰ castus. Nigella. Tamariscus.

¶ Isti trocisci apud multos in vsu habent ẜm pñtē descriptionē. Auicē.in.v.cano.ꝛ Haly.x.practice. Serapio in ppuo antidotario hñt duas descriptiōes ab ista differētes que nō sunt in vsu. Sūma medicinaruꝫ est res.xiij.

Confectio trociscorū de charabe abscindentium sanguinē de omni loco manationis eiꝰ. Accipe charabe.aur.vj.cornu cerui adusti:gūmi adusti:coralli adusti:dragaganti:acatie:hipoquistidos:balaustie: masticis: lacce : papaueris nigri assi.añ.aur.ij.thuris:croci:opij.añ.aur.j. et ß. Fac trociscos.ʒ.j.cum mucilagine psilij.

¶ Isti trocisci generalr vbiqz preparant:ꝛ habent in vsu ꝛ presertim conueniūt in passiōibꝰ in quibꝰ sanguis supflue emanat:ꝛ maxime supfluo fluxui sanguinis e pectore ꝛ ruptura vene in ipso ꝛ supfluo fluxui sanguinis ab epate renibꝰ ꝛ intestinis. Sed super oīa cōfert superfluo fluxui sanguinis emorroidarū ꝛ menstruorū:ꝛ debent exhiberi cum aqua plantaginis vel succo eius: seu cū aqua myrti seu corrigiole vel aqua pluuiali chalybeata:possent etiā exhiberi cū pauco vino pōtico vel succo agreste absqz sale:seu cū vino granatoꝝ vel cū similibus succis. Et dosis eiꝰ est.ʒ.j. Et modꝰ ꝯstructionis apparet in litera:ꝛ simplicia sunt superiꝰ declarata. Et nota q isti trocisci nō soluꝫ ꝯueniūt si per iusꝰ assumant in supradictis casibꝰ:ẜ etiaꝫ in dissinteria cū clysteri maxime cōueniūt premissa mundificatione:ꝛ euacuatione cuꝫ pharmaco leui euacuante cōprimendo:vt dictum est supra. ¶ Additio.

¶ Isti trocisci multū sūt i vsu:marie ẜm pñtē descrip. Rasis.ix.ad almāsorē cap. de mictu sanguinis hꝫ vnā aliā descriptionē:sed nō est in vsu. Sūma medicinaꝝ est res.xv.



Confectio trociscoꝝ alchechengi:ad vulnera i renibꝰ ꝛ vesica: ꝛ dolorē qñ mingit vrina. ℞.granorū alchechēgi.ʒ.iij. semis citrulli:ꝛ albatheche: curcubite.añ.ʒ.iij.ꝛ ß. boli armeni:gummi arabici:thuris:sanguinis draconis papaueris albi:amigdalaꝝ amararū succi liqritie: dragagāti:amili granorū pini.añ.ʒ.vj.seis apij:charabe boli iusquiami:opij.añ.ʒ.ij.da.ʒ.j.cum iuleb aut cum aqua mellis.

¶ Cōfectio trociscoꝝ de alchechēgi multū habent i vsu: et sic pparati reperiunt. Et eoꝝ pricipalis vtilitas est in passiōibꝰ renū ꝛ vesice:nā ipsi ꝯueniūt ardori vrine excoriationi renū:vesice ꝛ viarū vrine mūdificāt ꝛ ꝯsolidāt vlcera facta in eis:ꝛ dolorē mitigāt si pluribꝰ ꝯtinuis diebus assumant. Et dosis ipsorū ꝛ tps ꝛ modus est sicut de trociscis diarodō cū iuleb rosato seu aqua mellis: aut vino pōtico ẜm exigētiā dispōnis:quorū descriptio est ista. ℞. granorū alchechengi:ꝛ est species solatri faciētis conculas rubeas reclusas in folliculo rubeo frigide et sicce cōplexionis in secūdo:ꝛ iste cōcule sunt ille q habent i vsu. Est et alia species q facit cōculas nigras sine folliculo:q est frigidior ꝛ siccior supradicta:cuiꝰ succꝰ est summe conuentēs positus ab extra ad remouēdū omnē superfluam caliditatē extrinsecā: ꝛ eius succus ꝯuenit positus super frōte ꝛ tēporibus ad remittendū et prohibendum alienationem et frenesim:albatheche:alr batheche et melius:ꝛ est melō longus et viridis qui dicitur melon indus qui in partibus nostris multum comeditur:in fine veris non tñ est sanus:quia dure digestionis et mali nutrimēti. Et frigide et humide complexionis in primo. Reliqua simplicia sunt superius declarata. ¶ Additio.

Alchechengi.

¶ Isti trocisci sunt in vsu maxime ẜm pñtē descriptio. et pñt fieri cum opio ꝛ sine opio ẜm voluntatē medicorū. Auic.in.v.cano.hꝫ duas descrip.sed non sunt in vsu. Rasis etiā in diuisionibus in cap.medicinarū vrine hꝫ vnaꝫ aliā descript. que eadē non est cum ista:nec est in vsu:hic intrat batheca. Et est batheca arabica ẜm symonē ianuē sem melon magnus viridis qui anguria a quibusdā dicitur:semen vsui medicine cōpetit. Similiter dicamꝰ de bolo:bolū vel bolus est synopodia vel macra lutū carpētariorum vel lutū pictorum:ꝛ sic est:ꝛ hec terra est quā Auicen.vocat macram Summa medicinarum est res.xix.

Batheca.

¶ Et sic est finis octaue distinctiōis. Incipit nona.

¶ Distinctio.ix.de suffuf:ꝛ pulueribus.

¶ Hec est nona pars pricipalis i q determinat de diuersis dispōnibꝰ puluerū cōferētiū diuersis dispōnibꝰ. Et lꝫ cōiter nō habeātur in vsu nec preparati reperiant: tamē vsus ipsorū magistralr est ꝯueniēs diuersis dispōnibꝰ ꝓpter eorū vtilitates ꝛ iuuamēta. Differt aūt puluis a suffuf. Nā puluis est nomen gñale ad oēm puluerē grossum: vel subtilē simplicē vel cōpositum. Suffuf autē est nomen particulare solū ad puluerem subtilissimū:sicut alcohol:ꝛ cōpositū ex pluribꝰ pulueribꝰ. Differt aūt suffuf a sief qd est puluis subtilissimꝰ reductꝰ ad formā trocisci habētis similitudinē cum pedona scacorum:fricatur autem predictum sief cū aliquo liquore ꝛ aqua feniculi vel rosata:ꝛ administrat passionibus oculorū ꝓpter eius subtilitatem.

Differentia inter puluerē ꝛ suffuf. Differentia inter suffuf et sief.

Suffuf de ligno aloes humiditatē stomachi exiccat:vētositatē dissoluit: et digestionē ꝓcurat. ℞.ligni aloes.℥.ß.gallie aur.j.ꝛ ß. zuccari tabarzet.℥.j.ꝛ ß. potio eius est.ʒ.iij.cum vina.

¶ Iste puluis nec alij subsequentes preparati reperiunt nisi magistraliter. Est eñ hic puluis cōueniens ad desiccandū humiditates cōtētas in stomacho:ꝛ ad resoluēdū

ventositates in

ventositates in eo: ⁊ est adiuuãs ad digestionem. Et dosis est. ʒ.iij. cum miua scʒ simplici: vel aromatizata dictis superius distẽperatus cũ aqua mẽte: vel absinthij: vel feniculi: ſm dispositionẽ: et debet assumi sub actuali caliditate de mane vel de sero vacuo stomacho: et ante cibũ per duas horas. ¶ Additio.

¶ Suffuf id est puluis subtilissim⁹ de ligno aloes nõ est i vsu: nec alia q̃ sequunt̃: ista prima descriptio suffuf apud multos nõ reperit̃ scripta. Serapio hʒ suffuf de xiloaloes qδ nõ est idẽ cũ isto: hʒ ↄsequẽter vnũ aliud de xiloaloes. quod assimilatur sequẽti. Summa medicinaꝝ est. iij. res.

Suffuf aliud de ligno aloes: stomachũ et cor ↄfortat: odorẽ oris bonũ facit: ⁊ digestionẽ ꝑcurat. ℞. ligni aloes. ʒ. iiij. cardamomi: mẽte sicce: spice marmacur: ciperi: corticꝫ citri. añ. ʒ. ij. gallie sq̄nãti. añ. ʒ. j. masticꝫ: anisi: apij. añ. ʒ. ij. zuccari ad põdus oĩm. Da cũ miua.

¶ Suffuf aliud de ligno aloes magistralr̃ põt haberi in vsu: ⁊ hʒ vtilitates ⁊ iuuamẽta supradicti pulueris ⁊ vltra illa maxime cõfortat virtutes epatis: ⁊ cordis ⁊ oris bonũ odorẽ facit: marmacur. i. marrubij quidã exponunt id

Marmacur. est maiorana: quidã ⁊ forte melius id est melissa. Et dosis est sicut supradicti. Summa medicinarum est res. xiij.

Suffuf diarodõ valet ad dolorem stomachi ⁊ frigiditatem eius ⁊ cõfortat ipsum valde. ℞. trociscorũ diarodõ masticis. añ. ʒ. iiij. charabe: mente sicce: ligni aloes. añ. ʒ. ij. ⁊ ß. da. ʒ. j. cum vino odorifero.

¶ Iste puluis principalr̃ est calefactiu⁹ male cõplexiõis frigide stomachi: vñ ↄfert dolori eius facto a materia frigida ⁊ vẽtosa: ⁊ est multe ↄfortatiõis virtutis digestiue in ipso: ⁊ desiccatiu⁹ humiditatũ putridaꝝ ⁊ corruptaꝝ cõtẽtarũ in stomacho. Et dosis est vsq̃ ad. ʒ. j. ß. cũ vino odorifero obseruatis conditionibus. ¶ Additio.

¶ Suffuf istud diarodõ etiã describitur a Serapione in proprio antidotario sub nomine suffuf ad dolorẽ stomachi ⁊ frigiditatẽ. Summa medicinarum est. v. res.

Suffuf aromaticũ cõfortat stomachũ: digestionẽ facit bonã: vẽtositatẽ dissoluit: oris odorem facit bonũ. ℞. anisi aur̃. xij. seminis feniculi aur̃. iiij. liquiritie zinziberis. añ. aur̃. ij. gariofilorum macis cinamomi electi: galange. añ. aur̃. ij. gallie muscate aur̃. ij. ligni aloes: corticis citri. ana. aur̃. j. ⁊ ß. musci boni. ʒ. j. quartã: zuccari tabarzet ad pondus oĩm: zuccari nabet medium põdus omniũ. Dosis eius est aur̃. ij. cum vino bono.

¶ Iste puluis habet iuuamẽta multa: lʒ preparatus non reperiat̃. Nã principaliter ↄfortat stomachũ: ⁊ digestionẽ procurat: ventositatẽ dissoluit ⁊ oris odorem bonũ facit: nabet id est zuccharũ cãdi. Et dosis est aureos duos assumere cũ vino odorifero. Sũma medicinarũ est res. xiiij.

Suffuf bonũ impinguatiuũ ⁊ exptũ. ℞. farine ciceꝝ ĩfusoꝝ in lacte dulci ⁊ exiccatoꝝ ⁊ iteꝝ ĩfusoꝝ i lacte ⁊ exiccatoꝝ: ⁊ fit tertio: ⁊ fint sicut trocisci: deĩde coctoꝝ. ℥. vj. risi abluti multotiẽs. ℥. ij. tritici ⁊ ordei excoriatoꝝ ⁊ ablutoꝝ multotiẽs ⁊ exiccatoꝝ: ⁊ multotiẽs infusorũ in lacte: et exiccatorũ. añ. ℥. iij. amigdalarũ dulciũ. ℥. v. papaueris tortellarum de seni. añ. ℥. iiij. zuccari tabarzet lib. j. Terant̃ ⁊ da vt sorbeat omni die ĩ mane. ℥. ij. postq̃ decoquitur cũ lacte aut cum aqua ciceris.

¶ Suffuf bonum impinguatiuum. Conuenit corporib⁹ extenuatis macrefactis ac etiam exiccatis non tamẽ habetur in vsu. Tortelarũ de sceni. i. panis biscocti facti de

Tortele de sceni. flore farine de illa cõtrata. Et dosis eius est vsq̃ ad. ʒ. iiij. sumendo de ipso pluribus vicibus in die cum lacte: aut cum aqua ciceris. ¶ Additio.

¶ Suffuf bonũ impinguatiuũ describitur etiam a Serapione in ꝑprio antidotario: ⁊ describit septẽ suffuf: quorũ tertium huic assimilatur. Sũma medicinaꝝ est res. viij.

Suffuf de granis myrti valẽs ad debilitatẽ stomachi ⁊ viscerũ. ℞. granoꝝ myrti ⁊ granorum granatorum acetosorum tostorum. añ. ʒ. xx. cimini carmeni infusi die ac nocte in aceto et exiccati et coriãdri sicci similiter ĩfusi ⁊ exiccati et torrefacti: et sauich anabach: charub de spinis: sumach: glandium: añ. ʒ. x. curti ⁊ tarathit. añ. ʒ. v. confice et da.

¶ Iste puluis est magne vtilitatis cõferẽs ad lubricationem stomachi ⁊ visceꝝ: sistit eñ principalr̃ lienteriam: hʒ eñ virtutẽ fortiter cõstrictiuã stomachi intestinorũ: torrefactorũ. i. aliqualr̃ adustoꝝ vel assatoꝝ cimini carmeni. i. de illa cõtrata. Coriãdri sicci siluestris ꝑparati id est silr̃ infusi sicut cimini: sauich: id est ordei imaturi anabach: id est succi nespilorũ immaturorũ. Dosis eius est cũ vino citonioꝝ vsq̃ ad. ʒ. ij. tẽporibus supradictis. ¶ Additio.

¶ Suffuf de granis myrti describit Serapio i ꝑprio antidotario sub noĩe suffuf: ad diariã antiquã: i hoc suffuf aliq̃ simplicia multũ obscura: ⁊ apδ multos ignota: primũ est Anabach siue nabach.

anabach siue nabach: ⁊ est fruct⁹ cui⁹ arbor Sadar vocat̃ ſm Serapionẽ in simplicib⁹: ⁊ ibi dicit autoritate ysaac ebẽ amarã: est sicut sorba i stipticitate ⁊ frigiditate ⁊ plus eai siccitate: vide de eo magis si vis apδ Sera. loco tã allegato. Scδʒ simplex ẽ charub siue carnub. i. xilocarates siue cornua latine. Tertiũ ẽ curth: ⁊ est ſm Serap. ficus de nilo de q̃ fit acatia: aliq̃ dicũtq̃ est gũmi arabicũ arbor cui⁹ est arbor acatie. Quartũ est tarathit est silr̃is fungo q̃ in radice plante dicte barba hircina seu rosa canina crescit: ⁊ fit ex eo hypoq̃stidos. Sũma medicinarũ est res. xj.

Suffuf ad tussiꝫ antiquã: ⁊ dolorẽ pectoris. ℞. amigdalarum dulcium zuccari. añ. ℥. ij. seminis feniculi. ℥. j. tere: et da cum iuleb.

¶ Summa medicinarum est. iij. res.

¶ Hic est vltim⁹ puluis q̃ ponit̃ hic a Mesue q̃ est aliq̃liter lenitiu⁹ asperitatũ pectoris: vñ est ↄueniẽs tussi antiq̃ ⁊ dolori pectoris: ⁊ dat̃ cũ iuleb violato: ⁊ aqua capillorũ veneris. ¶ Ex supradictis pulverib⁹ pñt ↄstrui ↄfectiões vel electuaria cum zuccaro vel cũ melle assumẽdo de eis iuxta portiones superi⁹ dictas i alijs electuarijs. Et dosis esse poterit vsq̃ ad. ʒ. j. Et oẽs puluêres nõ sunt soluti ui: ſʒ solũ hñt virtutes superi⁹ dictas: ⁊ sic denoĩari poterũt sub illo noĩe sub quo hic denoĩant̃. Exẽpli gratia: inci

piẽdo a primo suffuf: vbi dicit̃ suffuf: de ligno aloes: et sic Puluis mirabilis in quolibet sãguinis fluxu.

de alijs. ¶ Est ali⁹ puluis qui trahit̃ ex dictis Gal. vt de ingenio sanitatis cap. de fluxu sanguĩs ex ruptura vene in pectore qui summe cõuenit ad restringendum omnem fluxũ sanguinis vndecũq̃ emanãtis maxime ex vulneribus cuius hec est descriptio. ℞. boli armeni sanguĩs draconis terre sigillate: thuris: masticis: aloes: pilorũ leporis minutim incisoꝝ. añ. ʒ. j. dissoluantur in albumine oui: ⁊ cũ stupa ⁊ cũ pecijs infusis in eo equalr̃ expressis ponant̃ super locũ: ⁊ q̃dã cũ albumine oui ponũt de succo plantaginis.

Ali⁹ puluis tradit̃ ab Auicẽ. v. fen. q̃rti cañ. c. de fractura Puluis incarnatiuus.

cranei: hic puluis capitalis gñaliter ab oĩb⁹ medicis hr̃ in vsu: ⁊ est ↄueniẽs post abrasionẽ ossis ⁊ digestionẽ vlceris: ⁊ ipsius mũdificationẽ: ad generationeꝫ carnis super osse discooperto: ⁊ etiã super pãniculo dicto dura mater si super eo aspergat̃. Cuius hec est descriptio. ℞. sarcocolle thuris: ireos sanguĩs draconis: myrrhe aristologie lõge añ partes equales: fiat puluis. ¶ Puluis factus solũ ex limatura calibis assumpt⁹ cũ zuccaro rosaceo. Et dosis est ʒ. j ß. cũ. ℥. ij. zuccari supradicti in forma pilularũ seu electuarij: debet tamẽ predicta limatura calibis pluribus ⁊ plurib⁹ diebus in aceto infundi: ⁊ sic pluries exiccari: aliter vsus eius nõ est cõueniens: licet quidam ipsam limaturam preparẽt ⁊ infundant quandoq̃ in lacte caprino: et quandoq̃ in aqua lactis: ⁊ quãdoq̃ in oleo amigdalarũ dulciũ: ⁊ sic assumũt eum: non est malum vt eius asperitas remoueat̃: hic puluis modo supradicto assumptus ieiuno stomacho est valde cõueniens habentibus prostratio In appetitu prostrato.

nem appetitus: ⁊ relaxationẽ villorum stomachi ex humiditate superflua illã desiccãdo: vnde virtus digestiua sto-

machi multū vigorat ex eius assumptione. ¶Cōfert etiā principaliter cachexie τ corporib⁹ quib⁹ habitudo corrūpitur: et quib⁹ corp⁹ citrinaē cum admixtione coloris cinericij: vñ conuenit principio hydropisis epar confortando ac vigorādo in virtutib⁹ suis. Et generaliter est cōueniens ad desiccandū omnes putredines: τ corruptas materias vbicunq; cōtētas in mēbris nutritiuis. ¶Puluis alius ab expertis chyrurgicis multū habet in vsu: q̄ solū est fact⁹ de alumine de rocha adusto: τ est valde ɔueniēs in vlcerib⁹ fraudulētis carnē fortiter corruptā remouendo τ bonā generando: ci⁹ mordicatio ex adustione remittitur: et conuenit in vlceribus putridis oris gingiuarū et lingue: lauanē enim vlcera ꝓfunda carnosa τ fistulosa cū tali puluere infuso in aqua ordei q̄nq; in vino: τ q̄nq; in lixiuio ſm ꝙ q̄rim⁹ maiorē vel minorē exiccationē τ abstersionē: vt talis liquor melius attingat ad ꝓfundū vlceris dꝫ tñ colari predictus puluis a liquore in quo infunditur et sufficit virt⁹ que remanet in liquore: q̄nq; cōuenit predicta vlcera cū cānula argentea clysterizare. ¶Alius est puluis cuius vsus est cōueniēs post digestionē humoris euacuādi: τ est principaliter solutiu⁹ materieꝝ phlegmaticarū cōtentarum in iuncturis attrahens a remotis. Et ideo conuenit si debito tpe assumatur podagricis sciaticis τ aliis passionibus iuncturaruꝫ: cuius hec est descriptio. ℞. turbith. ʒ. j. hermodactyloꝝ. ʒ. ß. ʒinʒi. ℈. j. ʒuccari. ʒ. ß. Et dosis est vsq; ad. ʒ. j. ß. de mane cum iure pulli vel alio liquore cōuenienti. Puluis in colica. ʒ. ij. cimini cū vino calido de mane ieiuno stomacho τ est curatiu⁹ τ pseruatiuus si aliquibus diebus cōtinuetur eius assumptio.

Puluis i iuncturaꝝ passionibus.

¶Et sic est finis none distinctiōis. Incipit decima.

Mundificans cerebrum.	Hydropisi.
Mundificans sensus.	In colica.
Oculos confortans.	Renū τ vesice lapidē curās.
In paralisi.	Retentio vrine.
Pectus mundificans.	In fluxu emorroidarum.
Ad asperitatem canne.	Pro podagricis.
Tussi antique.	De fedatione cutis.
Appetitum incitans.	Solutiuū phlegmatis salsi.
Stōachi digōnē ɔfortās.	Solutiuū phlegmatis τ choleř.
Epar mundificans.	Solutiuū phlegmatis grossi.
Icteritie.	Solutiuum melancholie.

¶Decima distinctio de pilulis.

¶Decima distīctio est de pilulis. Pro introductiōe dicēdorū aduerte ꝙ ꝓpter duas vtilitates τ iuuamēta principaliter pilule fuerūt adinuēte. Et prima vtilitas ē ꝓpter earū displicētiā in sensu gustus. Scōa vtilitas est vt magis a remotis attrahāt materias in eis contentas maiorem moram in stomacho contrahendo. Medicine autem liquide solutiue: q: cito descēdunt de stomacho: paucā in ipso morā cōtrahūt: τ ideo nō sunt tante potētie in attrahēdo τ soluēdo humores quātū sunt pilule. ¶Ulterius notādū ꝙ vsus pilularū nō est multum regularis: nec cōueniēs in principio febrium: nec in principio febriū quartarum phlegmaticarū: nam cōiter pilule componūtur ex medicinis simplicibus multe acuitatis τ caliditatis: vñ ex earū cōplexione inducūt inflāmationē in corporib⁹ occulte febriētib⁹: nec conueniunt in quietis phlegmaticis in pīcipio: cū materia sit parua τ occulta: τ indigesta: tales aūt pilule facte ex medicinis fortiter solutiuis q̄ cōuenirēt in processu taliū febriū: et digesta materia in principio nō cōueniūt propter agitationē τ motionem in ea: potiones autē puta cū decoctione τ admixtione simpliciuꝫ adinuicē pñt remitti ipsarū caliditatē si qua esset superflua in solutiuis cōponētibus ipsam vñ prohibetur etiaꝫ in principio febriū acutarū: si medicina potabilis sit lenitiua vt facta ex casia vel māna cū leuissima dosi medicine solutiue admixte cū eis: vt cū modico succo rosarum: verbi gratia: que medicina dicitur communiter minoratiua cum qua completa digestio in materia non est expectanda in egritudinibus materialibus. ¶Ultimo nota ꝙ pilule fortes τ solutiue debilibus et quibus virtus stomachi est deiecta nō sunt exhibēde: q: in talibus neq; liquefiunt: neq; ad actum reducuntur anxietatem magnam in huiusmodi corporibus inducentes: et etiam multum extenuatis pilule paruum inferunt iuuamentum: immo potius in eis sunt prohibende.

Duorū iuuamētorū gratia pilule inuēte sunt.

Pilule in principio febriuꝫ nō sunt exhibende.

Pilule fortes et solutiue debilib⁹ non sunt exhibende.

Pilule alefangine τ eius interpretatio est pilule de aromatibus: τ sunt ex inuentione nostra: τ valent ad dolorem stomachi ꝓpter phlegma in ipso: τ sunt vehementis iuuamēti in mūdificādo stomachū τ cerebrum τ instrumēta sensuū ab humorib⁹ grossis et putridis: stomachū vero cōfortāt: τ digestioneꝫ ꝓcurāt. ℞. cinamomi: cubebe: ligni aloes: calami aromatici: macis: nucis muscate: cardamomi: gariofiloꝝ: asari: masticis: squināti: spice: carpobalsami. añ. ℥. j. absinthii sicci rosaꝝ. añ. ʒ. v. teranē ɔtritione grossa: τ fūdanē super ea aq̄ li. xij. τ coquanē vsq; ad cōsumptionē duarū partiū. Deinde fricenē manib⁹ et colenē: τ exprimatur aquositas eius. Et accipe aloes succotrini boni lib. j. et lauetur in scutella lapidea vitreata cū aqua pluuiali lauationib⁹ pluribus. Deinde exiccet τ fundaē super ipm expressionis pdicte circiter lib. ij. τ teranē in sole. Deide admisceanē cū aloe: myrrhe: masticis. añ. ʒ. v. croci. ʒ. iij. Tere cōtritione bona. Deinde predicte expssionis residuuꝫ super ea fundeē et cōteranē vsq; dum siccentur: τ fiāt ex eis pilule in modum ciceris: τ da ex eis a. ʒ. ij. vsq; ad auē. ij. Et q̄nq; exigit dispositio vt minuatur ex eis virtus aloes: τ ponimus ex eo. ℥. iij. Et q̄nq; exigit dispositio vt laueē aloes pri⁹ cū aqua myrobalanorū: et tunc accipe ex eis ab. ℥. ij. vsq; ad. ℥. vij. et coque in aqua: τ postq̄ coxeris cū hac aqua exicca illum: et laua vltimo cum aqua de speciebus sicut diximus: sunt enim incolumes.

¶Pilule alefāgine. Et est interptatio pilularū de aromatib⁹ ꝓpter aromata multa: q̄ igrediunē earū cōpositionē. Iste pilule generalr̄ habenē in vsu τ ꝑparate reperiunē. Ipe eñ sunt multe securitatis: τ hñt iuuamēta multa: nā principalr̄ cōfortāt virtutē digestiuā stomachi desiccādo materias putridas τ corruptas i eo τ illas euacuādo: icitāt etiā appetitū: sꝫ principalr̄ mūdificāt cerebrū: τ instrumēta sensuū ab humorib⁹ frigidis viscosis et grossis: vñ summe cōueniūt ad preseruāda corpora lapꝫ: ne in egritudinē incidāt: et pñt tales pilule cōtinuari absq; lesione ab his qb⁹ ɔueniūt sicut pilule cōes: τ meli⁹ q̄ cōponunē ex solo aloe myrrha τ croco: nā i eis nō igredit aliud solutiuū q̄ aloes: qd̄ p ablutionē in sua potētia remittiē. Et istis pilulis magister Marcili⁹ vtebaē q̄si in oib⁹ passionibus materialib⁹ cerebri τ stōachi frigidis cū admixtiōe aliq̄li cholere. Et sūt tarde solutionis. Et dosis ipsaꝝ esse pōt vsq; ad. ʒ. ij. tñ cōis vsus est vsq; ad. ʒ. j. τ maxime purificāt neruos τ nuchā. ℞. carpobalsamū τc. ¶Additio.

¶Iste pilule apud medicos sunt nobiles τ ipsis multū vtunē sub noīe pilulaꝝ alefanginarū et de aromatib⁹ qd̄ idē est: harū pilularū ponit Serapio in proprio antidotario tres descriptiones: quarū prima τ tertia si simul adiūgantur paꝝ ab ista differūt. Haly simlr̄. x. τ. vij. practice cap. de appetitu inordinato habet vnaꝫ aliā descrip. que parum ab ista differt. Summa medicinarum est res. xx.

Pilule stomatiche caput τ stomachū mūdificant τ epar: τ membra sensuum et instrumēta iuncturarū. Et educūt superfluitates vtriusq; cholere τ phlegmatis. ℞. hierepigre. ʒ. vij. trium myrobalanoruꝫ. añ. ʒ. iij. agarici. ʒ. ij. turbith boni. ʒ. x. epithimi cretēsis: anisi. añ. ʒ. ij. τ ß. salis indi. ʒ. ij. absinthij: scamonee. añ. ʒ. iij. fac pilulas cum penidarum. ʒ. iij. et succo scariolarum. dosis eius est. ʒ. ij.

¶Pilule stomatiche caput τ stomachū confortāt: plures ipsarū descriptiones ponunē. Et sic ſm diuersitatē magistrorū diuerse descriptiones eliguntē. Et iste prime a quibusdā habenē in vsu: mundificāt enim stomachuꝫ τ epar et membra

⁊ membra sensuū ab humoribus frigidis ⁊ phlegmaticis. Soluūt etiā humores cholericos ⁊ melācholicos: ꝫ principalr soluāt phlegmaticos. Et dosis ipsarū esse p̄ōt vsqꝫ ad.ʒ.i.ß.ꝫ hic ponat̄ qđ dosis ipsarū est.ʒ.ij.⁊ tp̄s assumptionis ipsarū est celebrata stomachi digestiōe. Et nota ꝙ perfecta ⁊ cōpleta operatione earū: que cōiter fit qn̄qꝫ horis quātitas cibi post assumēda debet eē minor ꝙ̄ si nulla assumpta esset medicina. Cui⁹ oppositū mulieres ⁊ generalr ignorātes faciūt: p̄missō tamē lauatiuo: vt in reliquis solutiuis cōiter fit. ℞. hiere ⁊c. ⁊ intelligendū est de hiera Gale. superius descripta q̄ est leuis ⁊ tarde solutiōis: qꝛ solum rōne aloes est solutiua materierū choleticaꝝ subtiliū principalr ⁊ subsequēter materierū phlegmaticaꝝ aquosarū. Triū myrobalanorū citrinorū s. indorū et chebuloꝝ an̄.ʒ.iij. agarici.ʒ.ij. q̄ principalr soluit materias phlegmaticas cōtētas in pectore ⁊ in cerebro: ⁊ in alijs mēbris neruosis. Turbith boni.ʒ.x. qui euacuatiuus est phlegmatis. Epithimi hortēsis.i. hortulani qđ euacuatiuū ē humoris melācholici. anisi an̄.ʒ.ij.ß. salis indi.ʒ.ij. absinthij: scamonee. s. correcte ana.ʒ.iij. q̄ principalr est solutiua humoris cholerici ⁊ magne potētie. penidiarū.ʒ.iij. fac pilulas cuꝫ succo scariole.i. lactuce siluestris ad remittēdū aliq̄lē acuitatē ⁊ superfluā caliditatē predictorū solutiuoꝝ: ⁊ dosis cōis est.ʒ.j. vel.ʒ.j.ß. ꝫ ponat ei⁹ dosim esse.ʒ.ij. verū hmōi dosis hodiernis tēporibus esset superflua.

Turbith euacuatiuus ē phlegmatis.

Additio.

Iste pilule ſm quosdā sunt ille quibus vtimur. Mesue aūt inferius hꝫ plures alias descriptiones pilularum stomaticharū: ⁊ omnes inter se sunt differētes: verūtamē omnes stomachū cōfortant ⁊ mundificant: et propter id sunt qui vnā descrip. faciūt ꝓ alia. moderni tn̄ laudant primā descrip. ⁊ penultimā. Summa medicinarum est.xiij. res.

Pilule aggregatiue ex inuētiōe nr̄a cōiungentes aggregationē exptoꝝ iuuamentorū ad febres antiquas: ⁊ ad febres diuersitatis: ⁊ ad egritudines capitis stomachi ⁊ epatis: ⁊ educunt putrefactiones vtriusqꝫ cholere ⁊ phlegmatum: ⁊ mundificant instr̄a sensuū ⁊ sunt mundificatiuū bonū: quarū ꝑmixtio. ℞. myrobalanorū citrinorū: rauedsceni an̄.ʒ.iiij. succi eupatorij: succi absinthij an̄.ʒ.ij. scamonee antiochene cocte in pomo.ʒ.v. chebulorū indorū agarici: coloquintide: polipodij an̄.ʒ.ij. turbith boni: aloes ana.ʒ.vj. masticis: rosarū salis gēme: epithimi: anisi: zizib. an̄.ʒ.j. electuarij rosaꝝ q̄ntū sufficit ad aggregationē fiant pilule grosse. da.ʒ. vnam vel aureum vnum.

Pilule aggregatiue quare sic dicte.

Pilule aggregatiue inuētiōe nr̄a. Hic de pilulis aggregatiuis ponūtur tres descriptiones: sed ista prima vsitat̄ ⁊ cōiter hr̄ in vsu vbiqꝫ: ⁊ dicūtur aggregatiue qꝛ iuuamenta multa aggregāt soluēdo vniuersalr omēs materias tā grossas q̄ꝫ subtiles: tā calidas q̄ꝫ frigidas: sed principalr a ꝑdominio sunt magis solutiue humoꝝ cholericoruꝫ ⁊ calidoꝝ q̄ꝫ phlegmaticorū ⁊ frigidorū: ⁊ ab oībus mēbris vniuersaliter: ⁊ gn̄aliter: sed p̄ncipaliter ab epate ⁊ ab alijs mēbris nutritiuis soluēdo materias cōtētas in eis principalr putridas: ⁊ vsus ipsarū est ī ꝓcessu febrium de materia mixta ꝑ eius digestionē: ⁊ summe ꝯueniūt corꝑib⁹ que purgātur tp̄e veris ꝓpter ipsoꝝ ꝑseruationē: qꝛ mūdificāt ⁊ soluūt materias phlegmaticas: ⁊ cholericas ī eis multiplicatas: ⁊ in toto corꝑe: sed maxime in stomacho epate: ⁊ alijs mēbris nutritiuis: soluūt etiā aliqualr humorē melācholicū: ⁊ tp̄s assumptiōis est celebrata cibi digestione. s. ꝑ horā ante diē. Et dosis est.ʒ.j. ⁊ hic vtilr aduerte qđ pilule solutiue qn̄ in quibusdā corꝑoib⁹ diu ꝯtrahūt moraꝫ in stōacho nō dissolute: vnde ad actū operatiōis non reducunt̄: ⁊ hoc maxime ꝯtingit ꝓpter debilitatē caloris naturalis ⁊ virtutis digestiue in stomacho: vn̄ necessariū est in talib⁹: vt vsqꝫ ad tria coclearia iuris pulli vl̄ alteri⁹ liquoris multū calidi q̄ꝫtū in ore tolerari pōt assumant̄ ⁊ degluciant̄ vt talia acuta mediāte caliditate liq̄fiāt pilule: si aūt hꝫ ꝓuenerit nō ex d̄bilitate stōachi caliditatis: sꝫ magis ex induratiōe ⁊ petrificatiōe pilulaꝝ sic iuxta doctrinā p̄ncipis poti⁹ debēt vomitu expelli. Sūma medi. est. xviij. res.

Tempus assumptionis.

Documentum.

Pilule aggregatiue maiores valētes ad humorē grossum ⁊ viscosum ⁊ inflationē in mirach: stōacho: ⁊ emorroidas soluunt: ⁊ valēt ad dolorē iūcturarū ⁊ sciaticā et colicā ⁊ podagrā ex phlegmate. ℞. bdellij: myrobalanorum nigrorū emblicorū ana.ʒ.iiij. turbith boni ⁊ electi.ʒ.xiij. seminis apij: feniculi: anisi: carui: ameos: origani: rosarum: setaragi indi: harmel: hermodactyli: salis indi: masticis: armoniaci. an̄.ʒ.j. cinamomi: cardamomi: acori: spice: croci: casie an̄.ʒ.ß. serapini.ʒ.iiij. coloquintide.ʒ.iij. penidiarū albarū.ʒ.iiij. aloes succotrini.ʒ.xv. cōfice cum succo cauliū: ⁊ vnge manus tuas cū oleo sambucino.

Additio.

Iste pilule aggregatiue maiores interdū habentur in vsu. Auicē. in quinto cano. habet vnā descriptio. ⁊ dicunt̄ pilule aggregatiue filij hilgebē: sed non sunt eedem cum istis. Summa medicinarum est. xxix. res.

Pilule aggregatiue minores caput ⁊ stomachū mūdificāt ab humorū superfluitatibus scꝫ vtriusqꝫ cholere ⁊ melancholie: ⁊ confortant stomachum ⁊ epar: ⁊ aperiunt oppilationes: ⁊ valent ad febres antiquas: ⁊ sanant pruritum ⁊ vlcera. ℞. myrobalanorum citrinorū nigrorū ⁊ emblicorū an̄.ʒ.iij. masticis: anisi: succi eupatorij: absinthij: rosaruꝫ an̄.ʒ.ij. rauedsceni.ʒ.v. hierepigre.ʒ.xij. confice cum succo apij: da.ʒ.ij. cum aqua calida.

Pilule aggregatiue ſm hanc descriptionem non sunt in vsu. Summa medicinarum est res. xj.

Pilule de eupatorio maiores ad febres periodicas: ⁊ ad doloreꝫ epatis ⁊ oppilationē ⁊ icteritiam. ℞. myrobalanorū citrinorum: succi eupatorij: succi absinthij an̄.ʒ.iij. rauedsceni.ʒ.iij.⁊ ß. masticis.ʒ.j. croci.ʒ.ß. aloes boni.ʒ.v. confice cum succo endiuie. dosis eius est.ʒ.ij. cum aqua casei.

Pilule eupatorij maiores: q̄dā magistralr vtūtur eis: tamē cōiter nō sunt in vsu: ⁊ valēt in soluēdo materiā cholericā principalr aquosaꝫ ⁊ subtilē: vnde cōferūt icteritie et dolori epatis ⁊ oppilatiōi ipsius. Cōferūt etiaꝫ ad febres periodicas q̄ paroxismaliter mouentur materia cholerica predominante: ⁊ dosis est.ʒ.j.ß. cū aqua casei vel sine ipsa.

Pilule arthetice.i. q̄ ꝯueniūt ad dolores articuloꝝ: qꝛ euacuāt materias ꝯtētas ī illis sicut in podagris: ⁊ principalr sunt solutiue materierū phlegmaticarū grossaꝝ cōtētarū in iūcturis: sunt eīn fortiter attractiue: ⁊ a plurib⁹ medicis habētur in vsu. Et tēpus assumptionis earū est premissa digestiōe materiei: ⁊ dosis est vsqꝫ ad. ℈.iiij. Cui⁹ hec est descriptio. ℞. grana solis diagredij: ebuli: ⁊ dent̄ de sero: si assumēs eas nō cenet: ⁊ noctes sint breues: vel post cenam pluribus transactis horis.

Tp̄s assumptionis.

Additio.

Pilule de eupatorio maiores nō sunt in vsu: idē Mes. describit hic inferi⁹ minores q̄ silr i vsu nō sunt. Auic. i v. cano. silr Serapio ī ꝓprio antidotario hn̄t vnā aliā d̄scri. que eadē nō est cum ista prima. Sūma medi. est. viij. res.

Pilule de eupatorio minores: ⁊ sūt ex intentione maiorum. ℞. myrobalanorum citrinorum: rauedsceni: succi eupatorij: aloes: ana partes equales. Confice cum aqua apij da.ʒ.ij. ⁊ in alio cum aqua endiuie.

Pilule d̄ eupatorio minores nō hn̄tur ī vsu. Additio.

Has pilulas de eupatorio minores describūt Auic. in quinto cano. ⁊ similiter Serapio i ꝓprio antidotario: que tamen in vsu non sunt. Sūma medic. est. iiij. res.

Pilule de reubarbaro ꝯferūt ad febres antiquas ex diuersis gn̄atas hūorib⁹ viscosis ⁊ pu-

tridis multaꝝ putredinū ꝛ doloꝛē epatꝫ: ꝛ pͥncipiū hydropisis. ℞. rauedsceni. ʒ. iij. succi ligritie: succi absinthij: masticis: ana. ʒ. j. myꝛobalanoꝝ citrinoꝝ: ʒ. iij. ꝛ ß. seminis apij: feniculi ana. ʒ. ß. trociscoꝛum diarodon. ʒ. iij. ꝛ ß. hierepigre. ʒ. x. Confice cū aqua feniculi: ꝛ da. ʒ. ij. cum aqua casei calida in sero.

Iste pilule vbiqꝫ gñalr̄ preparant̄ et habent̄ in vsu: et pͥcipalr̄ conferunt in oībus febribus chronicis factis ab humoꝛib⁹ phlegmaticis: et cholericis: et pͥcipalr̄ soluūt hūoꝛes putridos cholericos admixtos cū phlegmate: vñ cōueniunt hydropicis aperiendo oppilationes epatis: et aquā citrinā soluendo. Et dosis ipsarū est vsqꝫ ad. ʒ. j. ß. d̄ mane alijs cōditionibus obseruatis ꝛc. Additio.

Tēpus assumptionis.

Iste pilule multū in vsu habēt̄: et q̄uis Mes. habeat loco reubarbari rauedsceni qd̄ idē est: loco tñ pilulaꝝ de reubarbaro nō debem⁹ vti pilulis d̄ rauedsceni nec econtra: nā multū sunt adinuicē differētes et ad diuersas ītentiōes ordinate: igit̄ q̄ h̄ faciunt errāt. Sūma me. ē res. x.

Documētum.

Pilule alchechengi ex inuentione nostra conferunt febribus longi tēpoꝛis diuersoꝛuꝫ humoꝛū et doloꝛi epatis et oppilationi: et principio hydropisis. ℞. absinthij ꝛ succi ei⁹: ꝛ succi eupatoꝛij: aloes myꝛobalanoꝛuꝫ citrinoꝛum: masticis: croci: rauedsceni: lacce ablute: asari: anisi: casie: semīs fumiterre. ana. ʒ. ij. hierepigre. ʒ. iij. Confice cum aqua solatri. dosis ei⁹ est a. ʒ. j. vsqꝫ ad aureū. j. et ß. Et si est tussis cum febꝛe: pone renarū liquiritie medietatem ponderis omnium. Sunt enī sane et experte.

Pilule alchechēgi a practicis magistralr̄ habent̄ ī vsu: sunt tñ vtilitatis efficacie q̄si cōsimilis cū pilulis de reubarbaro antedictis: cōferūt enim soluēdo materias grossas: ꝛ subtiles faciētes febꝛes chꝛonicas: cōferūt etiaꝫ doloꝛi epatis facto a materia pūgitiua: siue vētositate extēdēte: eleuata materia grossa phlegmatica. Cōferūt etiaꝫ principio hydropisis soluēdo aquā citrinā ꝛ epar confoꝛtādo: et dosis est. ʒ. j. ß. ℞. raued. casie. s. lignee: hierepigre: solatri: qd̄ idem est qd̄ alchechengi: ꝛ est frigide et sicce cōplexionis vltra secundum. Additio.

Hee pilule interdū habentur in vsu: et sunt ex inuentiōe ipsi⁹ Mes. Sed hic cadit dubitatio similis ei que occurrit in diacucurma: qꝛ lꝫ in his pilulis nō ingrediat̄ alchechēgi dicūtur tñ pilule de alchechengi ꝫm quosdam a cōpositoꝛe: vel ꝙ vitio scriptoꝛis descriptio nō est integra: vel potius ꝛ melius qꝛ conficiūtur cuꝫ aqua solatri qd̄ est species alchechengi. Sūma medicinarum est. xv. res.

Pilule ad febꝛes antiquas ex inuētiōe philagrij. ℞. trociscoꝛū diarodon: trociscorū de reubarbaro ana. ʒ. iiij. succi eupatorij: bedegar añ. ʒ. ij. absinthij. ʒ. j. ꝛ ß. myꝛobalanoꝝ citrinoꝝ seminis cuscute: turbith añ. ʒ. iiij. agarici aloes ana. ʒ. viij. salis indi. ʒ. j. et ß. Confice cum aqua feniculi: ꝛ da. ʒ. ij.

Iste pilule nō sūt ī vsu nec p̄parate rep̄iūt̄. Additio.

Iste pilule ad febꝛes antiq̄s nō sunt in vsu. Serapio in pꝛopꝛio antido. hꝫ tres descrip. pilulaꝝ ad febꝛes antiq̄s que nō sunt eedem cum ista: vltima tñ eaꝝ parum videtur ab ista differre. Sūma medicinarū est res. xij.

Pilule inde quas scripsit Haly. quarum iuuamētum est vltimum ad egritudines melancholicas: ꝛ ad cancrum ꝛ lepꝛaꝫ ꝛ moꝛpheam nigram difficilem: et sunt bone melancholie: ꝛ timoꝛi: ꝛ ad doloꝛē splenis: et ad quartanaꝫ ꝛ icteritiam splenalem. ℞. myꝛobalanorum nigroꝛum: elleboꝛi nigri: polipodij añ. ʒ. v. epithimi: sticados ana. ʒ. vj. agarici lapidis lazuli loti: coloquintide: salis indi. añ. ʒ. iiij. succi eupatorij spice ana. ʒ. ij. gariofiloꝛum. ʒ. j. hierepigre. ʒ. xij. Fiant pilule cū succo apij. Dosis eius est a. ʒ. ij. vsqꝫ ad aureos. ij. ꝛ sunt sane ꝛ experte. Da cum aqua casei.

Usus istarū pilularū generaliter fit ab omnib⁹: ꝛ vbiqꝫ preparate reperiunt̄: habent enim ꝓprietates ꝛ iuuamenta principaliter ad egritudines melācholicas ꝛ maxīe de melācholia adusta: illaꝫ cum facilitate euacuando: soluūt etiam materias grossas ꝛ mixtas: etiaꝫ melācholiam non adustaꝫ: vnde conueniunt ad cancrū: lepꝛam: et moꝛpheā nigrā que est defedatio cutis: et cōueniūt in febrib⁹ quartanis ꝛ ad icteritiā nigram: qꝛ de hūoꝛe melancholico et nocumēto facto in splene: et sunt hę pilule multū memoꝛie cōmēdande pꝛopter earū vtilitates: ꝛ dosis ipsaꝝ est. ʒ. j. tempoꝛe congruo. Additio.

Hee pilule interdū in vsu habētur. Et dixerunt quidam ꝙ dicunt̄ inde: qꝛ in īdia magis in vsu habent̄ q̄ʒ ī alijs ptibus. Alij dixerūt ꝙ dicunt̄ inde pꝛopter sal indū quod recipiunt: et ꝑ sal indū intellige sal nigrū: sed cum carem⁹ eo sapientes volunt ꝙ loco eius ponamus sal rubeum: quidam ponūt zuccarū candi: sed nō recte qꝛ nō est ei ꝓximuꝫ vt est sal rubeū. Summa medicinarum est. xiiij. res.

Pilule q̄re dicant̄ Inde.

Pilule alandabal Hermetis ad sodaꝫ antiquā ꝛ hemicraneā difficilem et egritudines neruoꝝ et iuncturarū sane et experte. ℞. trociscoꝝ alandabal. ʒ. xij. hiere. ʒ. xij. masticis. ʒ. ij. salis gēme aur̄. j. laudani bōi. ℥. j. Omnia preter laudanum et masticem terantur et cribellentur. Mastix quoqꝫ pulnerizetur cuꝫ pauco oleo nucū: et liniātur cum eo species trite. Deinde cum laudano cōficiantur: ꝛ in moꝛtario terendo ea cū pistillo calido: ꝛ fiāt pilule grosse. Da. ʒ. ß. vsqꝫ ad. ʒ. j.

Pilule alandahal nō sunt in vsu: nec preparate reperiūtur. Summa medicinarum est res. v.

Pilule de sarcocolla: ꝛ sunt pilule albe solutione educentes phlegma: et cōferūt ad egritudines phlegmaticas. ℞. sarcocolle. ʒ. iij. turbith. ʒ. iiij. coloquint ide. ʒ. j. ꝛ ß. zinziberis tātūdem: salis gēme. ʒ. j. Dissolue sarcocollam in aqua rosata: ꝛ confice alia cum ea: et fiāt pilule. Sunt enim sane et experte.

Pilule de sarcocolla raro a medicis vsitant̄: tñ preparate reperiunt̄: et soluūt materiā phlegmaticā et viscosam cū violētia multa: et ideo ab vsu ipsarū est cauendū: et dosis ipsaꝝ est. ʒ. j. Sarcocolla gūmi est. Additio.

Hee pilule interdū in vsu habent̄. Ipse idē Mes. in capitulo de sarcocolla habet eandē descriptionem istarum pilularū quas dicit composuisse Haly. senex. Sūma medicinarum est res. vj.

Pilule fetide maioꝛes que expellunt hūoꝛes grossos ꝛ cōferūt ad doloꝛē iūcturarū ꝛ podagre ꝛ doꝛsi et genuū et oēm doloꝛē ex hūoꝛe crudo: et doloꝛē stomachi ꝛ cholice: et albaras: ꝛ moꝛpheā ꝛ lepꝛā. ℞. serapini: armoniaci: oppoponaci: bdellij: cologntide: harmel: aloes: epithimi: ana ʒ. v. hermodactyloꝝ: alscebꝛan. añ. ʒ. ij. scamonee. ʒ. iij. cinamomi: spice: croci: castoꝛei ana. ʒ. j. turbith. ʒ. iiij. zinziberis. ʒ. j. ꝛ ß. euphoꝛbij. ʒ. j. ptes duas. Dissoluātur gūmi in aq̄ poꝛri: ꝛ fiāt pilule. Da. ʒ. ij.

Pilule fetide maioꝛes gñaliter sunt in vsu: et sic vbiqꝫ preparant̄. Potenter enim soluunt materias phlegmaticas grossas et viscosas: vñ attrahunt et soluūt materias ꝯtentas in iuncturis in cerebꝛo et membꝛis neruosis. Cōmunis tñ vsus ipsarum est in fine dictarum egritudinum neruosarū: et maxīe in paralysi: et in podagris longi tempoꝛis et egritudinib⁹ similib⁹ est communis vsus ipsaruꝫ et dosis est. ʒ. j. cū cōditionibus obseruatis predictis superius assumptis. ℞. harmel: idest rute est calida et sicca circa tertium gradū. hermodactyloꝝ. alscebꝛan. i. esule: ꝛ est medicina calida ꝛ sicca in tertio gradu: ꝛ est radix herbe solutiue humoꝛis phlegmatici. Additio.

Harmel.

He pilule

¶ Hee pilule multũ habent̃ i vsu: ꝛ dicũt fetide: q2 fetidos ꝛ corruptos hũores educũt: vel dicũtur fetide: q2 quedaꝫ fetida ingrediuntur. Idẽ caplo de egritudinib⁹ neruorũ hꝫ quatuor descriptiones. Silr Serapio in ꝓprio antido. hꝫ tres descriptiones pilularũ fetidarum. Haly. x. practice duas: ꝛ Rasis. ix. ad Almãsorẽ caplo de paralysi vnã: ideꝫ in libro diuisionũ habet vnã aliam: que omnes ab istis differunt: nec sunt in vsu. Summa medicinarum est res. xix.

Pilule fetide minores: ꝛ sunt in intentione maiorum. ℞. serapini: amoniaci: oppoponaci: bdellij: myrrhe añ. ʒ. v. turbith. ʒ. x. coloqntide. ʒ. vj. Fiant sicut priores: da. ʒ. ij.

¶ Pilule fetide minores pñt magistralr ꝑparari: ſ3 q2 nõ sunt sic cõsolate sicut ꝓcedẽtes: iõ vsus earũ nõ est sic ꝯueniens sicut precedẽtes: q2 maioris periculi: ꝛ vsus earũ est vsq3 ad. ℈. ij. tñ in quibusdã robustis ꝛ fortib⁹ possunt exhiberi. ʒ. j. alijs cõditionibus obseruatis ꝛc. ¶ Additio.

¶ Iste pilule nõ sunt in vsu. Gilbertus anglic⁹ caplo de paralysi habet vnã descrip. pilularũ fetidarum que differt ab ista nec est in vsu. Summa medicinarũ est. ix. res.

Pilule de serapio ad paralysim ꝛ mollificationẽ: ꝛ spasmũ: ꝛ dolorẽ iũcturarũ dorsi ꝛ podagrã frigidam: ꝛ soluunt phlegma viscosum. ℞. serapini: amoniaci: bdellij: oppoponaci: aloes: castorei: harmel. ana. ʒ. ij. coloquintide. ʒ. iij. Fiant pilule cum aqua porri.

¶ Iste pilule preparate reperiũt̃ l3 nõ multũ habeant̃ in vsu: sunt eñ principalr solutiue materierũ phlegmaticarũ grossarũ: ꝛ viscosarũ a cerebro: ꝛ a nucha: ꝛ alijs membris neruosis: ꝛ cõueniũt doloribus iuncturarũ: ꝛ ad paralysiꝫ ꝛ ad spasmũ: premissa tñ digestione materierũ: ꝛ dosis est ad. ʒ. j. Tuti⁹ tñ est ab eis abstinere: ꝛ vti pilulis fetidis maiorib⁹ dictis superi⁹. ¶ Pilule cochie cõiter non reperiuntur posite in antidotario Mes. ſ3 earũ descriptio ponitur inferi⁹ in suo de appropriatis. c. d̃ cura sode frigide. Ponitur etiã ipsarũ descriptio cõsilio almãsoris cap. de dolore capitis a materia frigida: ꝛ hec ẽ descriptio que cõiter habetur in vsu: ꝛ sicvbiq3 preparate reperiuntur. ℞. pulueris hiere pigre Galeni. ʒ. x. coloqntide. ʒ. iij. ꝛ tertiaꝫ partẽ. ʒ. j. scamonee. ʒ. ij. ß. turbith: sticados añ. ʒ. v. ꝯfice cũ succo absinthij: ꝛ dosis earũ cõiter est. ʒ. j. Iste pilule efficaciã magnã habẽt in soluẽdo materias frigidas: ꝛ phlegmaticas in capite contẽtas: vnde summe cõueniũt sode: ꝛ dolori capitis facto a materia frigida phlegmatica: ꝛ etiã cõferunt passionibus frigidis materialibus mẽbrorũ neruosorũ: et vsus earum esse d3 post digestionem ꝛc. ¶ Additio.

Pilule cochie vsuales.

Pilularũ cochiarũ efficacia.

¶ Hee pilule raro habẽtur in vsu: illa ꝓo descriptio que est magis in vsu est vna alia quã idem inferius describit. Auicen. in quinto cano. habet vnã aliam descrip. sed nõ est in vsu. Summa medicinarum est res. ix.

Pilule de euphorbio solutione educũt phlegma frigidũ: ꝛ conferũt ad mollificationem ꝛ paralysim: ꝛ reducunt humores crudos qui descendunt ad neruos. ℞. euphorbij: coloquintide: agarici: bdellij: serapini ana. ʒ. ij. aloes. ʒ. v. Fiant pilule cum aqua porri. potio est a. ʒ. ß. vsq3 ad. ʒ. j.

¶ Iste pilule raro habent̃ i vsu l3 ꝑparate repiant̃. Inducũt eñ violẽtiã magnã ex eaꝝ potẽtia: ꝛ acuitate i soluẽdo phlegma frigidũ ꝛ viscosũ q̃d ẽ cã mollificatiõis ꝛ palysis vitãde sunt ergo nisi i casu magne necessitatis: ꝛ i corpib⁹ robustis ꝛ fortib⁹: ꝛ dosis ipsarum est a. ʒ. ß. vsq3 ad. ʒ. j. Euphorbiũ est gũmi calidum ꝛ siccũ in quarto. ¶ Additio.

Euphorbium.

¶ Hee pilule habẽtur in vsu ſm presentẽ descriptionẽ. Auicen. in. v. cano. hꝫ vnã descriptionem que eadem est in simplicibus cũ ista: sed differt in hoc: q2 he cõficiunt̃ cuꝫ aqua porri: alie ꝟocũ aqua cauliuꝫ. Similiter Serapio in proprio antidotario habet vnã aliaꝫ descrip. que differt ab ista. Gilbertus anglicus cap. de paralysi vnaꝫ hꝫ descript. que non differt ab ista. Summa medicinarum est res. vij.

Pilule de raued conferunt ad oppilationes splenis: et epatis: et hydropisim. ℞. rauedsceni. ʒ. xij. amoniaci: serapini bdellij añ. ʒ. x. lacce. ʒ. viij. oppoponaci. ʒ. iiij. mezereon: gummi ana. ʒ. iiij. turbith. ʒ. x. spice: polij aloes ana. ʒ. v. masticis. ʒ. ij. myrobalanoꝝ citrinoꝝ ʒ. x. Dissolue in vino gummas: et fac pilulas. dosis est. ʒ. ij. cum aqua casei.

¶ Pilule de raued. i. de rubarbaro. hec descriptio nõ habetur in vsu: sed ea que superius habetur. ¶ Additio.

¶ Pilule de raued apud aliquos aromatarios tenent̃ cõfecte: ꝛ sunt in vsu sub noĩe pilularum de raued: non dicitur aũt ista confectio dari nec ꝯfici pro pilulis de reubarbaro. Ras. ix. ad Almãsorẽ cap. de hydropisi: hꝫ vnã aliã descrip. sed nõ est eadẽ cũ ista. Serapio ꝓo in ꝓprio antido. hꝫ vnã descrip. pilularũ de raued que est eadeꝫ cũ ista. Sũma medicinaꝝ est res. xiiij. numero.

Pilule de mezereõ ꝛ sunt medicina mirabilis ad hydropisiꝫ: ꝛ educũt aquã citrinã: ꝛ sunt experte. ℞. folioꝝ mezereõ infusoꝝ in aceto: ꝛ exiccatoꝝ. ʒ. v. myrobalanoꝝ citrinoꝝ. ʒ. iiij. chebuloꝝ. ʒ. iij. cõfice cũ tereniabin ꝛ tamarindis dissolutis in aqua endiuie.

¶ Pilule de mezereõ. i. d̃ laureola: h̃ descrip. pilulaꝝ cõiter est in vsu: ꝛ vbiq3 ꝑparata reperit̃: sunt eñ ꝯuenientes pricipalr ad soluẽdũ aquã citrinã: vñ cõiter ab oĩb⁹ medicis dant̃ i cura hydropisis ascitis. Et dosis cõiter est a. ʒ. j. vsq3 ad. ℈. iiij. obseruatis conditionibus. ¶ Additio.

¶ Hec descrip. pilulaꝝ cõiter in vsu habet̃: idẽ Mes. ca. de mezereõ hãc eãdem hꝫ descriptionẽ. Et dicunt̃ de mezereõ: q2 ingreditur plus de mezereon q̃3 de alio simplici. Christofor⁹ de honestis in ꝑsenti cõmẽto hꝫ mezereon. i. laureolã: q̃d falsuꝫ est: vt dictũ est supra in cõfectiõe almezereõ. Serapio in ꝓprio ãtido. hꝫ duas descrip. pilu. d̃ mezereõ q̃ nõ sunt eedẽ cũ ista. Sũma medicinaꝝ ẽ res. iiij.

Pilule de mezereon quare sic dicũtur.

Pilule lucis maiores: ꝛ addunt in visu: et corroborãt eũ: ꝛ abstergũt instrã sensuũ: ꝛ expellũt supfluitates: ꝛ custodiũt sanitatẽ corpis: ꝛ psumit̃ super eis absq3 necessitate abstinẽdi. ℞. rosaꝝ: violaꝝ: absinthij: coloquintide: turbith: cubebe: calami aromatici: nucis muscate: spice: epithimi: carpobalsami: xilobalsami: sileris: seminis rute: sqnãti: asari: masticis: gariofiloꝝ: cinamomi: anisi: feniculi: apij: casie: croci: macis ana. ʒ. ij. myrobalanoꝝ: citrinoꝝ: chebulorum: indorum: belliricorum. emblicorum. rauedsceni ana. ʒ. iiij. agarici. sene ana. ʒ. v. euphragie. ʒ. vj. aloes succutrensis ad pondus oĩm. Confice cum succo feniculi. Dosis eius est a. ʒ. ij. vsq3 ad. iij.

¶ De istis pilulis ponũtur due descriptiões: ꝛ ista ꝓma est illa que cõiter magis habet̃ in vsu. ꝛ vbiq3 magis preparata repit̃. Sũme ꝯueniãt in soluendo supfluitates maxime phlegmaticas ꝯtẽtas in cerebro: ꝛ sunt cõseruatiue virtutis visiue ꝛ curatiue egritudinũ oculorũ q̃ fiunt a materia frigida. Et vltra ꝟtutẽ solutiuã quã hñt sũt ꝯfortatiue ꝑdicte virtutis visiue spũs visibiles multiplicãdo: ꝛ eos claros ꝛ ꝑulos faciẽdo. Et dosis ẽ. ʒ. j. ß. ℞. sileris ſ3 mõtani casie ſ3 lignee: ꝛ reliqua sunt nota. ¶ Additio.

¶ Iste pilule apd̃ nos sunt in vsu: dicunt̃ aũt lucis q2 valent ad oculos medendos: vel dicũtur lucis q2 obscuritatem oculoꝝ prout sol noctẽ remouent: ꝛ de ipsis reperiuntur hic maiores ꝛ minores: ſ3 maiores sunt ille quas medici nr̃i laudant. Sũma medicinaꝝ est res. xxxvj. numero.

Pilule lucis quare sic dicte.

Pilule lucis minores in intẽtione maiorum. ℞. xilobalsami: carpobalsami. añ. ʒ. j. chelidonie. ʒ. v. rosaꝝ: violaꝝ: absinthij. euphragie añ. ʒ. iij. sene epithimi. myrobalanoꝝ: citrinorũ: chebuloꝝ. indoꝝ. belliricoꝝ. emblicoꝝ. agarici. co-

loquintide:squinanti:licij:lapidis lazuli ana.ʒ.ij.et ß.aloes boni ad pondus omnium. Cõfice in succo feniculi aut chelidonie.

¶ Pilule lucis minores etiã preparantur: ꝛ habentur in vsu:nõ tamen sicut predicte: ꝛ in operatione quasi conueniunt cũ illis. Et dosis est sicut illarum:attamen iste minores sunt plus solutiue materie melãcholice ꝙ̃ phlegmatice:sed maiores magis soluũt phlegma: ꝛ minus melãcholiam. Et cũ hoc plus vel magis sunt confortatiue cerebri ꝛ instrumentorum sensuum. ¶ Additio.

¶ Iste pilule minores interdum habentur in vsu. Sũma medicinarum est res.xxj.numero.

Pilule stomatiche stomachum et digestionem cõfortãt:cerebrũ ꝛ stomachum a corruptis humoribus purgant: ꝛ appetitum excitant. ℞.hierepigre.ʒ.x.trium myrobalanorũ:absinthij añ.ʒ.ij.masticis: anisi.bellirici.emblici.agarici añ.ʒ.iij. ꝛ ß.zinzibe.ʒ.ij.gariofilorum. salis gemme.squinanti añ.ʒ.j.turbith.ʒ.xij. Cõfice cum succo absinthij. Et da.ʒ.ij.vel.iij.

¶ Pilule stomatiche stomachũ ꝛ digestionẽ cõfortãt: ꝛ superius posita est descriptio pilularũ stomaticharũ q̃ cõiter sunt in vsu:verũ he due descriptiones modicũ differũt in virtute ꝛ opatiõibus. Iste eñ purgãdo humores putridos: ꝛ corruptos cõtentos in stomacho ipsum stomachuʒ confortãt virtutẽ digestiuam vigorando. Et conferũt egritudinibus frigidis cerebri materialib⁹. Et dosis cõmunis earũ est.ʒ.j.lȝ possit dari.ʒ.j.ß. obseruatis cõditionib⁹ ꝛc.

¶ Summa medicinarum est res.xvj.

Pilule alie stomatiche: ꝛ sunt in intentione priorum. ℞.trium myrobalanorum ana. ʒ.iij.rosarum:masticis ana.ʒ.ij.cardamomi:ligni aloes:sandali citrini:cubebe:gariofilorum:squinanti.nucis muscate ana.ʒ.ij.raued sceni.℥.ß.turbith.ʒ.vj.aloes ad pondus omnium. Confice cum vino odorifero.

¶ Pilule stomatiche alie in opatiõib⁹ cõueniũt cũ suprадictis. Et dosis est sicut in supra declaratis. ¶ Additio.

¶ Summa medicinarum est res.xvj.numero.

Pilule stomatiche nr̃e:stomachũ ꝛ caput mũdificãt: ꝛ accipiãt oĩ tpe. ℞.turbith. ʒ.x.masticis.ʒ.iiij.rosarum.ʒ.iij.aloes bõi ad põdus oĩm:ↄfice cũ succo absinthij.

¶ Iste sunt pilule q̃ cõiter plus habẽtur in vsu: ꝛ ab aromatarijs ꝑparãtur. Ipse eñ sunt mũdificatiue materierũ grossarũ cõtẽtarũ in stomacho: ꝛ in capite soluẽdo pñcipalr̃ materias phlegmaticas corruptas ꝛ maxĩe subtiles ꝛ aquosas. Et sunt pilule satis domestice. Et earuʒ dosis est vsq̃ ad.ʒ.j.ß.cũ cõditionibus obseruatis. Additio.

¶ Quãuis Mesue habeat plures descriptiones pilulaꝝ stomatichaꝝ:plus tamen ista cum alijs primis suprascriptis habẽtur in vsu: ꝛ ab aromatarijs preparantur. Summa medicinarum est res.iiij.

Pilule alie stomatiche stomachum ꝛ caput mundificant. ℞.aloes.ʒ.vj.masticis rosarũ ana.ʒ.ij. Confice cum succo solatri.

¶ Pilule stomatiche caput ꝛ stomachũ confortãt ꝛ mũdificãt. Iste pilule possunt magis ꝑarari: ꝛ vsus est q̃si sicut pilularũ cõium. Summa medicinarũ est res.iiij.

Pilule alandabal experte ad egritudines cerebri ꝛ neruorum phlegmaticas ꝛ ad egritudines iuncturarũ: ꝛ sunt sublimes. ℞.trocisco rũ alandabal.ʒ.x.salis gemme.ʒ.j.laudani.ʒ.xij. olei rosarum quantum sufficit: ꝛ sunt experte.

¶ Pilule alandabal nõ sunt in vsu:nec preparate reperiũtur. Summa medicinarum est res iiij.

Pilule stomatiche alie nostre. ℞.myrobalanorum citrinorum:aloes turbith añ.ʒ.x.rosarum:spice:masticis.ana.ʒ.ij. ꝛ ß.anisi.ʒ.j.et.ß.salis indi:croci ana.ʒ.j. Confice cum succo absinthij.

¶ De istis pilulis multe ponuntur descriptiones. Oẽs tñ ↄueniũt in hoc ꝙ soluũt materiã phlegmaticã maxime a stomacho cerebro ꝛc.ꝑsentes tñ pilule ꝟtutẽ habẽt aliqualiter in soluẽdo materiã cholericã. Et dosis esse potest vsq̃ ad.ʒ.j.ß. ꝛ iste pilule stomatiche ꝑeligũtur ꝑm volũtatẽ medicorum eis vtentium. Summa medicinarum est res.x.

Pilule ð agarico mũdificãt pect⁹ ab humorib⁹ grossis ꝛ putridis: ꝛ ↄferũt asmati: ꝛ tussi antiq̃. ℞.agarici.ʒ.iij.radicꝫ lilij celestꝫ prassij.añ.ʒ.j.turbith.ʒ.v.hierepigre.ʒ.iij.colocyntide sarcocolle añ.ʒ.ij.myrrhe.ʒ.j.cõfice cũ robub. ꝛ da.ʒ.ij.

¶ Iste pilule multũ sunt in vsu: ꝛ sic vbiq̃ ꝑparate reperiunt:cõueniũt eñ in passionibus capitis ꝛ pectoris euacuãdo hũores grossos: ꝛ adherẽtes:attrahũt etiã oẽm materiã a iũcturis:vñ ↄferũt peripleumonicis asmaticis tussiẽtib⁹ ꝛc. Et dosis eaꝝ est.ʒ.iiij. ꝛ earũ cõpositionẽ ingredit radix ireos:faciẽs lilios celestinos: ꝛ ẽ calide ꝛ sicce cõpletiõis in tertio gradu:cui⁹ succus summe ↄfert hydropicis ascliticis:soluit eñ aquã citrinã ĩ copia magna: ꝛ dosis ei⁹ est vsq̃ ad.ʒ.iiij.depurat⁹cũ modico mellis vel zuccari spica ꝛ cinamomo. Et dosis ẽ.ʒ.iij.ꝑdicti succi sic preparati cũ.ʒ.j.mellis vel zuccari ad soluendũ vsq̃ ad.iiij.asellas. Et de tali potiõe põt exhiberi semel in septimana presupposita semp virtutis cõstãtia: ꝛ dꝫ assumi sub actuali caliditate de mane sicut alie potiones: ꝛ iam vidi solũ cũ hoc medicamine: ꝛ alio bono regimine in sex reb⁹ nõ naturalibus plures hydropicos curatos esse. ¶ Additio.

Mirabile in ascitem.

¶ Iste pilule multũ in vsu habẽtur.ideꝫ Mes.cap.de asmate habet vnam aliã descrip. Similiter Auicẽ.in.iij. canõ.fen.x.de cura asmatis que eadeꝫ est cum ista. Serapio ꝑo in ꝑpꝛio antidotario habet vnam descript.que eadem non est cum ista. Summa medicinarum est res.ix.

Pilule que conferũt ad febres cholericas ꝛ ad egritudines cholere citrine ꝛ sanguinis. ℞.myrobalanorũ citrinorũ ꝛ indoꝝ: feminis fumiterre.cuscute:emblicorũ añ. ʒ.ij.foliorum rosarum:feminis citruli:raued sceni. añ.ʒ.ij. ꝛ in alio raued.ʒ.vj.scamonee cocte ĩ citonio ʒ.j. ꝛ ß.in alio.ʒ.ij. ꝛ ß.succi eupatorij:succi absinthij añ.ʒ.ij.agarici.ʒ.ij. ꝛ.ß.hierepigre.ʒ.viij. mellis aggregationis:cassiefistule ꝛ tamarindoruꝫ: ꝛ succi endiuie q̃tum sufficit. Dosis est a.ʒ.ij.vsq̃ ad aur.ij.

¶ Pilule que cõferũt ad febres cholericas cõiter nõ sunt in vsu nec preparantur. Sũma medicinarum est res.xvij.

Pilule dyarodõ stomachum et digestionem cõfortant:et oris odorem faciũt bonum. ℞.trociscorum dyarodõ absinthij añ.ʒ.v.cimarum squinanti: masticis añ. ʒ.ij.salis indi.ʒ.j.aloes boni ad pondus omnium. Confice cum aqua foliorum citri.

¶ Pilule dyarodõ.vsus istaꝝ pilulaꝝ a q̃busdã habet: nã sunt domestice ꝛ magne securitatis ĩ soluẽdo phlegmaticã materiã subtilẽ:ac etiã materiã cholericã ꝟtute aloes qð ingredit cõpositionẽ ipsarũ:cũ hoc etiã sunt confortatiue virtutis digestiue stomachi desiccãdo putredines ĩ eo cõtẽtas: ꝛ oris odorẽ bonũ faciũt. ℞.cimarũ.i.extremitatuꝫ squinãti: ꝛ dosis est vsq̃ ad.ʒ.j. Sũma medici.est res.vij.

Pilule de turbith: ꝛ dicũtur pilule auree: cholerã ꝛ phlegma sine molestia purgãt: stomachum ꝛ epar confortant: ꝛ digestionẽ ꝑcurant. ℞.turbith boni.ʒ.xvj.aloes. ℥.j. ꝛ ß.masticis rosarũ añ.ʒ.vij.myrobalanorũ citrinorum.ʒ.x.croci.ʒ.iij. Confice cum succo absinthij.

¶ Pilule turbithacee nõ sunt in vsu:nec preparate reperiuntur. Additio.

¶ Has pilulas habem⁹in vsu sub noĩe pilulaꝝ turbitheарũ etiã sunt in vsu sub noĩe pilularũ aurearũ. Mes.tñ q̃ñ medicus ordinat

Narrã pilularum efficacia.

medicus ordinat pilulas aureas intelligit ſm deſcri. Ni-colai. Serapio in ꝓprio antidotario ita pilule albe₃en: et dñr pilule auri: ſ₃ nõ ſunt in vſu. Sũma medi. eſt res. vij.

Pilule de turbith alie ſil'is virtutis. ℞. turbith myrobalanoꝝ citrinoꝝ. aloes optimi añ. ℥. x. maſtic₃: roſaꝝ: ſpice añ. ℥. ij. ß. aniſi. ℥. j. ⁊ ß. croci. ℥. j. Fiant pilule ſicut diximus: ⁊ in alio ſalis indi. ℥. ij.

¶ Pilule alie de turbith nõ ꝑparant ſub hac deſcriptiõe.

Pilule õ lapide la₃uli ad egritudies melãcholicas: ⁊ cholere aduſte ſane: ⁊ expte. ℞. lapidis la₃uli abluti. ℥. v. epithimi: polipodij ana. ℥. viij. ſcamonee: ellebori nigri: ſalis idi añ. ℥. ij. et ß. agarici. ℥. viij. gariofiloꝝ: aniſi. añ. ℥. iiij. hierepigre. ℥. xv. Cõfice cũ ſucco endiuie. Et da. ℥. ij. cũ aq̃ caſei.

¶ Pilule de lapide la₃uli marie ſunt in vſu: ⁊ ſic vbiq₃ ꝑparate reperiunt: ſunt ſolutiue humoris melancholici et marie aduſti: ideo cõferũt lepre cancro: et quartane facte a materia aduſta: ſunt enim magne ſecuritatis et faciliter ſoluunt: et doſis eſt vſq₃ ad. ℥. j. ß. ¶ Additio.

¶ Iſte pilule multũ habent in vſu. Serapio in ꝓpo anti. h₃ vnã deſcrip. q̃ eſt eadẽ cũ iſta. Summa medi. ẽ res. xj.

Pilule de lapide armeno varios educũt hũores cholere aduſte ⁊ melancholie ſine moleſtia: ⁊ ꝯferũt egritudinib⁹ ab eis factis. ℞. lapidis armeni loti ⁊ ꝑparati hierepigre añ. ℥. v. epithimi: polipodij añ. ℥. viij. ſcamonee cocte i citonio. ℥. iij. gariofiloꝝ. ℥. ſalis idi. ℥. j. ß. Confice cũ ſucco ſolatri.

¶ Iſte pilule rariſſime habent in vſu: q₂ virtute cõueniũt cũ pilulis de lapide la₃uli antedictis: ſ₃ ſunt maioris violẽtie ⁊ potẽtie in ſoluẽdo: ⁊ marie mãm cholericã l₃ etiam melãcholicã aduſtã: ingredit eñ earũ cõpoſitionẽ ſcamonea q̃ eſt potẽtiſſima ad ſoluendũ materiã cholericam.

Pilule ad oẽs morbos catarri: ⁊ cori₃e et tuſſis catarral₃. ℞. myrrhe pure. ℥. vj. olibani. ℥. v. opij: iuſquiami añ. ℥. iiij. croci. ℥. j. ⁊ ß. radicũ lingue canis. ℥. iiij. ⁊ ß. Fiant pilule ⁊ adminiſtrentur: et da a. ℥. ß. vſq₃ ad. ℥. j.

¶ Pilule ad oẽs morbos catarri non ſunt in vſu.

Pilule de ſerapino experte ad dolorẽ iuncturaru₃ ⁊ ſciaticam ⁊ podagram: ⁊ conferunt ad dolorem matricis: ⁊ prouocant menſtrua. ℞. ſerapini: amoniaci: opoponaci: bdellij ana. ℥. ij. ⁊ ß. ſeminis apij: ameos harmel. aniſi añ. ℥. j. acori. ſetaragi: indi: calamenti: folij centauree: polij: coſti: ſalis gẽme ana. ℥. ß. aloes. ℥. vj. coloquintide. ℥. v. Fiant pilule et adminiſtrentur.

¶ Pilule de ſerapino ſm p̃ntẽ deſcrip. nõ ſunt in vſu: ſed ſolũ ſcdm deſcriptionẽ ſuperi⁹ poſitam. ¶ Additio.

¶ Iſte pilule ſunt ille q̃s doctores laudant: ſupra poſita fuit alia deſcrip. exaucte eiuſdẽ que nõ ſunt ita laudate. Serapio in ꝓprio antido. h₃ plures deſcrip. que nõ ſunt eedem cum iſta. Summa medicinaꝝ eſt. xviij. res.

Pilule de bdellio maiores experte ad fluxu₃ emorroidarum et vlceru₃ in eis: ⁊ ad fluxu₃ menſtruoꝝ. ℞. bdellij. ℥. xij. ameos ℥. iij. chebulorum: indorum: belliricorũ: emblicorum: venerarũ aduſtarum: charabe ana. ℥. ij. ⁊ ß. infundatur bdellium in ſucco porri: ⁊ fac pilulas in modũ ciceris. Doſis eſt a. ℥. ij. vſq₃ ad aur̃. ij.

¶ Iſte pilule magiſtral'r ſunt in vſu: q₂ ꝯferũt ad ſupfluũ fluxũ emorroidaꝝ leuiter ſoluẽdo mãm melãcholicã que fluit ad venas illas: ⁊ ſubſequẽter ſunt ꝯſtrictiue ⁊ curatiue p̃dicti flux⁹ ⁊ vlcerũ q̃ fiunt in iteſtio recto ex acuitate ⁊ aduſtiõe p̃dictoꝝ hũoꝝ. Et doſis ẽ. ℥. j. et ß. ¶ Additio.

¶ Iſte pilule ſunt ille q̃b⁹ vtunt medici: ⁊ dicunt maiores ad differẽtiã minorum. Serapio in proprio antidota. habet tres deſcriptiones: quarũ prima parum ab iſta differt. Raſis. ix. ad almãſo. cap. de emorroidib⁹ h₃ vnã deſcrip. ⁊ eãdẽ h₃ in diuiſionib⁹ cap. de medicinis emorroidaꝝ. Haly. et. x. practice h₃ vnã aliã deſcrip. q̃ eadẽ nõ ẽ cum iſta.

¶ Notãdũ circa iſtã receptã pilulaꝝ multi ⁊ viri docti errauerũt ⁊ ꝑcipue circa iſtd vocabulũ venera: nam in preſenti recepta multi ⁊ falſo ſcripſerũt venaꝝ: vbi d₃ ſcribi venera. Nã venera eſt cõcula que aſportat de ſancto Jacobo a peregrinis: q̃ cõcula marie valet ad fluxũ ſupfluum ſanguinis p partes inferiores: vt vult Aui. xxi. tertij cap. de ſupfluo fluxu menſtruoꝝ. Sil'r Serapio in p̃ma deſcri. pilulaꝝ de bdellio h₃ veneraꝝ aduſtarũ: ⁊ ſic p̃ns recepta fere apð oẽs reperit mendoſa q̃ ad iſtud ſimpler venera: q₂ ſcribũt vena ſiue venaꝝ aduſtaꝝ p venerarũ aduſtarũ. Et ideo aduertãt docti medici et aromatarij ne de cetero talem errorem manifeſtum committant. Summa medicinarum eſt res. ix. Venera quid.

Pilule de bdellio minores: ⁊ ſunt in intẽtione maiorum. ℞. myrobalanorum: chebulorum: indorum: emblicorum ⁊ belliricorum añ. ℥. v. bdellij. ℥. xv. Fiat ſicut diximus.

¶ Pilule de bdellio minores ſub hac deſcriptiõe nõ ſunt in vſu. Summa medicinarum eſt res. v.

Pilule de bdellio ex inuentione noſtra valẽt ſicut priores ſane ⁊ experte. ℞. myrobalanorũ nigrorũ: emblicoꝝ: belliricorum. añ. ℥. v. bdellij. ℥. x. ſcorie ferri: ſeminis porri ana. ℥. iij. corallj aduſti: charabe: concule aduſte ana. ℥. j. et ß. margaritarum. ℥. ß. confice ſicut diximus.

¶ Iſte pilule ſunt cõſimiles et ꝯformes q̃ſi in ꝟtute ⁊ modo operatiõis cũ pilulis õ bdellio maiorib⁹. Et doſis caꝝ eſt vſq₃ ad. ℥. j. ß. ſunt eñ leuiſſime ſolutiõis: ⁊ flux⁹ emorroydaꝝ cõſtrictiue ſicut et ſupradicte: hñt eñ virtutẽ epatis cõtentiuam ⁊ ſplenis relaxatã ac debilẽ cõfortare ⁊ vigorare ſicut et p̃dicte pilule maiores. Sũma me. eſt res. x.

Pilule de coloquintida experte ad morpheã difficilis eradicationis: et ad dolores iũcturaꝝ: ⁊ ad egritudĩes phlegmatis ⁊ cholere nigre. ℞. coloquĩtide. ℥. vj. myrobalanorum nigrorum ⁊ citrinoru₃: ſerapini: bdellij: ſarcocolle. ana. ℥. v. aloes. ℥. vij. nigelle: cimini: carmeni: origani perſici: naſturcij albi: ſalis gẽme: abſinthij romani ana. ℥. j. infunde gummas in aqua porri: ⁊ fac cum ceteris pilulas. Doſis eſt a. ℥. j. vſq₃ ad aur̃. j.

¶ Iſte pilule ſunt magne potẽtie in ſoluendo mãs groſſas phlegmaticas viſcoſas illas marie attrahẽdo a membris remotis ⁊ a iũcturis: ⁊ cerebro: et alijs mẽbris neruoſis: et vſus ipſarũ eſt vitandus in quãtũ eſt poſſibile ꝓpter ipſaꝝ violẽtiam quam nature inferunt. Doſis tamẽ carũ fortib⁹ eſſet. ℥. j. parui põderis. Si quis tamẽ vellet poſſet eas admiſcere cum pilulis debilioribus in ſoluendo. Et nota ꝙ talis fit admixtio diuerſaꝝ pilularũ aut ꝓpter diuerſitatẽ humorũ: aut propter diuerſitatem mẽbrorum in quib⁹ tales materie cõtinent: ſicut exempli gratia: adinuicẽ admiſcent aggregatiue et cochie qñ materia eſt mixta de materia phlegmatica cõtẽta in capite: et de cholerica ꝯtẽta in epate: et ſic alie pilule poſſunt adinuicẽ cõfici ſm diuerſitatẽ neceſſitatis. Sũma medicinaꝝ eſt res. xiiij. Admixtionis pilularũ cauſa.

Pilule de oppoponaco ꝯferũt palyſi ⁊ tortu re. ⁊ egritudinib⁹ neruoꝝ frigid₃ ⁊ dolorib⁹ iũcturaꝝ dorſi: ⁊ genuũ. ℞. oppopõaci: hermodactyli: ſerapini: bdellij: amoniaci: coloqũtide añ. ℥. v. croci: caſtorei: myrrhe: ʒi₃i. piperis: macropiperis: caſie: myrobalanoꝝ citrinoꝝ: belliricoꝝ: ẽblicoꝝ añ. ℥. j. ſcamonee. ℥. ij. turbith. ℥. iiij. aloes. ℥. xii. infundãtur gũme in aqua cauliũ: ⁊ fiant cũ eis pilule. Doſis eſt a. ℥. j. vſq₃ ad aur̃. j. Et da cũ aq̃ tic.

¶ Pilule de oppoponaco a quibusdã habentur in vsu: ⁊ pn cipaliter cõueniũt in egritudinibus frigidis cerebri: et iũ cturaꝝ ab eis soluẽdo materias phlegmaticas grossas.i. admixtas cũ melãcholicis. Et dosis est.ʒ.j. sunt etiã solutiue materieꝝ cholericaꝝ: licet a predominio phlegmaticarum. ¶ Additio.

¶ Has pilulas habem⁹ in vsu maxime ſm pñtem descri. idẽ Mes. capitulo de paralysi hꝫ vnã aliã descrip. q̃ non est eadem cũ ista. Auicẽ. in. v. cano. hꝫ hanc eãdẽ descrip. Summa medicinarum res. xix. numero.

Pilule de hermodactylis maiores experte ad dolorem iuncturarum et podagre frigide. ℞. hermodactyloꝝ: aloes: myrobalanorum citrinorum turbith: coloquintide: bdellij: serapini ana.ʒ.vj. castorei: sarcocolle: euphorbij: oppopõaci: harmel: apij: ana.ʒ.iij. croci.ʒ.j. et ß. Confice cum succo caulium ⁊ fac pilulas.

¶ Pilule de hermodactylis maiores generalr̃ sunt in vsu ⁊ vbiq̃ preparate reperiunt̃: ⁊ principaliter cõueniũt soluendo materias phlegmaticas que cõtinentur in iuncturis: ⁊ dosis est a.ʒ.j. vsq̃ ad.℈.iiij. ¶ Additio.

Pilule maiores quare sic dicte.

¶ Iste pilule sunt ille q̇b⁹ vtimur: dicunt̃ aũt maiores ad drĩaꝫ mioꝝ: eo ꝙ plura simplicia hñt maiores q̃ȝ minores: tñ ambe sunt in vsu: ⁊ silr̃ ex inuẽtiõe nostra. Rasis. ix. ad Almãsorẽ vnã aliã hꝫ descrip. sed apd̓ nos non est in vsu. Serapio in ꝓprio antidotario hꝫ vnã aliã descriptio. que non est similis istis. Summa medicinaꝝ est res. xiiij.

Pilule de hermodactylis minores ad podagram calidam. ℞. hermodactylorũ.ʒ.v. scamonee.ʒ.ij. ⁊ ß. myrobalanorum citrinorum.ʒ.iij. rosarum.ʒ.ij. aloes.ʒ.x. Et confice cum catartico rosato. Et da.ʒ.ij.

¶ Pilule de hermodactylis minores etiã vbiq̃ vtũtur et preparate reperiunt̃: ⁊ principaliter conueniunt in soluẽdo materiã cholericam grossam contentam in iuncturis: ⁊ subsequenter phlegmaticã: vnde cõferunt principaliter podagre calide. Et dosis est sicut supradictaꝝ: cõfice cum catartico.i. cũ electuario solutiuo: vt cũ electuario de succo rosaꝝ. Summa medicinaꝝ est res. vj.

Pilule de hermodactylis descriptiõe nostra. ℞. hermodactylorum. aloes. ana.ʒ.v. myrobalanorum citrinorum: turbith: añ.ʒ.iiij. zinzibe.ʒ.ij. Fac pilulas cum electuario rosato. Et da.ʒ.ij.

¶ Pilule de hermodactylis descriptiõe nostra nõ sunt in vsu. ¶ Additio.

¶ Iste pilule q̃ sunt ex iuẽtiõe Mes. apud nr̃os medicos sunt multũ in vsu: sunt eñ experte ad ea que dicit Mes. silr̃ maiores: ⁊ nõ tm̃ minores. Sũma medicinaꝝ est res. vj.

Pilule sebellie experte ad oppilatiões splenis epatis ⁊ stomachi: ⁊ hydropisim: et soluunt materiam. ℞. spice inde.ʒ.v. spice romane.ʒ.ij. raued: agarici: epithimi: ana.ʒ.iij. costi: masticis: camedreos: amomi: añ.ʒ.iij. croci.ʒ.ij. myrrhe: cinamomi: gariofilorum: squinanti ana.ʒ.j. aloes.ʒ.v. fiant cum vino antiquo. Da.ʒ.ij. cum vino permixto.

¶ Iste sunt vltime pilule q̃ hic ponuntur in antidotario Mes. ⁊ licet ab aromatarijs non preparentur: possunt tamen fieri ⁊ sunt magistrales: nã ipse sunt vtilitatis multe securitatis ⁊ efficacie i aperiẽdo ⁊ remouẽdo oppilatiões epatis ⁊ splenis ac stomachi: ac in soluẽdo aquositatẽ hydropicorum: ⁊ omnem materiam melancholicã phlegmaticam ⁊ cholericam contentaꝫ in predictis mẽbris. Et dosis est vsq̃ ad.℈.iiij. ℞. spice inde.i. nardi: spice romane.i. celtice raued.i. reubarbari. ¶ Additio.

¶ He pilule interdum habentur in vsu: ſm quosdã dicuntur sebellie a cõpositore. Sũma medicinarum est res. xv.

¶ Pilule addite.

Pilularũ supplemẽtum.

Vltra predictas pilulas positas in ãtidotario Mes. describũtur alique pilule: quaꝝ quedã a diuersis autorib⁹ ponunt̃: ⁊ quedam solum magistrales: q̃ multũ ⁊ generaliter habentur in vsu: ⁊ sic vbiq̃ preparate reperiunt̃: ⁊ prio pilule cões que a vulgaribus dicunt̃ sine custodia: quarũ descriptio ponitur consilio almãsoris cap̃. de preseruatiõe a pestilẽtia. ℞. aloes.ʒ.j. myrrhe croci añ.ʒ.ß. ⁊ cũ vino albo subtili ⁊ odorifero fiãt pilule: ⁊ sunt principaliter soluẽtes materias subtiles cholericas: ac ẽt phlegmaticas putridas cõtẽtas in porositatibus stomachi: in meseraicis et in venis capillarib⁹ epatis: ⁊ sunt desicatiue humiditatũ cõtẽtarum in stomacho ⁊ intestinis: vnde virtutes stomachi vigorãtur: vnde sequitur ꝯfortatio cerebri cũ aliquali mũdificatione hũiditatũ contẽtarum in ipso. Sunt ⁊ maxime preseruatiue a pestilẽtia: estiuo autẽ tp̃e tuti⁹ esset lauare aloen in aq̃ endiuie ⁊ predicte descriptiõi addere.ʒ.j. boli armeni. Et ſm predictã descrip. sunt multũ preseruatiue ab egritudinib⁹ que fieri possunt a materia mixta: vñ vsus caꝝ laudatur in corporibus laxis aptis ad egritudines. Et ipsarũ cõis dosis est stomacho existẽte vacuo a cibo.ʒ.j. ¶ Pilule de fumoterre. Hec descrip. ponit̃ ab Auic. li. iiij. fen. v. cap̃. de cura scabiei: quaruꝫ descriptio est hec.

Pilule de fumoterre.

℞. myrobalanoꝝ citrinoꝝ: chebuloꝝ indorũ añ.ʒ.v. aloes succotrini.ʒ.v. diagridij.ʒ.vij. puluerizent̃ oĩa p̄dicta: ⁊ in scutella vitrea incorporẽtur cum succo fumiterre: ⁊ pmittant̃ exiccari p aliquos dies in vmbra facto magdaleone ex ipsis: cõplete exiccent̃: ⁊ iterũ in mortario fiat puluis: et iterũ in predicta scutella cum tali succo incorporent̃: quibus cõplete exiccatis iterũ ⁊ tertio fiat puluis: ⁊ cũ tali succo incorporẽtur: ⁊ ad formã pilularũ postea reducant̃. Et sunt solutiue hũorũ acutoruꝫ: cholericoꝝ: mordicatiuoruꝫ phlegmatis salsi: ⁊ oĩꝫ hoꝝ adustorũ facientiũ pruritum ⁊ scabiẽ: ⁊ dosis ipsarũ est vsq̃ ad.℈.iiij. ⁊ vbiq̃ p̄parantur.

Pilule bichichie.

¶ Pilule bichichie sub hoc titulo ab aromatarijs p̄parãtur: ⁊ ab oĩb⁹ medicis gñalr̃ habẽtur in vsu. Ipse eñ non sunt solutiue: sꝫ cõferũt tussi sicce cũ caliditate ⁊ asperitate cãne pulmonis ⁊ gutturis illas partes leniendo: ⁊ caliditatẽ remouẽdo: ⁊ solũ tenent̃ in ore vt hũiditas q̃ paulatiꝫ liquescit descendendo per meri leniat partes illas caliditatẽ remittendo: ⁊ formãtur in forma lupini grossi: lꝫ denominentur pilule. ℞. succi liq̇ritie zuccari electi. añ.ʒ.x. amidi dragagãti amigdalarũ dulciũ mundatarũ añ.ʒ.vj. Incorporent̃ predicta cũ mucillagine seminis citoniorũ: ⁊ fiãt pilule: ⁊ ponit̃ hec descriptio a Mes. in suo de appropriatis cap̃. de cura tussis sicce.

Pilularũ bichichiarũ cõpõ.

¶ Pilule de bñdicta. Iste sunt pilule magistrales q̃ sub noĩe pilulaꝝ repiunt̃: sꝫ sumit̃ ei⁹ descriptio a bñdicta posita a Nicolao i suo ãtidotario: q̃ cũ melle cõstruitur: ⁊ remoto melle accipiuntur sola aromata: ⁊ ex eis fiũt pilule q̃ denominãtur de benedicta: quaꝝ hec est descri. ℞. turbith esule: zuccari añ.ʒ.x. diagridij: hermodactyli: rosaꝝ: añ.ʒ.v. gariofiloꝝ: spice: zinzi. croci saxifragie: macropiperis: amomi: cardãomi: petrosilini: litospermatis: saxifrãgie: galãge: macis: carui: feniculi: sparagi: brusci: granoꝝ solis añ.ʒ.j. incorporent̃ predicta aromata subtilr̃ puluerizata cũ succo feniculi: ⁊ fiãt pilule: q̃rũ dosis est.ʒ.j. Et ꝯferũt oĩbus passionibus q̇b⁹ cõfert benedicta predicta assumpta in forma electuarij: sꝫ plus attrahũt a remotis: q2 maiorẽ morã cõtrahunt in stomacho ⁊ principalr̃ soluũt materiã phlegmaticã cum cholera: habent eñ oppilationes omniũ mẽbrorum nutritiuoꝝ aperire: vñ summe cõueniunt lapidi renũ ⁊ vesice et retẽtioni vrine: et dolorib⁹ colicis ⁊c.

Pilule de bñdicta.

buste:stercoris muris.ana. Cum aceto et adipe anatis fiat linimentum post fricationem tamen loci cum spuma maris: et panno aspero. ¶ Ultima debet esse intentio occupari ad capillorum generationem: ut curet caluicium. ¶ Philagri⁹. Medicamen faciens nasci capillos ubi oportet: et sanans caluicium. ℞. carnium limatiarum et sanguisugarum et apum et vesparum: et salis tosti. ana. partes equales. Pone in vase vitreato habente foramina multa in fundo eius: sicut cribratorium: et pone sub eo vas vitreum et manabit post diem et diem humiditas quam conseruetur in vase. Et quando oportet fricetur super caluicium postquam fricaueris ipsum vehementer cum panno aspero: aut cum spuma maris et panno aspero. ¶ Filius zacharie. linimentum sanans caluicium: et generans pilos in barba: aut supciliis. ℞. cere. ℥. v. olei de cheiri. ℥. ii. et ß. laudani. ℥. viii. euforbii gummi: rute agrestis: cantaridarum. ana. ℥. iii. seminum citrangulorum combustorum. vesparum siue apum. ana. ℥. ii. storacis liquide myrrhe. ana ℥. i. et ß. Fiat vnguentum: et liniatur ex eo nocte: et lauetur in mane: et hoc fiat post loci fricationem vehementem. Cum autem pili nasci incipiunt sepe radantur vt ingrossentur: et firmi fiant: et spissi et proprie quando exiles nascuntur sicut lanugines. ¶ Aliud eiusdem valens sic. ℞. cineris abrotani. ℥. x. ventris cantaridarum. ℥. ii. laudani. ℥. iiii. auellane combuste. ℥. ii. Terantur omnia cum oleo veteri: et aromatizentur cum aliquantulo gallie: et vngatur in nocte: et abluatur in mane post fricationem: et postquam desiccauerit: dimittatur die. i. aut. ii. deinde iteretur: quoniam sanat. ¶ Aliud valens sic. ℞. olei de been. ℥. i. cantaridarum quarum abscissa sint capita et ale. ℥. iii. terantur sufficienter et misceantur cum oleo: et coquantur in olla vitreata sufficienter agitando omni hora: cum spatula: et dum cocta fuerint deponantur ab igne: et cum modico musci aut ambre aromatizetur. Est enim expertum: et proprie inunctum post fricationem loci vt diximus. ¶ De furfuribus.



Furfura si ex frigido fiat humore. Accipe fel taurinum vel caprinum: et baurach equaliter. Tempera cum succo sicle: et oleo irino: et line in sero et in mane: laua cum aqua decoctionis lupinorum: et fenugreci ana. ¶ Si ex calido fiat humore: confert medicamen illud mirabile: myrobalanorum citrinorum assorum. ℥. x. cum succo sicle et solatri et aceto distempera et line cum eo: deinde laua cum aqua furfuris et lupinorum et myrte. ¶ De saphati.



Cura huius egritudinis est quatuor res: sicut distinguimus in alopitia. ¶ Filius zacharie. Confectio epithimatis ad saphati recentem: quod accidit in corporibus teneris. ℞. Alchanne de mecha: amigdalarum amararum combustarum cum corticibus suis: stercoris muris: venarum chelidonie: coriandri sicci: scorie argenti: venarum tinctorum curcume: aristologie corticum granatorum merdasengi. ana. partes equales. Confice cum aceto et oleo rosato. Et line post fricationem. ¶ Ga. dicit se curasse multos hoc linimento. Chartas combustas tere et distempera cum aceto et line super locum: et nos quidem experti sumus apud necessitatem. ¶ Democrit⁹. Linimentum curans saphati. ℞. chartarum combustarum: calcis lote: argenti viui. ana. ℥. i. Confice cum aceto oleo nucum: et line cum eo post fricationem loci sufficienter cum panno aspero. ¶ Alexander. linimentum sanans saphati antiquam in corporibus duris. ℞. bubegi: stercoris muris: capitum ranarum combustorum colcotharvsti: venarum chelidonie: salis adusti: gallarum sulphuris viui: curcume: lytargirii: aristologie: tubel eris. ana. partem. i. chartarum combustarum partes ii. et ß. cineris alcherua sarcocolle. ana. partem ß. argenti viui partem. i. et ß. amigdalarum amararum adustarum partes. iii. Confice cum aceto vini et oleo antiquo: et administra post fricationem cum cepe acuto: aut squilla: expertum est verax: deinde laua cum aqua vsnee: et foliorum vlmi et radicum maluarum. ¶ Aliud de inuentione nostra. Latargirii: cadmie vtriusque calcis viue. ana. ℥. i. chartarum combustarum: olibani: tartari combusti. ana. ℥. ß. sief memite: gallarum combustarum. ana. ℥. iiii. argenti viui. ℥. vi. aceti: et olei myrtini quantum sufficit. Coque vsquedum acetum sit consumptum. Deinde argentum viuum sic conterendo cum eis commisce et vtere sicut alia.

Linimentum Gal.

¶ Summa tertia de medicinis egritudinum cerebri: et primo de cura sode.



Intentio in curatione huius egritudinis si sit complexionalis: et non habens materiam est alterare et sedare tantum. Et si est cum materia circa alterum duorum occupabimur vel vtrumque: et sunt aut abscissio cause: aut sedatio doloris: aut vtrumque. Et si est a solutione continuitatis aliis atque aliis vtemur: sicut dicemus in suis capitulis. Et si est ab aggregatione omnium: tunc totum genus cure est necessarium: sicut in soda: que est sicut verbi gratia ab apostemate. ¶ Inquit Haly. Si sub prauorum fumorum dominio caput positum est a sedantibus incipere non debemus: et raro ab eis: nisi apud vehementiam doloris. ¶ Gal. raro ab abscissione cause incipere debem⁹ nisi sit soda consanguinea: aut similis acutatis: sed ab eo quod materiam adaptat ad abscindendum. Si enim sanguinea fuerit: aut humores peccent in sanguine a flebotomia prius incipiemus. Et si soda vehemens fuerit pulsatiua a flebotomia sic incipiem⁹. ¶ Si autem ab alteri⁹ humoris peccato prius ipsum digerem⁹. Deinde abscindem⁹ digestionem itaque faciunt in materia calida: syrup⁹ acetosus et aqua de lupulis: et aqua ordei: et aqua buglosse domestice: et silue stris: et syrupus violatus et syrupus rosatus et syrupus de nenufare et similia. Et in frigida quidem phlegmatica digestionem faciunt oximel simplex et oximel squiticum: alhasce: hyssop⁹ et spica et similia. ¶ Et si fuerit materia adusta cholerica: digestionem eius faciunt: syrupus acetosus et aqua lupuli: et fumus terre: et altharasaco et similia. ¶ Si autem fuerit melancholica in digestione eius regimen erit duplex. Ex vna scilicet parte cum eis que lenificant et humectant et habilitant duritiem corporis et siccitatem terrestreitatis eius: et ex alia cum eis que resoluunt et incidunt et subtiliant resolutione et incisione non perducente ad lapideitatem: et proprie cum reb⁹ operantibus cum mediocritate et temperie. Et semper ponim⁹ vicissitudinem in hoc duplici regimine: vt cadat equaliter digestio et maturatio in materiam: et non abscindatur subtile: et remaneat grossum. ¶ Eligim⁹ autem ad digestionem materierum siue calidarum siue frigidarum ex vnctionibus: et epithimatibus: et emplastris et embrocationibus: et aliis que congruant sicut infra distinguemus. Et incipiemus experiri ea secundum testimonium exigentie cause. ¶ Et quidem canon est: quoniam in soda calida ab alterantib⁹ incipere debemus: siue sint emplastra siue vnctiones: vt reprimatur excessus ei⁹: et prohibeatur aduentus nociui alterius ad ipsum: quantum possibile fuerit nisi in quatuor casibus. ¶ Prim⁹ est in soda calida que fit in febribus: et proprie materialibus. Usus enim epithimatum frigidorum repercussiuorum multiplicat eam: non enim permittunt vapores exire. Sed attractio aceti: et aque rosate aut violate per nares vehementiam ei⁹ sedat. ¶ Secundus vero est quando fit soda propter vapores acutos que perueniunt ad caput ex quantitate totius corporis aut membri alicuius: et iam caput recipit eos: et tunc facere vt fiat eorum diuersio ad oppositum: et diuersum ex vna parte: et ex alia receptorum resolutio sedat eam. ¶ Terti⁹ est quando soda fit a nocumento quod infert a multitudine materie: et tunc euatio eam sedat. ¶ Quartus est quando soda fit a multitudine vaporum existentium in capite: et propter quantitatem corporis aut alterius membri: et tunc resolutiuorum administratio cum facilitate: et particularium euationum eam sedat. ¶ Amplius autem canon est quod emplastra: et linimenta alterantia non sunt expolianda ab aliqua trium virtutum. Prima est: competentia eius in gradu alterationis. Secunda est vt coadunet virtutem membri: vt non recipiat superfluitates. Tertia est vt conforter membrum cui applicatur proprietate sua. Et incipiem⁹ rememorari de eis primo que caput et cerebrum mundificant. Et incipiemus a mundificantibus materias calidas: et que conferunt sode et egritudinib⁹ calidis. Et dico quod omnis materia siue calida siue frigida secundum tres modos recipit diminutionem: aut enim per euationes sensibiles et occultas: aut per diuersionem eius a parte nobili ad ignobilem: aut per vtrumque. Euacuationes autem occultas natura regulat: euacuationes quoque sensibiles eadem sic: et quandoque per se: et quandoque adiuta rebus exteriorib⁹ ab operatione artificis: et hoc secundum duos modos: aut vniuersaliter aut particulariter. Uoco autem hic vniuersalem purgationem que materiam euacuat: cui accidit a quantitate totius corporis multiplicatio: aut plurimorum membrorum aut famosorum: aut eorum que sunt minera illi⁹: sicut epar sanguinis: et kistis cholere: stomach⁹ phlegmatis: et splen melancholie. Et voco particularem purgationem: que ex parte illius membri in quo materia exuberat: euacuat ab emunctoriis eius sicut quando per palatum: et nares: et aures: et oculos materie cerebri purgatur. ¶ Et quidem canon est particularem vniuersali preponi non debere nisi in quatuor casibus. Aut quia materia non multum in quantitate exuberat: quare sufficit a parte emunctoriorum illius

Syrupi in materia calida.

In frigida.

Purgatio vniuersalis que.

Purgatio particularis que.

notū illius mēbri adduci in quo est egritudo. Aut quia mēbrū dans nō est forte in dando: nec mēbrū recipiēs amax in recipiendo. Aut quia membrum non recipit a membris cōitatem eius. Aut quia corpus et alia membra nō sunt posita sub dominio materiei facientis egritudinē in illo mēbro. Diuersiones aūt materiei a parte nobili ad partē ignobilē fieri debere ostendimus ꝓpter fricationes extremitatum: et compressiones et ligaturas earū dolorosas: et cum ventosis et aliis. Remedia autem que habent intentionem vtriusqꝫ sunt clysteria et suppositoria: et oīa que simul ad longinquam diuersitatem attrahunt et euacuant. Et nos de omnibus loquemur. Et primo de euacuationibus ab artificio: si deus voluerit. ¶De soda calida.

Ode calide primo medicinas distinguimus. Et sanguinee quidem flebothomiā necessariā esse dicimus. Deinde sedantia q̄ dicemus. Cholerice vero curā aggrediemur. Incipiētes a simplicioribus et debilioribus ad maiora et fortiora ꝓcedemus. ¶Inūctio ad sodā calidā: siue sit sanguinea: siue cholerica: siue cōplexionalis: siue materialis. Oleū rosatū: et acetum albū cum modico aq̄ rosate diu agitentur et contundantur donec impinguescāt. Deinde infrigidetur super niuē: et ex eo caput liniatur. Est enim expertum. Si aūt cū soda fuerit insomnietas: opij parū adde aut papaueris succū cum cortice. ¶Inquit Alexāder. ℞. ex ceroto Gal. circiter. ℥. ij. et laua illud lauationibus pluribus cum succo solatri: et semperuiue: et lactuce et endiuie: et succo cucurbite: et succo vue acerbe. Et line: et superpone folia salicis: et miraberis effectū eius. ¶Linimentū forte ad sodā calidam pulsatiuā. Oleū rosatum et violatum cum pauco aceto et agreste succo: et modico camphore diu cōtūde donec pinguescat. Et capiti superponatur. Est enim efficax. ¶Filius Serapionis. Embroca conferēs sode calide. viole: rose: folia nenufaris: ordeum excorticatum: folia salicū: et maluax. In aqua coquantur q̄ per cānulā vrceoli capiti ex alto fundatur si catarrū nō timueris. Si aūt virtutem habere resoluendi volueris: camomillā adde. Et si sedatiuā: et somni prouocatiuā queris: cortices papaueris et lactuce adde. ¶Filius Zacharie. Modus alius embroce cōferentis ad sodā calidam cū qua sunt vigilie et permixtiones. ℞. violas siccas: ordeū excorticatū: semē cucurbite: aut corticē eius: semē lini psiliū cortices papaueris: semē altee: semē lactuce semen portulace: rosas siccas. Decoquantur in aq̄ vsqꝫ ad cōsumptionē quarte ipsius. Deinde fac embrocationes sicut diximus. Et sic ea manus et pedes et facies lauentur. ¶Modus embrocationis alius resoluēs et sedans sodā calidā. Accipe folia maluarū aut radicem: aut semina earū: aut oīa simul: et ordeū excorticatū: et rosas et violas: et folia salicū: et folia cucurbite: aut cortices eius: aut semina ipsius et melilotū. De oībus añ. partē. j. florū camomille quātū de oībus. Coquantur omnia in aqua: et fiat embrocatio sicut diximus. ¶Epithima sedās sodā calidā. Euisci semē et psilium separatim siue cōiunctim cum aceto cōquassata super caput posita valēt. ¶Modus emplastri alius ad idē. Accipe flores camomille: farinā ordei: radices altee: semē lini: cortices papaueris: violas: nenufar. Tere cum oleo rosaceo: et violaceo: aut nenufarino permisce: et ex eo super caput fac emplastrū. ¶Diascorides. Succū extremitatū vitis in primis cū nascuntur cū farina ordei distēpera: et oleo rosato: et line ex eo sup caput: et expertū est. ¶Modus emplastri alius ad idē quod resoluit cū facilitate residuū sode calide. ℞. virge pastoris: sansuci: ballamite seminū et radicū et foliox maluax: et violax: et hasce: et ordei mūdi. añ. partē. j. rosax partē. j. et ß. camomille partes ij. fiat emplastrum cum eis: vel fiat embroca cū aqua decoctionis earū. ¶Mesue emplastrum sedans sodā calidam pulsatiuā: et hemicraneā calidā. Accipe farine ordei: sandalorum trium: sief memithe rosarum: fausel: boli armeni: acatie: aloes: semis lactuce: cāphore: de singulis ptes equales cōfice cū mucilagine psilij: aut cū succo portulace: aut lactuce: et epithimetur cum eo. ¶Gabriel. suffumigiū valens ad sodā calidā. Accipe sandalox citri. fausel rosarum. añ. ʒ. ij. et ß. cāphore. ʒ. vnius tertiam: spice. ʒ. ß. ponantur in vase vitreo stricti orificij cum aqua rosata quātum sufficit: et obturetur orificium eius: et dimittatur vt bulliat in cinere calido. Deinde obturetur et recipiatur fumus eius: est enim expertū. Et si ex eo super tpa aspergatur: aut lauetur ex eo facies: confert. Si aūt vigilias patitur: cortices papaueris cū eis adde: et ꝓprie eius. ʒ. iij. et plus vel minus sicut necessitas viget. ¶Aliud suffumigiū eiusdē resoluēs residuum sode calide. Accipe rosax sandalox macaziri: ligni aloes. añ. ʒ ij. camomille. ʒ. iiij. aque rosate quantum sufficit. Fac sicut primū: nobile et expertū est. Et sunt q̄ ponūt camomille pondus omniū. Et sunt qui addūt mellilotū. ¶Caputpurgia fiāt cū oleo rosarum et violarū: et nenufarino cū pauco cāphore: aut cū pauco oleo de semie cucurbite dictis: aut oleo de salice. ¶Aliud filij Zacharie valens ad dolorē capitis calidū: et hemicraneā calidā et dolorem auris. ℞. opij: cāphore. añ. partes equales: fiant collyria sicut lentes: et dissoluatur vnū aut duo in oleo violarū: aut oleo de cucurbitis: et distilletur in nasum: et aurē: est enim verax. ¶Aliud filij Serapionis valēs ad sodā calidā sublime. ℞. spodij. ʒ. ij. opij. ʒ. j. croci. ʒ. ß. cōfice cū aqua in modum pilulax paruarum: et administretur cū lacte mulieris: aut oleo violax aut oleo de semie cucurbite: deinde post horā fac caputpurgium cū lacte mulieris: aut aliquo ex oleis. ¶Iudeus. odoratur oleū rosatum cū aceto conquassatū et positū in vase vitreo: et confert sode calide vehemēti. ¶Aliud nostrum expertum. ℞. amili: nabeth. añ. ʒ. ij. opij. ʒ. iij. spodij. ʒ. j. croci. ʒ. ß. Fac sicut proximū. ¶Aliud Aarō expertum efficax ad sodam calidā et hemicraneam et dolorem auris. ℞. sief. memithe: fausel semis iusquiami seminis lactuce: rosarum: sandalorum: opij radicū mādragore. añ. Fiant ex eis sief: et fricetur ex eo super cutem cum oleo rosato aut violato cū pauco aceto: et distilletur in nasum et aurē et ꝓprie loci doloris. ¶Incipiamus ponere euacuatoria cōferentia ad sodam calidam: cuius materia est cholera citrina. Et incipiamus a leuioribus sicut cōsueuimus procedētes ad maiora. Purgetur ergo in primis cum aq̄ fructuū. ℞. pruna. xxiiij. tamarindox. ℥. ij. et ß. medulle cassiefistule. ℥. iij. myrobalanox citrinox. ℥. j. et ß. propinetur infusio eorum post sufficiētiā coctionis ipsorum. ¶Aqua fructuum ꝯm modum nostrum conferens sode cholerice. ℞. absinthij: rosarum: violarum. añ. ʒ. v. fumiterre. ʒ. vj. capillorum veneris. ℥. j. passulax enucleatarū. ℥. j. pruna. xl. numero iuiube sebesten. añ. xx. Coquātur cū facilitate in aque lib. ij. vsqꝫ dum veniāt ad lib. j. et proiice in ea illa eadem q̄ hic prime diximus: et propinetur: et sunt cassiefistule. ℥. iij. tamarindox. ℥. ij. corticum myrobalanox citrinox. ℥. j. et ß. ¶Inquit Ga. Quando ex aquis fructuū soda non resoluitur propinanda est infusio aloes. Et iste est modus eius. ℞. succi endiuie: succi lupuli: post depuratione ipsorum. ℥. vj. vel alterius eorum tantum: si vtriqꝫ haberi nō possunt: vel succi buglosse domestice: aut siluestris lib. j. et proiice super ipsum aloes succotrini boni et electi. ℥. j. et pone in vase vitreo ad solē obturato orificio eius diebus. xij. et da ex eo omni mane ab. ℥. j. vsqꝫ ad. iij. cum modico dragagāti: vt nō noceat ano. ¶Modus infusionis cōferēs sode calide vehemēti et solutione educit cholerā. Et cōfert iuuamentū maximū febribus cholericis. Accipe succi endiuie cocti et depurati lib. ij. vel aliox succorum quos diximus: et infunde in ipsis vel altero ipox diasiracost. ℥. vj. Et da ex eo ī mane ab. ℥. ij. vsqꝫ ad. iiij. Apparebit enim cito sanitas si deus voluerit. ¶Inquit Hamech. Modus infusionis sode calide diuturne. Accipe absinthij romani. ℥. j. fumiterre. ʒ. viij. passulax enucleatarum. ℥. j. eupatorij. ʒ. v. florū buglosse domestice aut siluestris. añ. ʒ. vj. cuscute: seminis endiuie: agarici. añ. ʒ. iij. Coquātur in lib. iij. aque vsqꝫ ad lib. j. et ß. Et infunde in ea confectionis iam dicte Hamech et ꝓprie prime descriptionis. ℥. ij. Et da ex ea oī mane ab. ℥. j. vsqꝫ ad. ij. sanat enim cū virtute dei gloriosi.

Ad dolorem capitis.

¶De soda frigida.

Loquemur deinceps de soda frigida: siue sit sine materia: siue cum materia phlegmatica vel melācholica: siue permixta: siue ventosa. Et de his omnibus distinctim loquemur si deus voluerit. Et incipiemus sicut consuetudo nostra est a debilioribus. ¶Calefactorium ad sodam frigidam et sodam ventosam. Milium integrum cum sale quantum ipsum calefiat in latere calido: et impleātur ex eis saccelli: et vaporetur cū eis locus. ¶Isaac. grana lauri: et olibani medium conterantur: et impleantur ex eis saccelli: postqꝫ ibi irrorata

fuerint aceto vini:calefiāt in latere calido sup qđ irrorat̃ acetū:⁊ fiat euaporatio cū eis. Democritꝰ. Accipe grana sinapis itegra ⁊ grana nasturcij:vt sint partes eoꝝ eq̄les. Infundant̃ modicū i aceto vini fortis:et impleant̃ ex eis saccelli:et calefiant in latere: et fiat euaporatio cum eis. ¶ Aliud eiusdē expertū.pulegij: carui equis partibꝰ fiat sicut diximus. Aliud eiusdē.oleū puleginū inūctū expertū est. ¶ Unctiones fiant ad sodā frigidā ex oleo nardino aut irino aut laurino aut de been:aut aliq̄ taliū. Itē si fortius facere volueritis cōfortat virtutē eoꝝ cū costo:et castoreo:et euforbio:et pipere cū aliquo hoꝝ vel oībꝰ. ¶ Linimentū ad dolorē capitis frigidū. Tyriacā vel mitridatū cū succo mēte misce:⁊ superpone:exptū est. ¶ Linimētū aliud expertū a nobis ad antiquos capitis dolores qđ administrat̃ sup caput:et frontē. ℞.costi:myrrhe: castorei neriden.añ.ptes equales:olei rosati quātuʒ sufficit. Et si insomnietatē patit̃ partem ß.opij adde: est enim expertū. ¶ Mahemet filius zacharie. modus linimēti ad sodam frigidā et antiquā ⁊ hemicraneā:et dolores auris ex frigiditate. ℞.castorei:euforbij:opij:storacis liq̄de pipis:foliorū rute sinapis:calamēti:marrubij.añ. Fac trociscos aut ij.aut.j.et apud necessitatē dissolue ex eis cum oleo nardino aut costino:aut modico aceto. Et line sup locū:⁊ distilla ex eo i aures ⁊ nares ex parte doloris:⁊ miraberis effectū eius si deus voluerit. ¶ Ga. Trociscus crudus dissoluat̃ cū aceto forti:et oleo rosato:et liniat̃ ex eo sup frontē et tpa:et sedat sodā difficilē et hemicraneā. Et est expertum. Et eodē modo trocisci de croco dicti in antidotario. ¶ Diascorides. Epithima ad sodā fridā et hemicraneaʒ. Ex cinere et aceto fiat pmixtio:et decoque in illa:⁊ liniat̃ ex eo:expertum est. ¶ Philagrius. Modus linimenti ad sodam frigidam et antiquā et hemicraneam difficileʒ. ℞. myrrhe:opij:omphacij:scamonee:granoꝝ lauri.añ.ʒ.iiij. croci.ʒ.iiij.et ß.semis iusquiami:apij: amomi.añ.ʒ.v. Fac trociscos cū aceto: et line sicut diximus cū eis super locū. ¶ Alexander. Confectio epithimatis ad sodam frigidaʒ diuturnā. ℞.fimi colūbini.ʒ.j.et ß. leucopiperis.ʒ.ij.euforbij.ʒ.iiij.croci.ʒ.ß. ⁊ fecis olei de croco.ʒ.j.ß. aggregent̃ oīa cū aceto forti multe fortitudinis:et fac trociscos cū aceto: et succo absinthij:et oleo nardino. Misce ⁊ line vbi opʒ. ¶ Embrocetur caput in soda frigida:et vētositate grossa cū camomilla hastuceha:maluis: folijs lauri: ⁊ sauina:⁊ berēgesif:⁊ origano⁊ mellilo to:⁊ sansuco:⁊ neemē:⁊ hyssopo sicca:⁊ similibꝰ separatis vel cōiūctis. ¶ Diascorides expertū est. Succo apij calido capite linito resolui sodā. ¶ Democritus.ad diuturnam sodā medicamē expertuʒ. ℞.castorei:radicum feniculi:algul:ireos. añ.ʒ.j. granorū lauri.ʒ.ij.folioruʒ rute.ʒ.iij. cere.ʒ.vj.olei rosati.℥.i.ß.olei irini.℥.j. Fac vnguentum et line ex eo:probatum est.

¶ De caputpurgijs conferentibus sode frigide.



Caputpurgiorū cōferētiū sode frigide narrationem aggredimur. Diascorides dixit. fit caputpurgiū cū aq̄ sansuci ⁊ resoluit sodā frigidā et hemicraneā. ¶ Oribasius dixit. Oleū de cucumere asinino est caputpurgiū bonū sode fride ⁊ hemicranee:⁊ mūdificationi cerebri ab humoribꝰ frigidis pinguibus:⁊ aque descendēti ad oculū:⁊ ꝓprie si modicū huius olei distilletur in aures:⁊ trahatur sugendo. ¶ Deinde post horā lauent̃ nares cū aqua calida. Succꝰ quoqꝫ cucumeris asinini vehementius operatur. ¶ Gal. Caputpurgium cōferens sode frigide:⁊ torture: ⁊ oppilationi colatorij:⁊ defectioni olfactus ⁊ impedimēto ipsiꝰ. Nigella die ac nocte infundatur in aceto: deinde siccetur et teratur subtiliter:⁊ puluis eius naribus approximet̃:⁊ trahat̃ naribus odor eius sicut sugendo. Et expertū est.

Caputpurgiū sode frigide cōferens.

¶ Idem caputpurgiū valēs sicut superius:⁊ est forte. ℞. nigelle.ʒ.ij.succi cucumeris asinini.ʒ.j.sal' armoniaci.ʒ.ß. Misceant̃ cū oleo cucumeris asinini:aut oleo de alcāna ⁊ liniat̃ ex eo in naribus intus: ⁊ sugat̃ vehementer odor eiꝰ. Educit eñ de materia cōtēta in capite sufficiēter. Deinde lauentur nares ⁊ caput cum aqua calida. ¶ Filius zacharie. Cōfectio caputpurgij ad sodā frigidā. ℞. castorei:euforbij.añ. Fiat ex eis sief cū aqua sansuci:et fricetur ex eo super cutem:al's coteʒ: cū oleo nardino:aut costino: et liniat̃ ex eo in naribus:et sugatur:⁊ fiat sicut diximus. ¶ Idem. Confectio caputpurgij ad sodā frigidam:⁊ hemicraneā:⁊ egritudines cerebri frigidas:⁊ torturā et paralysim. ℞.castorei:cōdisi:arthanite: pulpe coloquintide baurach euforbij gibenech: fellis vaccini sicci ana. Fiat sief. Et fiant cum eis caputpurgia cū auricula succo muris:aut succo sansuci:aut succo venarū. Et est expertum. ¶ Iudeus. Caputpurgiū conferens sode frigide. Fellis adib sicci:aut vaccini: aut caprini: oppoponaci: castorei. añ partē vnā:croci partem ß. fiat sief: et fricetur ex eo sup cutem:al's cotem cū aqua:⁊ liniātur intus nares:est enim expertū. ¶ Archigenes. Caputpurgium valens ad idem. castorei sinapis:oppoponaci:opij:croci:aloes.añ. Fiāt pilule:et administrent̃ sicut diximus. Expertum. ¶ Alexander. caputpurgiū mirabile ad diuturnū capitis dolorem et pingues in eo materias:⁊ initium aque. Et est ad epilepsiam expertū. ℞. iuseis.ʒ.v. succi cucumeris asinini nec nimis recentis nec nimis antiq̄:salis armoniaci. añ.ʒ.ij. terant̃ diligenter et misceant̃:sic terendo cū oleo de cucumere asinino:aut oleo irino donec fiat sicut cerotū:⁊ repone in vase vitreo:⁊ inunge ex eo intus in naribꝰ: et sugat̃ diligēter. Deinde fac sicut diximus. ¶ Idē. Accipe radicū arthanite sicce.ʒ.ij.ß.succi cucumeris asinini.ʒ.ij. Tere subtilissime:⁊ ex eo per canellū insuffletur in nares. Deinde sugat sicut diximus. ¶ Democritus. purgat̃ aliquādo caput per res que cōmasticātur. Et est purgatoriū leue. Accipe masticis partes.ij. piperis partem.j. cōmasticent̃ diu:⁊ saliua que resoluit̃ semper expuat̃: ⁊ quādoqꝫ admiscemus cum mastice staphisagriam:⁊ quādoqꝫ piretrum: ⁊ quādoqꝫ radices alfefare: ⁊ quādoqꝫ radices capparis. Hec eñ spissum humorem et phlegma grossum educunt. ¶ Caputpurgiū in inuētione nostra:conferens delicatis ad ea que diximꝰ. ℞.castorei.ʒ.j.euforbij.ʒ.ß. gallie muscate.ʒ.vnius partes.ij.condisi.ʒ.vnius partem ß. Fiat eorū cōtritio bona:⁊ infunde super ea succi arthanite quantitatē sufficientem:⁊ expone ad vmbrā donec siccet̃. Deinde tere:⁊ cū succo venarū:aut cum succo sansuci fiant collyria:⁊ administra sicut diximus. ¶ Gargarismata q̄ materiā cerebri attrahūt: quale est gargarisma factum cum oximelle cum sinapi:aut cum ireos:aut cū cortice capparis:aut cū piretro:aut pipere. ¶ Paulꝰ. gargarisma conferēs sode frigide: ⁊ egritudinibꝰ cerebri phlegmaticis. hierapigra cū oximelle squillitico cū aq̄ decoctiōis alhasce:origani hyssopi sicce:piretri:⁊ sinapi. Gargarismꝰ cū eis fiat omni hora.

Gargarisma materiam cerebri attrahens.

¶ Suffumigiū Gabrielis ad sodā frigidā:⁊ egritudines cerebri phlegmaticas. Accipe sansuci.℥.ij.folioꝝ citri.℥.j.camomille tātūdē:ligni aloes:spice añ.ʒ.v. ponantur in vase vitreo stricti orificij:⁊ coquātur donec cōsumpta sit quarta pars aque. Deinde aperiatur orificiū vasis:⁊ recipiatur vapor eius. ¶ Aliud eiusdem: sed est fortius illo aperiens oppilationē cerebri ⁊ emūctorij. ℞.nigelle partes.ij foliōꝝ sansuci: origani: persici:hasce:hyssopi sicce:sticados.añ. partē vnam. Fiat sicut diximus. ¶ Odoramētū conferēs sode frigide. ℞.gallie muscate.aur̃.iij.sadurā aur̃.iij.⁊ ß. ambre crude. aur̃.ij. musci.ʒ.j.ligni aloes aur̃.vj. Dissoluat̃ ambra in modico olei de been. Cetere aūt res preter muscum terant̃ subtiliter:⁊ conficiantur cū glutino dragagāti. Et postq̄ cōfecte fuerint:malaxent̃ cū ambra dissoluta in oleo de been malaxatione multa. Ultimo vero muscꝰ tritus et distēperatus cū aqua rosata misceat̃ malaxādo cum predictis:⁊ fiat inde pomum vnū:aut duo:⁊ odoretur. Deinde cōseruet̃ in vase vitreo:aut plūbeo:ne virtꝰ ipsius tollat̃. Hoc est odoramentum sublime.

Odoramētū sublime.

¶ Odoramentum aliud ex castorei ⁊ rute sicce partibus equalibus cum glutino draganti:pomū fiat ⁊ odoret̃. Et species per se odorētur preterq̄ fiat pomum: est enim expertū ad sodā frigidam et ventosam. ¶ Odoramentum aliud expertum ad frigiditatē cerebri qđ confortat ipsum: et confert sode. ℞. storacis calamite electe.℥.ij.ligni aloes.℥.iij.laudani cōfectiōis geanā. añ. ℥.i.⁊ in alio.℥.vnius partes.ij.spice.ʒ.iii. gallie muscate. ʒ.viij.masticis.ʒ.iiij.ambre crude.ʒ.ij.et ß. gariofiloꝝ macis.ana.ʒ.iiij.⁊ ß. Confice sic. storacem laudanum et masticē cū modico olei de been resolue. Deinde tere in mortario cum pistillo calido:⁊ proijce super eā puluerē ligni aloes:spice:gallie gariofilorum ⁊ masticis:⁊ misce cū eis. Post hec funde sup ea glutini:gūmi arabici:aut dragagāti quātū sufficit:⁊ misce conterendo. Deinde malaxa cum ambra dissoluta

ambra dissoluta cũ modico olei de beẽ malaratiõe multa cõterẽdo: vltimo ꝟo aromatizeꝶ cũ musci.ʒ.ij.ß.ꝛ aqua rosata: aut fiant inde poma: et odoꝛenꝶ. Aut fiant inde trocisci: ꝛ suffumigeꝶ cũ eis. Et est exptũ verax: ꝛ suffumigantur templa: etꝺomus regũ. ℂ Aliud valẽs similiter: et est bonum. Accipe buchur scenden: et ligni aloes electi añ. partes equales: musci partis vni⁹.xix. fac: ex eis poma aut nib: ꝛ vtere: bonum est et expertũ. ℂ Aliud valens siſr storacis. ligni aloes añ.ʒ.j. gallie muscate.ʒ.xij. ambre.ʒ. vij. musci.ʒ.ij. et fiat sicut diximus. ℂ Aliud nobile satis conferens sode et epilepsie: ꝛ ꝓfocationi matricis: ligni aloes gallie muscate añ.ʒ.xv. zizenide.ʒ.vij. ꝯfice terẽdo: ꝛ fac ex eis poma: aut nib: et admistra: aut fac collyria: et suppone in matrice. Et sunt qui addũt buchur scẽdẽ ʒ.xx. ℂ Inqt Hippo. Aromatica capitis grauedinẽ faciũt. Et ego quidem dico: ꝙ nõ elongaꝶ quin hoc fit in freqũẽti vsu eoꝝ: ꝯuertũt eñ vapores ad caput immo replent illud vaporibus. ℂ Moderatus ꝟo vius eoꝝ cerebrum cõfortat et calefacit. Sed nõ fiat adeo frequẽs vt ꝑducat ad illð. Et qdẽ canon est nõ debere cõferre apud repletionẽ. Et hoc est qð Hip. voluit. Nam post mũdificationẽ cõfortat ꝛ calefacit ꝛ residuũ sode remouet. Et si soda est ex malitia cõplexionis frigide sine materia: aut a frigiditate aeris inuenimus esse iuuamẽti sublimis vsum eoꝝ. ℂ Solutiuorum genera cõuenientium sode frigide ꝛ phlegmatice deinceps scribantur: et pꝛimo a debilioribus incipiam⁹.

Ex eis est modus pillularũ de inuẽtione Iudei mũdificantiũ cerebꝛũ: et neruos ab hũoꝛe phlegmatico ꝛ cõferẽtiũ sode frigide et epilepsie: et spasmo ꝛ paralysi: quarũ permixtio hec est. ℞. pulpe coloquintidos.ʒ.xij. laudani puri.ʒ.x. dragagãti.ʒ.ij. gallie.ʒ.iiij. salisgẽme.ʒ.j.ꝛ ß. cõfice sic. Dragagãtũ ꝛ gallia: dissoluanꝶ in aqua pluuiali. Laudanũ ꝟo dissoluaꝶ in modico olei rosati. Deinde misceanꝶ oĩa: et vltimo ꝯficiatur cum eis coloquintida ꝛ salgẽma vltimo puluerizata. ℂ Pilule aũt ad hoc valẽtes sunt pilule de hiera ꝛ pilule de speciebus ꝛ pilule stomatiche: quas scripsi in antidotario vniuersaliũ medicinarũ. ℂ Mahemet filius zacharie. Cõfectio pilularũ habẽtiũ virtutẽ hiere ꝛ sunt in nobilitate ei⁹: ꝛ vocauit eas cochias: quarũ hec est ꝑmixtio. Accipe pulueris hiere.ʒ.xx. coloquintide interioris.ʒ.vj. ꝛ ß. ꝛ in alio ꝑ coloqntida trociscoꝝ alandahal.ʒ.viij. scamonee anthiochene cocte in citonio.ʒ.v. sticados turbith añ.ʒ.x. fiant pilule: dosis earum est a.ʒ.ij. vsqꝫ ad.ʒ.ij. et ß.

Pilule expte ad sodã frigidã. ℂ Sal. Pilule experte ad sodã frigidã: ꝛ mũdificãt caput ꝛ stomachũ ab hũoꝛe phlegmatico: ꝛ putrido: ꝛ sunt pilule salue: quarũ ꝑmixtio hec est. ℞. aloes boni.ʒ.x. coloqntide interioris.ʒ.iiij. scamonee cocte in citonio.ʒ.iij. sticados arabici.ʒ.v. salisgẽme.ʒ.ij. anisi: absinthij añ.ʒ.ij. et ß. turbith boni ꝛ electi sublimis.ʒ.xij. fiãt pilule. Et sit dosis earũ a.ʒ.j. vsqꝫ ad.ij. ℂ Aaron infusio hiere ad sodã antiquã frigidã ex hũoꝛe grosso phlegmatico. ℞. hyssopi sicce: hasce: sucaha: radicũ feniculi: apij añ.ʒ.viij. turbith.ʒ.iiij. ꝛ in alio.ʒ.v. anisi.ʒ.ij. ꝛ ß. salisgẽme.ʒ.ij. passulaꝝ ẽucleataꝝ.ʒ.j. Decoquanꝶ in lib. ij. aque vsqꝫ ad li.j. ꝛ coletur. Deinde ꝓijciaꝶ sup ipsam hierepigre.ʒ.x. turbith boni ꝛ sublimis ʒ.iiij. ponaꝶ in vase vitreo: et suspẽdatur in sole diebus.x. et da huius infusionis omni die ab.ʒ.j. vsqꝫ ad.ij. ℂ Fili⁹ Serapionis. Infusio de aloe est mũdificans caput et stomachum et curãs sodã. ℞. myrobalanoꝝ: chebuloꝝ: emblicoꝝ: belliricoꝝ: radicũ apij: feniculi: florum sqnãti capitis lilij. añ.ʒ.x. spice masticis: calami aromatici añ.ʒ.iij. hyssopi: dauci: sucaha: bedeguar añ.ʒ.v. coloquĩtide interioris.ʒ.ij. Coquãtur in lib. iiij. aq vsqꝫ ad li.j. et ꝓijciaꝶ super ea aloes succotrẽsis.ʒ.j. ꝛ pone in sole sicut dixim⁹. Et est dosis ei⁹ ab.ʒ.j. vsqꝫ ad.ij. cũ dragagãti et masticis añ.ʒ.ß. ℂ Idem modus infusionis hiere valẽs ad idem ꝛ est fortioꝛ. ℞. radicũ apij: feniculi: sqnãti añ.ʒ.x. calamẽti mõtani: aristologie rotũde: sucaha: ꝛ bedeguar. añ.ʒ.v. myrobalanoꝛũ indoꝛũ.ʒ.vij. epithimi cretẽsis.ʒ.v. masticis.ʒ.iij. spice.ʒ.ij. casie: ameos calami aromatici añ.ʒ.iiij. agarici.ʒ.vj. sticados.ʒ.vij. passule enucleate.ʒ.iij. Coquãtur in lib. vij. aque vsqꝫ ad lib. v. ꝛ ꝓijciaꝶ super ipsam hierepigre.ʒ.j. Et fiat sicut dixim⁹: et sit dosis eius ab.ʒ.j. vsqꝫ ad ij. cũ olei de cherua.ʒ.iij. ℂ Alexãder. Cõfectio pilularuꝫ valẽtiũ ad diuturnã sodã et hemicraneã et vertigines et epilepsiam ꝛ artheticã: ꝛ educũt hũoꝛes a ꝓfundo mẽbrorum: et soluunt sine molestia: quarũ permixtio hec est. ℞. aloes boni sublimis.ʒ.j. coloqntide interioris: scamonee cocte i citõio: absinthij: bdellij ameos añ.ʒ.ß. masticis.ʒ. iiij. anisi.ʒ.ij. euforbij.ʒ.iij. ꝛ ß. baurach: hellebori nigri añ.ʒ. iij. cũ succo cauliũ fac pilulas. Et sit dosis a.ʒ.j. vsqꝫ ad.ij. ℂ Pilule nr̃e ꝯferũt egritudini capitis: ꝛ ꝯferũt sode antique: ꝛ solutiõe educũt hũoꝛes pingues ꝛ graues: ꝛ custodiũt sanitatẽ oculi: ꝛ curãt reuma ei⁹. Quarũ hec est permixtio. ℞. coloquĩtide turbith añ.ʒ.iiij. agarici.ʒ.iij. sticados.ʒ.ij. scamonee.ʒ.iij. ꝛ ß. spice, sqnãti: xilocasie: xilobalsa. carpobalsami: assari: rosaꝝ: violaꝝ: epithimi: absinthij cinamomi: croci masticis añ.ʒ.j. aloes sublimis ad põdus oĩm. Fac pilulas cũ succo absinthij. ℂ Pilule alie nostre. Valẽt siſr ad mũdificationẽ stomachi ꝛ capitis: et accipiũtur oĩ tꝑe. Et dicunꝶ pilule de mastice. ℞. aloes.ʒ vij. masticis rosaꝝ añ.ʒ.iij. turbith.ʒ.x. fac inde pilulas. Dosis earum est a.ʒ.ij. vsqꝫ ad.iiij. ℂ Hiera nr̃a ꝯfert sode a phlegmate facte: stomachũ ꝛ cerebꝛũ mũdificat epar ꝛ mẽbra nutritionis ꝯfortat. ℞. carpobalsami xilobalsami: casie cinamomi⁹ electi: spice: assari: masticis cubebe: macis: nucis muscate: sqnãti: agarici añ.ʒ.v croci.ʒ.iij. aloes succotrẽsis lib.j. mellis qꝫtũ sufficit. Dosis ei⁹ est a.ʒ.ij. vsqꝫ ad.v. — Pilule de mastice.

ℂ De soda ex aggregatione cholere ꝛ phlegmatis.

Infusio cõferens dolori capitis: cuius materia est cholera et phlegma: ꝛ solutiõe educit ea. ℞. pruna.xl. fumiterre.ʒ.viij. absinthij.ʒ.iiij. myrobalanorum citrinoꝝ: chebuloꝝ: ꝛ indoꝝ añ.ʒ.j. tamarindoꝝ.ʒ.xv. agarici ꝛ turbith añ.ʒ.ij. ꝛ ß. Cõquãtur in li. iiij. aque donec redeat ad lib.j. ꝛ mediã. Et accipe ex ea.ʒ. viij. ꝛ fricẽꝶ in ea aloes turbith añ.ʒ.j. partẽ ß. agarici.ʒ.j. Deinde coleꝶ ꝛ bibaꝶ donec dimittiꝶ ꝑ totã noctẽ. Si aũt qui sumpserit eã fuerit debilis illa tria nõ fricenꝶ in ea: sꝫ sufficit cũ ea misceri pulpe casiefistule.ʒ.xv. ℂ Haly. modus ĩfusiõis yere ad sodã antiquã ꝛ difficilẽ hemicraneã et fe. antiquas. ℞. myrobalanoꝛũ citri.ʒ.j. indoꝝ chebulorum ꝛ emblicoꝝ ꝛ belliricoꝛũ añ.ʒ.i. ꝛ ß. cuscute absinthij añ.ʒ.v. se. fumiterre.ʒ.j. bedeguar masticis añ.ʒ.iij. xilobalsami carpobalsami añ.ʒ.ij. acori.ʒ.ij. ꝛ ß. decoquaꝶ in lib. iiij. aque vsqꝫ ad vnã: ꝛ ꝓijce supˀ eã post colationẽ ipsius hierepigre ligni aloes añ.ʒ.j. ꝛ fac sicut dixim⁹: et da vsqꝫ ad dies.xij. pl⁹ vel min⁹ vsqꝫ dũ appareat sanitas: ꝛ dosis ei⁹ est ab.ʒ.j. vsqꝫ ad.ʒ.ij. efficax ꝛ expertũ. Ali⁹ mod⁹ ĩfusionis aloes ꝯferens sode ꝑmixtionis cholere ꝛ phlegmatis diuturne. ℞. myrobalanoꝝ nigroꝝ absinthij añ.ʒ.vj. fumiterre bedeguar añ.ʒ.j. Coquanꝶ in li. iiij. aque vsqꝫ ad lib. j. ꝛ cola: ꝛ ꝓijce sup eã aloes boni.ʒ.viij. Et pone in vase vitreo: ꝛ fiat sicut diximus. Et da vsqꝫ ad dies.xij. plus vel minus vsqꝫ dũ appareat sanitas: ꝛ dosis ei⁹ est ab.ʒ.j. vsqꝫ ad.ij. efficax ꝛ expertũ est. ℂ Ruffus. pilularũ ꝯfectio conferẽtium ad sodã antiquã ex humoꝛe grosso phlegmatico et cholerico: quarũ permixtio est. ℞. myrobalanoꝛum citrinoꝝ: ꝛ idoꝝ: absinthij añ.ʒ.iij. anisi: bdellij masticis añ.ʒ.ij. scamonee.ʒ.ij. ꝛ ß. ꝛ ꝑpꝛie cocte ĩ citonio trociscoꝛũ alãdahal.ʒ.iiij. epithimi.ʒ.ij. aloes boni: turbith electi: ꝛ casie añ.ʒ.vj. salisgẽme.ʒ.j. ꝛ ß. ꝛ fac pilulas cũ succo endiuie. Dosis earũ a.ʒ.j. vsqꝫ ad.ij. ℂ Alchindus. Cõfectio pilularum cõferẽtiũ sode aggregationis cholere et phlegmatis ꝛ sode ꝑpꝛie stomatiche: ꝛ ꝯferũt stõacho: ꝛ mũdificãt ipm: ꝛ caput a supfluitatibus cholericis: ꝛ phlegmaticis: ex mũdificãt sensus ꝛ viscera: ꝛ ꝯferũt splenĩ. Quarũ hec est ꝑmixtio. ℞. triũ myrobalanoꝛũ añ.ʒ.iij. epithimi boni absinthij añ.ʒ.ij. ꝛ ß. turbith arũdini.ʒ.ix. agarici. scamonee trocisci alãdahal añ.ʒ.iij. apij. anisi añ.ʒ.j. salisgẽme.ʒ. ij. nucis muscate gariofiloꝛũ añ.ʒ. vni⁹ partes duas. hierepigre.ʒ.v. masticis.ʒ.j. ꝛ ß. Cõfice cũ succo endiuie: ꝛ pentdiarũ.ʒ.ij. Dosis earũ est a.ʒ.j. vsqꝫ ad tres. ℂ Oribasius Cõfectio pilularũ mũdificãtium caput a cholera et phlegmate: ꝛ cõferẽtiũ sode ꝑmixte: ꝛ mũdificãtiũ caput et stomachũ ꝛ instrumẽta visus: ꝛ attrahũt materias vehementer: quarũ hec est permixtio. Recipe carpobalsami recẽtis assari: masticis: absinthij: spice: scamonee: cinamomi electi añ.ʒ.ij. croci.ʒ.j. nucis muscate.ʒ.ß. turbith boni et electi ʒ.iij. ß. aloes.ʒ.viij. coloqntide interioris.ʒ.vij. Fac pilulas. Dosis earũ est a.ʒ.j. vsqꝫ ad.ij. ℂ Sal. Cõfectio pilularum cochiarũ conferentium sode permixte et mundi-

ficantium stomachū ꝛ caput ꝛ instrumēta visus. ℞. aloes scamonee cocte in citonio: coloquintide interioris albe et lentis: masticis: absinthij romani. añ. partes equales. Cōfice cū expressione solatri aut endiuie. Et dosis earū est a. ʒ. j. vsqꝫ ad vnam ꝛ mediam. ¶ Pilule alie experte valentes similiter mūdificāt caput et stomachum ꝛ confortant ea. ℞. aloes boni et electi. ʒ. v. masticis. ʒ. iij. rose sicce. ʒ. j. Dosis earum est a. ʒ. ij. vsqꝫ ad aur. ij. ¶ Alie valētes similiter. Accipe aloes. ʒ. vj. myrobalanorū citrinorum. ʒ. iiij. masticis. ʒ. iij. rosarum. ʒ. ij. croci. ʒ. j.

¶ De soda frigida ab humore melācholico.

Sabor heben girges. Cōfectio pilularū indarum cōferentium sode: cuius materia est melancholica: difficilis eradicationis et cōferentium manie ꝛ melācholie: ꝛ epilepsie: et lepre: et morphee nigre: ꝛ vlceribus nigris: quarum hec est pmixtio. hierepigre. ʒ. x. epithimi: agarici: polipodij: sticados añ. ʒ. vij. myrobalanoꝝ nigroꝝ: coloquintide interioris. añ. ʒ. iiij. hellebori nigri: salis indi. añ. ʒ. ij. ꝛ ß. lapidis lazuli. ʒ. iij. Fac pilulas da. ʒ. j. ß. vsqꝫ ad. ij. cū aq̄ casei infusionis epithimi: ꝛ passularū enucleatarū: ꝛ parum salisgēme. Sunt em̄ mirabiles. Sunt em̄ ex posterioribꝰ qui addiderūt in pmixtione earum gariofiloꝝ: anisi: spice añ. ʒ. j. ꝛ ß. ¶ Decoctio de epithimo ꝯferēs sode melancholice: ꝛ speciebꝰ melancholie: ꝛ manie: et lepre: ꝛ morphee nigre: ꝛ cancro ꝛ fistule nigre. ℞. epithimi: sticados myrobalanorum nigroꝝ. añ. ℥. j. chebuloꝝ: emblicorum belliricoꝝ turbith: eupatorij: agarici añ. ʒ. v. polipodij: sene. añ. ʒ. vj. fumiterre: florū squinanti. añ. ʒ. iij. corticū hellebori nigri. ʒ. ij. salisgēme. ʒ. ij. ß. passularū enucleatarū. ℥. j. ß. Omnia preter epithimū buliāt in lib. iiij. aque vsqꝫ ad lib. j. Deinde buliat epithimū in eo bulitione vna modica. Deinde coletur et proijciatur in ea hierepigre. ℥. j. ꝛ fiat sicut diximus. Dosis est ab. ℥. j. vsqꝫ ad tres. ¶ Hamech filiꝰ zezar. Modus infusiōis cōferēs sode: cuius materia est humor adustus: aut melācholia: ꝛ est sublimis ad illud et ad maniam: ꝛ melācholiā: et epilepsiam: ꝛ vertiginē: ꝛ lepram: ꝛ cancrum: ꝛ scabiem: ꝛ impetiginē. Cuius hec est pmixtio. ℞. myrobalanoꝝ nigroꝝ: chebulorum añ. ʒ. viij. epithimi reubarbari. añ. ℥. j. radicū buglosse domestice ꝛ siluestris: et florū eaꝝ. añ. ʒ. iiij. absinthij. ʒ. iij. fumiterre. ʒ. v. polipodij: agarici: sticados: camedreos: camepitheos añ. ʒ. iiij. liquiritie. ʒ. v. sene. ʒ. vij. passularū enucleatarum. ℥. j. Buliāt oīa preter epithimū in quinqꝫ libris aque vsqꝫ ad li. j. Ultimo xͦo ponaꝶ epithimum. Deinde coleꝶ ꝛ proijciatur in ea cōfectionis Hamech secūdē. ℥. ij. et ponaꝶ in sole in vase vitreo diebus sex. Et da ex eo ab. ℥. j. vsqꝫ ad vnam et mediam. Est enim mirabile. ¶ Mesui iube. Syrupus cōferens ad ea que diximus ꝛ nobile ꝛ expertū ꝛ cōfert quartane ꝛ oppilationi splenis et omni egritudini que est de melācholia. ℞. capilloꝝ veneris: radicum buglosse domestice et siluestris ꝛ florum earū polipodij. añ. ℥. j. epithimi ℥. j. folioꝝ sene: camomille: sticados. añ. ʒ. vij. camedreos: squināti hellebori nigri. añ. ʒ. iij. fumiterre. ʒ. vij. eupatorij ʒ. iiij. succi pomoꝝ dul. ʒ. viij. Omnia preter epithimum ꝛ succū pomoꝝ buliāt in lib. iij. aque vsqꝫ ad lib. ij. Deinde buliat in eo ebulitione vna epithimum: ꝛ coletur: ꝛ cum succo pomoꝝ lib. ij. zuccari fiat syrupꝰ: dosis est a. ʒ. x. vsqꝫ ad. xxx. ꝛ est sublime. ¶ Alexāder. pilule de lapide armeno cōferūt sode melācholice: ꝛ educūt cū facilitate humorem melācholicū: ꝛ cōferūt egritudinibus melancholicis sicut est mania: melācholia: et cancer et lepra. ℞. hierepigre epithimi agarici lapidis armeni loti ꝛ preparati añ. ʒ. iiij. scamonee. ʒ. v. ꝛ ꝓprie cocte ī pomo gariofiloꝝ. ʒ. j. fac pilulas cū aqua rosata. Dosis. ʒ. j. ¶ Galenus. Canon est

De triplici regimie i cura huiꝰ sode.

qꝫ cura huiꝰ sode nō est expoliāda ab vno triū regiminū. Primū est sīr oīm trium egritudinum melācholicarum. Primuꝫ est regimē humectatiuū ꝛ impinguatiuū: preter hoc qꝺ facit cadere in opilationes: et hoc ideo vt lenificeꝶ et habiliteꝶ corpus humoris vt recipiat equalitatē digestiōis in toto. Et hoc regimē est necessariū in pncipio ꝛ in medio ꝛ in fine: ꝛ ante ꝑm regimē qꝺ dicemus ꝛ post vt nō cadat in corpus humorosu vt resoluaꝶ subtile: ꝛ remaneat grossuꝫ ꝛ accidat residuo ipsius lapideitas. Secundū regimē est regimen resolutiuū faciēs resolutionē cū mediocritate: ꝛ propter eꝰ qꝺ habilitatū est vt fiat illud. Et hec duo regimina opꝫ vt sibijnuicem semp succedāt: ꝑm hoc em̄ cadet digestio equaꝶr in materiā: ꝛ equaliter resolueꝶ. Tertiū regimen est regimē euacuatiuū in quo tria cōsiderabilia subdentur. Unum vt non semel: ꝛ multā ꝛ subitā faciamꝰ euacuationē: sed per interualla habētem temperiē: vt natura euacuationem: nō euacuatio naturā regulet: subita em̄ et violēta euacuatione vix a natura regulariter operaꝶ sicut impetus flamme q̄ subito agit in subtile ꝛ pretergreditur grossum. Opus xͦo moderati caloris est equaꝶr in vtrāqꝫ partē rei elixabilis ꝛ assabilis agere. Secūdū ꝯsiderabile est vt euacuatiuum sit cōmensuratum nō excedēs mediocritatē: sed sit extēsio eleuationis eius nō recedēs a gradu medicinaꝝ incolumiū quas te scire fecimus in libro rectificationū eaꝝ. Tertiū est vt nō expolienꝶ solutiua a rebus lenificatiuis ꝛ humectatiuis: hoc est em̄ qꝺ operationem beatificat. Adhuc aūt canon est vt in hoc triplici regimine cōforteꝶ cor cuꝫ rebus cordialibus generātibꝰ in eo mineram gaudij: ꝛ tu elige eas ex simplicibus ꝛ compositis quarum traditio est apud te: et cum administratione oīm que ad rem gaudij pertinent: hic est enim thesaurus cure.

¶ De cura sode a pmixtiōe cholere nigre ꝛ phlegmatis.

Iudeꝰ. Modus pilulaꝝ ꝯferētiū sode a phlegmate ꝛ melācholia. ℞. myrobalanoꝝ: chebuloꝝ: indoꝝ: belliricoꝝ: salis indi. añ. ʒ. iij. turbith: epithimi. añ. ℥. j. ꝛ ß. hellebori nigri: pulpe colloquintide. añ. ʒ. iiij. hierepigre. ʒ. x. agarici. ʒ. vj. sticados. ʒ. iiij. absinthij. ʒ. ij. Dosis eaꝝ ē a. ʒ. j. vsqꝫ ad. ij. ꝛ sunt sublimes. ¶ Archigenes cōfectio pilularum stomaticharū solutione educētiuꝫ phlegma ꝛ vtrāqꝫ choleram: ꝛ confert sode stomatiche facte ab eis: quaruꝫ permixtio est hec. ℞. hierepigre: turbith añ. ʒ. xij. myrobalanorum citrinoꝝ: chebuloꝝ: indoꝝ. añ. ʒ. v. agarici. ʒ. iiij. salisgēme sticados ameos. añ. ʒ. ij. epithimi. ʒ. iij. scamonee. ʒ. ij. ꝛ ß. Fac pilulas cū succo scariole. Da a. ʒ. j. ꝛ ß. vsqꝫ ad ʒ. ij. ꝛ ß. ¶ Andromachus. Hiera cōferēs egritudini capitis a phlegmate ꝛ melācholia: ꝛ cōfert iuuamētū manifestrum apoplexie ꝛ epilepsie ꝛ paralysi: ꝛ torture: et mollificationi: ꝛ initio aq̄: cuiꝰ pmixtio. ℞. aloes succi absinthij añ. ℥. j. hierepigre. ℥. ß. turbith. ʒ. vij. coloquintide interioris. ʒ. iiij. squille assate. ʒ. iij. agarici: sticados: polipodij: et epithimi añ. ʒ. ß. hellebori nigri: piretri: piperis albi ꝛ longi: zinziberis: squināti: camedreos. añ. ʒ. iij. ꝛ ß. cardamomi: macis: nigelle: aristologie: castorei. añ. ʒ. iij. euforbij. ʒ. ꝛ ß. croci: petrosellini: cinamomi: spice: polij añ. ʒ. ij. absinthij. ʒ. iiij. albarū penidiarū. ℥. iiij. mellis dispumati quantum sufficit. Dosis eiꝰ est a. ʒ. iij. vsqꝫ ad. v. cū aqua casei.

¶ De soda ex percussione.

Soda propter percussionem. filius Serapionis: Si super percussionem in capite nullū preterijt tempus administramus in pncipio que repellant et nō permittāt materiā reumatizantem ad locū recipi ꝛ figi in ipso: sicut recte administranꝶ frigida stiptica cū aquis et expressionibꝰ frigidis sicut est ramich ꝓprie cū aqua frigida multe frigiditatis: ꝛ cōprime vehementer super locū. Et ex eis sunt rose ꝛ sandali et faufel: ꝛ siefmemite: ꝛ acatia: ꝛ bolus armenus ꝛ chimolea: ꝛ lens nō excorticata: ꝛ litiū singulariter ꝛ cōiunctim quādo miscētur cū aqua solatri: aut virge pastoris: aut plātaginis: aut coriādri humidi: aut cū oibus: aut cum aqua rosata et infrigidenꝶ ī niue: aut cū expressione portulace. Si autem post percussionē preterit tempus: et materia iā reumatizauit et collecta est medicamē resolutiuū apponēdum est: sicut ex camomilla: melliloto: fenugreco: radice altee ꝛ similibus. Si aūt non resoluitur curatur sicut dicemus in tractatu apostematū. At xͦo ꝛ si reumatizauit materia ꝛ adhuc reumatizat ꝛ partim collecta est: et partim colligēda vtrāqꝫ cura indiget. s. ꝛ que repellat reumatizādū: et q̄ resoluat collectū ꝛ reumatizatū. Sint satis hec de curis sode que diximus: et sufficere possunt eis quos deus excellētissimus sanare voluerit.

¶ De hemicranea.

Hemicranea egritudo est de genere vehemētiū dolorum ꝓpterea qm̄qꝫ indiget curatiōe: qm̄qꝫ blādimēto: ꝛ cura eius indiget obseruatiōe regiminum: sicut ī soda diximꝰ: quapropter opꝫ vt capitula illiꝰ canonis hic etiā afferanꝶ: in calida. s. et frigida. Cura autem blandiens est cura non vera: ꝛ est

ra:⁊ est stupefacere apud vehemẽtem dolorẽ ipsius pulsationem. Nos aũt sanitatis largitorẽ poscimus in primis: vt de sui largitate ipam egẽti ⁊ sperãti annuat q̃ sit bñdictus. Afferam⁹ aũt ad locũ hũc ex medicinis ibi memoratis: quas possumus habere ꝯmunitatem iuuaminum in oĩbus egritudinibus capitis. Et ponimus ex medicinis hic quasdã quas quidã ꝓprias hemicranee esse dixernut.

De hemicranea calida.

ET si peccatum est ex parte sanguinis flebotomiã conferre dixim⁹. Si ꝟo ex pte cholere euacuabim⁹ eã postq̃ digesserimus vtrãq̃ partez eius et hoc cũ auxilio medicinaꝝ quarũ proprietas est hoc facere. Et ex eis est aqua fructuũ ⁊ infusio myrobalanoꝝ: et infusio aloes in aqua endiuie quã diximus: ⁊ alia quoꝝ rememoratio p̃cessit: ⁊ dãda est hiera cũ scamonea. Alexãder. Cõfectio trociscorum qb⁹ fit linimẽtũ ad hemicraneã cholericã vehemẽtẽ ⁊ pulsatiuaz. ℞. aluminis. ʒ. xvj. croci. ʒ. xij. colcothar. ʒ. x. myrrhe. ʒ. iij. onfacij. ʒ. ij. calcadis. ʒ. ij. gũmi arabici. ʒ. iij. Fac trociscos cũ vino forti aut aceto. Et cũ necesse fuerit soluat̃ vnus cũ aceto ꝑmixto: et liniat̃ sup locũ doloris: et stringat̃ sup ipsum cũ ligamine vt sedetur pulsatio. Et qñq̃ apud necessitatẽ ponit̃ aliquãtulũ opij. Democritus. Linimentũ bonum ad hemicraneã calidã. ℞. ex fece atramẽti sicca: ⁊ dissolue eã ꝯterẽdo cũ aceto multe fortitudinis cũ octaua pte ipsi⁹ opij egyptiaci: ⁊ laboret̃ multum in ꝯtritiõe ipsius: sicut p diẽ vnã: ⁊ liniat̃ ex eo super tempora ⁊ stringat̃ sup ipsum. Est em̃ exptũ. Archigenes. Linimentum ad hemicraneã calidã pulsatiuã expertum ⁊ ad sodã vehemẽtẽ. ℞. succi agreste. myrrhe añ. ptẽ. j. fecis encausti scriptoꝝ ptes. ij. aluminis iameni croci añ. partem. j. ⁊ quartã. Cõfice terendo cũ aceto vini cõtritiõe multa: ⁊ liniat̃ ex eo super tempora: ⁊ stringat̃ sup ipsum. Filius zacharie. Si stomachus est cũ causa: danda est post mũdificationẽ infusio coriãdri: ⁊ psilij cũ zuccaro in matutinis: ⁊ assiduet̃ illud: qr ꝯfert si de⁹ voluerit. Idẽ Caputpurgium fiat ex lacte mulieris: cũ modico cãphore: ⁊ si necessitas vocat: adde tãtũdẽ opij quãtum est camphora. Et distilla ex eis in aurẽ ⁊ nasum q̃ sequit̃ morbuz Deinde stilla oleum violatũ post horã cũ lacte mulieris. Ex embrocis aliis sup hec eligẽda ad istũ locũ ea que cõgruãt. Et quoꝝ ꝓprie p̃cessit rememoratio. Et ad hunc locum ex eis aliqua referant̃ que diximus in soda frigida.

De hemicranea frigida.

HErmes. Linimẽtũ ad hemicraneam frigidam chronicaz. ℞. succi rute agrestis: succi affodili añ. ℥. iij. castorei: euforbij: piretri añ. ʒ. vj. piꝑis sinapis: staphisagrie. calamẽti: zinziberis añ. ʒ. iiij. croci. ʒ. iij. fiant ex eis trocisci: ⁊ cũ necessitas vrget: ex eis dissoluat̃ vnus in aceto multe fortitudinis: ⁊ liniat̃ sup locũ: ⁊ stringuat̃ cũ pila. Est em̃ efficax et eo vtẽdũ est: qñ iã oĩa nõ cõtulerint qm̃ est forte. Et qñq̃ cum lib. j. olei ⁊ vini lib. ß. ⁊ cere. ℥. iiij. buliant oĩa vsq̃ ad vini cõsumptionẽ. Deinde colẽtur: ⁊ fit inde vnguẽtũ mirabile. Democritus. Medicamẽ magnũ cõferẽs hemicranee difficili: ⁊ chronice q̃ difficulter sepat̃: ⁊ non est qđ cõferat sicut illud. Accipe ex emplastro sinapismo circiter lib. ij. ⁊ cõmisce cũ oleo squille. ℥. ß. costi radicũ capparis: euforbij añ. ʒ. iij. oĩa trita ⁊ cum aceto: aut vino odorifero quãtũ sufficit aggregabis: ⁊ emplastra super locũ: qm̃ est vltimũ. Hippocra. Granoꝝ lauri ptẽ. j. olibani partem ß. Misce oĩa cũ aqua post ipsorũ triturationẽ: ⁊ linies super locũ. Oribasius. Granorũ lauri foliorũ rute añ. ptẽ j. sinapis partẽ ß. aggregent̃ cũ aqua: ⁊ administrentur. Alexãder. Si est hemicranea a cõitate stõachi: vomitus ꝓuocãdus est cũ oximelle ⁊ pipe: aut oximelle ⁊ porris: aut oximelle ex raphano nutrito cũ helleboro nigro Deinde post vomitũ det̃ diacitonitẽ: aut citonia cũ pipe et zinzibere ꝓpinato tñ ante vomitũ p triduũ apozimate apij: ⁊ hyssopi ⁊ dauci ⁊ sikiũ cũ oximelle. Idẽ caputpurgiũ quo frequẽter vsus suz ad hemicraneã difficilẽ ex humore frigido. ℞. euforbij: castorei añ. ptes equales. Fiãt ex eis sief: ⁊ apud necessitatẽ fricet̃ cũ vno eorũ sup cutem cũ aqua calida: aut oleo costino: aut nardino. Et distillet̃ ex eo in narẽ ⁊ aurẽ q̃ ex pte doloris est. Deinde balneet̃ ⁊ ꝯñr adhuc ex medicamĩe distillet̃. ⁊ h̃ vicissiz: cito em̃ hemicranea soluet̃ si de⁹ voluerit. Alexãder. Linimẽtũ q̃ nullũ magis ad diuturnã ⁊ difficilẽ hemicrãeã iuenit̃. ℞. euforbij vitrioli añ. ʒ iiij. myrrhe pure trociscoꝝ croci: magnetis: croci: piꝑis al. añ. ʒ. iij. Tere oĩa ⁊ ꝯfice cũ aceto. sic ꝯterẽdo ꝯtritiõe mľta vsq̃ dũ fiat sicut mel. Et linies ex eo totũ tp̃s ⁊ dimitte vsq̃ dũ desiccet̃. Et iteꝝ scđo ⁊ tertio inunge. Deide lauet̃ ⁊ singľis dieb⁹ sine itermissiõe faciat vsq̃ dũ appeat sanitas: si De⁹ voluerit. Aliđ eiusdẽ. olei đ sabina li. j. cere. ℥. iij. euforbij. ℥ j. Fiat ex eis vnguẽtũ: ⁊ ex eo mediã ptẽ capitis inũge: ⁊ frõtis añq̃ lauet̃ i balneo. Deide lauet̃: ⁊ fiat h̃ singľis dieb⁹: qr sanabit̃ si Deus voluerit. Gal. Nõ est narcoticorũ vsus i vehemẽtia administratiõis ad egritudines capitis pp passibilitatẽ cerebri. Sed in vehemẽtia necessitatis: qñ dolor fit vehemens et amẽtem reddit: aut ad sincopim ꝑducit: cõuertimus regimẽ ad administrãdũ ea cũ timore ⁊ cautela post fractionẽ tñ excellẽtie eorũ: ⁊ meli⁹ est administrari i emplastris q̃ in potibus. Deinde in caputpurgiis. Et tu elige q̃ volueris ex eis q̃ diximus.

Linimentũ ad diuturnam et difficilem hemicraneam.

Preceptũ Galeni.

tiā. Inuoluantur omnia cū oleo nucum: et cōfice cū melle
Inducēs febrem. apum. Da ex eo in modū grani lauri. ¶ Inq̄t Mahemet
hec medicina est bonitatis magne ad egritudines q̄s di-
ximus in omnibus egritudinib⁹ frigidis: ⁊ inflāmat cor-
pus statim: et adducit febrē bonā spasmo humido: ⁊ frica-
tur cū ea lingua: et ꝯfert grauedini eius: et fit emplastꝝ ex
ea sup membrū stupidum ⁊ frigidū: aut fricatur cum ea: et
ꝯfert proprie mirabiliter ⁊ facit sudare: quapropter opor-
tet vt cooperiať sumēs eam vt sudet. sanat eñ si deus vo
luerit. ¶ Hamech fili⁹ zezar. Oleum qꝺ administratur in
potu ad egritudines neruoꝝ que fiūt a phlegmate ⁊ hūo-
re viscoso administrať cū aliquo qꝺ ꝯuenit ex potibus. ℞.
coloquītide. ʒ. x. aloes. ʒ. v. turbith albi. ʒ. iiij. sq̄lle. ʒ. iij. gē-
tiane psilij sansuci zintā ana. ʒ. iij. ⁊ ß. amomi spice xilobal
sami gariofiloꝝ ciamomi piperis macropiperis aristolo-
gie lōge ⁊ rotūde casie polij squināti petrosilini polipodij
anisi epithymi añ. ʒ. ij. ⁊ ß. serapini liq̄ritie iusquiami zīzi-
beris añ. ʒ. ij. Cōtere oīa cōtritione grossa: ⁊ funde sup ea
aq̄ fontiuz li. iij. olei antiq̄ sextā vnius: coquatur lēto igne
vsq; ad aq̄ cōsumptionē. ¶ Hamec. Oleū de sigia cōfert
egritudinib⁹ neruoꝝ phlegmaticis. Cui⁹ hec est ꝑmixtio.
℞. sigie castorei prasij añ. ℥. j. piperis zinziberis squināti
casie añ. ʒ. v. cipi costi carpobalsami xilobalsami hellebo-
ri nigri armoniaci spice serapini aristologie lōge ⁊ rotun
de añ. ʒ. iiij. olei sisicini. ʒ. v. aq̄ li. iij. Coq̄ sicut hic prime
dixim⁹. ¶ Oleum aliud de sigia valens siliť. Olei sisicini
li. ij. castorei li. iiij. Coq̄ in duplici vase. ¶ Eligim⁹ autem
ex antidotario vnguēta ⁊ ēplastra ⁊ olea de q̄b⁹ ē hyssopi
cerotū et vnguentū de bdellio: et vnguētum Phylagrios
et cerotū diapente et cerotuz Alexādri: et cerotū Andro-
machi: et emplastrū filij zacharie. ¶ Ioānicius. Lesio ca-
dens in neruos posteriores iuuamē suscipit a sternutato-
rijs et caputpurgijs ꝓpterea qꝺ a locis originū neruorū
diuerse fit ad locū emūctorij cōis et purgatur per ipsum.
Lesiōi aūt cadēti in neruos faciei sternutatoria et caput-
purgia ꝓhibēda sunt in principio: fortasse enim cōferunt
in fine rei. Gargarismata autē sunt his et illis vtilia: ⁊ ꝓ-
prie post mundificationem cōmunem: nisi materias ad pe
ctus reumatizare timueris et pulmonē. Sunt eñ tūc su-
specta sicut alibi diximus. Etiā quidem ex his que p̄cesse
runt caputpurgia et sternutatoria multa colligere potes
ad hec vtilia et gargarismata. ¶ De paralysi.



In cura huius egritudinis regimē duplex est.
Est eñ regimē quoddā cōe: ⁊ quoddā ꝓpriū.
Cōe aūt regimē nunc partē morbi tāgit nunc
ꝓprietatē: interdū ꝟo dietā. Et p̄mū q̄dē com
pleť cū administratione oīs studij ad capitis
partem posteriorē et nuchā: et illud iō q̄ñ cadit secundū
plurimū h̄ īfirmitas ī neruos motiuos ⁊ eoꝝ ort⁹ ē a poste
riori cerebro: et nucha. Et hoc q̄dē studiū ēt in q̄busdam
alijs neruoꝝ egritudinib⁹ administrari ꝺbere cōe ē: sicut
ē spasm⁹ ꝓprie ⁊ tremor ⁊ stupor ⁊ tortura. Scḋm ꝟo com
pleť cū administratiōe medicinaꝝ ꝓprietate et ꝟtute cōfe
rētiū et cōfortantium eos sicut hic in primo cap. quod est
añ istud diximus. Tertiū autē compleť cū paucitate cibi Cibus.
et pot⁹ ⁊ oī regimine exiccatiuo: et sicut est ex cibis ⁊ poti-
bus et cōdimētis eoꝝ ꝓprietatē habētib⁹ vt neruis cōfe-
rāt sicut sunt grana pini ꝓprie ⁊ cerebrū leporis et hasce:
et origanū ⁊ hyssop⁹ ⁊ piper et zīziber ⁊ piretꝝ ⁊ ius serpē
tis cū ꝓprietate et spēs salis cōditi: et ius gallorum antiq̄
rū ꝟm doctrinam Gal. et Hydromel recipiens sansucum:
hasce saluia ⁊ sisia. Et ꝯfert eis administratio capparis et
tali alphesire in p̄mis cū eleuaťa terra frixi cū specieb⁹
et hueg ꝯditū. Vinū autez vitare opꝫ: facit eñ ad neruos Potus.
materias penetrare q̄ forsitan nō penetrarent. Et scito ꝙ
vinū inimicū ē neruis et oculis per se. Ipsius eñ abusus
est cā morbi ipsoꝝ. Vitēt etiā aquā et potum supra cibū: ⁊
somnū supra cibum: et sit parcitas in potu ꝟm oēm modū
et sit pot⁹ exiccatiu⁹: ⁊ abstinere supra sitim et famē est cu
ra prima. Regimē autē proprium capi. iiij. res. Prima est
adequatio materiei. scḋa est abscissio ei⁹. tertia conuersio
residui ei⁹ ad oppositum et diuersuz. quarta corrigit acci-
dentia. ¶ Prima aūt res cōpleť cum administratione re-
rū morbi materiā carminātiū: et maturantiū: de q̄bus hic
paulo añ locuti sumus. Et tu require in illo. ¶ Scḋa aūt
res cōpleť cū administratiōe ꝓprioꝝ eūantiū sicut hiera
diacoloq̄ntidos ⁊ pilule fetide et hiera Heremetis: et alia
q̄ supra dixim⁹. Inquit Gal. egritudines neruoꝝ et iun- Documē
cturaꝝ nō nisi forti agēte rectificātur. Verūtñ de meliori tum Gale
operatiōe est nō ꝓperare ad vsum fortium a principio: ne ni.
subito tollať virt⁹ aut resoluať. Vomitus autē et euacua-
tio p clysteria et ꝓprie acuta sunt ex bonis euacuationib⁹
Et fiat vomit⁹ ꝓprie cuz expssione raphani cuz oximelle
aut cū expssione raphani in quo sit virt⁹ hellebori nigri.
Aut vōitus fit post cibaria acuta. Et opꝫ vt inter euacua
tionez et eūationē interueniat tp̄s in quo operari oportet
regimē ꝯfortatiuū. Et tunc quidē administrentur tyriace
et mitridatū et cōfectio de musco dulcis et amara et simi
lia. Et q̄dē in hac hora anacardinū quod diximus est eis
mirabilis medicina: et hac q̄dē vicissitudine regimē istud
cōpleť: et cito sanitati restituiť si deus voluerit. ¶ Tertia
aūt res cōpletur cuz gargarismatibus et cū masticationi-
bus: et caputpurgijs et sternutatorijs de q̄bus pluries fe-
cim⁹ mētionē. ¶ Quartā autē rē cōplēt vnctiones et em-
plastra et fricatiōes et balneū et alia de q̄b⁹ loquemur iā Quarta
si deus voluerit. Et dictū est febrē supueniētē egritudini- apho. lvj.
bus neruoꝝ humidis eē curam bonā. ¶ Filius Serapio-
nis. Decoctio ꝯferēs cū virtute dei ad paralysim et molli-

ficationē et spasmū et dolores neruorum. ℞. radicū apij feniculi añ. ʒ. x. squināti. ʒ. vj. semis feniculi anisi petrosilini: siseleos costi cētauere minoris piretri zinzib. zinian cordūeni añ. ʒ. iiij. semis rute setaragi indi añ. ʒ. iij. sticados bellericorū emblicorum añ. ʒ. viij. Decoquantur in. vij. li. aq̄ vsq̄ ad li. j. Et da oī die cū oleo de keiri: aut oleo de piperibus: aut oleo de costo diebus. xxj. Et sit ꝓpe decoctionis dosis ab. ʒ. j. vsq̄ ad ij. et sint olei a. ʒ. ij. vsq̄ ad. iij. sanat enim si deus voluerit. ¶ Clystere cōferēs paralysi solutione educens humorē crudum et viscosum q̄d administrādū est hora post horā: et prope q̄n fit interpolatio ab alijs euacuationibus. ℞. sicle fu... ris añ. ij. ß. mellilotí aneti radicū maluarum mūdatarum camomille añ. ʒ. iij. fic⁹ siccas. xv. numero fe...ugreci cartami añ. ʒ. j. et ß. pulpe coloquintide kerue mūdate añ. ʒ. ij. centauree. ʒ. iij. bulliāt in li. iiij. aq̄ vsq̄ ad lib. j. et ß. Ex huius aq̄ lib. ß. et oleo antiquo et almuri et melle clystere fit bonū et efficax si deus voluerit. ¶ Filius zacharie. Oleū conferēs paralysi et torture ꝓprie mirabiliter. ℞. costi. ʒ. j. euforbij piperis añ. ʒ. j. vini tertiā castorei. ʒ. ß. olei de cheiri li. ß. aut olei costi aut olei de narcisso ī duplici vase coq̄: et vtere. ¶ Archigenes cerotū ɔferēs mollificatiōi et spasmo expertū bonū. ℞. euforbij piperis hyssopi hūide ammoīaci croci olibāi balsami castorei glutinis alimbac oppopōaci añ. ʒ. iiij. storacis ʒ. ij. cere citrine li. ß. olei āntiq̄ li. iij. Terantur sicca: gūmi vero dissoluantur in vino: et misceantur: et fiat ex eis vnguētū: et vngatur sup membrū in quo est lesio. Sanat enim si deus voluerit. ¶ Aliud valens ꝓprie mirabiliter. ℞. myrrhe oppoponaci vsne sautne zinian amigdalarum amararum castorei gūmi rute agrestis thuris añ. ʒ. ij. semis agni casti piretri galbani euforbij añ. ʒ. j. hiere gūmi pini añ. ʒ. viij. olei cucūeris asinini et olei laurini et olei de gallis q̄ntū sufficit. Liniatur ex eo super membrum. Gargarismata fiant ex eis que diximus. ¶ Aliud bonū gargarisma fiet cū hiera Archigenis et oximelle. Eligātur ꝟo ex cōmasticabilibus cōuentētia. Et ex eis fiāt forme sicut nuces ex staphisagria et mastice. Deponūt enim phlegma plurimū. ¶ Aliud valens similiter. Accipe sinapis piretri staphisagrie añ. Fiāt forme sicut diximus cū mastice et administrentur. ¶ Sal solutiuus cuius iuuamētū est magnū ad paralysim: et torturā et egritudines neruorum frigidas. Accipe piperis origanthasce sinapis zinzib. piretri hyssopi semis apij anisi feniculi folij gariofilorū. hueg macis petrosilini nasturcij scamonee agarici: turbith añ. ʒ. j. et ß. salisgēme ad pond⁹ omnium. Terantur et cribellentur et administrentur ex eis vbi opus: et ēt supra cibaria. Et q̄nq̄ quadruplicatur in eo hueg et est vigorosius. ¶ Caputpurgia: et sternutatoria sunt ad hāc egritudinē vehemētis ꝟtutis. Purgāt enim cerebrū et cōuertunt a parte egritudinis ad emunctorium cōe. Eligantur caputpurgia ex eis q̄ diximus et dicemus. ¶ Filius zachari... Mod⁹ caputpurgij cōferētis proprie mirabiliter ad paralysim et torturā et dolorem capitis et egritudīes cerebri phlegmaticas. ℞. castorei. ʒ. j. ꝓdisi piperis ciclamis et gilbenec: pulpe coloquītide baurach: rubei euforbij fellis bouini exiccati añ. ʒ. iij. Fiāt ex eis collyria. Et deīde fiāt caputpurgia cum eis cum auricula muris aut cū aq̄ sansuci. ¶ Galenus quidē iam dixit administrationē tyriace et mitridati ante purgationē et post conferre: sicut in capi. q̄d est añ istud diximus. Anacardini q3 iuuamētū est ad hoc in hac cā mirabile q̄d diximus: et plura ēt illic scripsimus: que etiā huc afferent. Q̄nq̄ ēt datur ex oppoponaco q̄titas cicerū triū cū hydromelle et ɔfert. Iuuamentū quoq̄ hueg cōditi dicimus esse mirabile ad egritudines neruorum oēs ꝓprietate sua. Et similiter grana pini. Pipera aūt ꝑm oēm modū administratiōis eorum cōferunt mirabiliter. Et similiter assafetida bibita ꝓprie et linita diebus singulis. Et iā quidē diximus iuuamētum castorei magnificari ꝑ oēs modū administratiōis ei⁹. Et similiter vsus capparis. ¶ Hermes. Magnificatur iuuamentū vulpis ad paralysim: et egritudīes neruorum alias: et ꝓpe embrocatio facta ex aq̄ decoctionis ipsius: et proprie vsq̄ dum dissoluatur mēbra ei⁹ in ea. Et magnificatur etiā oleum decoctionis ipsius Et nos scripsim⁹ illud in grabadin medicinarū vniuersalitū. ¶ Joānicius. Pilule de oppoponaco sunt medicina sublimis ad egritudines neruorum: et exiccāt ab eis hūiditates viscosas: et mucillaginosas et cōferūt paralysi tortu re spasmo hūido et dolori iuncturarum et dorsi: et genuū: q̄rū ꝑmixtio est hec. ℞. aloes. ʒ. x. trocisci alādahal. ʒ. vj. et ß. oppoponaci serapini armōiaci bdellij hermodactylorum añ. ʒ. v. harmel succi cucumeris asinini añ. ʒ. ij. et ß. piperis macropiperis zinziberis tapsie myrobalanorum citrinorum: bellirícorū emblicorum myrrhe croci euforbij castorei ana. ʒ. j. scamonee. ʒ. j. et ß. aga...ci. ʒ. ij. turbith. ʒ. vij. Gūmi īfundantur in aqua caulium aut porrorum. Cetere autem tres infundātur in ...pressiōe zinian. Deīde misce omnia simul post q̄ in speciebus exiccata fuerit expressio zinian tribus vicibus fiant pilule. Et sit dosis earum a. ʒ. j. vsq̄ ad. ʒ. ij. Sunt enim mirabilis virtutis seu iuuamēti si deus voluerit. ¶ Joannici⁹. Unctiones et emplastra rubificantia quādo exhiberi oportet in loco originis neruorum quibus accidit passio applicāda sunt: vel saltem in parte et latere ortus eorum: et ex vnctiōibus ibidē administrandis est oleum nardinum: et costinū cōfortata cum castoreo euforbio. pipere et piretro. Ex emplastris quidē est radix lilij. Ipsa enim est iuuamenti magni et ꝓprie administrata fricādo et cōprimēdo sup locū et vngēdo: et si misceantur cū eo grana alrahec magnificatur opatio. ¶ Mahemet arasi. Modus linimēti cōferentis paralysi mirabiliter. ℞. cere citrine. ʒ. ij. olei de narcisco: et olei de lilio añ. ʒ. v. myrrhe oppopōaci añ. ʒ. j. castorei. ʒ. vj. euforbij. ʒ. iiij. Fiat ex eis emplastrū et liniatur in latere altero. ¶ Joāuicius. In fine quidē rei ɔferūt stufe: et balnea sine aq̄s et fricatiōes ī eis cū sale solutiuo quē diximus: aut cū castoreo et aniso et dauco: aut cū zinian siccata: aut cum vrtica acuta. ¶ Et cōferūt ēt aque the...arum post fricationē in balneo sicco: et abstinētia cibi et potus supra balneum et regimē exiccatiuū q̄ntū possibile fuerit. Sanabitur enim si Deus voluerit.

¶ De tortura.



Tortura quedā est a spasmo: et contrahit superi⁹ quedā a paralysi et mollificatiōe: et relaxat ad inferi⁹. Et illi⁹ cura est cura spasmi quam dicem⁹ Et hui⁹ cura est vt cura paralysis quā diximus preterq̄ opus caputpurgia et gargarismata ante purgationem vitari: cum sit post mundificationem cura vera. Uerum gargarismata cunctis medicinis p̄ponēda sunt caputpurgijs: cū sit vtraq̄ cura vera. Et sit studium ꝑcipue pmū in administratione medicaminum: et emplastrorum et linimentorū et medicinarū rubificantiū in spondilibus ceruicis. Deinde perueniēdū est ad mandibulā et ad partes faciei: et hoc est studiū scd'm: ad cauteria aūt approximandū est q̄n iam oia nō cōtulisse experieris. Et hoc erit studiū vltimū. ¶ Primū aūt studium perficitur cū administratione emplastrorum: et linimētorū in spondilibus ceruicis: vn̄ nerui faciei ortū hn̄t et musculi ex eis que dixim⁹ in ca. q̄d est añ istud et ex eis que dicemus. ¶ Scd'm aūt studiū pficitur nūc cū rebus extra: nūc cū rebus intus. Res aūt que extra administrāde sunt: sunt linimēta et ēplastrationes: embrocatiōes et euaporatiōes et ablu...ōes: et calefactoria et ex eis quas dixim⁹ et dicem⁹. Res ꝟo que intra sunt administrāde sunt q̄dā cōmasticabilia sicut forme facte ex hueg et nuce muscata et alijs q̄ dic...⁹. Et sicut cōmasticatio nucis muscate et retētio ei⁹ in ore ex pte passiōis continue integre: aut cōmasticare et retētio castorei ex pte passiōis et sub ligua. Et admistratio fricatiōis in pte iteriori mandibule cū anacardio: aut tyriaca: aut mitridato: et exhibitio dia musci dulcis: et amari: et fricatio gingiuarum cū sale solutiuo q̄ diximus aut cū sale et nuce muscata: et hueg: et corum ptes equales: aut cū anacardino: et nuce muscata et alijs. ¶ Tertiū aūt studiū pficitur cū admistratiōe ventosarū sup ceruicē et appositiōe medicaminis rubificatiui: et cauterizatiōe facta post aurē ex pte egritudīs et post istā si nō cōtulerit: cauteria duo fiāt in spōdilibus: vnū hic: et aliud inde. Et q̄nq̄ fiūt duo hic et duo ide. ꝑ distātiā spōdiliū. Et q̄nq̄ tria q̄m sanāt si de⁹ voluerit. ¶ Sabor fili⁹ girges. ɔfectio medicaminis expti ad torturā q̄d masticatur et expellit phlegma plurimū et ɔfert ꝓprietate: et rectificat maliciā neruorū: et sanat cū celeritate Cui⁹ ꝑmixtio. ℞. nucis muscate: piretri hueg recētis: thuris añ. ptes eq̄les. Cōfice cū chesmes. Et fiāt forme sicut nuces et cōmasticētur ex pte lesa: et teneantur diu in ea: et fricet cū ea patiēs digitis suis partes mādibule: et gigiuas et dētes ptis infime. Si autem fortius masticabile facere volueris: misce cū ꝓdictis anacardi partē. j. et ē mirabile. ¶ Fili⁹ zacharie. Accipe nucē muscatā ītegrā nō habētē ɔtaminationē: aut marciditatē: et line sup eā ex anacardio q̄d dixim⁹. Et teneat patiēs ī ore in parte

Marginal notes: Oleū mirabile ad paralysin. — Pilule de oppopōaco. — De administratiōe vētosarū.

in parte lesa ꝑ horas.ij.vel iij.Deinde cõmasticet eã:⁊ teneat cõmasticatũ ci⁹ in ꝑte illa:et hoc faciat bis in die:q̃m sanat si deus voluerit. ¶ Filius Serapionis.Cõfectio caputpurgij ad paralysiꝫ ⁊ torturã experta. ℞.piretri ꝯditi: oleãdri exiccati sup fumũ añ.ʒ.ij.origãi: carui aristologie lõge añ.ʒ.ß.carpobalsami.ʒ.j.Terant ⁊ puluerizent:⁊ sufflētur ex eis in nasum. Aliud eiusdē mirabile.℞. castorei: pulpe coloq̃ntide:piꝑis albi:⁊ cõdisi añ: fac pilulas cũ aq̃ sansuci.Deide fac caputpurgiũ ex eis cum succo auricule muris:verax et exꝑtũ. ¶ Gabriel.Caputpurgiũ ad torturã bonũ.℞.castorei ꝯdisi nigelle infuse in aceto ⁊ exiccate añ.distēpera cũ succo cucumeris asinini.Deidedimitte sic carẽ:⁊ iterꝫ distēpera cũ exꝓssiõe arthanite: iterꝫ dimitte sic carẽ:⁊ iterꝫ distēpera cũ succo auricule muris: ⁊ fac silr.Ultimo ꝟo distēpera cũ succo sansuci ⁊ fac sic:⁊ frica ex eo super cutē cũ succo auricule muris aut sansuci:⁊ distilla ĩ nasuꝫ ⁊ fugat vehemēter:est eñ exꝑtũ gloriosuꝫ. ¶ Democritus.Caputpurgiũ sanãs cũ celeritate.Accipe oppoponacũ:vltia cõtritiõe terat cũ oleo cucumeris asinini: ⁊ exꝓssiõe auricule muris vsq̃ dũ fiat sicut mel currẽs:⁊ ꝯseruet in vase vitreo:deidc distēperet modicũ ex eo cũ succo sansuci ⁊ distillet in nares: sanat eñ celeriter ⁊ est expertum. ¶ Aliud. Fel ꝑdicis aut gruis cũ aqua auricule muris aut sansuci distillatũ in nares sanat celeriter ⁊ ē exꝑtũ. ¶ Gargarismata fiãt cũ aliqua ex hieris magnis:⁊aceto sq̃llitico ⁊ aq̃ decoctiõis hasce ⁊ origani:⁊ est exꝑtũ bonũ. ¶ Fili⁹ Serapionis.Gargarisma bonũ.℞.sinapis staphisagrie: ʒinʒiberis:piretri:macropiꝑis:decoq̃ in aq̃:⁊ cũ hiera fiat gargarisma. ¶ Aliud.℞.calamēti cãpestre:hasce:fac ex eis silr.Euaporatoriũ.℞.camomille:ʒiniã.foliorꝫ salute lelēgi sticados sansuci añ.li.ß.decoq̃ ĩ aq̃:⁊ euaporet ex ea loc⁹:⁊deinde abluat:⁊ post h̄ emplastrũ fiat ex fece calida: est eñ expertũ. ¶ Hermes ꝑcipit euaporatoriũ fieri quo posteriores vsi sunt ⁊ inuētũ ē esse iuuamēti sublimis:⁊ ꝓprie q̃n euaporat eo ꝑs capitis posterior:⁊collũ ⁊ spõdilia ⁊ ceruix ⁊ mãdibula:⁊ tpa ⁊ frõs:deinde lauat ex eo cõprimẽdo:⁊ fit emplastrũ ex fece:⁊ mod⁹ oꝑationis ei⁹ est. Accipe ʒiniã lelēgi:hasce calamēti sticados foliorꝫ salute añ. ʒ.ij.aceti albi boni duplũ põderis oĩm:decoque vsq̃ ad mediũ eius:deide vaporent ea loca sicut dixim⁹ ⁊ abluãtur ⁊ emplastrent. ¶ Inq̃t Hermes.Profundat virt⁹ euaporatorij hui⁹ ⁊ submergit ĩ ꝓfundũ corporis:⁊ incidit et resoluit humores grossos ⁊ viscosos:et nos etiã experti sumus illud:et inuenim⁹ mirabile et ꝓprie ad torturã et palysiꝫ ⁊ spasmũ. ¶ Fili⁹ Serapionis.Euaporatoriũ cõferẽs torture et paralysi.Accipe origãi:hasce sticados piretri foliorꝫ lauri sinapis camomille mellilotí sansuci marmacur marrubij añ.decoquãt in aqua:⁊ euaporet locus:est eñ exꝑtũ deinde inungat locus oleo costino aut oleo balsami: aut oleo de been:euaporatio autē facta ⁊ silr ablutio faciei ex aceto:⁊ aq̃ decoctiõis sinapis est mirabil. ¶ Ex vnguētis aũt ⁊ oleis ⁊ linimētis elige in his q̃ ꝑcesserũt capitis:et afferãtur ad locũ hunc ⁊ ex aliis silr:et medicine q̃ dē rubificantes dicte sunt:et ex eis est sinapismum et vnguentum altarahel dictuꝫ in antidotario.

¶ De spasmo.

Spasmus alius fit a punctura. Inq̃t Gal.puncturã nerui et chordarũ sequit spasmus et ꝓprie cũ non respirat punctura.Efficit eñ venenosum reumatizatum eius:aut putridum:et venenosuꝫ quidem ꝓpter cõtinuitatem rapitur ad cerebrum et facit epilepsiã aut spasmũ.Putridũ vero apostema in loco pũcture generat:quare puncturã aperiri ꝑcipit:immo scindi et apponi attractiuũ subtilis substãtie vt reumatizatiõis fiat expurgatio:et resolutio.Hoc autē ĩ loco suo tradem⁹ sufficiētius si deus voluerit.Et si sit spasm⁹ ab humiditate:et cura eius est cura paralysis et ꝓprie cũ euacuatiõib⁹ et clysterib⁹ acutis et balneis aquarũ thermarꝫ et balneo sicco in fine rei et linimentis:et que diximus. Immo totum regimē cõe et ꝓprium q̃d diximus ibi. Inq̃t Hippo.
lvj.iiij. Febris supra spasmũ humidũ curat eũ.Spasm⁹ supra febrē interimit.Quapropter eligant ex ꝓuocantib⁹ febrē cõueniētiora:q̃lia sũt castoreũ ⁊ assafetida:q̃b⁹ ꝑmisceat mellis duplũ eorꝫ.Et sit dosis sicut auellana.Spasmũ eñ resoluũt:⁊ febrē inducũt.Idē facit oppoponacũ et castoreuꝫ cũ aqua mellis:idē facit oleũ de cherua cũ asa. Ex cõpositis est anacardinũ.Ipꝫ eñ inducit febrē et spasmũ curat.

caputpurgium vtile ad torturã

Trylaca quoq̃ ⁊ mitridatũ sunt ex medicinis solẽnib⁹ ad spasmũ.Sal quoq̃ calefactus et positus in locis originis neruorũ spasmũ resoluit.Fit etiã spasmus a frigiditate:et cura ei⁹ est sicut hic ꝑxime diximus.Et fit q̃nq̃ a siccitate ⁊ hoc accidit post febrē:aut post fluxum superfluentem: et est prauus:vix recipiẽs curã.Tamē ꝓ posse curamus administrãdo regimē ꝯm omnē modum humectatiuũ et lenitiuꝫ: qualia sunt ꝓprie balnea ex aquis dulcib⁹:aut ex lacte:aut ex aquis in quib⁹ cocta sunt humectantia:sicut ordeũ viole:⁊ capita ⁊ pedes agnorũ:hedorum:⁊ arietũ pinguium.Et q̃nq̃ fiunt ex huiusmodi eis clysteria:et conferunt vehemēter:⁊ propinent eis sorbitiões humide et pingues:⁊ sint cibi eorũ aqua carnis: et q̃d currit ꝯm senilitam sorbiliam:et lac mulsum recenter et oleuꝫ amigdalarũ cũ ʒuccaro:et similiter regimen omne lenitiuum est vtile eis. Dieta.
¶ Fili⁹ Serapionis.decoctio cõferens spasmo humido: ⁊ est ei ĩpressio fortis. Accipe calamēti hasce añ.ʒ.ß.hueg ʒ.j.et ß.carpobalsami squinanti:añ.ʒ.iij.sticados.ʒ.vij.ʒinʒiberis seminis apij feniculi petrosilini:costi añ.ʒ.ij.emblicorũ bellirico ꝝ añ.ʒ.iiij.coquantur in lib.iiij.aque vsq̃ ad ij.Et da ex eo omni die.ʒ.ij.cũ oleo de piperibus aut oleo de cherua:et sit dosis ei⁹ a.ʒ.j.vsq̃ ad.ij.sanat eniꝫ si deus voluerit. ¶ Filius serapionis.cerotum de euphorbio: magni et sublimis iuuamēti est ad spasmũ frigidũ ⁊ humidũ et alias neruorũ egritudines ab eadem causa.Cuius ꝑmixtio.℞.olei d̃ cinamomo aut olei antiqui lib.j.cere citrine ʒ.ij.euphorbij boni et recētis.ʒ.j.vngat spasmat⁹ loc⁹.Est eñ mirabile si deus voluerit. ¶ Ruffus.decoctio ad spasmũ cõferẽs mirabiliter:et ad oẽs neruorum egritudines a frigida causa:et humida.℞.hueg recētis.ʒ.iij. decoq̃ li.j. vsq̃ ad li.ß.et da ex ea omni die.ʒ.j.cũ chirat.j. assefetide aut cũ castorei granis.iiij.Est eñ expertũ. ¶ Ruffus.Hydromel ꝯferẽs silr.Accipe hueg.ʒ.iiij.et decoq̃ in li.aque iij.vsq̃ ad li.ij.et ꝓijce super eã mellis puri.ʒ.iiij.deide cola in colatorio dēso:et cõtinue bibat ex eo:est eñ medicamē bonũ. ¶ Gal.expertũ est de oleo vulpis ad spasmuꝫ: ⁊ alias egritudines neruorꝫ ⁊ dolores iuncturarꝫ:⁊ descensione in tina:⁊ in decoctiõe eius. ¶ Phylagrius.Cerotuꝫ conferens spasmo ⁊ egritudinib⁹ neruorum expertum.℞. cere citrine.ʒ.ij.olei irini:olei costini:olei de been:⁊ olei de cinamomo añ.ʒ.iij.storacis liquide.ʒ.j.euphorbij aur.iiij. castorei aur.ij.hyssopi hũide.ʒ.j.adipis vulpis.ʒ.iij. vngeex eo sup locũ:expertũ est enim. ¶ Archigenes.Cerotum oĩbus egritudinibus frigidis ⁊ humidis neruorum ꝯferẽs ⁊ dolorib⁹ iuncturarum et est forte.℞.olei cucumeris asinini li.j.olei rutacei olei de cinamomo:olei costini añ.ʒ.ij. cere citrine.ʒ.iij.euphorbij:piretri castorei piperis.ana.ʒ. viij.ʒinʒiberis.ʒ.v.assefetide bdellij añ.ʒ.ß.galbãi.ʒ.iiij.cõficitur aũt sic.Assa ⁊ bdellij:et galbanũ dissoluãtur in aceto forti:cera quoq̃ ⁊ oleũ ⁊ euphorbiũ dissoluant ĩ igne:et permisce cũ eis succi cucumeris asinini lib.ß.et bulliãt ad succi consumptionē:deinde misce cum eis gũmas dissolutas.Ultimo vero de puluere aliorꝫ cum eis permisce cõferendo et vtere q̃m est expertum verax.

Decoctio q̃ ꝯfert ad spasmum.

¶ De tremore.

Tremor egritudo neruorum et lacertorum est:et curatur cum eis que diximus.Et cõfert ei fricatio:⁊ sepelitur in arena:aut cinere calido ⁊ accubitus in furno calido quãtum possit pati et linimēta calida. ¶ Filius ʒacharie. Cõfectio pilularũ cõferẽtiũ tremori ꝓprie mirabiliter.℞.castorei piretri.casie añ. ʒ.iij.serapini.pulpe coloquintide añ.ʒ.iiij.hierepigre.ʒ.v. dosis earũ est a.ʒ.j.ß.vsq̃ ad.ij.et ß. ¶ Idem.confectio ad tremorē experta.℞.myrobalanorꝫ nigrorum.ʒ.xxx.sauine ʒ.x.olibani.ʒ.vij.ciperi hueg.añ.ʒ.v.confice cũ chesmes:et fiãt forme sicut nuces.da.ʒ.j.vel.ij.sanat si deus voluerit.

¶ De stupore.

Stupor sicut cetera que dixim⁹ curatur:⁊ si est a percussione:aut vulnere nõ curat. Et si est a repletione sanguinea curat cum flebotomia vene que magis deseruit mēbro stupido: et si sanguis exuberat in toto:basilicaꝫ flebotoma deinde cephalicã:deinde illam que familiaris est illi mēbro.Et quandoq̃ fit ab humore crudo et frigido:et curat sicut paralysis ab eadem causa:et q̃nq̃ fit propter cõpressionem supra mēbrũ:et cura huius est extensio ⁊ exercitatio illius membri.

Stupor in curabilis quis.

¶ De catarro.

Tria catarri genera.

Catarrus est descēsus humorū a capite ad mēbra inferiora: cuius genera vt dicit Gal. in li. misso ad Glauconē sunt tria. s. coriza. brāchos ⁊ tussis. Catarrus vero dict⁹ est a fluore. Greci em̄ fluorē catarrum vocauerunt. Coriza ab ossibus narium nomen accipit. Est enim cum grauedine atq̄ constrictione nariū cum tenui fluore oris atq̄ grosso cū sternutationibus assiduis: ⁊ odoratu difficili: ⁊ oculorū lachrymatione. Brāchos vero dr̄ a prefocatione faucium: ⁊ voce obscura: ⁊ sternutatione assidua: ⁊ transglutiēdi difficultate. Catarrus autem in visceribus distillans percutiens stomachū tussim vel nauseam ꝓuocat. Si vero in pulmonē venerit tussim creat cū spumosis sputationibus aliquibus cū raucedine. Qđ si patiēs sanguinē expuerit ad phthysim venit et tabidus moritur: ⁊ ꝯsumpt⁹: ⁊ notandū ꝙ catarrus est genus ad tres supradictas egritudines: ⁊ nō est species egritudinis per se.

De cura catarri.

Cura huius egritudinis duplici regimine indiget cōi. s. ⁊ ꝓprio. Cōe aūt est sex res. Prima ponit studium in vita patiētis obseruādū. Scđa adequat materia. Tertia abscindit eam vel saltem diminuit. Quarta diuertit a pte timorosa ptem cōem. Quinta abscindit fluxum eius. Sexta corrigit accidētia. Primam aūt rem complent diminutio ciborū ⁊ potuū et ꝓhibitio vini oīno repletionis: ⁊ vitatio nausee: et cauere ab austro ⁊ borea q̄ntū possibile fuerit. Auster em̄ rarū facit ⁊ replet capita. Boreas vero cōstringit ⁊ exprimit: ⁊ nocet somnus et potus supra repletionē: ⁊ multitudo somni: imo qualiscūq̄ sit somnus in die: ⁊ sit parcitas eius in nocte: ⁊ non iaceat supin⁹: ⁊ alleuiet cena: imo ꝓhibeat si possibile est. Et iniungatur quies: qm̄ est res magna maturās ipm̄. Et ꝓhibeat a fumo ⁊ ventis: ⁊ radijs solis ⁊ lune: quātū possibile fuerit ⁊ magis lune ⁊ ꝓprie est qn̄ est ingressus eorū per fenestrā. Et vitet vaporosa ⁊ replētia caput ⁊ rarefacientia ipm̄. Et vitet potū aque frigide: ⁊ dr̄ ꝙ potus aque calide maturat catarros. Et silr̄ introitus ad sudādū in balneo. Secūdā autē rem cōplent administratiōes inspissantium ⁊ infrigidantiū in acuto ⁊ calido. Et subtiliātiū diuidētiū in grosso ⁊ viscoso. Et eligātur ex infrigidātibus raro infrigidantia actu: ⁊ si nō cōpetunt non eleuentur in gradu multe infrigidatiōis. Et diligūtur ꝫ plurimū que infrigidāt potētia ⁊ nō multum eleuata: qualia sunt balnea aque

In calido et acuto.

dulcis i ieiunio: ⁊ administratio embrocarū ex ordeo ⁊ violis: ⁊ papauere ⁊ camomilla ⁊ effusio aque calide super caput: ⁊ sup extrema ⁊ testiculos: ⁊ inūctiōes facte sup ea: ⁊ super vētrē ⁊ sumē cū oleo violato: aut camomillino: aut oleo de papauere: si adsunt vigilie. Et olfacere cāphorā: et aquā rosatā: ⁊ alia que diximus i scđa calida. Et ꝯfert pot⁹ aque ordei: ⁊ syrupus de papauere ⁊ viole cōdite cū aqua ordei: ⁊ suctio cū narib⁹ olei violati olfacere cāphoram. Et

Cibus.

cibi eorū sint sorbitiōes facte ex fabis: ⁊ ⁊ tritico: ⁊ ordeo ⁊ papauere albo ⁊ oleo amigdalino dulci ⁊ amilo cū lacte si nō est febris. Inspissantia aūt necessaria sunt: ⁊ subtile acutū: qđ descēdit ad guttur ingrossetur: ⁊ nō descēdat ad ꝓfundū: imo facili⁹ adunatū excreetur. Et ex hoc faciētib⁹ est dia

Inspissantia.

gagantū ⁊ electuariū eius ⁊ mucillago psilij: ⁊ semina citoniorū: ⁊ aqua iuiubarū ⁊ sebestē: ⁊ syrup⁹ eorū: lohoc ipsorū: ⁊ lohoc de papauere. Ex subtilizātibus aūt ⁊ diuisiuis eligātur que ꝓprietate virtutis ad hec ꝯgrua cognoueris: q̄lia sunt calefactoria capitis cū sale ⁊ milio: aut cum pānis calefactis: ⁊ cū alijs que in scđa frigida diximus: ⁊ confert introit⁹ balnei preterq̄ꝫ lauetur caput. Super extrema aūt ꝓijciat aquā calidā plurimū ⁊ inungat ea ⁊ testiculos: ⁊ sumē cū oleo sambucino: aut anetino: aut camomillino: aut sansucino: aut rutaceo: aut oleo de beē: aut laurino: aut de lilio ⁊: distillet ex eis in aures ⁊ nares cū lana ⁊ ꝓprie calefactis. Etiā cōfert eis inclinatio sup vaporē aq̄ vbi camomilla mellilotū sansuc⁹ et anetū cocta fuerint. Caput vero eorū ⁊ frōs epithimetur cū costa spica myrrha ⁊ pauco castoreo ⁊ silib⁹ cū oleo rosato mixtis. In fine aūt rei cōfert introitus balnei ⁊ lauari in eo: ⁊ olfactus redolētiū calidorū: sicut est muscus ⁊ ambra: ⁊ alia que dixim⁹ in scđa frigida: ⁊ sint eorū cibi pulmēta ex frumēto: aut furfure cū melle aut sorbitiones ficuū siccarū: ⁊ farine cicerum cum pulegio ⁊ fenugreco: ⁊ aqua cicerū ⁊ similia. Tertiā autē rem complent flebotomia: ⁊ solutio vētris: et administratio clysteriorū et collyriorū: ⁊ lenificatiōes oēs omni hora ꝓprie cū clysteribus: ⁊ enematib⁹ saltem trahentibus supfluitates. Flebotomia autē in hac egritudine in tribus casib⁹ solum necessaria est. Primus casus est: si catarrus sit calidus i calido corpore abūdāte: in q̄ sit oculorū rubedo ⁊ venarū plenitudo. Scđus si catarrus sit calidus declinās ad oculos valde: aut qualiscūq̄ sit aut terminetur in faucib⁹ aut pulmone: aut costis: aut diafragmate: ⁊ figatur i eis ad collectionē.

Flebotomia i tribus casib⁹ solum necessaria est i catarro.

Terti⁹ est si catarrus accidat cū febre. In his autem solū casibus flebotomiā catarro vtilē inuenimus. Solutionem fieri opꝫ in calida materia cū violis conditis: ⁊ aqua ordei cum aqua fructuū quā dicemus. In frigida vero cū pilulis cochijs et hierapigra cū aqua passularum: ⁊ hiera diacoloquintide: ⁊ similibus. Quartā autē rē cōplent gargarismata ⁊ caputpurgia: ⁊ fricatiōes extremitatū: et vētose et similia. Interdū em̄ materiā in faucibus figi timem⁹: aut qđ ad ptes fluat nobiles: et tūc si eas ad nares cōuertim⁹ ⁊ ꝓprie cū caputpurgijs ⁊ sternutatorijs: ⁊ suffumigationibus et odoramētis aperiētib⁹ nares: et deoppilātibus colatoriū: erit operatio dignior. Hoc em̄ est qđ Gal. precipit Nisi forte agitationē timeas in materia q̄ multotiēs fluit dirupti⁹ ꝓpter inquietationē ⁊ agitationē. Et quidē sternutatio suspecta est in principio: qm̄ materia q̄ete indiget vt maturetur. Etenim agitatio multiplicat: et dilatat materiā: ⁊ facit eā consequi motus laboriosos et vehementes.

De sternutatione.

At vero post catarri maturationē est ei⁹ iuuamentū sublime mūdificans radicē. Et adhuc quidē iuuantius est post corporis mundificationē cōem et ꝓpriā. Gargarismata q̄ꝫ necessaria sunt: sed prohibētur interdum. Et inuenitur eorum iuuamentū in tribus competere casibus. Primus scꝫ ad catarrū calidum et acutum: cū rebus ingrossantibus ⁊ coadunātibus ipm̄: vt prohibeat descensus eius ad ꝓfundum: et fiat facilis ad expellendū et excreādū quod ꝓpter acumen et subtilitatē aggregari non poterat. Scđs ad catarrū cuius materia est multe viscositatis: et spissitudinis et querim⁹ subtilitatē ipsius et diuisionē vt facili⁹ expellatur. Tertius quādo timem⁹ materiā figi in faucib⁹: ⁊ querimus abstersionē: et mūdificationē.

In tribus casib⁹ gargarisma ta iuuant. Primus. Secūdus. Tertius.

At vero i quatuor casibus gargarismata administrare suspectū est. Prim⁹ est timor et suspitio catarri ad pect⁹ ⁊ pulmonē fluere consueti. Secundus est si catarr⁹ de genere acutorū fuerit et subtiliū et mordicātium. Tertius est in prefocationib⁹ q̄ fiunt subito. Quartus si catarrus est vehemētis multitudinis.

In quatuor casibus gargarismata suspecta sunt.

In his quidē casib⁹ gargarismata agitant materias: ⁊ cōuertunt eas ad vias pectoris ⁊ pulmōis: ⁊ faucium: et eas multiplicāt. Ampli⁹ tamē gargarismata ꝫm vnū q̄nq̄ modorum fiunt. Aliud em̄ sistit fluxū: aut stringit. Aliud partem nobilē per ignobilē expurgat. Aliud abstergit qđ fluxū ē: aliud alterat qđ fluit. Aliđ vero ē qđ aggregat duas intentiones vel plures ex his que dixim⁹. Exēplū vero pmi est administratio narcoticorū in egritudinib⁹ cerebri. Exēplum secūdi est administratio diacodiō aut diamoron cū decoctione rosarū: et balaustie et talium. Exēplū tertij est administratio generū salis: ⁊ incisiuorū et similiū. Exēplum quarti est administratio cāphore ad calidū: et myrrhe ad frigidū. Exēplū quinti est aggregatio intentionū. Extremitatū aūt fricatiōes: ⁊ vētosationes in eis ad hoc multū cōferūt. Exercitatio aūt et motio partiū inferiorū est iuuatiua valde. Ex maxime autē diuertētibus materiā catarri est vt radatur caput in parte cōmissure coronalis: et vocatur zuhendegh. i. cōtinuatio capitis: et fricetur super illam vehemēter cū cepe acuto aut cum squilla: aut cū pāno aspero. Deinde ponatur sup ipsam medicamē rubificatiuū: vsq̄ dū fiat vesicatio. Deinde aperiantur vesice: ⁊ ponatur qđ fluere faciat: deinde iteretur: ⁊ iteretur vsq̄dum appareat sanitas. Qđ si hoc nō ꝯtulerit: cauterizetur in eodē loco: et dimittatur tēpore extēso: et sit locus cauterizationis vbi terminatur maior digitus postq̄ꝫ radicē manus in extremo nariū posuerit. Quintā vero rē cōplent catarri fluxū abscindentia. Et sunt ex stolidis q̄ ante digestionē ipsius et mundificationē cōem administrāt huiusmodi: immo in medio agitatiōis qn̄q̄: ⁊ est causa cumulatiōis: et multiplicationis ipsi⁹. Deinde diruptiōis vehemētis. Sit ergo studium erga hec post corporis mundificationem ⁊ post sedationē agitationis vehementis: vt abscindatur residuum fluxus ipsius. Et fortassis i aliq̄b⁹ casib⁹ cogimur in pricipio facere illud

re illud ꝓprie. Aut qr timemus ne repat in ꝓfundũ aut in
partes nobiles: aut ne nobiliũ ⁊ necessariarũ operationũ
fiat destructio illico: sicut est catarrus prefocatiuꝰ subito: ⁊
fortassis regimẽ diuersiuũ vie eius est hoc nobilius ⁊ secu
rius. Immo regimẽ abscissiuũ qđ dixímꝰ est regimẽ dubiũ
⁊ illud iđ qm̃ possibile est vt dirũpat: deĩde fluxu diruptiõi
q̃ꝫ prīꝰ ⁊ timoroso: ⁊ regimẽ diuersiuũ lꝫ dilatet materiaꝫ ⁊
multiplicet: tñ ꝯuertit multiplicatã ad ptẽ cõeꝫ nõ timoro
saꝫ. ¶ Sedationẽ aũt cursus faciẽtia alia sũt gargarisma
ta: alia suffumigatiões: alia que retinenꝭ ĩ ore: alia q̃ odo
Gargarismata in calido. rant: alia q̃ deglutiunꝭ: alia q̃ lãbunꝭ. ¶ Ex gargarismati
bus aũt ad catarrũ calidũ sũt aq̃ rosata cũ modico cãpho
re: aut aqua lẽtiũ ⁊ rosarũ ⁊ balaustiarũ: ⁊ aqua coriãdri ⁊
In frigido. rosarũ: aut aq̃ corticũ papaueris ⁊ rosarũ. Ad frigidũ vero
gargarisma fiat cũ vino ꝺcoctiõis myrrhe: aut olibani aut
Suffumigia in cal. sandarace: aut taliũ. Ex suffumigatiõibꝰ ꝟo ad calidũ sũt
semẽ lini infusuꝫ in aceto ⁊ torrefactũ. Deĩde fiat suffumi
gatio cũ eo aut ex ordeo ⁊ aceto: aut ex furfure ⁊ aceto. Sã
daraca ꝟo cũ aceto est iuuamẽti sublimis. Et vapor aceti
sup lapidẽ molarẽ ignitũ: ⁊ silr vapor cãphore cũ furfure ⁊
aceto aut cũ ordeo fracto ⁊ aceto: aut ex cãphora sola pul
uerizata sup vase vitreo posito sup prunas: ꝑterq̃ꝫ ꝺscẽdit
vapor eiꝰ ad pectꝰ ⁊ pulmonẽ: ĩmo respireꝭ ⁊ emulgeaꝭ p na
res. Fabe q̃ꝫ ⁊ ordeũ infusa ĩ aceto silr cõferũt: ⁊ silr fit de
pãno lini ĩfuso ĩ aceto. Ad frigidũ ꝟo suffumigia cõferẽtia
In frigido. sũt q̃ fiũt ex storace sicca: ⁊ olibano ⁊ xiloaloe: ⁊ sandaraca
mixtis vel diuisis. Nigelle q̃ꝫ torrefacte trite: ⁊ ligate ĩ pã
no lini: et attractio naribꝰ odoris eiꝰ aut suffumigatio fctã
ex ea est mirabilis. Costi ẽt ⁊ nigelle suffumigiũ est: ⁊ exp
tuꝫ. ¶ Dixit filius zacharie. Fiant forme sicut auellane ex
olibano: ⁊ ẽt storace liquida: costo ⁊ sandaraca: añ ptes eq̃
les: et fiat suffumigatio ex vna earũ: ⁊ recipiaꝭ fumꝰ p tra
tectoriũ: abscindit em̃ fluxũ eiꝰ. ¶ Dixit Ebengezar. Ad
datur eis ex xiloaloes p9vna: ⁊ pmutatio fiat a storace li
quida ad storacẽ siccã. ¶ Ex eis etiã q̃ retinenꝭ in ore. Ad
calidũ quidẽ sunt species de iacur: ⁊ q̃nq̃ꝫ cõmasticatur co
riandrũ: et retineꝭ etiã masticatũ eiꝰ in ore et cõfert. Et
q̃nq̃ꝫ retineꝭ in ore cãphore modicũ. Ad frigidũ ꝟo cõfert
olibanũ et myrrha. Retẽta em̃ in ore abscindũt fluxũ. Et
iam verificatũ est q̃ spica retẽta inter dẽtes est iuuamẽti
sublimis. ¶ Filiꝰ zacharie. Cõfectio formarũ similiũ lupi
nis que tenenꝭ in ore ⁊ sistũt catarrũ. ℞. olibani partem. j.
Mirabile de spica. myrrhe croci spice storacis añ. ptẽ. ß. opij. partis vniꝰ ter
tiã. Fiãt ex eis pilule: ⁊ teneaꝭ ex eis vna in ore ꝑterq̃ꝫ de
glutiaꝭ saliua eius. Exptũ est spicã solã in ore teneri p no
ctem aut per diẽ ⁊ noctẽ sedare catarrũ. ¶ Ex odoribꝰ ꝟo
ad calidũ sunt modi formaꝝ de libro sabor regis medorũ.
Sistunt em̃ catarrũ calidũ ⁊ odorãꝭ in febre adurẽte: ⁊ sin
copali ⁊ pestilẽtiali. ℞. fautel sandali rubei: ⁊ albi añ. par
tes eq̃les ⁊ rosaꝝ ptes. ij. ⁊ ß. sandali macaziri ptes. 3. cãpho
re ptẽ. ß. boli armẽi ptes. viij. Oĩa ꝑter cãphorã teraꝭ sicut
alcohol: ⁊ agiteꝭ cõterẽdo cũ aq̃ rosata p hebdomadam
vnã: deĩde misceaꝭ cũ eis cãphora: ⁊ fiant inde sicut poma
cũ glutino gũmi arabici ⁊ aq̃ rosata ⁊ odoreꝭ. Cõseruanꝭ
aũt ne tollaꝭ eoꝝ virtꝰ in vase vitreo in loco recẽti: ⁊ liniaꝭ
sepe cũ aq̃ rosarũ permixtionis camphore ⁊ sandali maca
ziri. ¶ Ad frigidũ ꝟo fiãt poma ĩuẽtione eiusdẽ. ℞. stora
cis calamite ptes. v. olibãi masticis añ. ptes. iij. sandara
ce tãtũdẽ: costi spice añ ptes. ij. ambre ptem. j. bucur. ligni
aloes añ ptes. iiij. musci ptẽ. ß. Fiãt ex eis poma ⁊ admini
strentur: sunt em̃ expta. ¶ Cõfectio alia pomorum ex in
uentiõe nr̃a. ℞. bucur. seudẽ ana ptes. viij. ligni aloes bo
ni ⁊ electi partes. vij. ambre bone partes. ij. gallie musca
te ptes. vj. musci ptẽ. ß. Fiãt ex eis poma cũ glutino dra
gagãti ⁊ administrentur. Sũt em̃ nobilia ⁊ experta: ⁊ cere
brũ ⁊ cor cõfortat. ¶ Res autẽ que lambuntur: ⁊ deglutiũ
tur ad calidũ q̃dẽ sunt species de iacur: ⁊ aqua coriandri:
⁊ syrupꝰ de papauere ⁊ similia. ¶ Filius zacharie. Confe
ctio pilulaꝝ que tenentur in ore: ⁊ sistunt catarrũ calidũ.
℞. amili dragagãti amigdalaꝝ dulciũ: fabarum excortica
tarũ: papaueris albi ⁊ corticũ eiꝰ: gũmi arabici: boli arme
ni. añ. Confice cuꝫ mucillagine psilij: ⁊ cito niõiũ: ⁊ fiant si
cut lupini ⁊ teneanꝭ in ore: sunt enim experte. ¶ Ad frigi
dũ ꝟo conferunt thus ⁊ myrrha. Ista enim deglutita si
stunt catarrũ. ¶ Cõfectio alia pilulaꝝ de libro filij zacha
rie: de q̃bus sumunꝭ oĩ nocte a. iij. vsq̃ꝫ ad. v. ⁊ sistũt catar

rum. Quaꝝ pmixtio. ℞. thuris masculi: parteꝫ. j. myrrhe
opij croci iusquiami ana ptis. j. tertiã. succi liquiritie par
tẽ. j. Fiant pilule: et dentur sicut diximꝰ. ¶ Cõfectio alia
pilularũ conferentium ad omnes reumaticas passiões et
sunt de li. Alexãdri medi. Quarum hec est permixtio. ℞.
Pilule mirabiles in oĩ reumate. myrrhe. 3. iij. thuris masculi. 3. ij. ⁊ ß. opij. iusq̃ami radicuꝫ
alcacachar sicce añ. 3. ii. Confice cũ succo alcazaber hũi
de: da ex eis a tribus vsq̃ꝫ ad. v. in sero: sunt em̃ mirabiles.
¶ Sextã ꝟo ⁊ vltimã rẽ cõplẽt correctio particulariũ ac
cidẽtiũ: quorum catarrus causa est: ⁊ hoc est regimen pro
priũ sicut correctio ꝓprie egritudinũ catarraliũ oculoꝝ ⁊
nariũ: ⁊ auriũ ⁊ glãdulaꝝ ⁊ vue ⁊ gule ⁊ duaꝝ amigdalaꝝ
et pectoris et pulmonis et aliarum partium quas catar
rus offendit. Et nos de oĩbus in ꝓprijs loquemur capitu
lis si Deus voluerit. ¶ Et Prio dicemus de egritudinibꝰ
oculoꝝ. ¶ Sũma quinta de egritudinibꝰ oculorum.

Sermo noster erit deinceps de curis egritu
dinũ oculoꝝ. Sũt aũt oculoꝝ cure ꝭm vnum
triũ modoꝝ. Alia eĩ ẽ ꝯseruatia sanitatis eoꝝ
Alia curatiua egritudinuꝫ ipsorum. Alia ꝟo
preseruatiua ab egritudinibꝰ futuris in ipsis.
Et prima q̃dẽ fit ꝭm alterũ q̃nq̃ꝫ modorum. Aut enim con
seruat superficiem oculi in tersiõe decẽti: et naturali. Aut
cõseruat oculũ in sua ꝓpria tẽperantia et equalitate. Aut
cõseruat organisationeꝫ ipsius in coequalitate eius. Aut
cõseruat ꝯtinuitatẽ et positionẽ naturalẽ partiũ eiꝰ. Aut
cõseruat spiritũ visibilem in sua ꝓpria illustratiõe. ¶ Et
quidẽ primaꝫ rem cõplent medicine abstersiue habentes
mediocritatẽ ⁊ temperiem in tersione sua sicut ꝓprie suc
cus feniculi ⁊ collyriũ ex eo: et succꝰ memite et herba ad
hil ꝓprie: aut res teneraꝫ reddentes superficiem eorum: q̃
lis est teneritas oculi corpis puerilis: ⁊ proprie nitentis
in simplicitate sua quorum rememorabimur post: et super
his tueri ab eis que lesionem oculis prepediunt q̃lia sunt
fumus et puluis: et flatus asperorum ventorum et ineq̃li
tas aeris: ⁊ aspectus rei variãtis ipsos: et oĩs res faciens
Faciẽtia oculũ senescere. senescere oculũ sicut coitꝰ et labor plurimꝰ et fletꝰ vincẽs
mẽsurã ⁊ ebrietas ⁊ somnꝰ plĩmꝰ ⁊ vigilie plurime: et som
nus supra repletionẽ ⁊ ꝓprie ex cibis et potibꝰ et vapores
turbidos generãtibꝰ: sicut sunt ꝓprie caules porri: acruno
nia: salsa: fabe: lẽtes ⁊ vniuersaliter oĩa turbulẽtũ generã
tia sanguinẽ. ¶ Secũdã ꝟo rẽ cõplent medicine que alte
rãdo custodiũt sanitatẽ oculi: aut. s. calefaciẽdo: aut ĩfrigi
dãdo: aut humectãdo: aut desiccãdo. ¶ Tertiã rẽ cõplent
medicĩe ꝯfortãtes sanitatẽ eiꝰ in plasmate: ⁊ forma crea
ture ipsiꝰ. Et hũc canonẽ ingrediunꝭ medicine ꝯfortãtes
lenificationẽ: aut asperitatẽ ⁊ pforationẽ: ⁊ ꝯcauitatẽ p
tiũ eiꝰ: sicut opꝫ ex eis q̃ dicemꝰ vbi oportet. ¶ Quartam
rẽ cõplẽt medicĩe custodientes sanitatẽ eoꝝ et cõcauitatẽ
ipoꝝ: ⁊ ꝓhibẽtes resolutionẽ fieri partiũ cõtinuaꝝ ĩ ipis:
quarũ rememorabimur si Deꝰ voluerit. ¶ Quintam rem
cõplent medicine reparantes spiritum visibilẽ et illumi
De feniculo. nantes: et irradiãtes ipsuꝫ quarum rememorabimur simi
liter. ¶ Democritus. Feniculus oculũ abstergit: visuꝫ cla
rificat ꝭm omnẽ modum administrationis eius. Et serpẽ
tes et reptilia diu degẽtia in cauernis approximant huic
plãte: ⁊ vtunꝭ ea in comestiõe ⁊ fricatiõe sup oculos suos
postq̃ꝫ egrediunꝭ caueruas: et vigoraꝭ visus eoꝝ. Fit autẽ
collyriũ ex succo eiꝰ h̃ mõ. Accipe succi feniculi depurati
post residentiam eius ⁊ facilem decoctionẽ ipsius in vase
eneo cũ nũmis auri puri: ⁊ sufficiẽtẽ decollationẽ parteꝫ
vnã mellis puri et clari partis vnius tertiam. Bulĩat ite
rũ ebulitiõe vna: ⁊ colenꝭ: et ponantur in ãpulla vitrei: et
suspendatur in sole et permutetur de vase in vas abijcien
do semp hypostasim eiꝰ: deinde fiat ex eo collyriũ: ⁊ distil
leꝭ cũ radio in oculũ. Est enim expertum ad custodiendã
sanitatẽ eiꝰ: abstergit enim oculum: ⁊ clarificat visum. Et
quãdoq̃ꝫ depuratur in sole: preterq̃ꝫ decoquatur in igne: ⁊
est silr expertũ. Et sunt ex hominibus qui admiscẽt ex fel
Remedia Aristotelis. le galli partis. j. xx. ¶ Aristoteles instruens Alexandrum
regẽ inq̃t. Frequẽtationes pectinis super caput vapores
visum impediẽtes euertunt ad cutem: ne visui obsint. Itẽ
inq̃t. Aspectus reꝝ viridiũ in loco multe temperiei visum
corroborat. Itẽ dixit aspicere speculũ tersuꝫ directũ ⁊ diu
intueri sup ipsuꝫ: visum corroborat: et oculi defatigatio
nẽ remouet. Itẽ intuxit post oculi defatigationem ingre

ad domū obscurā nō multe tenebrositatis: ꝛ intueri ꝑ fenestras in qbus sit aliqd parum viride: vel intueri aquā viridē: ꝛ submergere oculos in ipsa. Item dixit. exercitatio legēdi literas mediocres visum corroborat: ꝛ oculorū sanitatē custodit. ❡ Diascorides dixit ꝙ comedere carnes auiū q̄ de rapina viuūt visuȝ corroborat: ꝛ silr sorbitiões iuriū eap: ꝛ asseruit etiā ꝙ plures post ipȝ experti sunt ꝙ ius serpentū ꝛ caro ipsorū ꝯfortant visum. Et dixit ꝙ succus armel ꝛ feniculi ꝛ vinū ꝛ mel sil' cocta ꝛ depurata: deinde mixta cū felle alcubugi: aut gallie oculi sanitatē custodiūt ꝛ visui addūt. ❡ Sabor. Nux muscata nutrita cū melle visus sanitatē custodit: ꝛ ꝓprie sumpta ex eis vna mane q̄libet in ieiunio. Chebuli ꝗ ꝯditi similiter faciūt. ❡ Idem collyriū mirabile in abstersione oculorum ꝛ corroboratione visus: ꝛ fit in tēpore veris. Accipe foliorum rosarum cōpletarū: foliorum rute: foliorū feniculi: foliorum herbe adhil. foliorum chelidonie: anā ꝑtes equales. Trahatur aqua eorum ꝑ sublimationē in alembico: sicut est operatio aque rosate: ꝛ conseruet in vase eneo: est enim collyrium preciosum. ❡ Mahemet filius zacharie arasi. Collyriū de succo granatorū abstersiuū oculorum: ꝛ ꝯfortatiuū visus expertuȝ. Accipe succi granatorū dulciū ꝛ acetosorum ana li. j. ponant in ampulla vitrea: ꝛ stringat orificiū ei': ꝛ ponatur in sole per menses duos: ita ꝙ q̄libet mēse recipiatur claruȝ ei': ꝛ abijciat fex que subsidet. Deinde ad omnē lib. istius succi ponat puluis iste. ℞. aloes: radicū chelidonie: salis armoniaci: piperis lōgi anā ℥. j. Terant sicut alcohol: ꝛ misceantur in medicamine: ꝛ iterū exponat soli: ꝛ quāto plus antiquat tanto sublimior est ei' operatio. Feniculus: verbena: rosa: chelidonia: ruta ex his fit aqua que luminareddit acuta. ❡ Galenus. Comestio carnū tyrorum ꝑparatorum ꝭm doctrinam q̄s recipiunt in tyriaca cōseruat sanitatē visus: ꝛ est ad h' vltimū. Frequētare potū aceti squillitici ad hoc est multum laudabile. Triphera magna: ꝛ triphera minor ad hoc ē laudabilis: ꝛ ꝓprie minor cū quarta ponderis sui de puluere herbe adhil. Triphera ꝑsica quā diximus in antidotario ꝛ electuariū algariph: ꝛ pilule cochie: ꝛ pilule lucis: ꝛ pilule sabor quas dixim' in canone: ꝛ hiera nostra ꝛ theodoricō ad h' ꝯferūt. ❡ Humain. Cōfectio electuarij sublimis cōferentis ad sanitatē oculorum et cōfortantis spiritū visibilē in claritate sua. ℞. herbe adhil. ℥. iij. seminis feniculi. ℥. v. macis: cubebe. cinamomi piperis lōgi: gariofilorum anā ℥. j. Puluerizent ꝛ cribellent: ꝛ accipe mellis dispūati lib. j. succi feniculi cocti ꝛ depurati. ℥. j. succi rute silr cocti. ℥. ß. succi chelidonie silr cocti. ℥. ß. Coquāt succi cū mellis dispūati li. j. vsqꝫ dū mellis tenuis habeāt spissitudinē: ꝛ cōficiant cum eo species ꝛ reseruetur in vase vitreo et sit dosis ei'. ℥. iij. cum vino in sero: ꝛ alleuietur cena vel dimittatur et similiter in mane. ❡ Haly. Collyriū acuēs visuȝ: et oculi sanitatē custodiēs. Accipe succi feniculi. ℥. xl. succi rute. ℥. xx. Ponant in āpulla vitrea cū mellis bōi et clari. ℥. xv. ꝛ obturet orificiū eius: ꝛ dimittatur in sole per. iij. mēses: ꝛ abijciat fex eius et liniantur ex eo oculi: qm̄ est expertū. ❡ Filius zacharie. Cōfectio alcohol cōseruantis sanitatē oculi. ℞. tutie: sief memithe: anā ℥. iij. aloes litij: anā ℥. ij. cāphore. ℥. j. sextaȝ. Terantur cum aqua agreste aut sansuci: aut sumach: et exiccet: ꝛ administret: aut nutriant pri' cū aqua agreste: secūdo cum aqua sansuci: tertio sumach: ꝛ est sublimis. ❡ Idē. Cōfectio alcohol acuētis visuȝ. ℞. tutie pri' lote: deinde nutrite in aq̄ sansuci trib' vicib'. ℥. x. ziziberis: piperis macropiperis: chelidonie buruh anā ℥. j. salis armoniaci. ℥. ß. Nutriantur cū aqua sausuci: aut aq̄ feniculi tribus vicib': deinde exiccet: et administretur: est eniȝ sublime. ❡ Fili' Zezar. Collyrium confortans visum. ℞. fellis galli: aut alcubugi: aut ꝑdicis: et mellis crudi: anā ꝑtes eq̄les: succi feniculi: ꝑtes duas: misce: et pōe in oculis: bonū et electum si De' voluerit. ❡ Idem. Conditum factū ex alhasce cū melle cōfortat virtutē visus. ❡ Idē. Cōditū factum ex herba adhil cum melle mirabilis est in cōfortatione visus: imo et ipsa herba ꝭm omnē modū administratiōis ei' sublimis ē. ❡ Aboali. Alcohol sublime tersiuum oculorū conseruans temperamentum et sanitatē visus. ℞. macropiperis. ℥. ij. gariofilorum: vsnee anā ℥. j. climie: spume maris. anā ℥. x. eris vsti. ℥. v. ceruse: salis gēme anā ℥. iij. salis armoniaci: piperis anā ℥. ij. camphore. ℥. ß. Terantur et administrentur. ❡ Idem. Alcohol sublime tersiuum oculorum qd administratur in dispositionibus sanitatis. Confortat eñ debilem visum: ꝛ conseruat ipsum ꝭm sanitatem suā: ꝛ sedat multitudinem lachrymarum ex oculo. ℞. antimonij loti: ꝛ ꝑparati in aqua pluuiali circiter spaciū dierū. xx. tutie: ꝛ climie: anā ℥. vj. marchasite. ℥. iiij. Tere vnūquodqꝫ per se: et tere ea bene per dies plurimos cum aqua pluuiali multotiēs donec exiccētur aque eorū. Deinde terant cū aqua feniculi pluries cū cōtinuitate aliquorum dierū similiter donec exiccet. Tertio vero terātur cū aqua sansuci. Quarto vero cū aqua rute. Quīto cū aqua chelidonie: deinde exiccent: ꝛ addatur cum eis sedenagi: ꝛ croci: anā ℥. j. margaritarū non perforatarū. ℥. ij. musci. ℥. j. tertiā: cāphore. ℥. j. sextā. Et proijce ipsa simul in mortario cū predictis: deinde adde eis such. ℥. ß. tere vsqꝫ dū siccet: et fiat inde alcohol mane ꝛ sero: qm̄ est expertū. ❡ Ex rebus aūt oculi substātiā reiuuenescere facietib' est regimē cum electiōe rerū sex nō naturaliū: ex administratiōe q̄rum oculis ꝛ corpori teneritas acquirat: sicut verbi grā: cum approximatione inq̄ntum possibile est ad aerem tēperatū et cibis ꝛ potib' humidis: ꝛ balneis tēperatis et alijs humectantibus cū tēperie preterq̄ faciant cadere in oppilationes. ❡ Dixit Alboali ꝙ ingredi aquā tepidā: ꝛ clarā ꝛ aperire oculos in ea oculorum sanitatē custodit: ꝛ eorum tenerā substātiā reddit: ꝛ abstergit: ꝛ silr aquā videre clarā ꝛ nitidā. Vapores aūt aquarū cū decoctione quarūdam rerum ad hoc vehemēter cōferunt sicut vapor aque decoctiōis feniculi: aut rute: aut herbe adhil: ꝛ similiū singulariter aut cōiunctim.

❡ De cura preseruatiua oculorum.



Medicaminis ad algarab ⁊ vlcera exꝑti ꝯfectio.

¶ De almusaragi siue alinthisar ⁊ est egressio vue: siue pupille dilatatio.

Ostq; ꝯfirmat aut que a natura est nō hȝ curā. Facta aūt a siccitate difficulter curatur: tñ succurrit ei cū bono regimine ⁊ humectatiōe ex his q̄ scis. Et ē que fit ex humectatiōe. Et cura eiꝰ est quatuor res. Prima ē euacuatio et subtractio eiꝰ que excrescere videtur materie iterata cū interpolatiōe nō frequēti ⁊ flebotomia si appareat significatio humoꝝ abūdātiū cuȝ sanguine: ⁊ ꝓprie cephalice: ⁊ post hāc si exigit dispō ex venis lachrymalis ⁊ vēis tēpoꝝ: ⁊ fiat incisio arteriarū: aut cauterizatio ipsarum si res postulat. Et qñq; fit cauteriū ⁊ ꝯfert ꝓprie in ȝuēdeg: sicut diximus. ¶ Secunda est administratio medicinarū diuertētiū materiaȝ ex loco sicut scarificatio in auribꝰ: ⁊ aptio cū ventositate emorroidaꝝ: ⁊ appositio ventosarū in nucha: ⁊ sup collū: ⁊ in spatulis. ¶ Tertia est abstinētia: ⁊ tolerātia famis: ⁊ regimē exiccatiuū. ¶ Quarta est administratio rerū resoluentiuȝ ex ipso oculo: ⁊ extrahentium humiditates dilatātes vueam: sicut ꝓprie alcohol ex felle hedi cū succo feniculi: ⁊ pauco sale armōiaco: aut ex felle ericij aut ex felle testudinis: aut ex capitibꝰ hirundinū adustaꝝ. Et fiat inde collyriū cū succo chelidonie ⁊ melle qm̄ ē expertum. Est etiam q̄ fit a casu ⁊ percussione. Et cura eius est due res post regulationeȝ ⁊ abstinētiā in eis que comedūtur: ⁊ alijs ⁊ abstinentia a vino. Et prima ē vt ī principio fiat administratio repercussiuoꝝ ⁊ infrigidantium: ⁊ ꝓhibentium effusionem materie: ⁊ hoc post flebotomiā sicut proprie est emplastrū ex farina fabarū excorticatarū cum aqua folioꝝ salicis solatri: aut īdiuie. ¶ Scḋa fiat administratio resolutiuoꝝ mediocriū: sicut ꝓpe fit ex vitello oui cū oleo rosato: ⁊ pauco vīo ēplastrato desup: ⁊ ꝓprie post īstillationē ī ocul ex sāguīe turturȝ: aut pulli colūbini. Ad vltimū īstillēt collyria resolutiua fortiora q̄ paulo añ dctā sūt. ¶ De noctilopa ocloꝝ. i. q̄ post solis occasū nō videt.

Ura huiꝰ egritudinis est quattuor res. Pria ē regulatio vite. Scḋa ē subtractio materiei. Tertia ē abstersio eiꝰ qḋ fluxit. Quarta ē correctio nocumēti accidentis in spiritu. ¶ Primā igit rē ꝯplēt ꝯmēsuratio in sex gñibꝰ reꝝ: ⁊ ꝓprie cū alleuiatiōe comestionis ⁊ dimissione cene. Et sint cibaria digestioni obediētia ex his q̄ scis. Et detur in potu ante cibū ⁊ post descēsuȝ eiꝰ a stomacho vinū antiquū bonū purum postq; ꝓpinaueris añ illḋ sief resenegi: qḋ dicemꝰ post. Et ex cibis q̇ currūt cursu proprietatis est epar hircinū comestū assum: aut elixū cū sale gemma modico: ⁊ modico pipis lōgi. Herba aūt adhil et electuariū eiꝰ est sublimis iuuamenti ad illud. ¶ Secūdā reȝ ꝯplent flebothomia ex cephalica si multitudinem cognoueris in sanguine ⁊ ex venis lachrymalibꝰ ⁊ ex naribꝰ si inuitat necessitas. Si aūt ex humorum grossitie fieri cōtiguat euacuatio fiat cū hierapigra: ⁊ hiere coloq̇ntidos: ⁊ pilulis cochijs: ⁊ cuȝ gargarismatibꝰ ⁊ caputpurgijs ex eis q̄ scis. ¶ Tertiā rē ꝯplent collyria de fellibꝰ ⁊ instillationes in oculis ⁊ ꝓprie eius qui currit ex epate hircino: aut caprino qñ scinditur in multis partibꝰ: ⁊ aspgit super ip̄m sal indꝰ: aut salgēma ⁊ piper longum post ꝯtritionem eoꝝ. Deinde assatur: ⁊ qñq; huiꝰ epar assat cū eisdē speciebus sup prunas: ⁊ fit inclinatio sup fumuȝ eiꝰ. Et iā dictū est ꝙ comestio eiꝰ est iuuatiua valde: ⁊ similiter inclinatio super vaporē aque elixationis eius. ¶ Quartam rē complent administratiōes medicaminū spūȝ visibilē subtiliātiū ⁊ illustrātiū: sicut est ꝓprie vsus herbe adhil: ⁊ cucube ⁊ feniculi ⁊ chebuli ꝯditi: ⁊ nux muscata ꝯdita: ⁊ alia q̄ diximus in capitulo primo de egritudinibꝰ oculorū. ¶ Alexander. Cōfectio collyrij ad noctilopā exꝑti. Accipe succi feniculi cocti ⁊ depurati partē vnā mellis ⁊ fellis hircini añ. ꝑtem mediam: bonū ⁊ expertū. ¶ Idem. Predicto collyrio admisce ex stercore crocodilli aut stelliōis añ partis vniꝰ q̄rtā: ⁊ sanat ī paucis diebꝰ. ¶ Idē. fiat alcohol ex pipere longo zinzibere ⁊ spica: ⁊ confert.

Collyriuȝ ad noctilopā exꝑtū.

¶ De aqua descendente in oculuȝ.

Uando est in principio ⁊ nō est ꝯfirmata succurritur ei cū medicinis ⁊ ꝓprie cū abstinētia ⁊ diminutione ciboꝝ: ⁊ vitatiōe grossoꝝ ⁊ vaporosoꝝ: sicut sunt pulmēta: ⁊ piguia: ⁊ iura: ⁊ pisces: ⁊ vinū ⁊ silia ipis. Et cū mūdificatione sepius iterata ⁊ proprie cum cochijs: hierapigra: ⁊ hiera diacoloquintide: ⁊ cum administratione medicinarum resoluentium sicut est aqua rute ⁊ ꝓprie cum serapino aut aliquo ex fellibꝰ animaliuȝ cum melle ⁊ succo feniculi: aut serapinum cū felle hircino: ⁊ melle: ⁊ succo feniculi qm̄ est vtilissimum. ¶ Filiꝰ zacharie arasi. Confectio collyrij de fellibꝰ ad principium aque ⁊ noctilopam ⁊ alintisar. Accipe fellis hirci exiccati ī vase eneo. ȝ. x. pulpe coloq̇ntide. ȝ. j. ⁊ ß. serapini. ȝ. ij. euforbij. ȝ. ij. fiāt sief cuȝ aqua rute: aut aq̄ feniculi: ⁊ vtere. ¶ Sabor. Collyriū bonum ⁊ expertū. Accipe fellis hircini exiccati ī vase eneo: ⁊ granoꝝ lauri exiccatoꝝ añ. ȝ. v. serapini. ȝ. j. gummi. ȝ. ß. fac ex eis collyriū cū succo chelidonie ⁊ vrina pueri nō polluti: et melle. ¶ Qñ aūt passio fuerit ꝯfirmata ⁊ fuerit ex eis in quibꝰ est possibilitas curationis: cuiꝰ signū est ꝙ dū aspicitur oculus vel pupilla videt clara ⁊ cedit dilationi cuȝ p̄mitur digito: aut instrumēto: deinde redit ad ipsuȝ: ⁊ nō frangit: tūc est ex illis q̄ deponunt ex recta opatiōe artificis. Et modus deponendi aquam cū instrumēto est hmōi. Subtilietur regimen eiꝰ ex cibo ⁊ potu: ⁊ dimittat vinū omnino. Et sit cibus eiꝰ aqua ciceris: ⁊ sauine: ⁊ sorbilia facilis digestiōis ⁊ boni nutrimenti ⁊ pauce quantitatis. Et ꝓcedat cuȝ iteratione in mūdificatione corporis ⁊ capitis: ⁊ ꝓcedat cum flebotomiaꝰ si necessaria fuerit. Deinde in domo tempati aeris nō luminosa locet: ⁊ iaceat supinus: ⁊ p̄cipiatur ei vt ꝯuertat intuitum suum versus nasum. Deinde incipe pforare ex ꝑte siluestri lachrymalis cum instrumēto qḋ dr̄ deponēs aquā: ⁊ ꝓcedat pforatio inter tunicam ⁊ tunicā cum omni facilitate vsq; dū perueniat ad vacuū: qḋ est añ

pupillam

pupillā. Deīde icipe depōere aquā ⁊ occultare illā sub cornea: donec ꝺ occulteꝛ qꝺ sepultū erat sub aq̄: ⁊ videat ⁊ obserueꝛ cū industria: ne qꝺ deponiꝛ ex aq̄ redeat occultādo ⁊ sepeliēdo eā in quātū possibile fuerit: ne redeaꝛ: ⁊ hoc cū iteratione ⁊ iteratiōe: donec adueniat sanitas: ⁊ post hoc pōe sup oculū vitellū oui ⁊ oleū rosatū cū pululillo ex coto. Et sit accubitꝰ sup ceruicē ⁊ collū: ⁊ fiat h̄ vsq̄ ad tp̄s q̊ remouebiꝛ dolor: ⁊ nō soluaꝛ ligatura: nisi ꝺ triduo ī triduū: ⁊ dū soluiꝛ vaporeꝛ oculꝰ cum aqua rosata decoctionis salicuꝫ ⁊ similiū. Et sit domꝰ ī qua habitat tenebrosa. Et afferanꝛ ad locū hūc deinceps q̄ diximus in cura vulnerū oculoꝝ.

¶ De debilitate visus.

Si ꝯtingat a re addita in sup̄ficie oculoꝝ quā sensus ꝯp̄rehēdit: sicut ē vngula: pannus scabies ⁊ sebel dicta est cura eius. Si aūt contingat ꝓpter rē quā sensus nō valet ꝯp̄rehendere sicut nebula vel vapor: tūc eius cura est tersio cuꝫ eo qꝺ est resolutiōis mediocris: sicut scripsimus in canone. Si aūt fuerit ꝓpter vapores qui eleuantur a stomacho posito sub dn̄io humiditatū viscosarū putridarū ⁊ vaporosaꝝ: aut sub dn̄io cholerice materie vaporose. Cura eiꝰ est mūdificatio stomachi cū solutiōe ⁊ vomitu leni ⁊ facili ex his q̄ diximꝰ cū p̄cessione administrationis medicaminū incisiuoꝝ: sicut syrupi acetosi in calida materia: et oximellis sq̄llitici in frigida materia: ⁊ subsecutiōe medicaminū: quibꝰ appropinquetur duplex intētio. s. cōfortatiōis stomachi ⁊ ꝓhibitiōis eleuatiōis vapoꝝ cū eis q̄ sūt sicut trifera minor ꝓprie chebuli ꝯditi ⁊ zuccarū rosatū cū mastice: ⁊ trocisci noiati dyarodō. Si aūt fuerit propter pctm̄ qꝺ est ī ip̄o oculo: tūc fit illꝺ aut ꝓpter excessuꝫ siccitatis in ipso ⁊ cura eiꝰ est regimē humectatiuū qꝺ diximꝰ in canōe preter q̄ꝫ faciet cadere in oppilationē. Aut propter excessum turbide humiditatis ī ipso. Et cura eius est tres res. ¶ Prima est adeq̄tio ⁊ digestio materie sicut locuti fuimꝰ in canone. ¶ Scḋa est euacuatio eiꝰ cum eis q̄ sunt sicut pilule de hiera ⁊ pilule cochie: ⁊ pilule lucis: ⁊ īfusio ꝺ aloe aut hiera in aqua endiuie: ⁊ aq̄ fructuuꝫ ⁊ similia. ¶ Tertia est resolutio ⁊ tersio ex ipso oculo humiditatis turbide obtenebrātis cū eo qꝺ est sicut collyriū de feniculo: ⁊ silia: q̊rū ī cap̄. de ꝯseruatiōe sanitatis oculi rememorati sumus quapropter afferaꝛ ad locū hūc qꝺ dictū est ibi. Si aūt cōtingat passio ꝓpter turbulētiā aduenietē spiritui visibili cura eiꝰ est oē bonū regimē in sex gn̄ibꝰ reꝝ: cui subsequaꝛ regimē mūdificatiuū corporis: post qꝺ subsequaꝛ regimen clarificās sanguinē ⁊ clarificās sp̄ūs ex his q̄ p̄cesserunt in canone. Et qn̄q̄ ꝯtingit ꝓpter subtilitatem ⁊ paucitatem ip̄iꝰ sp̄ūs: ⁊ cura eius est cū administratione medicaminuꝫ addētiū in sp̄ūm: ⁊ vigorantiū ip̄m: ⁊ ex summa horuꝫ sunt myrobalani ⁊ q̄ ꝯponunꝛ ex eis. Afferantur ad hūc locuꝫ q̄ diximꝰ in capitulo de cōseruatione sanitatis: quamobrē opꝫ vt capitulum illꝺ cū isto simul ligetur. ¶ Inquit Gale. Fella oia abstergunt oculū: ⁊ clarificant visum: eligantur ex aialibus quidē fel algazel: ⁊ hirci siluestris: ⁊ bouis ⁊ leporis: ⁊ adib: ⁊ vrsi: ⁊ testudinis: ⁊ vulpis: ⁊ hedi: ⁊ capre montane: ⁊ ex volatilibus aq̄le: ⁊ vulturis ⁊ viuentium ex raptu: ⁊ hirundinis: ⁊ passeꝝ: ⁊ galli: ⁊ perdicum: ⁊ alcubugi: ⁊ ex piscibꝰ fel: sabor: ⁊ porci marini: ⁊ sunt iuuamēti vltimi.

Notabile dictū galeni ad abstersionē ⁊ clarificationē visꝰ de fellibꝰ.

¶ Mahemet arasi. Alcohol sublime ī ꝯfortatiōe visus. acuit eñ ⁊ clarificat ipsum. ℞. tutie ablute nutrite tribus vicibꝰ cuꝫ succo sansuci depurati. ʒ. xx. Deinde accipe zinziberis: pip̄is nigri ⁊ longi: chelidōie: buruch añ. ʒ. ij. salis armoniaci. ʒ. j. Terātur oia cū succo feniculi: aut sansuci tribus vicibus. Deīde fac siccari: ⁊ tere subtilissime. Et fiat alcohol cū eo. ¶ Ruffus. collyrium satis bonuꝫ quod acuit visum: ⁊ oculoꝝ sanitatē custodit tempore ml̄to. Accipe lituuꝫ: ⁊ tere ꝯtritione ml̄ta cū succo feniculi depurati vsq̄ duꝫ fiat sicut mel: ⁊ recōde in vase vitreo ⁊ vtere. Quidam aūt ex posterioribus addiderūt ad oēꝫ. ℥. eius ex felle galli aut p̄dicis. ʒ. j. tertias duas. ¶ Idem. Cohol valens ad idē. Accipe ex tutia quantum volueris ⁊ lauetur cum aqua pluuiali. Deīde exiccetur ⁊ nutriaꝛ post illꝺ. Primo cum aq̄ feniculi. Scḋo cum aqua sansuci. Tertio cū aqua altarasacon semper ꝯterēdo. Deīde exiccetur ⁊ nutriatur post illud: ⁊ fiat cū eo alcohol. ¶ Cōfectio alcohol ex inuentione nostra ꝯferens supercalefactioni oculoꝝ et debilitati visus cā subtilis et acute humiditatis: aut mordicatiōis: aut pruritui in oculis. Accipe tutie carmeni lote ī aqua pluuiali. Deinde in aqua ro. vicibꝰ pluribꝰ. ʒ. x. fricationis myrobalanoꝝ citrinorū cum aq̄ rosata. ʒ. vj. litij. ʒ. ij. ⁊ ß. zinziberis: piperis longi añ. ʒ. j. aspergātur cuꝫ succo agreste: ⁊ terantur cū eo. Deinde exiccentur ⁊ puluerizenꝛ ⁊ fiat cum eis alcohol. ¶ Hamech. Cōfectio alcohol ꝯferens obscuritati visus abstergit eñ oculos ⁊ clarificat. ℞. tutie: antimōij añ. ʒ. vj. salis gēme. ʒ. ij. litij: sieꝛ memithe. añ. ʒ. j. camphore. ʒ. j. tertiā. Terantur tutia: ⁊ antimonium: et misce ꝯterendo cum aqua myrobalanorum citrinoꝝ ⁊ hoc per triduū. Deīde cū alijs fiat cohol: ⁊ vtere. ¶ Alexāder. Collyriū satis efficax in clarificando visum ⁊ ad auferendaꝫ caliginē. ℞. fellis p̄dicis. ʒ. j. ⁊ mellis. ʒ. ij. succi feniculi depurati. ʒ. iij. pone ī vase vitreo: ⁊ susp̄ede in sole p̄ dies septē. Deinde vtere. Est eñ efficax. ¶ Sabor. Cōfectio trifere mirabilis vigorātis visum: cui accidit impedimētū ꝓpter fumos ignitos cholericos: aut salitos: ⁊ est ei ip̄ressio fortis: reducit eñ oculos ad formam vigoris adolescētie. ℞. myrobalanoꝝ: chebuloꝝ. citrinoꝝ: ⁊ indoꝝ añ. ʒ. ij. ⁊ ß. belliricoꝝ: ⁊ emblicoꝝ añ. ʒ. ij. zuccari. ʒ. v. tere in vase lapideo: ⁊ funde sup ip̄m aquā fontium claram: sicut aspergendo parum post parū: ⁊ hoc facias per dies tres: deinde dimitte siccari: ⁊ post hoc sparge sup ip̄m distillando ex oleo rosato: aut amigdalino. Et ꝯtere per alios tres dies: ⁊ iterum dimitte siccari. Deinde accipe rosaꝝ: sandali: macazari: cubebe: cardamomi añ. ʒ. ij. spodij. macis añ. ʒ. j. luch. ʒ. j. ⁊ ß. deīde accipe zuccari tabarzet li. j. tamarindoꝝ: eyiō. ʒ. iiij. pruna q̄nquaginta. Fac ex eis formas similes auellanis: ⁊ da mane quolibet a. ʒ. ij. vsq̄ ad auꝛ. ij. cū aqua calida bonū. ¶ Idem. Confectio alia addens in visum: auferēs tenebriositatē eiꝰ. ℞. herbe albedustur: seminis rute: añ. ʒ. vij. ß. siseleos: calamenti domestici: zizibe. pulegij. cubebe. nucis muscate añ. ʒ. v. scesebrā. ℥. j. ⁊ ß. gariofiloꝝ: masticis margaritaꝝ nō perforatarum añ. ʒ. j. ⁊ tertiam alteriꝰ: ꝺ p̄ētis combusti: crystalli. añ. ʒ. ij. ⁊ ß. balsami grana. vj et ponderis croci. ʒ. j. tertiaꝫ. zuccari li. ij. fiant ex eis forme similes auellanis: ⁊ da ex eis a. ʒ. j. vsq̄ ad. ij. In hyeme ꝯueniunt senibus: bonum ⁊ expertum: si Deus voluerit.

¶ De casu piloꝝ palpebraꝝ.

Si accidat propter defectū materie. Cura est in p̄mis cū eis que reparant materiā ex bono ⁊ largo regimine sicut scis. Deīde cū eo qꝺ trahit materiā ad locū necessitatis: sicut sunt medicine ⁊ collyria quas dicemꝰ post. Et qn̄q̄ fit ex cā ꝓp̄ria ⁊ corruptiōe materie et egritudis in ip̄is palpebris: sicut est silach: q̄ est ꝓp̄rie corrosio cū rubedie et asperitate: et pruritu in ipsis palpebris: et cura eius est vt mūdificetur caput ab humore nitroso salsugineo ⁊ acuto: deinde administretur regimen humectatiuū: ⁊ frequētetur ingressus balnei: et inclinatio sup vaporem aque calide: ⁊ ēplastrationes ex medicinis humidis: sicut est portulaca cū lacte ⁊ mucillago psilij cū oleo rosato: aut mucillago seminū citonioꝝ: aut amigdale amare: aut dulces cū lacte ⁊ similia. ¶ Postq̄ꝫ aūt acquiriꝛ palpebris tēperies ⁊ teneritas: tūc administrāda sunt medicamia piloꝝ gn̄ationē faciētia ex his q̄ dicemus. Et quādoq̄ꝫ ē silach chronicū grossum durū: quare vapor q̇ est materia pili non inuenit transitum. Et cura eiꝰ est mundificatio capitis cum iteratiōe ⁊ flebotomia: ⁊ ventosatio crurum: ⁊ vsus balneationis: et emplastratio cū lentibus excorticatis in eo qꝺ mulgetur ex granatis ꝯtritis cuꝫ rob. Deinde administratio medicaminū faciētiū piloꝝ generationē: q̄ dicemꝰ. Et ex eis est lapis lazuli ꝓp̄rie ⁊ lapis armenꝰ alcohol: facto ex aliquo eoꝝ cū spica: ⁊ producto cū radio sup palpebras: aut ex antimonio ⁊ spica: ⁊ lapidi lazuli inest ꝓp̄rietas mirabilis. Musce aūt si exiccanꝛ abscissis capitibꝰ ⁊ fiat linimētū ex eis cū auellanis assis ⁊ adipe caprio aut vrsino inueniꝛ efficax. Citrāguloꝝ q̊ꝫ semina si aduranꝛ ⁊ liniātur cū adipe cap̄no piloꝝ faciūt facilē gn̄ationē. ¶ Mahemet arasi. Cōfectio alcohol reparātis pilos in palpebris ⁊ cōfortātis eos. ℞. ossiū myrobalanoꝝ adustorum partē vnā: fumi thuris partis vniꝰ quartam: spice romane: lapidis lazuli. añ. partis vniꝰ tertiā: liniatur sup palpebras cū radio. ¶ Emplastruꝫ quo vtendū est sup palpebris curās silach ⁊ remouens pruritū ⁊ scabiē. Accipe granatū vnum integrum: ⁊ decoq̄ illud in aceto vsq̄ quo dissoluatur ⁊ empla-

Medicamina pilorū generationē faciētia.

Linimentū de muscis.

stretur super palpebras.

¶ De cura inuersationis piloꝝ palpebrarum.

Cura huius egritudinis fiat ꝫ vnū q̄ttuor modoꝝ. ¶ Primꝰ est inuiscatio eoꝝ cū aliquo leuis viscositatis: sicut cū mastice aut cū sputo ⁊ cola: aut cū gūma pini: aut bdellio dissoluto in albumie oui: aut cū aliq̄ taliū. ¶ Scd̄s est ordinatio piloꝝ ⁊ restrictio eoꝝ ad vnū ordinē. Et h̄ q̄dem fit ꝫ hūc modū. Accipe acū subtilē ⁊ pfora ī exteriori parte palpebre: vt pueniat pforatio vsqꝫ ad interiorem partem vbi est ordo naturalis piloꝝ: ⁊ deide accipe pilū ⁊ pone in foramen acus: ⁊ extrahat: vt pilꝰ inueniat viam ad ordinē: ⁊ sic fiat de alijs si sunt plures vsqꝫ dū ordinent cum alijs. Deinde ponat medicamen punctoꝝ ꝯsolidationē faciens et ꝯstrictionē. ¶ Tertiꝰ modꝰ est vt euellant pili vnus post aliū: ⁊ igniatur stilꝰ: aut acus: ⁊ cauterizet locus vñ est pilus euulsꝰ cauterizatiōe sufficiēti: ⁊ sic fiat d̄ alijs. ¶ Quartus est vt post euulsionē piloꝝ fricetur super loco medicamen piloꝝ generationem prohibens sicut proprie oua formicarum: aut rubigo ferri cum saliua.

¶ Cura ordeoli in palpebra.

Cura huius egritudinis ē ꝫ vnū triū modoꝝ. Primꝰ est vt ꝓhibeat collectio eiꝰ in pricipio sui cū eo qd̄ est sicut aloes: acatia: ⁊ litiū linimēto facto ex eis: ⁊ supposito: aut bdelliū resolutū cū aq̄ mēte humide ⁊ hoc post corporis ⁊ capitis mūdificationē. ¶ Scd̄s modꝰ ē vt si illa nō ꝯtulerint: administrent resolutiua mediocris resolutiōis: primo post euacuationes ex eis q̄ scis: ⁊ ꝓprie resoluat bdellium in aq̄ ⁊ liniat sup locū: ⁊ fortiꝰ illo est oppoponacū: ⁊ adhuc fortiꝰ armoniacū cū aceto. ¶ Et scripsit Oribasiꝰ linimētū bonū expꝑtū: ⁊ ē vt accipias olibāi: myrrhe añ. partē vnā laudani quartā partis vniꝰ: cere. aluminis: baurach harmēi añ. ꝑtē mediā. liniat cū fece olei d̄ litio: aut accipe galbāi. ℥. iij. baurach. ℥. j. liniat cū succo apij. ¶ Tertiꝰ modus est vt si resolutiōi nō obediat: vt suspēdat palpebra ⁊ inuersetur: ⁊ scindatur ꝫ interiꝰ palpebre ꝗ apeiat tunica interior eiꝰ ⁊ exp̄mat donec ingrediat totū qd̄ ē sicut mucillago. Deide sanet vulnꝰ cū linimentis q̄ sunt sicut sanguis draconis cū albumie oui: aut cerusa cū albumie oui: ⁊ silia.

Oribasij linimētum.

¶ Summa. vj. de curis egritudinum aurium.

Sermo noster erit deiceps de egritudinibꝰ auriū: si deꝰ voluerit. Et primo de dolore earū q̄ q̄nqꝫ accidit a malitia ꝯplexiōis sine materia aut cū materia. Et si q̄dē sine materia solū alteratiōe idiget. Si ṽo fuerit calida: iuuat ex infusiōe albuminis oui recētis: aut mucillagie psilij: ⁊ similiū ex eis q̄ dicemꝰ. Si aūt a malitia ꝯplexiōis frigida fuerit ꝯferūt ifusiōes ⁊ iniectiōes calide. Si aūt malitia ꝯplexionis sicca iuuat cū humidis. Si aūt humida cū siccis q̄ fiūt p traiectoriū: ⁊ ēplastrationes ex his q̄ dicemꝰ. Si aūt malitia ꝯplexiōis fuerit cum materia et fuerit calida euacuetur p flebotomiā. Si sanguinea fuerit ex repletione in sanguie d̄ vena caphalica. Deide ꝓcedēdū ē ad alterātia q̄ dicemꝰ. Qd̄ si cholerica fuerit: ⁊ est ille dolor q̄ fit ꝫ plurimū euacuet cū eis q̄ scis: ⁊ frequētet lēificatio nature cū aq̄ fructuū. Deide seda dolorē cū alterantibꝰ q̄ dicent. Si aūt dolor vehemētior fuerit ꝯcedimꝰ aliq̄ ex narcoticis: sicut sief memithe ꝓprie cū aliquāto opij: ⁊ distēperet cū lacte mulieris ⁊ instillet in aurē. Si aūt materia fuerit frigida euacuetur cum eo qd̄ conuenit. Deinde alterātia sedātia administrent ex eis q̄ dicemꝰ. Si aūt dolor a grossa fuerit ventositate scribemꝰ medicamenta eiꝰ post. De doloribꝰ auris factis ab apostemate: aut vlcere: aut oppilatiōe aut ingressu aq̄: aut animalis: singularia scribemꝰ capitula. Post hec aūt nō pretermittimus ꝙ medicamenta que distillātur in oculis semp actualiter frigida mittēda sunt que aūt in auribus tepida aut calida sunt apponenda: siue sint ad egritudies calidas siue frigidas. ¶ Medicaminū narratio ad dolorem auris calidum. Albumen oui cū lacte mulieris tepido. Oleū rosatum tepidum per se: aut bulitū cum aceto pōdere sui vsqꝫ ad consumptionē aceti: aut conquassatū cum succo cucurbite. Oleum de salice ꝫ eandē doctrinā. Oleū nenufarinum. Oleū de semine cucurbite. Oleū de papauere si dolor est vehemēs per se: aut cū aliquāto cāphore: est em̄ sanatiuū bonū. Lac muliebre calidū sicut mulgetur cū succo solatri: aut aqua coriādri humidi. Mucillago psilij cū oleo rosato conquassata: aut mucillago seminū citoniorum. Oleū de tabroc quādo dolor est acutus cū lacte mulieris statim cū mulgetur. Lenticulas coctas cū panis mica cataplasmabis: succꝰ ius q̄ami fortes sedat dolores. Lactuca agrestis ꝫ omnē modū administrationis est eis medicamen bonum. Et similiter succꝰ solatri ⁊ papaueris ⁊ mandragore ⁊ salicis ⁊ teneritatū vitis. ¶ Hamech. Ad dolorē auris a caliditate. Accipe olei rosati partes. ij. olei amigdalarū dulciū partem. j. aceti partes. iij. Fac decoqui lento igne vsqꝫ ad ꝯsumptionem aceti: ⁊ cola: ⁊ administra tepidū. ¶ Idem. ℞. folioꝝ cucurbite: aut ipsius cucurbite succū: ⁊ misce cū oleo rosato diu ꝯquassando: ⁊ vtere: bonum est.

Canō practicus.

¶ Narratio medicaminū ad dolorē auriū frigidū ⁊ vētosū.

Administrētur medicamina q̄ sunt sicut oleum nardinū: costinū: sansucinū: oleū de ruta: oleū de amigdalis amaris: oleum de camomilla: oleum anetinum: oleum laurinum: oleum de lilio: oleū de keiri: oleum de nacisso: oleum de ꝑsicis: oleū de chrisomillis: oleū de been ꝓprie: oleū de herua: oleum de cinamomo. Quodcūqꝫ hoꝝ fuerit ꝓprietatē hꝫ ad dolorē auris a frigida cā factū: aut ventosa. Fundamentum aūt ⁊ materia p̄parationis singulorum eoꝝ artificialiter est cepe cauatū in quo opꝫ parari ⁊ decoqui cū facilitate in cinere prunarū. Et ex rebꝰ admixtis eis sigillātibus ipsis virtutes mirabiles cū bonitate decoctionis in cepe cū eis est ruta ꝓprie: ⁊ succus radicis que comedit: et spica ⁊ sansuccꝰ: ⁊ scea: ⁊ camomilla: ⁊ galbanū dissolutū in succo porri: ⁊ succꝰ porri per se: ⁊ allium: ⁊ castoreum: et pip: ⁊ suc: ⁊ succꝰ cepe: ⁊ succus pharasion: ⁊ origanum: et succus afodilli: ⁊ euforbiū: ⁊ helleborus niger: ⁊ albꝰ ꝓpe ⁊ non est incōueniēs in hmōi ꝑmixtionibꝰ admisceri mellis modicū: deide tepidū distillet. Si aūt dolor est fortis ex miscibilibꝰ bonis ē optiū cū pauco castorei: ⁊ croci aut filonij cū lacte mulieris: aut trocisci stelle: aut trocisci d̄ croco. Deide remoue nocumēta narcotici cū eis q̄ scis. Ex vaporatoriis aūt siccis ē miliū aut panicū, ⁊ sal calefactꝰ ⁊ suppositꝰ: aut bacce lauri cū melle pauco calefacte ⁊ supposite: aut pulegiū cū melle: ⁊ olibano: aut grana lauri ⁊ olibanū cū succo rute vel aneti. Et dixit Gal. Sacellet ex furfure cū vīo cocto ⁊ oleo nardio: aut rutaceo cepe marinū tusum ⁊ oleo aut butyro coctū expꝑtū ē. Euaporatoriū humidū fit cū aq̄s decoctionū reꝝ q̄ maturāt: ⁊ carmināt: ⁊ mollificāt sicut melliloti ꝓpe: ⁊ aneti: ⁊ camomille: ⁊ fenugreci: ⁊ volubilis ⁊ folioꝝ caulis: ⁊ seminū eiꝰ: ⁊ herbe vēti: et sāsuci: ⁊ absinthij ⁊ similiū singulariter: aut ꝯiūcti: ita vt recipiat vapor eoꝝ p cānulā: cuiꝰ vna extremitas sit fabricata sup vas in q̄ res coquant: ⁊ alia extremitas applicetur auri. Et quandoqꝫ est necesse vt misceatur cum his rebus aliq̄d ex stupefacientibus: vt sedetur vehementia doloris ⁊ tunc fiat illd̄ cū cautella. Remouent autem nocumēta narcotici vapores superiꝰ dicti cū modico castorei ⁊ croci: ⁊ piperis: sicut scis. ¶ Gale. ¶ Linimētum qd̄ administratur ⁊ sedat dolorē auris. Accipe medullam ceruinam: aut medullā cruris iuuenci: cere añ. ℥. v. oleū de nucellis: aut de amigdalis amaris: ⁊ succū genigē. i. poligonie quātū sufficit: fiat ex eis vnguētū: ⁊ vnge in circūitu auris: ē em̄ mirabile. ¶ Idē. Aliud valēs similiter raphani radices cū oleo decoq̄: ⁊ distilla ex eo in auribꝰ: ⁊ cum lana calida sup pone. ¶ Idem. Vermes qui sunt sicut faba media ⁊ inueniuntur sub lapidibꝰ aut vermes plurium pedū coquant cū oleo ex oliuis imaturis ⁊ distilletur ex eo in aurē: ē em̄ expertum. Fit etiam silr̄ ex scarabeo: ⁊ ex lumbricis terre. Oleum silr̄ de scorpionibꝰ est ad illud sublime. ¶ Idē. Fel tauri cum adipe anatis est iuuamēti mirabilis ad dolorem auris a cā vehemēter frigida. ¶ Mahemet arasi. Confectio medicaminis de q̄ distillatur in aurem: ⁊ linit ex eo in circuitu eius: ⁊ sedat dolorem frigidū ⁊ ventosū. Accipe castorei: euforbij: opij: storacis liquide: piperis foliorum rute: calamenti: sinapis añ. fiant ex eis trocisci: et dissoluant in oleo nardino: aut costino: ⁊ coquantur in cōcha cepe ⁊ distillet in aurem sedat dolorem auris. ¶ Hamech. in vrina tauri: aut caprarū si dissoluatur myrrha: ⁊ distilletur in aurem sedat dolorem auris. ¶ Isaac ad dolorem auris. Accipe baurach: mel bonū: ⁊ oleū rosatū ⁊ acetum: misce;

In causa frigida.

tum misce:⁊ pone in aurez:expertū est. ¶ Idē. accipe mel
lis crudi:⁊ olei laurini partes eq̄les:⁊ ꝯtunde ⁊ pone ī au-
rem:exptū est. ¶ Idē. vnctio ꝯferens ad dolorē auris. ℞.
mellilotí.ʒ.ij.camomille:sansuci añ.ʒ.j.ß.aq̄ li.j.ß.bulianꝫ
vsq̄ ad lib.ß.Deinde pone olei de cheiri:⁊ olei violati:et
olei sisamini añ.ʒ.ij.Decoque ad ꝯsumptionē aq̄ ⁊ vtere.
¶ Gabriel.Linimētum ꝯferens doloꝛi auris exptū.Acci-
pe aristologie lōge:seminis capparis:fenugreci añ.aur.ij.
pipis lōgi aur.j.aneti:aloes folioꝝ sansuci añ.ʒ.ß.hellebo
ri.ʒ.j.⁊ quartā alteriꝰ aque li.ß.olei.ʒ.j.Buliāt vsq̄ ad cō-
sumptionē aq̄:⁊ vtere mltotiēs:bonū. ¶ Diascorides.Ac
cipe radicē q̄ ꝯmedit:⁊ calefac sup cinerē ⁊ calidā mitte ī
aurē:⁊ fac mltotiēs. ¶ Idē.succꝰ mēte:⁊ mel:vt sint de sin
gulis partes equales:⁊ distilla ex eo in aurem:bonum est.

¶ De bothoꝛ ⁊ apostemate aurium.

SI sit calidū cura eiꝰ est flebotomia:⁊ lenifica-
tio nature:⁊ ꝓprie flebotomia caphalice cum
multa sanguinis extractiōe si est possibile:⁊ si
nō est:cū iteratiōe:⁊ distilletur in aurē in prin
cipio qđ est sicut oleū rosatum in quo iā ꝯsum
ptuz fuit acetū:vsq̄ ad dies duos aut tres:⁊ obseruet regi
men in vehemētia doloris ne deficiat virtꝰ:⁊ faciat cadere
in sincopim:⁊ sudorē frigidū ⁊ permixtionē ratiōis:⁊ mor
tem:quare distilletur in ea distillatione post distillationez
ex oleo iabroth cū lacte nouiter mulso:⁊ si excusari aliter
nō potes cū modico cāphore aut opij exhibe:⁊ postq̄ pter
ijt tertiū diē:distilletur in eā mucillago semis citonioꝛū:
aut fenugreci:aut altee:⁊ semis lini.Si aūt apostema non
fuerit vehemētis caliditatis:distillāda sūt aliqualr ex mucil
laginibꝰ cuz adipe galline:aut anatis:aut medulla cruris
vituli:⁊ expertū ē.Diaq̇lon dissolutū in oleo anetino:aut
camomillino expertuz est.Diaq̇lon minus cum oleo de al
cāna.Et ex eis q̄ sūt vltimi iuuamēti:est hyssopi cerotū qđ
dicemus.Et ꝯfert administratio euapoꝛatorij humidi qđ
diximꝰ. ¶ Ioānes Serapiōis.Emplastrū ꝯferēs ad apo
stema auris.Accipe farinā oꝛdei:⁊ decoque cū rob ⁊ oleo
de camomilla. ¶ Aliud.Accipe farinā fabarum:camomil
le:violarum succum:farinā oꝛdei:alteam:mellilotuz.De-
coque cuz aqua ⁊ oleo camomillino:⁊ rob:⁊ vtere. ¶ Idē
medicamē qđ resoluit ⁊ maturat apostemata q̄ sunt ī auri
bus.Accipe farinā fabarū:⁊ fac ēplastruz cum expressione
caulīū:⁊ oleo de lilio:⁊ suppōe. ¶ Aboali.Hyssopi cerotū
cuiꝰ iuuamētū est sublime ad apostemata aurīū maturās ⁊
sedans doloꝛē:bonū si deꝰ voluerit.Accipe adipis galline:
butyri ouini:seu vaccini loti:cere citrine:adipis caprini:
mellis:olei đ lilio:hyssopi humide đ singulis partes eq̄les
Fiat ex eis cerotū:⁊ tepidū in aurē mittaꝫ:⁊ liniaꝫ ī circūi
tu:exptū est. ¶ Idē.Cōfectio ēplastri satis bōi ad doloꝛē: (Emplastri ad dolorē ⁊ apostemata aurīū confectio.)
⁊ apostemata aurīū.Accipe cepe album ⁊ elixeꝫ ⁊ contera
tur cū butyro ⁊ vtere. ¶ Mahemet arasi.Cōfectio empla
stri sedantis doloꝛē aurium apostemosuz.Accipe bdellij:
adipis caprini añ.ʒ.iiij.farine fenugreci:⁊ semis lini:radi-
cū altee:radicū lilij añ.ʒ.v.mellilotí:camomille añ.ʒ.j.cro
ci.ʒ.j.vitellum vnum oui elixi.Conficiꝫ aūt sic:camomilla
mellilotū radices altee:⁊ radices lilij coquātur ī aqua vs
q̄ duz cocta sint.Bdellium dissoluaꝫ in succo cepe:aut in
aqua decoctionis herbaꝝ:⁊ ex omnibus his ⁊ ceteris fiat
emplastrū:postq̄ addiꝫ rob:⁊ olei sisamini:aut de lilio añ.
ʒ.ij.butyri quātū sufficit.Coquanꝫ oīa vsq̄ dū pinguescāt
et emplastretur cuz eo.Et qñq̄ apđ necessitatem additur
ei opij.ʒ.ij.⁊ est mirabile.Et qñq̄ ꝓ opio papaueris albi.
ʒ.vij.

¶ De sonitu ⁊ tinnitu aurium.

FIt quādoq̄ propter debilitatem:sicut accidit (Cause.)
cōualescentibꝰ.Et cura eius est cuz resumpti
uis:⁊ addentibꝰ ad virtutem coꝛpoꝛis:⁊ regi-
men cōualescentium sicut scis. Et quandoq̄
fit ꝓpter aduentum crisis:⁊ est silendū ⁊ quie
scendū in eo.Et quandoq̄ fit propter abundantiam ⁊ re-
pletionē superfluā in capite.Et cura eius est solutio ⁊ eua
cuatio cū hiera diacoloquintide ⁊ cochijs similibus cum
iteratione ⁊ iteratione.Deīde fiant instillatiōes ⁊ empla-
strationes post ēbrocatiōes ⁊ euapoꝛationes per traiecto
rium ex his q̄ dicemus.Et fit quādoq̄ a ventositate gros
sa:⁊ ꝯferunt ei caputpurgia ⁊ sternutationes post mundi
ficationē radicū ⁊ distillationes note:⁊ proprie cū oleo de
alcanna ⁊ modico de euforbio aut oleo rutaceo ⁊ castoꝛeo:
aut oleo de been cum modico succi poꝛri:⁊ quandoq̄ fit ex
coartatione humoꝛū grossoꝝ:⁊ viscosoꝝ:⁊ confert in hoc
nitrum cum melle ⁊ aceto:aut helleboꝛus albꝰ cum casto-
reo ⁊ melle ⁊ aceto ⁊ oleo đ beē. ¶ Hamec filiꝰ zezar.Oleū
raphani cum oleo rosato:⁊ succo poꝛri ⁊ felle ouium con-
fert tinnitui:⁊ sibilo aurium.Succꝰ poꝛri cum oleo rosato
⁊ lacte mulieris ⁊ castoꝛeo valet similiter. ¶ Unguentū ex
inuentione nostra valēs cū auxilio dei sonitui auris ⁊ gra
uedini auditꝰ propter ventositatem grossam ⁊ materiā fri
gidā. ℞.Hellebori albi:castoꝛei:costi añ.ʒ.j.rute:nitri pi-
peris longi ana.ʒ.j.partes duas eufoꝛbij.ʒ.j.tertiā.Deīde
accipe succi radicis q̄ comeditur:succi poꝛri:olei nardini:
camomillini:olei de amigdalis amaris:olei anetini.añ.ʒ.
j.coquantur ad succoꝛum ꝯsumptionez:cola ⁊ vtere:exp-
tum est. ¶ Ioānes Serapiōis.Si tinnitus a ventositate
ꝯtinguat:⁊ inflatiōe.Accipe eufoꝛbij.ʒ.j.⁊ resolue ī oleo đ
alcanna ⁊ vtere:aut castoꝛeū cuz oleo rutaceo:aut oleum
de been cum succo poꝛri. ¶ Idē.si ex materia grossa coar-
tata in auribꝰ cōtinguat:vapoꝛetur auris per traiectoꝛiuz
Deinde instilleꝫ medicamen qđ. ℞.hellebori albi:casto-
rei:nitri añ.partē vnā:croci ꝑtis vnius quintā. Misce cū
oleo sisamino ⁊ aceto:⁊ distilla in aurez. ¶ Alexāder.Ad
diuturnos auriuz sonitꝰ:⁊ tinnitus mirabilis. ℞.eufoꝛbij
⁊ dissolue in oleo ciprio ⁊ vtere. ¶ Filiꝰ zacharie arasi.Ac
cipe camomillā:sansucū calamētū:scehā:hyssopū siccā:ab
sinthiū buliāt ī vase sup quod ponaꝫ traiectoꝛiū:⁊ recipia
tur fumꝰ eius:confert enim post coꝛpis mundificationē.
¶ Idem.si fiat sonitꝰ aurium ꝓpter debilitatē succedentē
febribꝰ:distilleꝫ in aurem acetū decoctionis absinthij cuz
oleo rosato. ¶ Aboali.Medicamē exptum ad sonituz et
tinnitū aurium.Accipe gariofiloꝝ.semis poꝛri.añ.ʒ.j.mu
sci grana.ij.distillenꝫ cū aqua sansuci:aut folioꝝ pini:aut
rute.

¶ De debilitate auditus ⁊ surditate.

QUe natiua est nō inuenit curā.Que aūt anti- (Surditas incurabilis que.)
qua est vix recipit curā.Que autem fit ꝓpter
apostema:aut bothoꝛ diximus eius curā. Si
autē fiat ꝓpter saniē in aure:aut ꝓpter aliq̇d
quod intrauerit in aurē:sicut est lapis:aut fa-
ba:dicemus curam eoꝛum.Et quandoq̄ fit propter cōsti-
pationē cholere ī coꝛpe:⁊ fit eaꝝ redūdatio ad aures:sicut
hyppo.dixit.Et ꝯfert in hmōi vt euacueꝫ cholera euacua
tiōe post euacuationē.Et fit ēt ex eisdē causis ex qbꝰ fit so
nitꝰ ⁊ tuba ī aure:sicut ē repletio ⁊ coartatio humoꝛū grossi
⁊ viscosi:⁊ ventositas grossa.Et nō differūt nisi ꝫm fortez
impressionem ⁊ debilē.Facta eñ debilis ab eis impressio
facit tubam ⁊ sonitū.Ex forti eñ ipressione tharas.Quā
obrem curā adhibeas:sicut diximꝰ illic.Fit ēt ex verruca ⁊
carne addita:⁊ raro ꝓpter loci nobilitatez hz curā.Inter-
dū tñ curaꝫ ⁊ ꝓprie cū administratione medicamīs acuti
vna vice post aliaz vsq̄ dū ꝯsumaꝫ caro addita:aut verru
ca.Deīde cureꝫ medicamine īcarnatiuo.Et qñq̄ fit ꝓpter
soꝛdes q̄ sunt in auribꝰ.Et eiꝰ est cura vt extrahātur ⁊ affe
ranꝫ ad locū hūc q̄ diximꝰ in capitulis que sunt ante istđ.
¶ Mahemet filiꝰ zacharie arasi.Cōfectio medicaminis
ad grauem auditum:⁊ tinnitū aurium:bonum si deꝰ volue
rit.Accipe pulpe coloquintide.ʒ.ij.baurach.ʒ.j.tertias du
as.ij.castoꝛei.ʒ.j.succi absinthij.ʒ.j.aristologie rotūde.ʒ.j.
eufoꝛbij.ʒ j.tertiā.costi.ʒ.ß.fiat sieꝫ cum felle vaccino:et di
stilletur cum oleo amigdalino amaro.Et hoc est post eua
poꝛationem in traiectoꝛio. ¶ Alexander.Ad idem exptuz
⁊ ꝓprie si fiat surditas ex humoꝛe frigido oppilāte ⁊ ē exp-
tum.Accipe helleboꝛum albū:castoꝛeum:nitrum:piretrū
coquanꝫ in vino forti:deīde cola et distilla ex eo in auribꝰ
prius tñ sternutamenta prouocentur. ¶ Idez.Confectio (Cōfectio trociscoꝛū auferētiuz surditatez ⁊ grauedinē auditꝰ.)
trociscoꝛum auferentium surditatem ⁊ grauedinē auditꝰ
⁊ sunt experti. ℞.hellebori albi:castoꝛei ana.ʒ.j. nitri.ʒ.ß.
fiant trocisci cū aceto ⁊ administrentur cum aceto. ¶ Idē
fiat puluis hellebori albi cū aceto positꝰ cū licinio. ¶ Filiꝰ
Serapiōis.Cōfectio trociscoꝝ quoꝝ operatio est vltima
ad oppilationē ⁊ tharas:quoꝝ permixtio. ℞.hellebori al-
bi.aur.ij.nitri aur.viij.croci.aur.iij.ꝯfice postq̄ bene cōte
runtur cum aceto:⁊ fac trociscos ⁊ administrenꝫ cū aceto:
sunt eñ admirabiles. ¶ Alexander.quādo surditas ꝯtin-
git ex humoꝛe cholerico in auribꝰ coartato:⁊ hoc est refri-
cto fluxu cholerico abūdare ꝯsueto:tūc ꝓuocato eo ⁊ edu
cto ꝑ vētrē soluitur surditas:sicut ex Hippo.doctrina col-

ligimus. Si autem ex crudis et viscosis ptingat humorib⁹ fortiora sūt adhibēda medicamīa. Difficil⁹ eñ morb⁹ soluit. Dādū ē igit oximel: qd̄ Julião psidi factū fuisse testat ab Oribasio: aut hiera Galeni cū iteratione et iteratione: aut dandū est hoc medicamen: quod. ℞. salis armoniaci piperis. añ. ℥. ij. euforbij. ℥. j. Dabis ex eo. ℥. iiij. aut. vij. cū ouo sorbili: aut hidromelle: ē eī mirabile ad ꝟtiginē et epilepsiā et mulierib⁹ mēstrua potēter educit. Postq̄ aūt purgat⁹ fuerit: gargarismata: et sternutatiōes necessarie sūt. Uerū gargarismata fiāt ex staphisagria et sinapi cū mastice. Sternutatiōes aūt ex helleboro albo: et pipe. Ultio ꝟo distilla ī aurē q̄ morbū soluāt ex his q̄ dixim⁹. Si aūt adhuc passio ꝑmaneat: puocet vomit⁹ cū facultate: et iteratiōe cum eis q̄ sūt sicut hellebor⁹ alb⁹ cū ꝓprietate in h̄: et iterata expurgatiōe: et gargarismate: et alijs q̄ supi⁹ dixim⁹. Eqtare aūt ꝑ loca arenosa: et decliuia: et euectiōes cū curru et balneatiōes ī aq̄s thermaꝝ et salsaꝝ ad hoc materia mltū ꝯferūt remouēdū. Et credo q̄ surditati facte a materia frigida: aut vētosa ꝯfert olea calida: sicut costinū et anetinū: et oleū balsami ꝓprie et silia q̄ꝝ rememorati sum⁹ ī dolorib⁹ auriū. Et pulpe coloqntide: aut succo cucumeris asinini: aut radicis ei⁹ inest ꝓprietas mirabil cū aliq̄ ꝓdicto ꝝ oleoꝝ. Et ex eis ē oleū nardinū cū castoreo et silr̄ sief factū ex aloe: castoreo: et pulpa coloqntide partib⁹ eqlib⁹: ꝯfice cū felle vaccino: et instilla cum oleo raphani aut aliq̄ oleoꝝ calidoꝝ. Et oleū raphani: et oleū staphisagrie iā experta sunt: et expt⁹ ē puluis hellebori albi cū aceto instillat⁹ ī aurē: aut missus in aurē cū licinio.

De vlceribus aurium.




Quedam ex eis sunt manifesta: et h̄nt gñā curatiōis nota: sicut dixim⁹ in capl̄o de algarab. Quedā ꝟo ex eis sūt occulta posita ī ꝓfundo: et sunt ex eis q̄dā in q̄b⁹ nō multū ꝑteriȷt tp̄s: et alia q̄ sunt chronica antiqua: in q̄rū curatiōe perueniemus administrādo regimē subtiliatiuū in his q̄ comedunt et bibunt: et ceteris: et mundificādo corp⁹ et etiā capitis solutionib⁹ factis cū iteratione: et iteratione. At si vlcus recēs fuerit duplici eget gñe curatiōis. ¶ Primū ē mūdificatio: et abstersio cū eis q̄ sūt abstersiōis mediocris sicut ē aq̄ mellis ꝓprie: aut vinū cū melle: aut acetū cū melle: aut oximel sqlliticū: et silia factis ex eis iniectionib⁹ post iniectiōes ꝑ syringā: aut ꝑ aliq̄d aliō qd̄ ē sicut cānell⁹ pēne subtilis. Deide cū bōbice aut lana subtili abstergatur. ¶ Scōm gen⁹ curatiōis est exiccatio: et consolidatio eoꝝ cum eo quod est mediocris exiccationis sine mordacitate multa: sicut est ꝓprie olibanum solutū cū vino: aut sarcocolla: et olibanū soluta ī vino et melle pauco: et exptū bonū. Et ex eis est myrrha et aloes dissoluta ī vino: et sandaraca ī hoc est mirabilis: et ꝓprie trita cū vino et melle imissa cū licinio. Sanat eñ et dolorē tollit. Et similiter alumē cū aceto tritū cōtritiōe vltima exptū est: et similiter liciniū cū sief memithe. Alumē tamenū: et myrrha: et aloes et sandaraca: et sarcocolla cū melle et vino sunt ex summa eoꝝ: et silr̄ sanguis draconis. Sief memithe sarcocolle: myrrhe: aloes: spume maris: olibani añ. ps. j. aluminis adusti ps. j. et ß. Terant cōtritiōe vltiā cū melle et vino vsq̄ dū fiat in terminū mellis tenuis. Deinde vtere cum licinio. ¶ Si autem antiquū chronicū fuerit triplici eget genere curatiōis. Et primū quidē est mundificare: et abstergere vlcus a viru: et putrefactiōe corruptiōe fetida: cū eis que sunt vigorose abstersiōis: nō nimis fortibus in principio: vt perueniat paulatim ad ea q̄ sunt fortiora. Ex reb⁹ gñeꝝ mediocriū ē vrina pueri cum melle absinthio cū vino et melle et modico salis gēme et oximel sqlliticum cū modico floris eris: et forti⁹ est alchitrā cū melle: et ex eis est vinū decoctiōis radicū lusi cū melle: aut succ⁹ affodillorum cū melle: et modico salis gemme: et ꝯfert succ⁹ foliorum nucis cū melle: et vino: et adhuc forti⁹ eis est fel tauri cum vrina pueri: et hoc apud vehemētiā putrefactiōis: et fetoris. Et ex compositis vltimis ad hoc est vnguētū egyptiacū qd̄ dixim⁹ in antidotario: et ꝓprie solutū in vino aut aceto: et distillet ī aurē et ē mirabile: et similiter vnguētū de flore eris: aut medicamē huiusmodi cōpositū. ℞. floris eris: et tubel eris añ ℥. ij. succi porrorū mellis puri añ. ℥. j. vrine pueri quātū sufficit. Terat vsq̄ dū fiat sicut mel: et vtere. ¶ Scōm gen⁹ curationis est incarnatio et repatio ei⁹ qd̄ iā per putrefactionē deperditū est: et hoc quidē ꝑficit cū reb⁹ mediocris exiccatiōis absq̄ mordicatiōe vehemēti: et sunt ea ꝓprie quoꝝ in cōsolidatione vulnerū nō antiquoꝝ rememorati sum⁹. ¶ Tertiū genus curationis est exiccatio et cōsolidatio vlceris cum reb⁹ exiccatiuis: et cōsolidatiuis in quib⁹ fit ꝑmixtio aliquorū acuitatē habentiū: sicut myrrha: aloes: thus: et similia quoꝝ ꝓcessit rememoratio: quib⁹ admisceant aliqua que sunt sicut colcothar: flos eris: et similia: et nos tradem⁹ cōpositiones solēnes quātū pertinet ad hanc partem. ¶ Filius Zacharie arasi. Confectio medicaminis ad vlcera q̄ fluūt in aure: et est expertū. ℞. sarcocolle sanguinis draconis: olibani: spume maris: myrrhe: baurach: boli armeni: scorie ferri: floris eris: aloes: colcothar añ. ptes eq̄les. Terant cōtritione subtili: et ex media parte ei⁹ fiat sief: et distilla ex eis in aurē cum aqua mellis aut mellicrato: aut oximelle: et ex alia medietate inuoluto licinio in melle: et in medicamine mitte in aure lota pri⁹ ex aceto: et aqua et exiccata cū bōbice: aut lana. ¶ Joānes Serapionis. Unguētū egyptiacū cōferēs ad vlcera sordida: et putrida: et fetida siue in aure: siue vbicunq̄ sint ꝑ corpus: et ad fistulas: et ad vlcera maligna: q̄ sunt in locis abscōsis et intricatis: et indigēt abstersiōe. ℞. mellis dispumati. ℥. iiij. aceti boni. ℥. iij. ziniar. ℥. j. cōfice cū igne leui vsq̄ dū mellis habeat spissitudinē: est eñ abstersiuum sublime. ¶ Idem. Modus cōfectionis scorie ferri cui⁹ iuuamentum est sublime ad vlcera que fiunt in aure. Accipe ex scoria ferri et laua cum aceto forti postq̄ triueris eam vehementer. Deinde exiccet super latere calido: deinde fiat similiter vsq̄ septies. Deide terat vsq̄ dū fiat sicut puluis subtilis: et decoquatur in aceto decoctione vehemēti vsq̄ dū habeat spissitudinē mellis: et distillet ex eo in aure: aut intromittatur cum licinio.

De vermibus in aure.



Uermes in aure indigent medicamine necante eos ī primis. Deinde ingenio educēdi eos: ne propter remanentiam eorum accidāt putrefactiōes et vlcera. Et primū quidem perficitur cum medicinis quib⁹ est proprietas sup hoc sicut amaris proprie: et acutis: et acetosis: et quandoq̄ ingeniat: et dant medicine que sunt venenū eis cum permixtione dulcedinis vt auidius recipiant. Res autē quibus est proprietas necandi eos sunt: sicut absinthiū proprie: et tarasacō: et centaurea: quodcūq̄ eorum coctum cū vino et distillatum. Et calamentū est fortius his: necat enim vermes: et dolorem sedat: et proprie succus ei⁹: et similiter succus capparis. Hellebori albi distillatio facta cū vino experta est. Et similiter scamonee dissolute in aceto: et aloes cū vino et succo capparis: aut calamēti. Ualet etiā cucumeris agrestis succ⁹ cū radice ei⁹: et succus foliorum persici cū aceto: et succ⁹ radicū mori. Ex bonis miscibilib⁹ cū eis sunt fella aut euforbiū: et olcādro inest ꝓprietas mirabilis. Et dixit Gale. Si cetera nō cōferāt sulphur viuū: et calx viua terant: et ex eis cū melle fiant trocisci et distillet ex eis in aurē cū aceto et alchitran distillat⁹ in aurem ex eis que vltimo necāt eos: et similiter succ⁹ cucumeris asinini: aut calamēti cum scamonea: aut sinapis semē cum succo iusquiami. ¶ Secunda res perficitur cum ingeniatione educēdi eos: et ꝓprie vt distillet in aurē hora post horam oleū tepidum. Deinde sternutet cum condisi: et retineat os⁹: et nares: vt spirit⁹ ferantur ad aures cum impetu: et quādoq̄ rationabiliter applicatur vētosa in aure. Si autē vermes putruerint in aure: impleat auris vna vice post aliam vino et oleo tepidis et radio immisso in ea cum bōbice: aut lana abstergatur: et lauetur vsq̄ dum totum excludat corruptū. ¶ Hamech. Medicamē cōferens vermibus in aure: et dolorib⁹ eoruꝫ. Accipe olei de piscis: olei de chrisomilis: olei de amigdalis amaris: aut succi foliorum radicis: et succi apij añ. partes. ij. Bulliāt lēto igne vsq̄ ad cōsumptionē succorū. Et distilla ex eo in aurē mane et sero.

De ingressione aque in aurem.



Cura hui⁹ egritudinis fit ꝑm vnū triū modorū: aut cū ingeniatiōe: quā sequit euacuatio: aut attractio: aut resolutio. Prīa quidē ꝑficitur cū tussi: et sternutatiōe cōprehēdendo os et nares: aut effundat in aurem aqua vsq̄ dum repleatur. Deinde inuersetur cum velocitate: et excludatur aqua tota: et immittatur radius subtilis aure existente inuersa: et cōmoueat caput suū frequēter: et descēdat ꝑ gradus velociter:

Marginal notes (left): Ulc⁹ recēs auriū duplici gñe curatiōis eget. — Primum. — Scōm. — Ulcus aurium antiquū triplici eget genere curationis. — Primum. — Scōm.

Marginal notes (right): Tertium. — Mod⁹ cōfectionis scorie ferri cui⁹ iuuamētū ē sublime ad vlcera q̄ ī aure fiunt. — Necātia vermes.

gradus velociter: aut tussiat: ⁊ sternutet. Hec enim faciūt egressionem aque facilē. ¶ Secunda res perficitur cū suctionibus ⁊ medicinis que attrahunt aquā efficaciter: sicut spongia marina immissa in aurē ligata cū filo: vt facilius fiat eius attractio: aut lana q̄ inuenitur ī cōchis marinis: aut frustū medulle sambuci: ⁊ ex instrumētis est cānellus qui intromittat̃ in aurem: ⁊ fiat suctio per ipsum: ⁊ qñq̧ permittitur in aurem extremitas camellaris: ⁊ ꝓprie instrumenti quod attrahit quādo subito relinquitur ei vacuū: ⁊ est modus attrahendi vehemens: quare attrahit̃ aqua fortiter. ¶ Tertia perficit̃ cū ingeniatione qua fit aque resolutio cum facilitate: ⁊ est vt accipiat̃ cānellus aneti: ⁊ inuoluatur super vna extremitatū eius cotū sicut vsq̧ ad tertiā ipsius. Et alia extremitas mittatur in aurē: et circūdetur ei aliquid ex coto: vt sigilletur in foramine auris: deinde accēdatur super extremitatem que est extra ignis: et dixerūt aliqui qꝺ prius fuerit submersa in oleo: resoluitur enim aqua cum operatione hac vice post vicē: extracta autem aqua distilletur in aurem oleum rosatum tepidum instillatione post instillationem.

¶ Summa.vij. de egritudinibus narium: primo de fetore narium.


Etor nariū si fuerit ꝓpter vulnera in naribus aut ꝓpter emorroidas natas ī ipsis dicem⁹ curā. Si autem fuerit propter humorē putrefactum in circūitu narium: aut suspēsorum: aut adherentiū in partibus colatorij: aut in parte mamillari: aut in vētriculis cerebri: tunc cura eius est tres res. Prima est mūdificatio capitis pluries iterata cū medicinis: quarū forma est apud te: ⁊ iā scis eas: et hoc fiat post regimē bonū in sex generib⁹ rerum: sicut etiam scis. ¶ Scđa est intētio circa partē vt abstergatur: ⁊ mūdificetur qꝺ de corruptione inheret in partib⁹ alchalasin: ⁊ hoc quidē perficitur cū medicinis quibus inest ꝓprietas hoc facere: ⁊ ex eis est vinū bonū odoriferū: de quo fiat collutio post collutionē: primo simplici: deinde cum vino decoctionis eoꝝ que sunt sicut myrrha: cyperus: rose: calamus aromaticus: xiloaloes: ⁊ sisia. Deinde insuffletur in nares calam⁹ aromatic⁹: spica: cyperus: rosa: myrti folia: et similia singulariter aut coniunctim cū modico salis gēme: ⁊ similiter ꝯfert puluis calamēti montani insufflatus: aut xilobalsami: ⁊ forti⁹ eis est hellebor⁹ alb⁹. ¶ Inquit Gale. Urina asinoꝝ est ex meliorib⁹ lauacris: et infusionibus ad fetorē narium: et cōferunt immissiones tētaꝝ: et ꝓprie ex eisdem ex quibus fiūt insufflationes quoꝝ narratio precessit: et ꝓprie cōfecte cum melle aut cum vino odorifero. Et ex rebus mirabilibus ad hoc est tenta facta ex puluere hierepigre.ʒ.iiij. calami aromatici myrrhe: gariofiloꝝ: añ.ʒ.ij. spice: folij. floꝝ squinanti: darsesahen añ.ʒ.ij.⁊ ß.⁊ fac tentas cum vino bono. ¶ Inquit Diascorides. Darsesahan fm oēm modū administrationis eius est ad hoc medicamē expertū. ¶ Tertia res perficitur cū eo qꝺ facit diuersionē materie ab emunctorijs: ⁊ partibus nariū: sicut proprie cauteriū factum in zuhendeg: cuius formā narrauim⁹ in capl'o de catarro: ⁊ in curis oculoꝝ. Fit etiā fetor nariū ex vapore eleuato a stōacho: ⁊ alia parte: ⁊ cura eius est sicut processit post correctionē stomachi: aut alterius partis. ¶ Sabor. Cōfectio medicaminis auferēs fetorem nariū: ⁊ faciens ex eis inspirare bonū odorē. ℞. xiloaloes crudi gariofiloꝝ: rosarum. añ.ʒ.ij. spice such. añ.ʒ.j. confice cū vino bono antiquo: ⁊ aromatiza cum musci danich. ij. fac pilulas in modū ciceris: et dissoluatur vna ex eis in oleo nardino: aut aqua rosacea: ⁊ distillet̃ in nares postq̧ laueris eas cū vino decoctionis spice et rosaꝝ. ¶ Mahemet arasi. Modus cōfectionis ad fetorē nariū expertus. Accipe aluminis: myrrhe: calamēti: gallie añ. Tere ⁊ exsuffla ex eo in nares: postq̧ laueris eas cū vino antiquo odorifero multis vicib⁹. Deinde licinius in eodē medicamine intinctū ponatur. ¶ Idē aliud. Accipe calami aromatici.ʒ.j. myrrhe gallie. añ.ʒ.ß. musci danich. ß. Fac sicut pri⁹. ¶ Idem. Confectio decoctionis qua lauāde sunt nares multis vicibus: abscidit fetorem narium. ℞. spice: gallie gariofilorum. añ. partes equales. Coquantur in vino aromatico: et sugantur naribus: et lauentur nares: et liciniū infusum in eo mittatur.

Urina asinorū vtilis est ad fetorē narium.

Tēta mirabilis.

¶ De fluxu sanguinis narium.


asma ⁊ tussiz: ⁊ eius descriptio est. ℞. sauine. folioꝝ siccoꝝ
tritorū sicut alcohol. ℥. j. inuolue cuz butyro vaccino plu-
ries loto aur. iiij. Cōfice cū melle colato quātum sufficit: ⁊
post ipsum alij addiderūt liq̄ritie. ʒ. v. pinearum purgata
rum amigdalarum inundatarū añ. ʒ. iiij. Dosis eius est ab
aur. ij. vsq; ad aur. iij. ¶ Paulus. Medicamen ad idē. ℞.
sauine aur. ij. mellis ⁊ butyri q̄tū sufficit ad aggregandū.
Et sit dosis. ʒ. iij. cū decoctiōe passulaꝝ ⁊ hyssopi. ¶ Ruff⁹
inq̄t. Trado medicamē expꝑtū et ex marie secretis. Et ē vt
des pulmonis vulpis sicci. ʒ. ij. cū aqua mellis sumat cum
celeritate: ⁊ ꝓpe frequēs ipsi⁹ sit administratio. ¶ Fili⁹ za
charie arasi. Mod⁹ decoctiōis hyssopi: ⁊ est decoctio mior
ꝯferens tussi ⁊ asmati a caliditate ⁊ asperitati pectoꝝ. ℞.
fic⁹ siccas. x. ⁊ iuiubas. xxx. sebestē totidem: passularū enu-
cleatarū liq̄ritie rase. añ ʒ. x. seminū altee citoniorūz hysso
pi violaꝝ siccarū añ. ʒ. v. Decoquātur cum aque li. iij. vsq;
ad lib. j. ⁊ dosis ei⁹ oī die sit. ℥ iij. cū myrobal. viol. ab aur.
iiij. vsq; ad. ℥. j. Et sumat post illō mane ⁊ sero ex hoc loch
qd. ℞. capil. ve. seminū melonū citrulloꝝ. añ. ʒ. v. Confice
cū syrupo violato. Et sit dosis ei⁹. ʒ. iij. ⁊ si sufficit: bonū. Et
si fuerit cū eo febris det ei ī potu cū vadit dormitū mucilla
go psilij cū aqua citruli aut cucurbite aut cū aq̄ q̄ mulget
ex semine portulace: ⁊ teneat in ore suo formas siles lupi
nis: quaꝝ hec est descriptio. ℞. succi liquiritie. ʒ. x. seminū
cucurbite citruli portulace añ. ʒ. v. Confice cū mucillagie
psilij ⁊ albumine oui: ⁊ bibat cū aqua permixtiōis iuleb.
¶ Si aūt nō fuerit cum eo febris detur lac recens ad po-
tādum ⁊ comedēdū cū pane: ⁊ sorbendum ex ea hora post
horā vt frangatur sitis: ⁊ sit lac qd mulget ꝓprie ex capris
quarū pastus sit herba ordei: ⁊ lactuce: ⁊ silia. Et ꝯfert em
plastrare pect⁹ cuz cera: ⁊ oleo violato ibibitis in mucilla
gine psilij: aut aqua portulace, aut lactuce ⁊ similiū. Et sit
cibus eoꝝ pedes ⁊ capita hedorū: aut pulli cū cucurbitis:
aut chist cū oleo amigdalino: aut sorbitiones ex sauich or
dei: aut tritici cū zuccaro: ⁊ frangit aquā frigidā cū iuleb.
¶ Si aūt sit in pectore aut pulmone materia calida aliq̄d
grossitiei habens: administrentur trocisci cuz decoctione
hyssopi p̄dicta: quorum hec est descriptio. ℞. succi liq̄ritie
violarū siccarum añ. ʒ. x. amigdalaruz amararuz seminum
altee diagagāti seminum feniculi añ. ʒ. iij. Confice cū mu-
cillagine psilij: ⁊ semine lini ⁊ citoniorū: ⁊ da cū syrupo vio
Solutiuū lato. Festinant eñ maturationes ⁊ faciunt sputuz facilē.
¶ Si autē mundificatiōe corporis indigeret soluat natu
ra de quarto in quartū diem cum hac infusione. ℞. pulpe
cassiefistule myroba. violarū siracost añ. ℥. j. trocisci de vio
lis. ʒ iij. Distemperētur cū decoctione hyssopi predicta: et
Trocisco- da in mane. ¶ Confectio trociscorū de violis est huiusmo
ruz de vio di. ℞. foliorūz violarū mediocriuz in exiccatione ⁊ hume
lis ꝯfectio ctatiōe. ʒ. vj. turbith boni arundinei. ʒ. iiij. succi liq̄ritie te-
rentabin añ. ʒ ij. scamūee. ʒ. ij. Fac trociscos: valēt aūt ad
cōstrictionē anhelitus ⁊ leniunt naturā: ⁊ mundificāt pe-
ctus. ¶ Fili⁹ zacharie. Mod⁹ ꝯfectionis hyssopi: ⁊ est de-
coctio maior ꝯferens etiaz tussi ⁊ asmati a materia grossa
multe humiditatis: mūdificat eñ pect⁹ ⁊ pulmonē ab ea ⁊
sanie si fuerit in ipsis. ℞. ficuum siccarum albarum ⁊ pin-
guium. x. numero: ⁊ dactylorū pinguiū tantūdem: fenugre
ci radicū apij feniculi seminis vtriusq; seminū vitice anisi
hyssopi sicce calamēti ireos prassij añ. ʒ. v. liq̄ritie mūde. ʒ.
x. capilloꝝ veneris. ʒ. vij. Decoquantur in li. iiij. aque vsq;
ad tertiā. Et sit dosis eius. ℥. iij. cum melle. Et dat conue-
nienter. ¶ Medicamē de gentiana qd maturat ⁊ educit a
pectore humorez grossum aut saniosum. ℞. capilloꝝ ve. ʒ.
v. passularū enucleatarū carnium iuiubarum añ. ʒ. x. ami-
gdalarum amararū. ʒ. v. ireos. ʒ. iij. corticuz radicum cap-
paroꝝ orobi seminū apij ⁊ feniculi añ. ʒ. ij. gentiane aristo
logie rotunde añ. ʒ. v. ꝯfice cuz melle dispumato. Et sit do
sis eius a. ʒ. duabus vsq; ad aur. ij. ¶ Confectio formarū
similium lupinis ꝯferentium dysnie que tenentur in ore: ⁊
conferunt vehemēter. ℞. succi liq̄ritie papaueris zuccari
añ. partes equales. Fiant inde p̄dicte forme. ¶ Cōfectio
vnguenti qd maturat ⁊ lenit materias in pectore. Accipe
cere citrine. ℥. j. olei de cheiri et proprie citrine. ʒ. iiij. adi-
pis anatis ⁊ gallie et mucillaginis fenugreci ⁊ semis lilij
añ. ʒ. quinq; storacis. ʒ. vj. Fiat eorum aggregatio bona: ⁊
vngatur pectus ex eis: est enim expertū bonum. ¶ Confe
ctio pilulaꝝ de agarico ex nostra inuētione mūdificās pe
ctus ⁊ pulmonē: ⁊ ꝯferens asmati ⁊ tussi antique. ℞. agari
ci. ʒ. vj. ireos prassij añ. ʒ. j. turbith. ʒ. viij. hierepigre. ʒ. viij.
coloquintide: sarcocolle añ. ʒ. iiij. myrrhe. ʒ. ij. Confice cuz
rob. Et dosis earum sit. ʒ. ij. ¶ Cerotum ex inuentiōe no-
stra leniēs pectus maturās materias ī pectore: ⁊ pulmōe.
℞. hyssopi humide. ʒ. xij. cere citrine. ʒ. x. olei d cheiri citri
na. ʒ. xl. medulle crur vituli adipis anatis ⁊ vituli ⁊ gallie
añ. ʒ. viij. myrrhe bdellij mucillaginis fenugreci semis lini
añ. ʒ. viij. sigie terebēthie añ. ʒ. vj. mucillaginis altee. ʒ. viij.
Confice sic. myrrha ⁊ bdellium redigātur in subtilem pul
uerem ⁊ misceantur cum mucillaginib⁹ vsq; duz dissoluat
in eis. Deinde cum ceteris fiat vnguentū: et fiat inunctio
ex eo tepido. ¶ Joānes Serapionis. Loch ad asma ꝯfe-
rens ad ꝯstrictionem anhelitus: ⁊ subtiliat humores gros
sos. ℞. squille assate. ʒ. vj. radicū lilij celestis. ʒ. iiij. hyssopi
prassij añ. ʒ. ij. myrrhe croci. añ. ʒ. j. Tere ⁊ ꝯfice cuz melle.
¶ Loch aliud eiusdē bonum ad asma: ⁊ constrictionē an-
helitus. ℞. sisami excorticati nasturcij. añ. ʒ. xxx. penidiaꝝ
ʒ. xx. hyssopi. ʒ. vij. Cōfice cū penidijs: ⁊ sit dosis eius. ʒ. v.
cū decoctiōe hyssopi. ¶ Confectio vaporis exiccantis hu
miditatē in pectore: ⁊ confert asmati ⁊ tussi humide. ℞. ar
senicum ⁊ tere ꝯtritione bona: ⁊ distempera cū vitello oui
⁊ accipe ferulā siccā: et diuide eam in rotūdula mixta sicut
est magnitudo nucis: deinde illinias eam cum medicami
ne et dimitte siccari: ⁊ cum volueris vnge eum cum sepo re
num caprarum aut boum: ⁊ fiat suffumigium ex vna post
vnam per hebdomadā: ⁊ recipiat patiēs vaporē ore apto.
¶ Aliō. Accipe arsenicū et sulphur: ⁊ fac formas similes Alij troci
auellanis cum sepo renum caprarum: et vtere similiter. sci de arse
¶ Aliud ꝯferens tussi ⁊ asmati plurime humiditatis. ℞. nico.
aristologie rotūde. myrrhe storacis: thuris añ. ʒ. j. arsenici
ʒ. v. Tere ⁊ cōfice cū butyro vaccino: ⁊ fac formas similes
auellanis: ⁊ suffumigetur vna post vnam. Ea autem q̄ bi
buntur ꝭm hanc intentionez aut lambendo sumunt dicta
sunt in canone.

¶ De tussi.

Tussis quedā est humida: quedā sicca: ⁊ quecūq;
earum fuerit: aut est causa in mēbris ipsius spi
ritus: aut ab alijs mēbris sicut tussis catarralis De cura
Et tussis que fit cum ꝯmunitate alioruz mēbro tussis ca-
rum sicut stomachi: epatis ⁊ splenis: aut corporis toti⁹. si- tarralis.
cut in febrib⁹. ¶ Tussis q̄dē catarralis cura sunt due res.
Prima est sedatio flux⁹ catarri. et diximus curam ei⁹. Se-
cunda est ꝭm duos modos. Primus est maturatio ei⁹ qd
fluxit. Secūdus est eductio: ⁊ abstersio ei⁹ ex eis que dice-
mus iam. ¶ Cura aūt tussis que fit a cōmunitate est due
res. Prima est rectificatio illius mēbri. Scḋa est occurrere
impressiōi illate in spiritualibus mēbris ex his q̄ dicem⁹.
¶ Tussis aūt humida cuius causa est in spiritualib⁹ mem
bris est ꝭz vnū duoꝝ modoꝝ: aut a malitia ꝯplexiōis sine
materia: ⁊ dicta est cura eius: aut cū materia calida ⁊ frigi
da: grossa vel subtili: ⁊ dicta est cura eoꝝ in capl̄o d asma
te sufficiēter. ¶ Sicca aūt tussis est ꝭm duos modos: aut
cū febre: aut sine febre: ⁊ qualiscūq; sit dicta est cura ei⁹ in
capitulo d asmate a sicca causa. ¶ Mahemet arasi. Tussis
catarralis a catarro acuto calido ⁊ subtili ꝭz intētionē pri
mam curat cū rebus ꝓprie ingrossantib⁹: ⁊ coadunātibus
ipsum ⁊ tardantib⁹ velocitatē sui flux⁹: sicut ꝓprie syrup⁹
de papauere: ⁊ forti⁹ est eo iacur: ⁊ gargarizet añ somnum
aquā decoctionis balaustie: ⁊ rosarū siccarū. Deinde po-
nat sub ligua sua ex his trociscis. ℞. amili: dragagāti: ami Pilule sub
gdalaꝝ dulciū excorticataꝝ: farine fabarū: semis papaue lingua ad
ris albi ⁊ nigri: ⁊ corticum ei⁹: gummi arabici: ⁊ boli arme tussim ca-
ni. Fac ex eis formas similes lupinis cū mucillagie psilij ⁊ tar.
seminis citonij: ⁊ detur eūti dormitum: ex de iacur circiter
vnam. ʒ. et est forti⁹ eis. Et si significatur cum hoc plenitu
dinem esse in sanguine: flebotomamus cephalicā post se-
dationez acuitatis: ⁊ inflāmatiōis superflue. Et mane da
mus aquam ordei decoctionis iuiubarum: ⁊ sebesten cum
myrobal. viol. ⁊ cuz syrupo de papauere in sero. Et dam⁹
cibos sorbitiones ex farina fabarū et aqua ordei cū eo qd
mulget ex semine papaueris albi: aut ex semine ⁊ cortice.
¶ Si enim vigilie adsunt cū oleo amigdalino dulci: ⁊ pe-
nidiarum. Et

niđiarū. Et damus etiā; atriplicē: ⁊ maluas ⁊ ex lactucis cū amigdalis ⁊ sorbitiones ex tritico donec dissoluat: aut ex sauich. ¶ Si autē; indigent ventris solutione: ⁊ tussis fuerit sicca: ⁊ asperitas in pectore: tunc accipe iuiubarū: ⁊ sebestē: añ. xx. numero passularū enucleatarū. ʒ. x. violarū liqritie. añ. ʒ. v. ficuū siccarū numero. x. Decoque in li. iij. aque vsq ad. j. ⁊ dissolue i ea cassiefistule. terenīabin añ. ℥. j. Et si patiat calorē cū hoc: da myroba. de violis aut: aquā; ordei. Si autē iam screare ceperit: occurrit nobis iam intentio secūda: ⁊ cum volum⁹ vt ventris solutione pect⁹ mūdificet: dabim⁹ tunc myroba. violatū: cū decoctiōe hyssopi minore: quā dixim⁹ in cura asmatis calidi: ⁊ similia pect⁹ mūdificātia. Si āt fuerit tussis a catarro frigido ⁊ grosso: tunc precipim⁹ vt lambat omni sero ex myrrha circiter. ʒ. j. cū melle: ⁊ gargarizet añ somnū pprie myrrham: ⁊ croci cū aqua mellis: aut rob: aut cum iacur: si necessitas expetit. Et si necessaria est ventris solutio: fiat illud cū pilulis cochijs: aut cū hiera diacoloquintide: ⁊ si post illud fortiore indiget medicamine: da ex his pilulis. ℞. storacis liquide: myrrhe thuris masculi: opij croci succi liquiritie ana. Fiāt pilule sicut cicer. Dosis a. ʒ. iij. vsq ad. iiij. ⁊ sumat ex eis in nocte: cum autē quod aggregatū est in pectore iam maturat ⁊ expulit: da decoctionem hyssopi maiorē: ⁊ alia que dicem⁹ in tussi a materia grossa ⁊ humida. ¶ Si autē catarrus cum his non sistit: ⁊ tussis superfluit: oportet vt demus aliqua ex stupefacientibus: ⁊ catarri vehementiā; sedantibus ex his que dicemus. ¶ Si autē hec non sufficiunt: tūc oportet vt radat caput: ⁊ fricetur in loco zuhē deg in balneo cū pāno multe asperitatis: donec locus rubeat: ⁊ si nō sufficit: liniatur in eodē loco cū emplastro ex sinapi ɔtrita: ⁊ decoctiōe ficuū: ⁊ dimittat donec vesicetur locus. Deinde aperiātur vesice: ⁊ nō consolidētur tpe extenso. Et si adhuc nō cōtulerit: cauterizet sup zuhēdeg: et teneat cauteriū lōgo tpe aptū. Hec aūt tussis curāda ē exq̄site cū mlta solicitudie. Perducit ei ad phthysiz plerūq.

[margin: Optia decoctio pectoralis. — Pilule de storace.]

¶ Medicine frigide ad tussim catarralem.

Ahemet arasi. Confectio syrupi de papauere mirabilis ad tussiz ex catarro calo ⁊ phthysiz. ℞. papaueris albi ⁊ nigri. ana. ʒ. c. se. lactuce. ʒ. cc. se. iusqami albi. ʒ. xxx. coquant i aq̄ li. vij. vsq ad li. duas. Deinde cola et pijce sup ipm mucillaginis psilij li. ß. rob. lib. j. coquant donec inspissent ⁊ administrent. ¶ Idē. Cōfectio trocisco⁊ de papauere cōferens vt supra. ℞. papaueris albi. x. xxx. seminis cucurbite: citruli: iusquiami albi. añ. ʒ. xx. amili: draga ganti: gūmi arabici. añ. ʒ. xv. Confice cū mucillagine psilij. Dosis. ʒ. iij. cū syrupo de papauere aut cū aqua ordei: sunt eñ boni ad tussim calidā catarralē cū qua est sputū subtile citrinū: bonū ⁊ expertum. ¶ Idem. cōfectio pilularum de papauere ad tussim siccā q̄ infestat in nocte: ⁊ ad catarrū calidū. ℞. opij: amili: gūmi arabici: succi liquiritie añ. partē; vnā: papaueris ptes duas. Fiant pilule sicut cicer: ⁊ da ex eis a. iij. vsq ad. iiij. in sero: cōueniūt etiam pueris qui vomunt ⁊ nō psit dormire ppter tussim. De iacur ⁊ de diacodion dictū est i grabadin nostro. ¶ Diapapauer ex inuētione nostra cōferens cū auxilio dei tussi catarrali noui ⁊ multi tpis: ⁊ maturat egritudines pectoris: ⁊ ē mirabilis. ℞. papaueris. ʒ. xxx. liquiritie: dragagāti: penidiarum añ. ʒ. xxx. gūmi arabici: succi liquiritie: farine fabarū: feniculi: anisi: seminis lactuce: amili: semis portulace: malue. añ. ʒ. x. seminū cucumeris: melonis: cucurbite. añ. ʒ. v. Cōfice cū melle colato: aut penidijs ⁊ melle. añ q̄tū sufficit. Dosis est auř. ij. ¶ Syrup⁹ de papauere ex inuētione nostra cōfert catarro ⁊ tussi ab eo: ⁊ pprie cū caliditat ⁊ asperitate. Exptū. ℞. papaueris albi. ʒ. xxx. papaueris nigri. ʒ. x. seminū malue. gūmi arabici: dragagāti: seminū citruli: ⁊ citonio⁊ añ. ʒ. v. liquiritie. ʒ. xv. psilij. ʒ. vj. oia pter psiliū cōtūde: ⁊ pone sup ea aque libras sex: ⁊ dimitte die ac nocte ⁊ fac bullire vsq dū redeat ad li. iij. Deinde cola ⁊ pone in eo melbucthegi lib. vnā penidiarū lib. ß. Coque lēto igne vsq ad mellis spissitudinē: da: bonū ē si de⁹ voluerit. ¶ Diapapauer silr ex inuētiōe nostra ɔferēs cū auxilio dei tussi catarri noui ⁊ multi tpis: maturat egritudines pectoris ⁊ est mirabile. ℞. papaueris. ʒ. xxx. gūmi arabici: succi liquiritie: dragagantii: penidij añ. ʒ. xxx. se. feniculi: anisi semis lactuce: malue. añ. ʒ. x. semis cucumeris: melonū: cucurbi-

[margin: Syrupus de papa. — Trocisci de papa. — Pilule de papa. — Diapa. ex inuētione ppria. — Ali⁹ syrupus de papa. ex inuētiōe ppria — Cōfectio mirabilis ⁊ facilis.]

te: añ. ʒ. v. cōfice cū melle colato aut cum penidijs: ⁊ melle q̄d sufficit. Dosis auř. ij. ¶ Hamech fili⁹ zacharie Syrup⁹ d̄ papauere ɔfert tussi ⁊ catarro. ℞. papaueris albi cū corticib⁹ suis. ʒ. xxx. papaueris nigri: dragagāti: gūmi arabici ana. ʒ. x. liquiritie semis malue. ana. ʒ. xv. sebestē. xxx. Contunde oīa: ⁊ fac coqui cum aque lib. v. vsq ad lib. ij. deide cū melbuthec: ⁊ zuccari añ. ℥. viij. Fiat syrupus: bonus si De⁹ voluerit. ¶ Idē. diapapauer cui⁹ iuuamētum est sublime ad tussim catarralē cū caliditate et asperitate ⁊ siti: ⁊ ad raucedinē vocis ⁊ ad pleuresim. ℞. papaueris albi penidia⁊ añ. ʒ. xxv. succi liqritie: gūmi arabici: dragagāti: añ. ʒ. xx. amigdala⁊ dulciū. x. viij. amili: seminis citoniorū: semis portulace. añ. ʒ. v. seminis cucumeris: citruli: melōis: ⁊ cucurbite: lactuce: ⁊ malue. añ. ʒ. iij. Tēpera cum syrupo violato. Dosis ei⁹ ab auř. ij. vsq ad. ℥. ß. cum aqua ordei decoctiōis iuiuba⁊ ⁊ sebesten. Et si habet vigilias cū eo q̄d mulgetur ex papaueris semine cū cortice suo.

[margin: Ali⁹ syrupus d̄ pa. — Aliud diapapauer.]

¶ Medicine ad tussim catarralem frigidam.

Amech arasi. Cōfectio pilula⁊ de storace ad tussim catarralem absq caliditate q̄ iquietat in nocte: ⁊ iducit vigilias. ℞. storacis liq̄de albe: olibani: myrrhe: succi liqritie: opij. añ. ptes equales. Fiant pilule sicut cicer. Dosis earū est. ij. aut. iij. ¶ Sabor. Girges. Cōfectio pilularū quarū iuuamētū ē vltimū ad tussiz catarralē ⁊ phthysiz. ℞. storacis: myrrhe: croci: opij: olibani: castorei: ireos: pinearū purgatarū añ. Confice cum galbano et storace dissolutis cū pauco melle: ⁊ da bis vł ter in hebdomada: da. ij. vel. iiij. ¶ Gale. Cōfectio trocisco⁊ ad tussiz catarralē qui tenēt sub lingua: ⁊ sistunt catarrū: ⁊ sedāt tussiz ⁊ ɔferūt phthysi. ℞. medicaminis trociscati q̄d habuimus ab andromacho pinea⁊ purgata⁊ amigdala⁊ dulciū añ. auř. v. amili gūmi arabici: dragagāti: papaueris albi. añ. auř. ij. fac formas siles lupinis: ⁊ da in sero tenēdas sub ligua. ¶ Alexāder dixit canonē quē preterire nō iubeo. Etem ante cura bis catarrū: q̄ egritudies catarrales: nisi in duob⁹ casib⁹. scz cū timueris ne pfocet: ⁊ succurres tūc cū vomitu. Et cū timueris aduētū apostematis in parte nobili pueniēs cū flebothomia. Et dico q̄ narcotica postq̄ ex catarro in pectore ⁊ pulmone plenitudo acciderit: dare suspectum est. Dabis igit añ plenitudinē. Post vo plenitudinē euacuabis pri⁹. Deinde securi⁹ dabis: si ista dari op;. ¶ Alexander. Cōfectio pilula⁊ ad tussim catarralē ⁊ est ex medicis bndictis: ⁊ est ex secretis: ⁊ cōfert ad oēs egritudies catarrales: ⁊ vocant pilule alchabel: ⁊ dicte sunt in caplo de catarro. ¶ Idē. Cōfectio alia pilula⁊ experta ad tussim: et ad alias egritudies catarrales. ℞. storacis: myrrhe: opij. añ. Fac pilulas cū melle dispumato. Alie ꝫm cūdē modū myrrhe: opij: galbani. añ. Fac vt pri⁹. ¶ Isaac hebē aniaran. Pilule sedātes tussiz antiquā ⁊ nouā. ℞. storacis: castorei: opij: grano⁊ pini. añ. ptē. j. croci partis. j. tertiā. Cōfice cum rob. ¶ Ioānes filius Serapionis. cū tussis sicca ⁊ aspera cū caliditate fuerit ⁊ rubore: ⁊ apparuit sanguinis plenitudo: sicut diximus in asmate a simili cā facto facies. s. vt flebotomes administrādo deinceps aquam ordei cum sebesten: cū syrupo violato: aut myrobalanis de violis: ⁊ inungim⁹ pectus cū ceroto Gale. imbibito in mucillagīe psilij aut ex cera: aut oleo violato silr ibibitis. Et si est necesse materiā sepultam i pectore educere dabis myrobal. pdictū cū decoctiōe hyssopi frida: ⁊ dabis spēs loch ex mucillaginib⁹ psilij ⁊ citonio⁊ cū gūmis ⁊ granis medullis ex his q̄ dicemus. Cibabis aūt eos sorbitionib⁹ ⁊ proprie cum farina fabarū ⁊ penidijs: ⁊ oleo amigdalis dulci: aut ordeo confracto. Et q̄nq miscemus propter vigilias illud q̄d mulgetur a semine papaueris albi: ⁊ aqua ordei: dam⁹ et sorbitiōes: ⁊ ex tritico cōfracto cū zuccaro: necnō ⁊ iuscula ex atriplice ⁊ maluis: ⁊ q̄nq miscem⁹ pullos ⁊ pedes hedo⁊ ⁊ capita: ⁊ aues minutas teneras cū eis: aut vitella ouo⁊ diei sui: ⁊ cucurbita ē bon⁹ cib⁹ eis: ⁊ medulle fride: sicut citrull⁹ ⁊ cucumer. Et silr bleta: ⁊ portulaca cum amigdalis. Bibant autem aquam ordei: aut aquā frigidā: ⁊ inleb cū maturationis signa apparuerint ⁊ sputū iā incipit impinguari: dādo ea q̄ facilitāt ipm ad excreādū: sicut decoctio hyssopi frigida pprie ⁊ electuaria q̄ lābunt: ⁊ similia. ¶ Confectio loch que sumitur in hora hac. ℞. passula⁊ enucleatarū: pinearū: fisticorū: ami-

[margin: Pilule de stora. — Alie pilu. de stora. — Trocisci ad tussim catarra. — Canō bñ notādus. — Alie pilu. d̄ storace. — Alie pilu. d̄ storace. — Pilu. sub lingua.]

gdalaꝝ dulcium: seminum citrulli: mellonis: ⁊ cucurbite: dragagāti: gūmi arabici: papaueris albi: succi liquiritie: portulace: zuccari tabarzet ⁊ penidiaꝝ. añ. Fac formas similes lupinis: et teneat sub lingua vnaꝫ ex eis. Pect⁹ aūt ex maturatiuis inungaꝛ. Si autem corpus mundificatione indiget: fiat istȯ cuꝫ trociscis de violis. ʒ. iij. pulpe casiefistule. ℥. j. zuccari violati: ⁊ terenīabī. añ. auꝛ. v. dissolutis cum decoctione hyssopi frigida.

Solutiuū

¶ Joānes Serapionis. Loch ꝯferens tussi facte ex caliditate et siccitate: et asperitate multa: ⁊ est medicamen bonum. ℞. amigdalarū dulciū excorticataꝝ. ʒ. xij. seminum malue altee. añ ʒ. x. seminum citrullorum mūdatorum. ʒ. x. gummi arabici: dragaganti: amili: granoꝝ: citonioꝝ excorticatoruꝫ: succi liquiritie: granoꝝ dulciū pini. añ. ʒ. viij. penidiarū sahari. ℥. j. Terātur omnia contritiōe bona: ⁊ misceanꝛ cū syrupo. Cuius hec est permixtio. Accipe passularū dulcium: radicuꝫ liquiritie: sebesten: iuiubaꝝ. añ. ptes equales. Decoq̄ in aq̄ donec inspissentur. Deinde cola: ⁊ proijce in eaꝫ rob q̄ꝫtuꝫ sufficit. Deinde coagulētur cū ea medicine: ⁊ da cum sorbitionibus ex aqua furfuris ⁊ ordei cū farina fabarū: cū penidijs ⁊ oleo amigdalino dulci: ⁊ bibat sup ipꝫ aquā ordei.

Loch ad tussim ca. ⁊ siccam.

¶ Idē aliȯ valens similiter. ℞. psilij: granorum citonioꝝ añ. ʒ. v. seminis papaueris albi. ʒ. x. sebestē. l. iuiube. xxx. radicis liquiritie. ʒ. vij. chesmes. ʒ. xv. casiefistule mūdate. ℥. j. Decoq̄ in aq̄ lib. viij. donec impinguētur. Deinde cola ⁊ ꝓijce super ea rob. li. duas zuccari saltemeni: syrupi violati: penidiaꝝ. añ. ℥. vj. farine fabarū. ʒ. iij. dragaganti: gūmi arabici. añ. auꝛ. iiij. coquātur vsq̄ dū transeant in essentiā mellis. Deinde. ℞. semis cucurbite: melonis: cucumeris: citrulli. añ. auꝛ. ij. papaueris albi. auꝛ. iij. anisi: feniculi: añ auꝛ. ij. Cōfice ⁊ cōserua in vase vitreo. Dosis eius ē ab aure. ij. vsq̄ ad. iij. teneat parū sub ligua. deinde bibat aquā ordei: est eñi medicamē benedictū.

Aliȯ loch ad idem.

¶ Cōfectio formarum similiū lupinis cōferētiū tussi ⁊ asperitati: ⁊ est ex inuētione nostra. ℞. dragagāti: gūmi arabici: seminis malue: seminuꝫ cucumeris: ⁊ citrullorum: amigdalarum dulcium: farine fabaꝝ añ. ʒ. iij. seminis portulace: amili. añ. ʒ. ij. fac formas cum mucillagine psilij. Et si vigilias patitur: adde seminū lactuce: papaueris. añ. ʒ. iij.

Pilu. sub lingua ad idem.

¶ Filius zacharie arasi. Cōfectio pilularum cōferētium tussi calide et siccitati et auferūt eaꝫ. ℞. succi liquiritie: amili: dragaganti: gummi arabici: amigdalaꝝ excorticatarū. añ. ʒ. j. zuccari tabarzet ʒ. iij. Confice cum mucillagine seminū citoniorum: ⁊ fiant inde predicte forme ⁊ teneat ī ore die ac nocte.

Alie pilu. sub ligua ad idem.

¶ Idē. Pilule bichechie q̄ cōferunt similiter. ℞. succi liquiritie. zuccari tabarzet. añ. auꝛ. vj. amili: dragagāti: amigdalaꝝ dulcium. añ. ʒ. iiij. Confice cū mucillagine psilij vel citoniorū.

Piŀ. bichechie ad idem.

¶ Idem. Confectio trociscorū festinātiū maturationē in tussi calida et pleuresi facilitātiū sputum. ℞. succi liquiritie violatū. añ. ʒ. v. amili: dragaganti: seminum altee: feniculi. añ. ʒ. j. ⁊ ß. Confice cū mucillagine psilij: ⁊ semine lini: ⁊ semine citoniorū. Da cum aqua ordei et syrupo violato.

Trocisci optimi ad tussim calidā ⁊ pleuresim.

¶ Idem. Cōfectio alia trociscoruꝫ ad tussim siccā cū caliditate vehementi ⁊ siti. ℞. succi liquiritie: violaꝝ. añ. aure. iij. seminis citrullorum: cucurbite: tereniabin. añ. auꝛ. j. ⁊ ß. Fac trociscos cum mucillagine psilij: et seminū citonioꝝ. Dosis auꝛ. ij. cū aqua ordei ⁊ syrupo violato.

Alij troc. ad tussim ca. ⁊ sitim vehemen.

¶ Filius zacharie. Loch cōferēs tussi calide ⁊ maturās eā et facilitās in ea sputum. ℞. iuiube. xx. sebesten. xl. ficus. vj. liquiritie munde. passularū enucleataruꝫ. añ. ʒ. x. capilloꝝ veneris. ʒ. v. aque lib. v. buliant vsq̄ ad lib. j. Deinde recipe penidiorū: ⁊ rob. añ. ʒ. v. coquātur cū facilitate: vsq̄ dum sint sicut mel currens. Deinde accipe seminis lactuce: cucumeris: cucurbite: portulace fabaꝝ excorticataꝝ. añ. ʒ. iij. gūmi arabici: dragagāti: amili: papaueris albi: amigdalaꝝ dulciū añ. auꝛ. j. Cōfice cū predictis. Dosis. ʒ. v.

Loch ad tussim ca.

¶ Idem. Confectio similis lupinis ꝯferēs tussi calide ⁊ abscissiōi vocis: ⁊ sedat sitim. ℞. seminis cucumeris mūdati. ʒ. vj. succi liq̄ritie. ʒ. vj. seminis portulace auꝛ. j. Aggrega ea post bonā cōtritionem cum albumine oui: fiant inde predicte forme: et teneat quotidie sub lingua.

Piŀ. sub lingua ad idem.

¶ Sabor. Confectio pilularū cōferētiū tussi. ℞. dragagati: gūmi arabici: seminū cucumeris: papaueris albi: portulace: amili: croci: zuccari vŀ penidij. añ. cōfice cū rob: ⁊ teneat quotidie sub lingua: est enim exptū: si De⁹ voluerit.

Piŀ. sub ligua alie.

¶ Sabor rex. Medicamē mirabile cōferens tussi calide antique ⁊ egritudinibus pectoris a caliditate ⁊ siccitate: expertum. ℞. mucillaginis psilij extracte ꝰm scientiaꝫ lib. iij. rob penidiarum: zuccari: saliemini. añ. li. j. et ß. coque lento igne vsq̄ ad mellis spissitudinē auferēdo continue spumā eius. Deinde recipe seminū cucumerū: melonum: citrulorum: cucurbitarum mundatarū: añ. auꝛ. x. amili: amigdalarū dulcium: granoruꝫ pinee maioris. añ. ʒ. xv. gummi arabici: dragagāti albi seminis lini assi añ. ʒ. viij. se. citoniorū mūdatorum ʒ. j. croci. ʒ. j. anisi. ʒ. vij. opij. auꝛ. j. seminis lactuce. ʒ. x. Tere ⁊ pulueriza: ⁊ pone sup medicamine. Et si non potest dormire: adde cū predictis seminis papaueris. ʒ. xx. iusquiami. ʒ. xv. recōde ī vase vitreo. Dosis ei⁹ est. ʒ. iij. vel. iiij. teneat sub lingua: ⁊ glutiat saliuā eius: est enim medicamen benedictū.

Electuarium ad tussim ca.

¶ Syrupus de hyssopo de inuētione nostra cōferēs cū auxilio dei tussi calide difficili: ⁊ ꝯfert phthysi: ⁊ dolori lateꝝ. ℞. liquiritie: radicū feniculi: vel seminū eius. añ. ʒ. x. hyssopi: capillorū veneris. añ. ʒ. v. fic⁹ pingues. vij. pruna. x. iuiubas. xx. passularū enucleataruꝫ. ʒ. xx. sebesten. c. decoque cū aque li. v. vsq̄ ad lib. ij. Da tepide. ℥. j. cū. ʒ. vj. zuccari rosati: vel violati. Et si vis accipe huius aque li. ij. ⁊ pone super eam penidiarū sahari: zuccari meibuheg: syrupi violati ana libram mediā: dragagāti. ℥. iiij. Et est valde bonū tussi sicce vŀ phthysi ⁊ siccitati pectoris ⁊ asperitati. Da cū aqua cucurbite asse vel citruli.

Syrup⁹ de hyssopo.

¶ Aliud valēs similiter. Accipe p̄dicte decoctionis li. ij. ⁊ pone sup ea penidiarum li. j. olei amigdalarū dulcium. ℥. iij. granorum alben excorticatoꝝ lib. ß. Fac decoqui: ⁊ accipe violaruꝫ siccarum tritarū ⁊ cribellatarum: dragagāti. añ. ℥. j. gūmi arabici. ℥. ß. Pone in vase vitreo: dosis eius est sicut galla: bonum ⁊ expertum.

Electu. ad idem.

¶ Syrupus ali⁹ ꝺ hyssopo ad tussim ⁊ asma ex asperitate pectoris. ℞. hissopi: capilli veneris. añ. ʒ. xvj. violaꝝ: papaueris albi: ordei mūdi: seminis malue. añ. ʒ. x. seminū citoniorum: lactucarum: cucumeris. añ. ʒ. v. passularū enucleataruꝫ. ʒ. x. ficus. x. iuiubas. sebestē. añ. xl. cum zuccari lib. ij. fiat syrup⁹.

Ali⁹ syru. ꝺ hyssopo.

¶ Syrup⁹ ali⁹ de hyssopo ad tussim et asma ex asperitate cū caliditate. ℞. liquiritie. ʒ. xx. seminis malue: cucumeris: ordei mūdi: dragagāti: seminis citrullorū. añ. ʒ. iij. maratri: apij capilloꝝ veneris hyssopi. añ. ʒ. x. seminis citoniorū: malue anisi. añ. ʒ. v. intube: sebestē. añ. xl. ficuum pinguium albaꝝ. x. passularū enucleatarū. ʒ. x. zuccari. li. ij. fiat syrup⁹.

Ali⁹ syru. ꝺ hyssopo.

¶ Diascorides dixit ꝙ fruct⁹ algipur antiqu⁹ assus igni: deinde comestus in sero cū melle confert tussi difficili ⁊ laboriose. Et dixerunt quidaꝫ ex posterioribus: ꝙ si infigātur in eo tria grana thuris ita ꝙ sepeliantur in ipso: ⁊ deinde assetur: ⁊ comedatur in sero cū melle cōfert mirabiŀr. Seruetꝛ tamen illo sero sine cena: ⁊ est expertuꝫ.

¶ De tussi humida.

Alia autē tussis humida ponitur cōplexionalis: alia materialis. Materialis quidē est ꝰm alterum duorum modorū: aut cum caliditate: aut cum frigiditate. Et huic quidē cū caliditate cura est tres res. Prima est adequatio cāe eius. Scđa est subtractio ipsius cuꝫ subtractione cōmuni. Tertia est eductio ipsi⁹ eductione propria.

Cura tussis calide material.

¶ Primā igiꝛ rē cōplent cōmensurare regimini eius sex res quemadmodū in capitulo de asmate dictū est: ⁊ post illud administrare ex medicaminib⁹ q̄ ipsius materiā digerunt: sicut est decoctio capilloꝝ veneris proprie: ⁊ syrupus ex: ⁊ syrup⁹ ex iuiubis: ⁊ decoctio sebestē in aqua ordei: ⁊ decoctio hyssopi facta de papauere albo et fabis excorticatis ⁊ ordeo cum zuccaro rosato aut violato ⁊ siŀia.

¶ Secundā vero rē complēt euacuationes facte cū iteratione: ⁊ facte de quarto in quartū diē ex casiafistula: et tereniabin: et myrobalani de violis cū decoctione hyssopi facta. Et quandoq̄ addimus et qđ est sicut trocisci de violis ⁊ similia. Et dam⁹ inter solutiuū: ⁊ solutiuū ex moderate vomere facientib⁹ sicut est raphan⁹ assus cū oximelle aut syrupo acetoso de radicibus. Aut radices assas ⁊ oximel ⁊ similia. Et si corp⁹ est plenuꝫ: et facies pulchra cū abūdātia sanguinis flebotomiam⁹ ex basilica: ⁊ quandoq̄ cū flebotomia remouente materiam.

Flebotomia.

¶ Tertiā rem cōplēt administratiōes medicaminū plenitudinē pectoris ⁊ pulmōis per screatū educētiū sicut loch de pino: ⁊ ꝓprie loch de fabis ⁊ loch de hyssopo: ⁊ syrup⁹ ꝺ hyssopo: ⁊ ꝯfectio de orobo ⁊ siŀia.

¶ Humide ꝟo ⁊ frigide tussis cura est q̄tuor res. Et prima q̄dē ē digestio ⁊ maturatio cause eius. Scđa est subtractio ei⁹ subtractiōe cōi. Tertia est eductio

est eductio ei⁹ eductiõe ꝓpria. Quarta exiccatio residui superflui humidi eius. Quinta corrigit accidẽtia. ¶ Prima quidẽ res perficitur cum administratiõe medicaminũ sicut in capitulo de asmate diximus. ¶ Scd͞am rem cõplet euacuatiões facte cũ eo qđ est sicut pilule cochie: ⁊ hiera diacoloq̄ntide: ⁊ pilule de agarico: quas dixim⁹ in cap. de asmate: ⁊ ꝓpue cũ iteratione ⁊ iteratione: ⁊ cũ interpollatione administratiõis rei vomitiue. Et si op⁊ vt deueniat ad administrationẽ solutiuoꝝ: etiã sicut in cap. de asmate dixim⁹. ¶ Tertiã rem cõplent administratiões medicinarũ materiã educẽtiũ a pectore: quas in cap. de asmate diximus: ⁊ deinceps ostẽdemus. ¶ Quartam rem ꝯplent administrationes medicaminũ materiã dissoluẽtiũ et resoluẽtiũ ⁊ ꝯsumẽtium: ⁊ hmõi quidẽ medicamina cõsueuerunt medici exiccatiua vocare q̄ administrãda sunt postq̄ administratiões mundificãtiũ cõium ⁊ propriorũ cum iterationib⁹ precesserunt cõuenientib⁹: vt exiccetur residuum rei. Administrare autẽ ea in principio est prefocare ⁊ ponere egrũ ad mortẽ. Administratio autẽ huiusmodi est ſm duos modos. s. aut lambẽdo seu bibẽdo: aut vaporando ⁊ nos plenã faciem⁹ narrationẽ ex his. Et huius q̄dẽ summe est lãbere ex myrrha. ʒ. j. cũ melle: facilitat eñ anhelitũ: ⁊ ꝯsumit humiditatẽ. Huius etiam intẽtiõis est storax: et opponacũ: et ꝓprie cum ouis: aut melle: aut serapino factis ex eis pilulis cum aqua rute: aut glutẽ albotin cũ melle aut alchitrã cũ melle: aut sulphur cũ ouis sorbilib⁹: aut arsenicũ similr̃ cum ouis aut cum grano pini ⁊ silia. ¶ Ex euaporationib⁹ aũt ad tussim antiquã est arsenicũ citrinũ cum aristologia rotũda partibus equalib⁹. Cõfice cũ butyro vaccio: ⁊ fac formas siles auellanis: ⁊ fiat suffumigiũ p embotũ in ieiuno. Dicitur enim q̄ statĩ liberat

Trocisci de arse.

¶ Vapor alius. ℞. arsenici citrini stercoris leporis ⁊ farine ordei corticũ fistici añ. fac formas cũ vitello oui: suffumigetur cũ eis tribus vicibus.

Alij troci. de arse.

¶ Alius. ℞. aristologie rotũde storacis galbani añ: arsenici ad pondus oĩm: aggrega cũ butyro vaccio ⁊ vtere.

Alij troci. Alij troci. de arse.

¶ Alius. ℞. storacis myrrhe thuris aristologie añ. arsenici ad põd⁹ oĩm: aggrega cum butyro vacio. Fiat suffumigatio omni die bis vel ter: ⁊ bibat super ipsum aquã cum butyro ouino. ¶ Plura hui⁹ intẽtionis scripta sunt in cap. de asmate canone vltio. ¶ Quitam rẽ complẽt administratiões medicaminũ confortantiũ pectus ⁊ pulmonẽ aut elargãtiũ: ⁊ si vigilie adsint cũ sedatiõe tussis somnũ inducẽtiũ. Summa autem sedãtiũ

Sedantia tussim.

tussim cũ ꝯfortatiõe pectoris ⁊ pulmonis est hec: rob aut syrupus fact⁹ ex succo granoꝝ myrti completoꝝ est ad illud mirabilis: ⁊ hoc in tussi calida. Sed in frigida q̄dẽ cũ myrrha ⁊ croco modico: pulmõis aũt vulpis sicci iuuamẽ est sublime in calida ⁊ frigida. In calida quidẽ aur̃. j. ex eo cũ syrupo myrtino. In frigida vo cum melle ⁊ aqua calida. Hui⁹ intẽtiõis autẽ est croc⁹ cũ syrupo myrtino aut cũ syrupo ð hyssopo: ⁊ silr̃ sandaraca cũ melle: nux cipressi cũ vino ⁊ melle: ⁊ grana pini sũt ex reb⁹ magnis in hac pte. ex medicinis magnis autem que sedant tussim ⁊ pect⁹ ꝯfortant sũt tyriaca ⁊ mitridatũ ⁊ diamusc⁹ dulcis ⁊ amar⁹: ⁊ athanasia magna ⁊ parua ⁊ diamarthe est cõfectio mirabilis Rabi regis quã scribemus: ⁊ silia. ¶ Summa autẽ medicinarum pectus elargãtium scripta est in capitulo de asmate. ¶ Sũma aũt medicinarum tussim sedantium ⁊ corrigẽtiũ superfluitates vigiliarũ dicetur quando de medicinis stupefacientib⁹ sermonem faciemus: si Deus voluerit. Afferant̃ ad hunc locũ plura que scripta sunt in capitulo de asmate humido siue calido: siue frigido: ⁊ ꝓprie medicia quã scripsit fili⁹ zacharie. ¶ Fili⁹ Humain. Modus decoctiõis de capillis veneris ꝯferens tussi humide cũ calore.

Decoctio de capil. veñ.

℞. capilloꝝ veneris non vltime recentiũ. ʒ. j. hyssopi sicce fabarũ excorticatarũ seminis feniculi anisi seminum lactucarum portulace papaueris albi amigdalarum dulcium ⁊ amararũ ordei excorticati. añ. ʒ. v. seminis melonis cucurbite: granoꝝ myrti. añ. ʒ. iij. gũmi arabici añ. ʒ. ij. passulaꝝ enucleataꝝ. ʒ. xv. dactylos pingues. v. ficus siccas. v. iuiubas. xxx. decoquãtur in aque li. iiij. vsq̄ ad li. j. ⁊ ß. ⁊ da ei mane. ʒ. iij. cũ zuccaro rosato aut violato. Et si volueris: accipe ex hac decoctione li. ij. ⁊ cũ meibueg et zuccari. ʒ. x. fiat syrupus. Dosis ei⁹ est. ʒ. j. ¶ Fili⁹ amaraz. Syrup⁹ de hyssopo ꝯferẽs tussi humide cũ frigiditate. ℞. hyssopi sicce. ʒ. v. capilloꝝ veneris liquiritie añ. ʒ. vj. corticũ radicũ apij feniculi ⁊ seminis anisi añ. ʒ. v. folioꝝ prassij. ʒ. iij. passulaꝝ enucleatarũ. ʒ. j. iuiubarũ. xx. ireos fenugreci añ. ʒ. ij. ⁊ ß. seminis malue ⁊ bismalue añ. ʒ. ij. ficuũ pinguiũ. vj. numero dactylorum. v. folioꝝ calamenti aur̃. j. decoquant̃ i aq̄ li. v. vsq̄ ad lib. j. ⁊ ß. cũ melle et meibueg añ. lib. ß. Fiat syrupus. Dosis. ʒ. j.

Loch ad tussi⁊ ⁊ ad egritudines pectoris ⁊ pulmo.

¶ Idẽ loch cõferẽs tussi et egritudinib⁹ pectoris ⁊ pulmonis: ⁊ est expertũ. ℞. farine fabarum liquiritie mundate thuris masculi gummi albotin amigdalaꝝ dulcium ⁊ amararũ ana. ʒ. x. seminis feniculi anisi croci succi liquiritie dragagãti albi seminis citonioꝝ mũdatorum papaueris albi añ. ʒ. vij. calamẽti: prassij. añ. ʒ. x. opij. ʒ. iij. Tere ⁊ cerne: ⁊ adde eis penidie. ʒ. xxx. Deinde cõfice cũ melle colato. ʒ. cl. ⁊ contunde in mortario: ⁊ sit dosis. ʒ. ij. in mane cũ decoctiõe hyssopi: ⁊ i sero teneat ex eo sub lingua.

Confectio ad tussim humidam

¶ Democrit⁹. Mod⁹ ꝯfectiõis ad tussim hũidã cũ frigiditate. Accipe calamenti fluuialis ʒ. v. granoꝝ pini. ʒ. vj. seminis vitice: ireos: añ. aur̃. j. piperis nigri: semis lini añ. aur̃. ij. Cõfice cum melle chesmes. Et sit dosis ab aur̃. j. vsq̄ ad. ij. cũ decoctiõe hyssopi.

Aliud loch ad idem.

¶ Idẽ loch bonũ ⁊ expertũ conferens ad idem. ℞. mellis boni. ʒ. iiij. vitelloꝝ ouorum recẽtium ⁊ butyri. añ. ʒ. iij. Mel et butyrũ decoquãtur vsq̄ dũ habeant modicum spissitudinis. Deinde dimittat̃ modicũ infrigidari: ⁊ misce cum eis vitella ouoꝝ cõmixtione bona. Deinde misce piperis nigri puluerizati. ʒ. xij. ⁊ sumatur ex eo lãbẽdo mane ⁊ sero. est eñ expertum.

Pilu. sub lingua.

¶ Paulus. Pilule que tenẽtur in ore cõferunt ad tussim frigidã ⁊ siccã: ⁊ sunt experte. ℞. myrrhe croci: granorum pini: granorum coti excorticatorum: feniculi: anisi: amigdalarum dulciũ ⁊ amararũ: papaueris albi: succi liquiritie. añ. Cõfice cum penidiarũ partibus. iij. ⁊ succo feniculi hũidi.

Confectio ad tussim.

¶ Hamech filius zacharie. Confectio ꝯferẽs tussi antique ⁊ frigide ⁊ ventose. ℞. penidiaꝝ. ʒ. x. prassij: capilli veneris: hyssopi: feniculi: anisi. a na. aur̃. iij. croci calamẽti: zuccari. añ. aur̃. iij. succi liq̄ritie: pineaꝝ purgataꝝ: ⁊ amigdalarum dulciũ. añ. ʒ. j. Cõfice cũ melle dispumato quãtum sufficit. da. ʒ. iij.

Syrupus de prassio.

¶ Hamech arasi. Syrupus de prassio confert tussi de phlegmate grosso ⁊ ventositate. ℞. prassij. ʒ. xl. liquiritie: hyssopi: calamẽti: capilli vene. añ. ʒ. xx. radicũ feniculi: apij. añ. ʒ. x. amigdalaꝝ mũdataꝝ pinearũ purgatarũ: fenugreci: seminis feniculi. añ ʒ. v. masticis: darseni zinziberis. añ. ʒ. ij. passularũ enucleatarũ. ʒ. c. iuiube sebesten. añ. c. aque calide lib. xxiiij. Dimitte die ac nocte: deinde coque vsq̄ dum redeat ad li. x. Deinde adde mellis: ⁊ rob: ⁊ penidiaꝝ añ li. ij. Deinde suspẽde in medicamine croci. ʒ. j. Dosis eius ab. ʒ. j. vsq̄ ad. ij.

Loch ꝯferẽs ad idẽ

¶ Idẽ. Loch ꝯferẽs vt ipsum. Accipe liquiritie: amigdalarũ dulciũ ⁊ amararũ: seminis lini asli. añ. ʒ. iiij. seminis feniculi: farine fabaꝝ et pinearũ mũdatatũ. añ. ʒ. iij. myrrhe: croci: olibani: darseni. añ. ʒ. j. ⁊ ß. penidiaꝝ. ʒ. ij. Cõfice cũ rob. Et fiant formesiles lupinis: ⁊ teneat sub lingua.

Loch de allijs.

¶ Sabor. Cõfectio. Loch de allijs: q̄ ꝯfert tussi phlegmatice: ⁊ maturat materiã eius: bonũ ⁊ exptũ. Accipe allioꝝ mũdatoꝝ lib. ß. ⁊ elixa ea in aq̄ decoctionis cicerũ: ⁊ hyssopi sicce: vsq̄ dũ sunt bñ discocta. Deinde colẽtur et terant̃ a lr̃a sicut medulla: ⁊ ꝓijce sup ea mellis ⁊ butyri: añ. ʒ. vj. ⁊ decoquãtur lento igne vsq̄ ad terminũ loch: et vtere: bonũ est.

Loch de caulibus.

¶ Idẽ. ℞. succi caulũ lib. v. lento igne coque auferẽdo spumã ei⁹ vsq̄ dum redeat ad lib. ij. Deinde coquat̃ cũ rob: ⁊ mellis li. j. vsq̄ dũ ingrossent̃: ⁊ bonũ est.

Loch de squilla.

¶ Idez. Loch de squilla exptũ ⁊ efficax in tussi humida: educit eñ ex pectore materiã ei⁹. ℞. succi squille: ⁊ mellis: añ. coquatur vsq̄ dũ ingrossent̃.

Medicamẽ ad tussi⁊ hũidã.

¶ Idẽ. Cõfectio medicaminis ad tussi⁊ humidã cũ frigiditate. ℞. spice: croci. añ. ʒ. j. hyssopi sicce: prassij. añ. ʒ. iij. myrrhe ireos. añ. ʒ. ij. farine orobi ⁊ fabarũ añ. ʒ. vij. piperis. ʒ. j. ⁊ ß. chesmes: ⁊ carniũ dactylorũ ficuũ pinguiũ: ⁊ pinearũ mundataꝝ añ. ʒ. vj. Confice cũ lohoc de caulib⁹. Verũ ⁊ expertũ. ¶ Cõfectio medicamĩs ex inuẽtione nostra.

Syrupus valẽs asmati ⁊ tussi.

Syrupus valẽs asmati ⁊ tussi: ⁊ maturat eas: ⁊ cõfert vlceribus renũ ⁊ vesice: ⁊ est medicamẽ bonũ. Accipe ficus albas ⁊ pĩgues. l. numero iuiubas. c. Decoque in aq̄ lib. v. vsq̄ ad. iij. ⁊ cum rob: lib. ß. zuccari lib. j. Fiat syrup⁹. ¶ Syrup⁹ alius. ℞. ficuũ siccaꝝ pĩguiũ. ʒ. iij. hyssopi sicce: capilloꝝ veneris. añ. ʒ. j. rute prassij: liq̄ritie. añ. ʒ. iiij. radicũ maratri: apij. añ. ʒ. v. anisi: semi. malue. añ. ʒ. ij. carniũ iuiubaꝝ. ʒ. iij. Fiat syrupus cũ melle ⁊ rob lib. j. ¶ Alexander. Electuariũ mũdificans pectus ⁊ pulmo-

Electuarium mūdificās pect⁹ ⁊ pulmonem.

nem ⁊ cōferēs tussi. Accipe granorum pinearū: amigdalarum dulcium. aā. ʒ. x. datylorūq̧ pinguium. ʒ. xv. pinguedinis ficuū ⁊ chesmes. aā. ℥. j. dragagāti albi seminis feniculi. aā. ʒ. vj. ireos. ʒ. xv. Cōfice cū melle crudo. dosis a. ʒ. ij. vsq̧ ad aur. j. ¶ Alexāder. Ad tussiȝ q̄ inquietat in nocte: ⁊ nō sinit dormire: ⁊ ad tussiȝ catarralē. Fiāt pilule ex storace myrrha: ⁊ opio. aā. croci partis. j. quarta. Cōfice cum melle aut rob: in forma cicerū: ⁊ da in sero. ij. aut. iij. aut ex myrrha: opio: ⁊ galbano: ⁊ pauco croco.

Pilule de storace vsuales.

Aut ex storace. ℥. j. galbani: sulphuris vini: opij: piperis: terebenthine aā. ℥. j. Aut storacis: zinzi. opij: croci: galbani: granoꝝ pini: aā. ꝑtib⁹ equalibus. Cōfice ⁊ vtere. Ista eñ sedāt tussim antiquā ⁊ nociuā. ¶ Gale. Medicamē qđ ponit Rabit rex dicitur qđ est tante virtutis ꝙ nullū aliud ei equipareтur ad sedationē tussis.

Electuarium sedās tussim.

Est eñ mirabile. ℞. radicū oppoponaci. ℥. j. ⁊ ß. ⁊ loco radicū oppoponaci ponat oppoponaci aure. v. castorei semis lini assi aā. aur. iij. seminis lactuce aure. v. folioꝝ rute siccoꝝ myrrhe aā. aur. iij. ⁊ ß. opij: croci a. aur. ij. ⁊ ß. ꝯfice cū melle colato. Et da in sero febricitantibus cū aqua calida: ⁊ nō febricitantib⁹ cuȝ vino. Et sit dosis ei⁹ sicut magnitudo fabe. Est enim expertum ⁊ bonū.

Pilul. ad tussim antiquam.

¶ Galenus ex libro decē tractatuū. Cōfectio pilularum quarū iuuamētū est vltimatū ad tussim antiquā humidā aut catarralē. Accipe casto. myrrhe masticis liq̄ritie opij galbani anisi feniculi enule et in alio rasen. gētiane hyssopi sicce ireos dragagāti gūmi arabici. aā. croci ꝑtis. j. tertiā. Cōfice cū rob. Da post mēses tres.

Lohoc ad tussim et asma.

¶ Galen⁹ ex eodē libro. Cōfectio lohoc qđ exꝑtus suȝ ad tussim: ⁊ ad asma ex materia grossa difficilis eradicatiōis ℞. liq̄ritie ireos storacis liq̄de phisticoꝝ mundatorū amigdalarū dulciū et amaraꝝ granoꝝ pini aā. aur. iij. olibani glutini albori gūmi dragagāti: agari. cinamōi: semis feniculi. aā. ʒ. ij. ⁊ ß. aloes: myrrhe aā. aur. ij. chesmes. ℥. j. Tere ⁊ sicca: ⁊ pulueriza. Medullas vero ꝯtere contritione vltima: aloen vero et myrrhā īfunde in rob circiter. ℥. ij. aut. iij. mellis colati ⁊ cere quātū sufficit. Deinde dissolue in eo storacē. Cōfice cōtundendo in mortario cuȝ ceteris. Et sit dosis eius a. ʒ. j. vsq̧ ad aur. j. ¶ Inquit Gale. Faciebat hanc medicinā ꝑcedere syrupū alchesimes: et hyssopi. et decoctionē eoꝝ et alia ex maturātibus: quorū forma est apud te: et hoc tēpore cōuenienti vt digeratur ⁊ matureť materia.

Trocisci stelle.

¶ Galenus. Trocisci cognomiati assem⁹: ⁊ sunt trocisci stelle cō ferūt huic tussi iuuamētū sublime: ⁊ proprie dati cuȝ rob. Et sit dosis a tertia. ʒ. vni⁹ vsq̧ ad. ʒ. ß. Et sūt ex hominib⁹ qui dant cum aqua ordei.

Cōfectio alba.

¶ Humain. Cōfectio alba cui est iuuamētū et operatio vehemens ad tussim difficilē et antiquā ex materia grossa viscosa: et aperi⁹ oppilatiōes pectoris ⁊ pulmōis: ⁊ mūdificat ea: ⁊ clarificat vocē: ⁊ educit saniē ⁊ materias corruptas ex pectore ⁊ ꝯfert phthysi. ℞. seminis lini assi. passularū enucleatarū. aā. ℥. iiij. amigdalarū dulcium ⁊ amararum: granorū pini. aā. ℥. ij. auellanaruȝ assarum: ireos: glutini albotin ana. aur. ij. thuris masculi: croci: myrrhe aā. aureuȝ. j. Facere eis trociscos cū lacte asine: ⁊ dimitte siccari. Deinde tere ⁊ cōfice cum melle: ⁊ est dosis eius. ʒ. j. mane ⁊ sero teneat sub ligua. ¶ Archigenes. Cōfectio que cognominatur mirabilis ꝯferēs cū virtute dei ad sputū sanguinis: ⁊ ad tussiȝ chronicā ⁊ antiquā ex materia putrida saniosa ex vlcere ⁊ phthysi.

Cōfectio mirabilis.

Mūdificat enim ⁊ abstergit cum virtute dei a materia grossa ⁊ putrida: ⁊ sunt vsi hac medicina prudētes. Et cū sit ex fortibus: nō ambigitur super ea: ⁊ cōfert prefocationi matricis: ⁊ paralysi: ⁊ vesice: ⁊ cōfert fluxui ventris: ⁊ periodis febriū: ⁊ resistit venenis: cuius ꝑmixtio hec est. ℞. castorei piperis lōgi ⁊ nigri: storacis: spice: costi: galbani: opij: aā. ʒ. iiij. croci. ʒ. ij. Cōfice cū melle dispumato quantum sufficit. Dosis eius est sicut faba cum aqua mellis.

¶ De fluxu sanguinis ab ore.

Exit⁹ sanguinis ab ore q̄druplex.

Sanguinis exitus ab ore est ꝺm vnum quatuor modorum: aut enim expuitur tantum: ⁊ est ex parte oris: aut egreditur cum rascatione: et est aut a colatorio: aut ab vuula: aut a palato et partibus eorum. Et quandoq̧ egreditur cum vomitu: et est aut a meri: aut a stomacho: aut ab epate: aut a finibus eorum. Et quandoq̧ cum tussi: et est aut ex pectore: aut a pulmōe: aut a cāna: aut lacerto vocali: aut epigloti. Et q̄dē qualiscūq̧ horum fuerit ē ꝺm vnū quatuor modoꝝ. Aut enim est ꝺm semitam redundatiōis ex aliquo sicut a venis aut arterijs: ⁊ ꝓpter quādo accidit ebulitio in sanguie: aut agitatio ī apostemate sanguineo: cui⁹ materia est facilis resolutionis. ¶ Secūd⁹ est ꝺm semitā redundationis sicut accidit pluribus a retentiōe mēstruoꝝ: et ꝯstrictione emorroidarū non ꝺm sapientiam: et sicut accidit pluribus ꝓpter exuberātiā sanguinis in toto. ¶ Terti⁹ vero ex ruptura vene: ⁊ apertione eius cuȝ vulnere: aut siue vulnere. ¶ Quart⁹ ex vlcere ⁊ corrosiōe sup venā. Sanguinis autē qui expuitur dicta cura est in cap. de vulnerib⁹ ⁊ vlcerib⁹ oris et partiū eius. Cū vero egreditur cum rascatione cura dicta est ī cap. de fluxu sanguinis nariū: ⁊ in cap. de vlcerib⁹ vuule ⁊ palati: ⁊ in cap. de alcola. ⁊ cōferunt eis gargarizationes ex rebus stipticis: et si nō tollit flebotomet ex cephalica flebotomia subtili vice post vicem. Et fiant alia que sunt dicta ibi.

Cura fluxus sanguinis p vomitū.

Egressionis aūt sanguinis cum vomitu cura est tres res. ¶ Prima est rectificatio mēbri a quo est passio. Scđa est vt fiat diuersio ⁊ hoc fit cū subtractione sanguinis ex vena seruiente illi mēbro: ⁊ cum applicatiōe ventosaꝝ sup ipso ⁊ similibus. Et si est a corpe toto: ꝓpter exuberātiā sanguinis in ipo fiant flebotomie cum iteratione ex basilica nunc dextra: nūc sinistra: ⁊ q̄nq̧ ex saphenis: ⁊ hoc quideȝ differenter. Nā si solū ī q̄ntitate exuberat: flebotomia larga necessaria est vel mediocris largitatis. Si autem acuitas et inflammatio sit in sanguine cū subtilitate ⁊ ebulitiōe subtili flebotomia vtēdū. ¶ Tertia est administratio rerū conglutinātium ⁊ cōsolidātium sicut competit ex his que dicem⁹. Nūc vero eorum que compingunt et ingrossant sanguineȝ ex his que dicemus. Sanguinis auteȝ egressio cum tussi est ex pectore aut pulmone: et ei⁹ cura est praua. Dixit eniȝ Hipp. Screatum sanguis ex pectore ⁊ pulmone si concomitať sputū putredinis ⁊ post illud phthysis: ⁊ post illā desperatio ⁊ mors. Uerū quod est ex pectore est minus suspectum eo qđ est ex pulmone. Raro quidem solutio cōtinuitatis ī pulmone sanatur: ⁊ illud est ꝓpter quinq̧ res.

Quinq̧ de causis solutio cōtinui in pulmone raro sanatur.

Prima. ¶ Et prima quidē res est quoniaȝ motio resistit consolidationi: imo addit ad ipsā: et dilatat eaȝ. Et nosti ꝙ pulmo ī similitudinem folliū fornacis dilatatur et constringitur continue ob causam vite.

Secūda. ¶ Secūda vero est: q2 sanies in spōgioso mēbro diu retinetur: ⁊ diu retenta magis acuitur: ⁊ magis acuta ꝑfūdat vlcera.

Tertia. ¶ Tertia est quoniam solutio cōtinuitatis cadēs in pulmōe dilatat ipsum: ⁊ retardat officiū eius quod diximus: quare fumi calidi difficulter egrediūtur: imo cumulātur ī solutionis loco: et inflammanť: et addunt ad solutionē: et dispersi p corpus sūt cā desiccationis membrorū: et febris ethice.

Quarta. ¶ Quarta est quoniā pulmonis caro multe passibilitatis est: ⁊ teneritatis cito subiecta putrefactiōi: et illud ideo quoniā nutrimētū ei⁹ est ex sanguine subtili ⁊ acuto: et est ipsum receptaculū phlegmatis: quare cito fit in eo repugnatio cōtrarietatis ī alterū: ex hoc cito accidit putrefactio ⁊ corruptio.

Quinta. ¶ Quīta ē substentia eius catarris paulatim vulnerantibus ⁊ vlcerātibus. Ex his autē patet ꝙ ex pulmone sāguinis excreatio: aut ī eo cōtinuitatis est solutio suspectior. Et q̄dē Hippo. dixit: sanguinis screatus ex profundo quascūq̧ ascendēs suspectus est: a superioribus autem fluens nō est suspect⁹.

Cura sanguinis fluentis a pectore aut pulmone.

¶ Egressiōis auteȝ sanguinis ex pectore aut pulmone cura est ꝺm duas ītentiones: vniuersalem. s. ⁊ particularem. Uniuersalis autem intētio est quatuor res. Prima est sāguinis adequatio. Secunda est diuersio. Tertia est mūdificatio. Quarta est accidentium correctio. ¶ Primam igitur rem compleut correctiones cadētes in exuberantia ī qualitate ⁊ q̄ntitate sāguinis: aut ī vtrisq̧.

Potus.

Motus.

Et quātitate quidem cum diminutione cibi ⁊ potus: ⁊ dimissiōe vini: ⁊ si excusari nō potes: sit multe permixtionis cū aqua: ⁊ sit vinū stipticū.

Cibus.

Et dimittat dulcia: ⁊ pulmēta ex lacte et frumēto et tritico: ⁊ vitet omnia generaľr que dilatāt et multiplicāt sanguineȝ ex his que comeduť et bibūtur. Et abhorreat quietis superfluitatē multiplicantē materias somni et ꝓprie sub radijs solis ⁊ lune: et abhorreat laborē ī horis vehementis caloris laborem agitatiuū: et clamorem: ⁊ iram et portatiōes ponderum ⁊ coitus superfluitatē: ⁊ frequētatiōes balnei dulcis: ⁊ similia. Et sit contentus sorbitiōibus factis ex sauich ordei ⁊ rizo et milio: ⁊ cōcediť case⁹ recēs ⁊ lac ex q̊ extractū sit butyꝝ ⁊ fruct⁹ stiptici. Et ex oleribus portulaca:

ribus portulaca:ꝛ lactuca:ꝛ Edivia:ꝛ attriplices:ꝛ cucur-
bite:ꝛ citrulli. Et ex carnibꝰ ꝑdicū:turdorū:ꝛ minutarum
auiū minꝰ pinguiū:leporis:et similium decocte cū fructi-
bꝰ stipticis:ꝛ succis eoꝝ:et ex granis comedāt lētes excor-
ticatas:ꝛ mes:fauich ꝛ ordei:ꝛ rizū:ꝛ miliū gignens:ꝛ fa-
rinā fabaꝝ. Ex piscibus pisces degentes in locis petrosis:
Potus. ꝛ cancros aquarum dulcium coctos i lacte sine butyro:ꝛ
aq̄ ordei:et que hoc cursu procedūt. Bibant aquā rosatā
aut decoctionis rosarum: et aquam de minera ferri:aut
aquam in qua extinguit ferruꝫ cū rob myrtino:aut aquā
ordei decoctiōis cācrorū:aque dulcis ꝛ similia. ¶ Si aūt
peccatū sit ex parte acuitatis sanguinis ꝛ ebulitiōis seda
mus id cū rebꝰ extinguentibus inflāmationē ꝛ ingrossan-
tibus sanguinē. Sicut sunt ꝓprie cibi ꝛ potus frigidi:ꝛ ꝓ
prie stiptici ꝛ extinctiui inflāmationū sicut cibi congelati
ex lentibꝰ cuꝫ succis aliquibus stipticis:aut ex cucurbita:
De portulaca. aut citrullis:ꝛ portulaca est ex rebus mirabilibꝰ ad illud.
Sedat eīn inflāmationem:ꝛ stringit sanguinem : ꝛ conce-
dunt eis cibi pauce acetositatis : sicut zeroschie:ꝛ suma-
chie ꝛ cucurbita cū granatis acribꝰ ꝛ dulcibꝰ:aut muzis
tritis cū granis suis:ꝛ carnes pulloꝝ:ꝛ ꝑuarū auiū cum
succis stipticis ꝛ cōgelatū ex eis. Et confert eis iuuamētū
magnū administratio psilij assi cōquassati in aqua rosata
cum coriandro asso:similiter autem semen portulace cum
aqua rosarū:ꝛ hoc in matutinis. Hec enī ingrossant ꝛ im-
pinguant sanguinē. Huiꝰ etiaꝫ intētionis est lac acetosuꝫ
extracto butyro ex eo:ꝛ si extinguat in eo ferrū magnifica
tur eius operatio:ꝛ caseus recēs est bonus eis:ꝛ laudantur
eis iuiube:ꝛ aqua decoctiōis eaꝝ:ꝛ fructus stiptici ꝛ suc-
ci eoꝝ ꝛ similia. Et ex rebus etiaꝫ sanguinis īflāmationē
ꝛ acuitatē sedātibꝰ sunt emplastratiōes ꝛ epithimata cir-
ca epar ꝛ cor ex rebꝰ ꝛ succis frigidis ꝛ stipticis:ꝛ apposi-
tiones aq̄ veri frigoris cū aliquibus eoꝝ circa ipsa:et se-
dere in aq̄ frigida:et similia que diximus in cap. de fluxu
sanguinis ex naribꝰ. Si aūt peccatum in q̄titate sangui-
nis simul ꝛ qualitate fuerit:tūc nostra occupatio erit cir-
ca vtrūq;. ¶ Scdam rēcōplent administratiōes fleboto-
mie cum iteratiōibus si oportet ex vena basilica nunc de-
xtri:nūc sinistri brachij mediocris apertionis:si solū in q̄-
titate sanguis exuberat:aut subtilis aptiōis si subtilitas
ꝛ acuitas dominātur i sanguie. Et q̄nq; cōuertimus san-
guinē ad longinquā diuersitatē sicut ad partes iferiores
ꝛ hoc cum flebotomia saphene:ꝛ ventosatione cruruꝫ et
scarificatione i ipsis. Et q̄nq; exigit dispositio emorroida
rum aut mēstruoꝝ prouocationē:ꝛ facimus id. Et ꝯferūt
vētosatiōes in hypocōdrijs sine scarificatiōe. ¶ Et dixit
Ruffus q̄nq; accidit mulieri vt spueret sāguinē postq; lac
desiuit in mamillis eiꝰ:ꝛ restrictꝰ est ꝓuocato lacte:ꝛ ac
cidit ei illud tertio:ꝛ curata ē post exuberātiā lactis. ¶ Ter
tiam aūt reꝫ cōplent administrationes medicaminū san-
guinē mūdificantium:ꝛ si quidē fuerit acuitas et inflāma
tio ꝛ ebulitio in eo ꝓpter mixtioneꝫ cholere acute in ipso
opꝫ q̄ euacuetur cholera prius. Deinde flebotometur.
Hoc eīn est ꝺm canonem artis:demuꝫ sequatur infrigida
tio:ꝛ si oportet vltima infrigidatiōe. Cholera aūt euacua
bitur cū aqua fructuū facta ex eo quod mulget ex semini-
bus portulace priꝰ assis. Et in reubarbaro est virtus mira
bilis in hac parte. Euacuat eīn cholerā ꝛ stringit de pro-
prietate sanguinē ꝛ ꝓprie cum succo lingue arietis:aut cū
aqua que mulget ex seminibꝰ portulace. Si aūt phlegma
abūdat cū sanguine faciens exuberare ipsuꝫ: euacuetur
¶ Idē. Syrupus de psilio ꝯferēs phthysicis. ℞. spodij seminū portulace: seminū citonioꝝ: papaueris albi. an̄. ℥. ij. psilij mūdi. ℥. v. succi arnoglosse cocti ꝛ depurati. ℥. xx. cācroꝝ fluuialiū lotorū ꝑm doctrinam predictā. ℥. xx. Decoquanf in lib. iij. aque vsq̄ ad lib. j. et cum lib. j. zuccari fiat syrup⁹: da mane ꝛ sero cū succo arnoglosse: est em̄ efficax.

Syrupus de psilio pro phthysicis.

Et q̄nq̄ daf cū puluere hmōi. ℞. psilij gūmi arabici: dragagāti: boli armeni an̄. Da cū syrupo predicto: et succo lingue arietis.

Trocis. de papa. vtiles ad phthysicos.

¶ Filius zacharie arasi. Ulcera pulmonis cū nō sunt chronica: sed adhuc aliq̄d ex sanguie egreditur cū tussi curari possibilia sunt. Detur ergo cū non est

febris lac recēter mulsuꝫ: ⁊ si fuerit cū eis febris: detͬ aqua ordei cum cācris fluuialibus: aut cū syrupo de papauere. Et dū nō constringitur anhelitus eius administrentͬ trocisci de papauere: quoꝝ descriptio hec est. ℞. papaueris albi: seminis cucurbite et citrulloꝝ mundatoꝝ. an̄. ʒ. iiij. dragagāti: amili: gūmi arabici: succi liquiritie an̄. ʒ. v. thuris masculi: boli armeni: sanguis draconis: charabe. an̄. ʒ. ij. myrrhe: cinamomi: opij. an̄. ʒ. j. fiāt trocisci. Da cū syrupo de papauere aut rob myrti. Et qn̄ cū istis rebus ɔstringitͬ anhelitus dentͬ in potu ea q̄ elargant ipm: et educunt saniē sicut syrup⁹ hyssopi: ⁊ silia. ¶ Sabor. Loch cōferēs phthysicis ⁊ ɔsumptis. ℞. testiculoꝝ vulpis. ʒ. iiij. ba trēbuc: caiarc. an̄. ʒ. j. ciceꝝ dulciū tritoꝝ. ʒ. iij. semis papauer. albi. ʒ. j. ⁊ ß. ordei mūdi. ʒ. j. passulaꝝ enucleataꝝ: ficuum siccaꝝ: carniū dactyloꝝ. an̄. ʒ. ij. cācroꝝ fluuialiū. ʒ. iij. decoquātur oīa in lib. iiij. aque vsqꝫ ad lib. j. ⁊ ß. Deinde accipe zuccari ⁊ penidiaꝝ. an̄. lib. j. testiculorum vulpiū elixorū i dulci lacte. ʒ. iij. aut cū olei amigdalani. ʒ. iij. decoquātur vsqꝫ dū sufficientē habeant coctionem: deinde proijce sup ea papaueris albi: succi liquiritie: seminū citrulli: melonis: cucurbite: cinamo. seminū bōbicis purgatorū: seminis malue: floꝝ boraginis. an̄. ʒ. iij. amili: dragagāti: gūmi arabici. an̄. ʒ. ij. carnium dactyloꝝ: passularum enucleatarū. an̄. ʒ. v. Tere ⁊ ɔfice cū predictis: bonū si De⁹ voluerit. ¶ Filius Serapionis. Cōfectio de iacur cōferens ad catarrū acutū ⁊ phthysim ex co. ℞. semis papaueris albi et nigri. an̄. ʒ. ij. ⁊ ß. radicū liqritie. ʒ. j. ⁊ ß. seminis citonioꝝ: semis altee. an̄. ʒ. j. ⁊ ß. dragagāti. ʒ. ß. gūmi ara. ʒ. ß. proijce super ea aque pluuialis lib. v. ⁊ dimitte die ac nocte. Demū decoque vsqꝫ ad ɔsumptionē duaꝝ partiū: ⁊ adde mellis lib. j. ⁊ rob lib. j. ß. ⁊ penidiarū lib. ß. decoq̄ igni lenti vsqꝫ dū mellis habeat spissitudinē. Da mane cū aqua ordei. Et accipiatͬ in sero ex his pilulis. ℞. semis portu. ʒ. v. dragagāti: gūmi arabici. an̄. ʒ. iij. semis citrulli. ʒ. iiij. seis cucurbite excorticati: ⁊ seminū citonioꝝ. an̄. ʒ. vij. succi liqri. ʒ. v. fac formas siles lupinis cū mucillagine seminū citonioꝝ. Dentͬ tenēde sub ligua. ¶ De egritudinib⁹ cordis.

Trocisci de papauere pro phthysicis.

Aliud loch cōferēs phthysicis.

Cōfectio de iacur.

Pilule sub ligua p phthysicis.



Egritudines cordis sunt: debilitas pulsus: tremor et sincopis. Et hec quidem egritudines easdem fere habent radices nō aliter inter se differentes nisi sicut debiles ⁊ fortes. Causantia autem has egritudines cum sint debilia ⁊ remissa impedimenta debilitatem contra vigorem minere faciūt debilitateꝫ cordis. Amplius autē eleuata vt imprimant agitationē lesiuam in ipso faciente cadere diuersitatem in differentijs motus cordis sensu perceptibilē q̄ sunt ex magno ad paruū: ex veloci ad tardū: ex raritate ad frequentiā: ⁊ econuerso. Tunc fiunt constitutiones due: aut enim fiūt illa nō integre: neqꝫ in omni hora: sed cū quadā interpellatiōe ⁊ vicissitudine: ⁊ fit pulsus cordis aut integre cū quadā cōtinuatione: ⁊ fit tremor cordis. Cum fortiora fiūt vt imprimāt vehemētius impressiones forti⁹ ledētes impedientes aut prefocātes motus eius: aut sepelientes spirit⁹ ad interiora: aut intercidētes absqꝫ intercessiōe oīno: aut aggregātes ad principiū: aut resecātes absqꝫ eo qd̄ est in radice faciūt sincopim. Uincentia autem ea vltimata victoria super naturā ita vt abscindatͬ spūs et calor vite: aut extiguatͬ in minera: sunt cā mortis. Cause aūt faciētes has egritudies quedā sunt cause corporee: quedā extra corpus surgētes. Et corporee quidē aut sunt in ipso corde: aut in mēbris vicinis ei: aut in mēbris cōicātib⁹ ei ꝓpinqua cōicatione aut remota. Cause autē existētes in corde ledētes ipm: aut sunt malitia cōplexionis sine materia: aut cū materia. Et malitia quideꝫ cōplexionis dn̄ans cordi facit debilitatē ipsi⁹: debilitas autē facta fortis vsqꝫ adeo vt sit agitatiua virtutis facit tremorē. Tremor aūt superueniēs generat sincopin. Ultimitas aūt facta in sincopi est extinctio ⁊ mors. Sed malitia quidē cōplōnis frigide suspectior est q̄ calide propter elōgatione a re vite: et sicca magis q̄ humida: q̄uis sit dn̄ans in dispositione corporis: ⁊ causa etiā huius interdū fit causa prefocationis: ⁊ mortis festine. Solutionē aūt cōtinuitatis: aut apostemationē fieri in corde virtus nō patitur: immo sunt cā dissolutionis ⁊ mortis: ⁊ qn̄ inest dolor in ipso fit cā sincopis et mortis. ¶ Dixit Gale. q̄ malitia complexionis pure: aut cū materia facit in vniuersam corporis parteꝫ sensum lesionis qui est dolor: ⁊ qūo non in corde? Frustrabitͬ ergo: ⁊ supponem⁹ alterationes in corde nō in cor curari: ⁊ nos quidē diximus q̄ iam radix preposita est: etēm esse egritudinū cordis: aut nō cōfirmātur: q2 non sunt māsiue: ⁊ tūc ordo medicationis incolumitat: aut cōfirmātur cōducentes ad mortē. Distinguemus autē in causis lesionū cordis que sunt ab alijs mēbris: quoniam lesio cadens in pāniculis ⁊ in mēbris que ambiūt cor dū redūdat ad ipm est causa egritudinū eius predictarum in ipso. Et lesio cadēs in cerebrū interdū est causa ad illud sicut in epilepsia mania ⁊ melācholia: lꝫ enim figantͬ in cerebro terminātur tn̄ in corde: ⁊ sunt causa egritudinū eius. Ex eis est fluxus sanguinis narium aut vndecūqꝫ: ⁊ cōmunicat etiam cum corde cōitate magis propria stomach⁹: ⁊ affert ei causas lesionū: ⁊ proprie cum corrūpitur in eo cibus ⁊ res venenosa: aut fuerit in eo humor mordicatiu⁹ aut male qualitatis: aut vitreus viscosus: aut repletio agitatiua: aut fames vehemēs: aut dolor acutus ⁊ pūgitiuus: aut fuerit in orificio ei⁹ bothor aut vlc⁹ putridū. Et dixit Paulus qd̄ egritudines q̄ sunt in stomachi orificio: aut meri sunt ꝓpinque ɔuersionis ad ferēdū lesionē cordi: ita vt quidā putāt tremorē factuꝫ in ore stomachi esse tremorē cordis: et quidā voluerūt debilitatē in ipso esse cardiacā. Et dispositio epatis cū est alterata: vt generet ſm plurimum sanguinē melancholicū imprimit: ⁊ est causa egritudinū cordis: ⁊ est prauior dispositionib⁹ alijs: ita vt faciat dispositionē similē manie ⁊ melācholie. Adhuc autem cause haꝝ egritudinū sunt euacuationes oēs excedentes terminuꝫ ⁊ similiter in acuta aqua hypocūdrioꝝ: extractio autē sanei in apertione apostematis. Et ex eis est prefocatio matricis: ⁊ priuatio menstruoꝝ: aut exuberantia eoꝝ. Et ex eis est impregnatio ⁊ huiusmodi: ⁊ nocumēta ex vermib⁹: vt etiā appareat dispositio silis epilepsie. Et sunt ex vermibus habētes aculeos pungētes orificiū stomachi punctione vehemēti: donec faciat cadere in dolorē acutū causam ad sincopim: et aliqn̄ ad mortem: ⁊ sunt quandoqꝫ ex penetrantibus vsqꝫ ad vicinas cordis partes: ⁊ quādoqꝫ vsqꝫ ad cor: et sunt causa mortis festine. A cōitate autem totius corporis superueniunt lesiones cordi sicut propter febrē: aut propter vehemētiā raritatis corporis: aut ꝓpter vehementiam sudoris: ⁊ silia. Ex causis autē extraneis accidit huiusmodi sicut ex aere pestilentiali: aut ex odoribus fetidis: aut venenosis: aut assumptione rerū venenosaꝝ: aut ex morsu venenosoꝝ aīaliuꝫ: aut incursione timoris: aut ex balneatione vehementi: aut labore ⁊ similibus.

Cause.

Attende de vermibus.

¶ Hic complentur dicta: ⁊ imponitur finis doctrine diui Mesue licet imperfecte in de appropriatis: ⁊ per ɔsequēs totius operis cum auxilio nostri redemptoris.

¶ Tabula capituloꝝ additionū Petri Apponi.

¶ Petri Apponi medici clarissimi in librū Ioānis Mesue additio incipit.



SI aūt fuerit in eo humor mordicās cum precedēti eius adequatione: ⁊ virtus sufficiat: ⁊ humoꝝ accidētia dilationem recipiunt materia in qualitate ei cōtraria repellaꝛ vel cū contrario a forma ⁊ specie: qđ efficacius et tutius assero. Uirtutē aūt cordis cōfortare non negligas oī hora intrinsecus et extrinsecus: ⁊ studeas cognoscere mēbrum a quo nocumentū ad basim emanat cōditione nō dubia. Nosti ꝙ oīm accidentiū cōuenietiū corpori cā extrinseca vel intrinseca primus cōcursus est ad basim in qua naturalis vigor spirituū: virtutūqꝫ oīm sigillatim creauit spiritū sapiētia: sedē aīarū: viteqꝫ naturaliū principiū motus ⁊ quietis. Quo deficiēte nulla ampliꝰ corpori dari pñt suffragia cōtinuo cū eo moriunꝛ oīa mēbra: erat enim terminus oīm operationū aīe rōnalis. In cerebro oēs he ⁊ ille incipiunt operationes: in corde vero suscipiūt cōplementum: eius virtus tanqꝫ forma oīm mēbroꝝ ea irradiās et viuificans virtutū organicaꝝ perfectio. In materia vero nō intelligibilis forme: q̄r gloriosus sicut diuini decoris rō postulauit: tūc solicitū mēbrū rectificauit mādās: ⁊ si a matrice: cū his que matricē respiciunt: ⁊ si a stomacho et pulmone: siue sint mēbra nutritionis: siue spiritui seruientia rectificare ne differas: ⁊ dolor violentus est ex maxime ꝯsternētibꝰ virtutē eius: ⁊ si fuerit in officialibus mēbris.

¶ Inquit Hip. oīm mēbroꝝ vnica est cōueniētia et oīm virtutū ⁊ spirituū vnicū est subiectū: ꝓpter qđ oīa mēbra dolēt adinuicē: oīm virtutū vnica est virtus cum vsqꝫ ad hunc terminū diafortat dolor per spūs ledendo virtutes: occultaꝛ in eo spiritus: ⁊ efficiꝛ illa passio quā dicimus sincopim: non enim vsqꝫ ad radicē patitur passiones: sed cedit vite subiectū eius lesionē nullā sustinēs paruā estuationē influere recusat. Si quidē cōtingit hec passio malitia sanguinis in quāto vel in quali: auxilia adhuc nō sunt mortua oīno nec differenda. Dilatio enim ducit ad mortē festinam: sed tanqꝫ thesauro nobilissimo succurrēdū est. Facimus hoc cū auxilio dei cum rebus quaꝝ proprietas est naturalē cōseruare calorē ⁊ extraneum extinguere. Et si fuerit ex abūdātia sanguīs in toto corpore flebotomare ne differas: ⁊ primo a remotis vt aperire saphenā: postea basilicā: postea deuenire cū vētosis apud sinistrā spatulā.

Fleboto-mia.

¶ Postea cū syrupis de boragīe ⁊ buglossa cāphora ⁊ psillio: ⁊ ꝓcedētibꝰ hoc cursu potare ipm nō differas: hoc eñ refrigerat sanguinē peccātē in quāto ⁊ ī quali. In malitia aūt cōplexionis raro flebotomamꝰ: sed alterātia et cōfortātia ei preparamꝰ: ⁊ multe eius passiōes incōprehensibiles atqꝫ occulte nobis existunt. Et dr qđ aliqñ vermis ad id. s. cor graditur ⁊ ꝯtinuo cū mordet interficit: necnō vltimata gaudia: vel vltimate tristitie inter eiꝰ passiones existunt. Boni aūt odores incolumitatē eius seruant: q̄r solo odore anima cōfortatur. Interdicēdum est ei omne medicamē generās motū cordis ⁊ que sanguinē inflāmāt hec eius motū effrenitare faciunt: q̄r nobilissima natura nihil superflui nihil diminuti sustinet. Ad figurā numeri ⁊ naturalis ordinis ꝯsonātia facta est: vt subsistat: est eñ fons ⁊ principiū vite decor aīe rex natura: ⁊ moderator est corporis diuina sapiētia cōceptꝰ ad latꝰ excessus magne caliditatis vel frigiditatis posita obuiare dicimus. Hec eñ immoderatū motū cordis generat: illa vero trepidationē et caloris habitationē ei affert. Et sciuisti: qm̄ nō ē simplex natura in cōplexiōe calidius ⁊ siccius substātia frigida: ⁊ sicca. Rōne vero ꝯtēti valde tēperatissimꝰ calidorū vsus eius est forma id est crasis minus molesta frigidoꝝ portat sup hoc a cōsortio minꝰ recedūt: nisi vltimitatē excedant tēperamēta sua: caliditas est causa vite: ⁊ consistētia maxime ī phlegmaticis. Cuiꝰ vigore innata cōplexio quo mēbra in esse viuificat ⁊ vigore continuo cōseruat: ⁊ ꝯsistit. Et nō ignores ꝙ hic calor est virtus humane nature scꝫ quē traximus a primo hoīe: per hāc enim speciē indiuiduaꝛ: et hec subiectum est fundamētū innati caloris: que nullo genere febriū alteraꝛ: immo est actꝰ eius reductioni extranei ⁊ diuersi caloris fortasse ī nouissima specie ethice celeraꝛ: ⁊ tūc mors accelerat necessaria ⁊ festina. Nō eñ sperabis hūc calorē posse naturali medicamine reduci. Hec iter virtutē regitiuā ⁊ virtutē rei admīstrate distiguebat ⁊ regulabat: ⁊ huic cōplexioni omni tpe sīle regimē dandum est: puta calidū ⁊ humidū tēperatū: hoc post mortē semi con-

Syrupi.

Qualiter ꝟmis ad cor gradiꝛ ⁊ ꝙ ꝯtinuo mordet ī-terficit.

Solo odore aīa confortatur.

sistit ꝙqꝫ equoce. Cūqꝫ scđm sciētiā tuā inuestigaueris q̄litates passionū basis: ⁊ mētionē causaꝝ sit tua precipua et magnifica intētio ꝯfortare cor: et vnire virtutes: ⁊ sic earū est auferre lassitudinē: ⁊ hoc auxilio dei cū rebꝰ aromaticis ⁊ aliis gñibꝰ admīstrataꝝ rerū est ꝓprietas ꝯferre rei vnite: maxime in q̄bꝰ natura delectaꝛ: inquātū aūt tua solertia euigilātissime speculari poteris virtutes cordis coadunari ⁊ ꝯfortare euigiles. Hoc erit summū bonū ⁊ primū studiū iuuamētoꝝ ⁊ tutele basis: qm̄ securiꝰ nō vacillādo ad alia res tue cure ꝓcedere poteris: virtutis eñ vnite nō est recipere qđ effundiꝛ ad mēbrū: sꝫ repellere ⁊ effugare ꝯtrariū: ⁊ esto solicitꝰ nō orbatis oculis intueri vt si sit aut ꝓpter inopiā caloris ⁊ laudabilium humoꝝ abstinētiā: aut ꝓpter exuberantiam multe humiditatis dñantis corpori furiositatisqꝫ sanguīs: aut solius cōplexionis malitie: aliter eñ ⁊ aliter medicabiꝛ: ⁊ cū ignoraueris veritatem: ⁊ titubabit tua sciētia super hoc semper securius erit calidis in tēperamēto vti: ⁊ cōfortare cū stipticis et odoriferis obliuioni non cōmitte. ¶ Scđa est cōuersio materiei vel eius qualitatis q̄ fundiꝛ aduersus eam ad partes remotiores: aut ignobiliores sicut iā diximꝰ: ⁊ in practica huiꝰ canonis rememorabimur: si deo placuerit. ¶ Tertia res est mūdificare mēbra mādatia eaqꝫ confortare: et residuum eorū: ⁊ est qñqꝫ primū in dispositiōe cure huiꝰ proprie cū aliis mēbris nocumētū fuit obuiare accidētibus. Nec pretermittās cōfortare stomachū maxime in digerēdo. Corruptio cibi ⁊ potus in eo est ꝑparamētū morboꝝ:

¶ Primā rē cōplent quecūqꝫ cōplexione ex substātia hac vel illa basim ꝯfortāt cibi laudabilis chimi. Medicine stiptice ⁊ odorifere quaꝝ memoriā legimus: si deo placebit. Sunt ex eis epata gallinaꝝ iuuenum: ale auiū: ⁊ pulloꝝ: vitella ouorū recētiū sorbiliū: ⁊ que hoc cursu procedunt pauce q̄titatis: ⁊ de numero velociter permutabiliū ⁊ nutriētiū. Uinū subtile ⁊ odoriferū est velociter cōfortās formā basis: cōferūt etiā in hmōi dispositiōe emplastra ⁊ vnctiones super cor: vt rerū stipticarū ⁊ boni odoris conseruēt in eo calorē ne reprimaꝛ. Et nosti ꝙ vnctio spine dorsi ad hoc est medicamē singulare ꝑ quā excelsus ⁊ gloriosus cōfortat virtutē regitiuā totiꝰ ꝓprietatis: ⁊ est causa ꝓtectionis ⁊ lōgitudinis vite hūane: ⁊ defensio spūs vitalis: ⁊ occurrūt ad hec absqꝫ dilatione: oleū camomillinū terebēthina partes coꝝ miscēdo equales: succus arthemisie cū quatuor partibꝰ ipsius olibani: repellit rigores febriū spiritus putridoꝝ ⁊ mēbrorū febricitātiū affirmatū: aqua roš. ⁊ musco infecto imbibito: ⁊ sup māsionē basis aspersa cū sincopi subuenit. ¶ Aurū electū in cibis administratum medicamē est sobriū in cōfortādo: cātus amoris carnes siluestres: os de corde cerui: diābra: ⁊ hec subueniunt administrata: si deus voluerit. ¶ Scđam rē cōplēt cōuersio ⁊ deriuatio materiei: ⁊ fumositatū eiꝰ ad partes circūferētiales: ⁊ cōfortatio cordis ad hoc principale: repellit ꝑ se virtus fortis: cōtrariū faciemus hoc cū auxilio largitoris sanitatis poni vētosas in cruribꝰ fricari manuū volas ⁊ pedes fricatiōe forti ⁊ ligari dolorose. Cōfortari adhuc stomachū est de intētione ꝑncipali: facit eñ repulsam humorū ledentiū basim: ⁊ si necessitas exigit ad enemata acceleramus: ⁊ qñqꝫ vomitū ꝓprie: ⁊ qñqꝫ in primis ductibꝰ corporis extravasa materiā credimꝰ esse submersam ledētē virtutē basis: ⁊ qñqꝫ accidunt hmōi terrores venenosa potione: ⁊ hoc de necessitate cure terroꝝ diximꝰ: et ꝯfidas maxime in vētosa post sinistrā spatulā: est eñ huiꝰ passionis postremū remediū ⁊ succurrere postea cū vino subtili resoluto cū eo pane assato facit ad reparandū ⁊ recuperādū spūs: ⁊ omni ingenio ⁊ studio auxiliari ne differas: nūc cōuertendo materiā ad remotiora: nūc cōfortādo cor ⁊ ꝑncipalia. ¶ Tertiā rē cōplent euacuationes decentes sicut te scire fecimꝰ: ⁊ rememorabimur si deo placebit. Sup hoc eñ multiplex cōsideratio cadit. Quarū prima est mēbrū scire alteratū. Secūda qualitatē materie ledētis habita notitia qualitatis morbi medicine eū repellētis fit euidentior. Tertia cōsideratio est scire qualiter ⁊ per quā viā ad cor gradiꝛ lesio: aut ꝓpter virtutis defectū: aut fumositatis materie: aut si ab aliis mēbris cōsurgit ei bellū: vel in suis māsionibus latet inimicus. Accidunt eñ tales terrores emanatione humoꝝ: ⁊ puta sanguinis fluxꝰ nariū mēstruoꝝ et venarū incisione: vel si dñium humoris ꝑdomi-

Cibi.

Unctio ad dorsum.

Uentosa post spatulā sinistrā est postremū remedium.

natur corpori. Et nosti ꝙ morbi ex penuria humorū qua=
litatis ⁊ quātitatis nō min⁹ imo molesti⁹ ꝙ̄ ex medicina
eoꝝ purgatiua ⁊ multitudine nascunt. Quare cū cautela
⁊ tremore ad purgationē gradieris: leui⁹ est em̄ inanire ꝙ̄
replere: ⁊ min⁹ molestū replere ꝙ̄ inanire. Si aūt ab alie=
nis morbis hoc nocumētū surger euidebis: siue a cerebro:
siue a stomacho: ⁊ matrice eoꝝ rectificationē satagere ne
differas cū his q̄ scire te fecim⁹ ꝯtra coꝝ passiones et faci=
mus illo duce gloriosissimo: cui⁹ virtute oīs natura agit.

Electuarium cordiale.

¶ Electuariū cōfortās naturalē cōplexionē basis procu=
rās digestiuā incolumē: adiuuās mēbra principalia cōfor
tādo illa: imo mūdificat ea ab humoribus alienis: mundifi=
cat canales epatis: ⁊ ē expertū cōtra malitiā meseraicaꝝ.
℞. ligni aloes boni anisi mūdi. reubar. recētis añ. pōdus
eq̄le: zuccari sufficienter. dosis a. ʒ. j. vsq̄ ad. iij. ieiuno sto=
macho de sero: cui⁹ passio diurna fuerit in matutinis: cui⁹
noua est egritudo.

Aliud electuar. cordiale ex inuentione propria.

¶ Medicamē ex inuētiōe nr̄a defendēs
basim ab oi piculo pterito ⁊ futuro reddit naturā hilarē
aufert lassitudinē mēbroꝝ principaliū: subuenit his q̄ tri=
stātur ⁊ melācholizāt nesciētes radicē: diligūt solitudinē
⁊ seipos odio hn̄t ⁊ suspecti sunt de reuō suspecta: ⁊ dubi
tant multa picula eis euenire: ⁊ remouet ab eis maleficia:
facit eos iocūdos ⁊ amātes curialitatis subuenit retētiōi
mēstruoꝝ fluxui ⁊ sincopi mulierū: iuuat paralyticos. ℞.
coral. rub. macis: ossis de corde cerui: ambre: margaritarū
cristalli: auri cocti: argēti meri ossis eboris: saphiri: rubini
hiacīthi añ. ʒ. v. balsami. ʒ. ij. musci. ʒ. ß. āthos: spodij: san=
daloꝝ: gario. galāge: cala. aro. cubebarū: spice nardi: corti
cū phisticoꝝ. se. basiliconis: carda. piperis al. ⁊ lō. baccaꝝ
lau. piretri añ. ʒ. iij. stora. cala. magnetis myrrhe electe:
opij thebaici añ. ʒ. j. se. peonie collecte ī nouissima etate lu
ne: floꝝ camo. floꝝ lilifagi: sansuci: balsamite: mameos: ari
sto. ro. diāthos añ. ʒ. iij. croci orienta. ʒ. ß. ligni aloes: papa.
alb. ana. ʒ. ij. zucari qd̄ sufficit. dosis a. ij. vsq̄ ad. iij. cū vi=
no calido vel aqua calida ſm exigētiā. ¶ Tyriaca magna
in hmōi terroribus ē dilecta: ⁊ est cōe medicamē ad diuersa
gn̄a passionū: cor repletū inanit: inanituz replet: venenis
magnifice resistit: sz pueris aut senib⁹ parū aut nihil dādū
est: ⁊ tyriaca. x. annoꝝ melior ⁊ vtilior in dispōne matricis
cū aq̄ mādragore est medicamē valde efficax. dosis est ſm
exigētiā nature ⁊ sui materiā.

Nota de rosmarino.

Rosmarin⁹ assumpt⁹ ī cibis
reddit naturā hilarē: ⁊ est tutela maxia a potiōib⁹ mortife
ris. Chiran⁹ dixit folia vitis albe intantū hilarescere fa=
ciunt cor hois ꝙ caꝝ vsus effrenitare facit apud gaudiū.

Cōfectio ad tremorē cordis ⁊ sincopiz

¶ Cōfectio faciēs ad tremorē cordis ⁊ sincopiz calidā cō
fortās stomachū: ⁊ sitim calidā extinguit facit odorez oris
bonū ⁊ cōpetit qui febrē habent: cuius permixtio. ℞. xilo
aloes balsa. sisceleos: cube. berberis: rosa. sanda. se. cōium
añ. ℥. ß. coral. spo. charabe: gū. dragagan. se. acetose: se. por
tu. buglosse añ. ℥. iij. camphore. ʒ. ß. margaritaꝝ. ℥. iij. confi
ce cuz rob citri. dosis est a. ʒ. ij. vsq̄ ad. iij. cū aqua frigida
nō vert frigoris.

No. de administratione ventosarū supra sinistrā spatulam.

Et scire debes ꝙ mūdificatio corporis si
occurrat administratio vētosarum post sinistram spatulā
est res faciēs te securū a morte ⁊ proprie quando suspitio
est venenose potionis: ⁊ res iā posita est in desperatiōe in
oī cordis passione sincopi ⁊ cardiaca est medicamen fide=
le facit liberā virtutē: et spūs respirationem: si deo place=
bit: ⁊ subuenit egritudinibus cerebri diuersis et splenis: ⁊
aliquando pulmonis.

Potio vtilis ad passiones cordis.

¶ Judeus. potio cōfortās cor: ⁊ du
cens materias a regionibus spiritualiū ⁊ ab alijs mēbris
mandātibus lesionē ad eū: ⁊ liberat a tremore ⁊ omi pas=
sione cordis si deo placebit: et cū magna iocūditate respi=
cit membra principalia. ℞. myro. citrinorum cōditoꝝ ſm
doctrinā nostrā quam scire te fecimus vbi de eorum posse
scripsim⁹. ℥. iij. agarici electi. ʒ. iiij. salis gēme. ʒ. ß. reubar.
raued se. pparati. ʒ. ij. ß. turbith. ʒ. iij. tar. ℥. j. gum. draga.
oppo. sarco. añ. ʒ. ij. spice nardi. ʒ. j. dictami. ʒ. ij. masti. myr
rhe electe. añ. ʒ. j. eoꝝ apozima est. ℞. hyssopi thimi: ireos:
balsamite: sansuci. liq. macis añ. ʒ. j. cinamo. gario. añ. ʒ. ij.
antale ipericon: zedoarie añ. ʒ. ß. aromatizētur cū musci. ʒ.
ß. ⁊ modicum aque ro ß. preparet potio ſm modū artis no
tum: ⁊ propinet in horis electis. Amplius scire opz ꝙ non
semper occurrūt medicamina preparata: nec res terminū
dant longū maxime cum ipsi infirmi sint cū sincopi appa
rente: tunc em̄ studium est in cōfortādo cum rebus cordia
libus odoriferis: ⁊ cōuertere materiā ad mēbra distantia
cū fricationib⁹ ligatiōib⁹ in extremis dolorosis ⁊ vētosis
sub geniculis.

Remediū facile ⁊ excellens ad sincopim.

¶ Et dare apud talē casuz flores caducos
nucis redactos ī puluerē cū liquore calido vino vel aq̄ ſm
necessitatē ē medicamē qd̄ ꝯsequit suā ꝟtutē a maiori ⁊ no
biliori natura: ⁊ liberat vna hora a sincopi si de⁹ voluerit.



Ingularia passionū basis medicamina: ⁊ quo
runcunq̄ mēbrorū humanū organū narrare
nō potest. Et vos iā sciuistis ꝙ scire ad igno=
rare paruā hz equipollentiā: ⁊ sciuistis etiam
ꝙ solertia studentiū ingeniosa nō est vna om=
nino: imo dissonant ⁊ obuij in multis tractatibus perma
nent: huius enim mens illius ligamenti obuia est hec po
tentia formarū ⁊ specierū receptiua aliud actu cōsumat ꝙ̄
illa: vis enim eoꝝ veriorē eliget opinionē cum verū a solo
organo spūssancti germinet ⁊ abundet: ⁊ qd̄ in nr̄is intel=
lectib⁹ inuenit ab ordine maioris gubernationis illud cō
sequimur: qd̄ em̄ magis participat nobiliorē perfectionez
cōparat ad illud qd̄ min⁹ participat sicut actus ad poten
tiā: ⁊ agens ad patiens: vt luna gr̄a solis cōparat ad mul
tas: ⁊ sic aīa intellectiua ppter cōsecutionē ⁊ affinitatem
quā sortit a natura angelica cōparatur ad cōem naturā
ſm genus efficiens in mūdo: qd̄ est natura angelica oīm
generū nobilissimū: qr de ordine diuine gubernationis ⁊
sciētie inenarrabilis et incōprehēsibilis: sine cui⁹ irradia
tione tenebre sunt: et deficit oīs intelligētia ⁊ oīs eloquē=
tia analogica ⁊ allegorica: ⁊ vltia ꝯparatio nature ab in=
telligētijs est: ⁊ quinta essentia ad primā materiā genera=
biliū cōparatur: a cuius aspectu dicim⁹ virtutē singularē
supra naturā.

Optimū consiliū p medicis.

Propterea o tu curā corporū gerens deū in
cōctis prepone: ⁊ oīa tua principia ab eo inchoēt: ⁊ ne ve=
rearis eū preponere: ⁊ te postponere: sciēs ꝙ tua scīa non
est scire: nō est finita: non est perfecta: nisi quātū ab eo pfi=
cit: time eū: ⁊ cuncta experieris secure: ⁊ sit maior cautela
capacitate tua: vt nō deuies a recto vllis precib⁹: vel pre=
tio: vel odio: vel amore. Scis nāq̄ ꝙ soli deo est notū ꝯfir
mare hoiem: ⁊ hic heu: illic veh: vehemētius tibi parātur.
nec opprimes inopes salario: nec īgeniosius nobiliū curā
impotentiū cura portabis. Ampli⁹ non dilatetur cor tuū
diffusa laude ⁊ pconizata apud mltos: ne auertat a te de⁹
gratiam suam: quoniam sua interest sanare non medici: ⁊
nature est rectificare: non medici: tui nō est nisi nature cō=
uenientia: ⁊ necessaria porrigere: nec ponas odiū in anima
tua aduersus medicos: hoc em̄ a deo separat.

Medicamē bonuz ad cor.

¶ Ugo. me=
dicamen confortās cor: ⁊ subueniēs sincopi. ℞. macis: car
damomi: cubebarū anisi añ. ʒ. ij. ambre margaritarum añ.
ʒ. iiij. cāphore tr. j. zinzibe. ʒ. ij. galange: spodij: cappa. añ.
ʒ. iij. masticis. ℥. ß. musci. ʒ. j. zuccari lib. j. ß. dosis a. ʒ. j. vsq̄
ad. ij.

Trocis. optimi ad passiones cordis.

¶ Confectio trocis. expertorū iuuamentoꝝ qui pas
siones cordis pati consueuerunt: educit em̄ materiaz alie=
nā in corde: ⁊ sanat ab huiusmodi lāguoribus si deo pla=
cet: ⁊ facit egritudinib⁹ sine materia: et cū materia: et respi
cit matricem malitiosam: et stomachū corruptū. ℞. florū
rosmarini: peonie: betonice: aristologie lōge ⁊ rotūde: di=
ctami: lilifagi: euphragie añ. ʒ. ß. baccarū lauri piperis al=
bi et longi: cardamomi: galāge: macis: zinzibe. sandaloꝝ
spodij: papaueris albi: portulace: ros. acori: coralloꝝ ana.
ʒ. ij. opij thebaici: myrrhe: croci añ. ʒ. j. limature auri. ʒ. j.
musci tr. j. balsami: succi granatorū mellis añ. ʒ. iiij. māne
diagridij: masticis: ita ꝙ hoꝝ triū fiat vnū corp⁹ añ. ʒ. iij.
agarici feminini. ℥. ß. salis gēme. ʒ. j. cōfice cū aceto squil=
litico quilibz vni⁹. ʒ. Dosis a. ʒ. j. vsq̄ ad. iij. cum aqua sal=
uie cōtra malas dispositiones matricis cū aqua balsami=
te arthemisie ⁊ modico mādragore.

Electuariuz nobile ad cor.

¶ Electuariū nobile
p magnatib⁹: ⁊ assumit omni tēpore ⁊ omni hora: et facit
ad confortationē toti⁹ nature: ⁊ respicit omnia mēbra lan
guida stomachū cōfortat multum ⁊ prebet audaciā timi=
dis ⁊ pseruat a sincopi si deo placet. ℞. spodij semis rute:
capparoꝝ. lacce corallorū: galan. macis. gario. cubebarū.
anisi: masticis: euphragie. añ. ʒ. ij. musci. ʒ. ß. pineaꝝ mūda
tarū: amigdalarū dulcium: seminum communiū mūdato
rū. añ. ʒ. iij. margaritarū: ambre: saphari: hiacinthi ana. ʒ.
iiij. balsami. ʒ. j. mellis. ℥. j. papaueris albi. ʒ. ij. sandalorū:
seminis endiuie añ. ʒ. iij. ꝯfice cū aq̄ ros. succo granatoꝝ ⁊
zuccari duri partes eorū miscendo equales: buliāt ebulli
tione debita: ⁊ fiat ꝯfectio electuarij ſm ꝙ notū est ī arte.

¶ Sermo de vnctionibus.

Incipiamus



Incipiamus protelare sermones de vnctiōib⁹ subueniētib⁹ pulsui d̄bilitātē tremore ⁊ sincopi si deo placet. Sed scire opz q̄ vltimitas sincopis est extinctio caloris ⁊ mors: hec accidētia cōparanē inter se nō aliter nisi vt debile et forte: cū aūt fortia sunt vt imprimāt vehemēti⁹: ⁊ vincāt vltimata victoria supra naturā: ita vt abscidaē v̄t⁹ ⁊ cor vite ita vt extinguatur spirit⁹ in minera sunt causa morti ꝯsuccurrere priusq̄ ip̄mant: ⁊ vincāt victoria vltimata. Aliqñ em̄ vt vidistis q̄ robusti ⁊ sine lāguore videnē: accidit cas⁹ virtutū ⁊ subito moriunē: ⁊ ignoratis cāz: fuit hoc soli deo notū: ⁊ nature ꝓprie: qm̄ nulla apparuit causa cognita medico: his aūt subuenire nō est medici nec medicinarū posse: sꝫ gloriosissimi ⁊ excelsi est omniū lāguoꝝ sanare passiones. ¶ Sermōes inunctiōis spine credo antiquos ⁊ peritos philosophoꝝ traditionē ⁊ memoriā: ⁊ laudē tāti bn̄ficij nature occultasse cū ei⁹ vestigiū in eorū tractatibus sit abscissuz: ⁊ ē de elegātiorib⁹ iuuamētis ꝯseruās subiectuz vite. Et sciuisti q̄ p̄ncipiū ossiū ⁊ neruoꝝ est nucha: ⁊ gn̄aē a cerebro ⁊ spina est platea publica arteriaꝝ neruoꝝ spirituū ⁊ virtutū: ⁊ lectus spiritualiū mēbroꝝ ⁊ cōtinet medullā vere hūiditatis: sic em̄ aggregabis multas bonas intētiones: ꝯfortabis em̄ substātiā velatiuā ⁊ substātiā spūalē ⁊ neruos: ⁊ ossa vniuersa subueniēs paralysi: ⁊ oīb⁹ neruorum egritudinib⁹: saltui cordis ⁊ tremori laxitudini subuenit manifeste: ⁊ est medicamē omnium medicamentoꝝ in celeri cordis cōfortatione. ¶ Modus confectiōis est. ℞. myrrhe electe: aloes epatici. spice nardi: sāguinis dra. thuris: mumie: oppo. bdellij: carpo. armo. sarco. croci: masticis gūmi arabici: gūmi storacis liquide añ. ℥. ij. laudani electi succi castorei. ℥. ij. ß. musci. ℥. ß. terebēthine ad podus oīum misce oīa hec: ⁊ puluerīza puluerīzāda cū terebēthīa: ⁊ pōne hoc totū in alembico: ⁊ ingeniose distilla: ē em̄ ars sicut de aq̄ ro. liq̄rē aūt ꝑ distillationē sublimatū suscipe in vase vitreo forti: vicinaē em̄ balsamo: ⁊ f̄m hāc viā subtilissimi sophistaꝝ adulterāt balsamū: sed est mod⁹ nobilissim⁹ modorū. Et si vnguāē eo corpa cadaueꝝ nō patiūē putrefactionē i eis: ⁊ cū volueris ꝯfortare corpa extenuata tēperabis eū cū aq̄ ro. vngendo ex eo super basis mansionib⁹: ⁊ a nucha vsq̄ ad renes. Et si ex eo añ horā paroxismoꝝ modicū tepefacto vngatur spina relinquēdo sup ea vestigiū ei⁹ cū pecia repelles rigores erraticaꝝ febriū: ⁊ q̄rūlibet simpliciū febriū. ¶ Sꝫ quartanis ⁊ erraticis subuenit a pricipio totū ꝑiodū in sincopi q̄si vltimata puncta spina: vt ei⁹ organū voce loquaē sub lingua infirmi ex eo paꝝ appones postea i aurib⁹ ⁊ narib⁹ si necessitas viget. Et da ex eo apō necessitatē: puta apō suffocationē matricis morbū caducū ⁊ plurimas passiōes basis pōd⁹ ℈. j. cū vio odorifero ē res ꝯfortās animā ⁊ naturā: ⁊ subuenit ad oīa q̄ opz: ⁊ proprie assumptū melācholicis. Et q̄ tristanē in aīa: ⁊ sunt lāguide v̄tutes ⁊ mēbra: ac si essent ꝯtusi: ⁊ debilitati bello ethicis tempera cuz oleo rosato aut masticino: ⁊ vnge spinaz eoꝝ apud balneū: ⁊ sine balneo. ¶ Modus cōfectiōis vnguēti: quo si vngaē spina repellit febres phlegmaticas vel melancholicas ⁊ ꝯfert paralysi ⁊ neruorū egritudinibus. ℞. succi artemisie succi galitie añ. ℥. iiij. baccarū lauri. ℥. ß. masticis. ℥. j. olibani. ℥. ij. camphore tr. j. olei camomillini: olei rosa. añ. ℥. iiij. cere. ℥. iij. fiat mixtio cōpetens. ¶ Unctio tēpata restauratiua ꝯueniens extenuatis vt ethicis phthysicis ⁊ q̄ ex penuria humoꝝ in cardiacā incidūt. ℞. olei camomilli. ⁊ ro. ⁊ terebēthīe: adipis porcini ⁊ arietini añ. ℥. iiij. olibani: masti. cere añ. ℥. ij. mucillaginis ordei: mucillaginis psilij añ. ℥. j. medulle bouine. ℥. iiij. olei scorpiōis q̄ inuenitur apud parietes: ⁊ in cauernis lignoꝝ vetustoꝝ li. ß. cāphore. ℥. ij. musci. tr. ij. ⁊ vnge ex eo totū corp⁹ ethici apō balneū temperato cum duplo ipsi⁹ vnguenti oleo violato ⁊ ex hoc consequeris duo vtilia. Primum est cōfortare mēbra lāguida. Secūdū humiditates aqueas retinebit diutius apud mēbra inflāmata: sic em̄ extraneū est extīguere inflāmationē ⁊ naturalē restaurare. Et scire opz q̄ administrare balnea apō passiōes basis mūdificato corpore balnea dicimus tēperata dulcia ꝓpe apō lāguores matricis nisi forte materia alia exigat balnea: ⁊ tūc f̄m necessitātē ⁊ morbi exigentiā ea elige: ⁊ ꝯplexiōis malitia est res de intentiōe hui⁹ cure. Et vngere spinā bene abstersaz post exitum balnei vehementius ꝯfortat: ⁊ balneū apud infirmos debiles nō laudaē: sepe em̄ ꝓpter sui affabilitatē associat sibi vnū ꝯtrariorū: aut naturā: aut morbū: et nō purgatis corporib⁹ balnea ꝓhiberenē: nisi velles eorū materiā quā querimus expellere crudā facere obedientē: ⁊ tūc cuz cautela ꝯsumendū est: ⁊ nō apud humorē: sed apud hunc humorez amplius scire oportet: q̄ nō est intelligere post purgationē corporis balneare post opus pharmaci prima die vel secunda: qm̄ hoc sicut te scire fecim⁹ nō est secūdū legē. ¶ Medicamē forte repellēs inueteratas ⁊ chronicas egritudines: ⁊ materias diuersorū morborum cuz diuturnitate habituatas in mēbris: quaꝝ incolatu deuenitur ad predictas passiones attrahit a remotis: subuenit vniuersis egritudinibus neruoꝝ: sanat epilepticos si deo placet: et cū ꝑulsiōe videto cui des. ℞. coloquintide electe: laudani: aga. turb. hermod. añ. ℨ. iiij. diagridij cocti: masticz añ. ℥. vj. zinzi. ℨ. ij. reubar. ℥. j. spice nardi. ℨ. j. armo. asefetide sarcocol. oppo. eufor. añ. ℨ. ij. mezereō. ℨ. ij. māne tereniabin añ. ℥. j. macis: musci: spodij: galāge: gariofiloꝝ ana. ℨ. j. cōfice cū sq̄llitico. Dosis a. ℨ. j. vsq̄ ad. iij. ¶ Pilule fideles ꝯtra multas passiones corpis proprie mēbroꝝ principalium: ⁊ aliorū nutritionis: et earū vsus continuus preseruat a sincopi et tremore: recipiūtur omni tpe quādo itur dormitū: et preseruant a multis periculis futuris: ⁊ viuere hominē incolumē faciunt. ℞. masticis myrrhe electe ana. ℨ. ij. sanguinis draconis. ℨ. j. musci. ℨ. ß. aloes boni. ℥. j. confice cum succo rute: dosis sit vsq̄ ad. vij. Et si volueris ex eis laxare: adde agarici feminini: diagridij recentis añ. ℨ. j.

Suppositum.

Balsam⁹ artificialis.

Utilitates p̄ntis balsami.

Cōtra rigores.

Cōtra epilepsiam.

Unguētuz tpatū vtile phthisicis et extenuatis.

Medicamē nobile

Pilule ad m̄ltas passiones vtiles.

¶ De sincopi.



Sincopis est casus virtutis subito factus. Et fit f̄m vnū duorū modorū: aut f̄m actum vltimatū et tunc est mors: aut quantū ad habitum: et quādo destruūtur virtutes in mēbris: et nihil remansit de illis: tunc est mors illius mēbri: ⁊ si fuerit in toto corpore est mors totius indiuidui. Sed pretermissis omnib⁹ defectionibus que sunt mortales de illa que mortalis nō est sermonem afferamus. Defectionū enim quedam est casus virtutis releuabilis: et bonum est hic edocere: vt innotescat hec ⁊ illa. Quare ⁊ qualiter virtus subito cadat: sit q̄ illud f̄m vnum trium aut quatuor modorū. Aut ꝓpter multitudinē māe diffuse in vijs spirit⁹ generātis ꝓhibitā respirationē ipsius delationis ad membra propter oppilationē ventriculorū virtutū animaliū ⁊ spiritualiū a diffusa materia fctā: ⁊ talis sincopis est idez cum apoplexia sicut dixit Gal. deficit motus omnium membroꝝ: quia vie spiritus ⁊ virtutū motiuarum clause sunt ⁊ occupate multitudine materie: q̄re aliud capere nō possunt occupatiōe ꝑmanente: ⁊ scire oportet q̄ subito ⁊ immediate accidit casus virtutū generaliter ꝓpter ꝓhibitionē motus spirit⁹ ad mēbra vniuersa: ⁊ tūc fit virtutū cōgregatio ad radicē ⁊ extrema relinquuntur expoliata calore: propterea frigus in extremis ⁊ estuatio nature sensitiue magna apparet: ꝓhibitionis autē spiritus ad suum motū vn⁹ trium modorūz est causa quoꝝ scientiaz iam incepim⁹: ⁊ primū modoꝝ posuimus. ¶ Secūda est ꝯculcatio spirit⁹ circa cor: ⁊ contingit ꝓprie in timore: tūc em̄ spiritus extrema non regit propterea q̄ꝺ priuat⁹ ⁊ ꝯculcat⁹ est in corde: ⁊ hoc magis mulierib⁹ ⁊ natura ꝓprie frigidis ab inato ⁊ terribilib⁹ ⁊ nō cōsuetis terrorib⁹ accidit. ¶ Tertia ꝓhibita respiratio ꝓpter actionis spūs ad suos motus cōsuetos ꝓpter defectionē quātitatis suipsi⁹: sicut vidisti i fluxu sanguinis imoderato: ⁊ accidit illō apō flebotomatos qñ exuberat flux⁹ p̄ter modū: sanguinis flux⁹ vndecūq̄ exuberat anime grauat officia ⁊ spiritus extinguit ardore simul cum eo labiē spirit⁹: q2 māsio spirituū in sanguine circūscribitur. Ampli⁹ scire opz q̄ nō solum sanguinis emanatio immo q̄libet illicita euacuationū hoc operaē etiā vltima ieiunia spiritū attenuant. Et scire oportet q̄ in vltima euacuatione spirituū ita q̄ ps relicta nō sufficit ad regēdū substētationē corpis f̄m quam artē null⁹ audeat mediocrium euacuationis vltimare. Tolerabili⁹ erit iterare ⁊ iterare q̄̄ vltra debitum modū in euacuationibus in preiudiciū nature effrenitare tunc ⁊ sincopis irreleuabilis: quando aūt tātū remāsit de latoris partis q̄ꝺ sufficit ad regimē corporis q̄̄ damnosum est sincopis releuabilis. Simile est i opposito mō: quādo em̄ delatores priuantur ad suos motus: q2 omniū semitarū ⁊ viaꝝ vestigia sunt priuata: ⁊ facta ē tāta oppilatio

Quid sit sincopis.

Cas⁹ v̄tutis fit scōꝫ vnum triū modorum. Prim⁹ modus.

Secūdus modus.

Terti⁹ modus.

ventriculoꝝ ⁊ fontium cerebri vſq; ad ſubſtantiā ſpūalez
diffuſi ſunt humores:⁊ mortuꝰ eſt ſenſus fere ⁊ motus:tūc
oīno eſt irreleuabilis:ī medio modoꝝ eſt ſemꝑ quaſi rele-
uabilis. Ampliꝰ ſcire opꝫ ꝙ multis alijs modis ſincopis
Alij modi qbꝰ ſincopis fieri poteſt. accidit:quoꝝ q̄dā ſunt ignoti:ſicut te ſcire fecimꝰ:rapitur
enim multotiēs a partibus pulmonis materia ꝑipneumo
nica ſubito ad baſim : ⁊ cōtinuo interficit talis ſincopis.
Similr̄ ⁊ ab alijs partibus propinquis:⁊ poſſibile eſt ꝙ
ꝑ occultos ductꝰ diſtillet aliquid fraudulēti humoris a ce
rebro ad baſiꝫ:⁊ fiat ſincopis ꝑnitioſa ſi percutiat ſubſtā-
tiam ſpūalē:aut tremor qui tranſit ꝑ partes ꝓpinq̄ſſimas
baſi:⁊ non eſt ꝑnitioſa:⁊ accidit potiſſime dānoſiſſima ſin
copis ei qui ducitur ad ſumptum mortiferi in cibis ⁊ po-
tibus:⁊ credo ſuccurri potuit. ¶ Qn̄ aūt tn̄ imprimitur
⁊ vltimata vincit victoria ꝙ nulla valēt ſuffragia:congre
gant̄ ſepe hmōi accidētia mulierib' per reſudationē hu-
moꝝ a matrice aduerſus ſpiritualia habētiū ſemitā ⁊ ani
males virtutes:⁊ huiꝰ intentionis curaꝫ ſcire te fecimus
⁊ ſignabimus ſi deo placet:cū de iuuamētis paſſionū ma-
tricis legemꝰ. Amplius ſcire oportet ꝙ nō minus fixa ma
litia ſtomachi q̄ꝫ matricis malitia hoc contingere pōt:⁊ te
opꝫ has ſingulas vias ⁊ veſtigia ſinguloꝝ modoꝝ bene
ſentire:aliter enim ⁊ alr̄ medicari oportet ſuper hoc:vel
huiuſmodi accidētibus timoroſis ſine omni dilatiōe ſuc-
currendū eſt:et oē genus cure illico adminiſtranduꝫ. Di-
latio eñ ducit ad mortē nullā enim recipiunt tarditateꝫ.
Curā huius paſſionis iam ſignauimꝰ in vniuerſali cano
ne paſſionū:⁊ eſt ſimilima curis paſſionū mēbroꝝ creātiū
hāc paſſionē:maxime quātū ad radicem protēderet̄ ſuper
hoc ſermo tedioſus ſi vellemus res aſſumere ſingulorum
modoꝝ cure ad mitigationeꝫ:quoꝝ in noſtra ſumma deo
duce de paſſione omniū mēbroꝝ ⁊ iuuamētis eoruꝫ ꝓte-
labimus. Reſtat igit̄ confortare baſim: conſequenter ſci-
re mēbrū mandans ⁊ repellere eius reſiduum ipſumq; cō
fortare ⁊ rectificare:⁊ procedere in hmōi terroribꝰ ſm do-
critrinā practice limitate:⁊ tibi in ſermone probabo d̾ paſ
ſionibus baſis Dei grā. In cardiaca ex melancholia dare
aquā lactis in q̄ reſoluti ſint myrobalani ⁊ epithimum eſt
medicamē valde dilectū i mania ⁊ oī morbo melācholico.

¶ De tumoribus mamillarum.

TUmor mamillaꝝ fit ſm plurimū ex lacte corru-
pto in eis:⁊ tūc iube apponi mollificātia ⁊ re-
ſoluētia:vt fiat reſolutio ꝓhibite reſolutiōis fa
cte ⁊ māda ſi exuberet lac appōi catulos ꝑuos
ad ſugēdū. Utere exteriꝰ euaporatiuis itrīſecꝰ oppoſitis
Cataplaſma vtile ad tumorē mamillaꝝ. Cataplaſma vtile reſoluēs tumorē mamillaꝝ a corruptio
ne lactis. ℞. farie ſeis lini:farie lentiū tēpera cū oleo roſa-
to ⁊ croco. ¶ Aliud In ain. ℞. marrubij: ebuloꝝ:folioꝝ
papaueris albi:abſinthij:rute:cuſcute ⁊ tepida appone.
Aliud ad idem. ¶ Diaſcorides. ℞. olibani ſe. abſinthij. maſticis farie len
tiū an̄. ʒ. iij. cere. ʒ. iiij. olei roſ. ʒ. vj. fac vnguentum ⁊ vnge.
¶ Aliud. oua cū oleo roſ. mitigāt dolorē:⁊ ſedāt tumoreꝫ.
Si aūt tumor mamillarū ex inflāmatiōe ſanguis aut cho
Unguētū ad idem. lere fuerit:tūc ē occupari circa refrigeratione corporis ⁊
aperire ſaphenas eſt precipuum ⁊ magnificum in diſpoſi
Aliud ad idem. tione hac eſt diſtrahere materiam:⁊ ſi forte accidebat vi-
tio matricis eſt cura prima linimentum refrigerans ardo
rem mamillarū:extinguens acumen:⁊ delet tumorem. ℞.
ſucci ſempuiue:ſucci ſolatri:albuminis ouorum:⁊ olei ro-
ſati an̄. pondus vnū:nunc frigidum:nunc tepidū appōe.
¶ Aliud contra humores calidos:line prius locū tumētē
Aliud ad idem. cū albumine ouoꝝ ⁊ oleo roſaceo partes eoruꝫ miſcendo
equales:poſtea ſuperaſperge puluerem nitri ſubtiliſſimū
⁊ iterum ſuperpone tota ſubmerſa in eodē liquore. Am-
plius ſcire opꝫ ꝙ poſt ſaphenā oportet aperire baſilicam
puta ſi acumen humoꝝ ſit valde ſuperbum in quāto ⁊ q̄li:
cōuertimꝰ tūc regimen in tali occupatiōe ad ea q̄ ſunt po
ſita iuxta latus frigiditatis ⁊ hūiditatis: ⁊ purgamus hu
morē ſuſpectū medicina temperata reſpiciente hoc com-
plexione ⁊ ꝓprietate ſi neceſſitas viget purgādi:⁊ ſi deue-
niat̄ ad corruptionē ad illd̄ qd̄ eſt manuale hoc illoꝝ eſt q̄
chirurgia ſunt inſtructi:⁊ nō inficiā ſummā meā huiꝰ ve-
ſtigij qd̄ ad mechanicā ſpectat operationē. Et ſi ex frigo-
Aliud ad idem. re frigidis hūoribꝰ tumores accidūt in mamllis adhibe fa
rinā fenugreci cū ſucco apij:⁊ ebuloꝝ ꝯmixtā. ¶ Aliud. ℞.
fimi bouini recētis:⁊ caprini an̄. ʒ. ij. ſucci marrubij:ſuc-
ci ebulorum:fecis aceti ana. ʒ. j. miſce ⁊ ſuperpone calidū.
¶ Ioānitius contra viuos ardores ⁊ rubicūdos: tēperat Unguētū ꝯtra ardores.
eñ eos ⁊ occidit audaciā eorū. ℞. mucillaginis pſilij ace-
ti olei roſati:olei violati:an̄. pondꝰ. j. opij. cāphore an̄. tro.
j. fiat omnium mixtio cum farina ordei ⁊ albumine ouoꝝ.

¶ De egritudinibus membrorum nutritionis.

PRoclauimꝰ hucuſq; de egritudinibꝰ membroꝝ
aīaliū ⁊ ſpūaliū:⁊ poſuimꝰ modos curationum Dictoꝝ recapitulatio.
egritudinū q̄ poſſunt euenire ipſis mēbris ⁊ iu
uamēta mēbroꝝ cōia ⁊ ꝓpria ſꝫ ſciētiā ⁊ inuen
tionem peritoꝝ philoſophoꝝ:⁊ que vetuſtiſſi-
mi medici ſunt experimento experti liquida fecimꝰ:⁊ ſcri-
pſimus illud ſm artem noſtram ſꝫ ꝙ glorioſiſſimo ⁊ excel-
ſo meū organū placuit eructare: ab ipſo eñ mendicat oīs
ſcientia:ipe de largitate ſua medicinā ꝓduxit:⁊ medicū ve
lut nature refugiū creauit:pluat ſuper intelligētiā ros ꝟe
huius ſcientie veritatis ab illo q̄ nō improperat cum exhi
beat oībꝰ affluenter. Uolumꝰ autem nunc prime ſectionis Intentio noua.
ſummā tertiā de egritudinibꝰ mēbrorum nutritiōis pricī-
piare ⁊ ſignificare modos cure cuiuſq; egritudinis mēbro
rum ⁊ aggregare huic intētiōi res neceſſarias. Auxiliato Inuocatio.
rem igitur petamus deū a quo cuncta reſpirāt:⁊ a quo no
ſtre omnes gratie prodeūt. Repleat igitur ſpūs dei mentē
noſtrā qui ſit benedictus:vt res medicinarū aduerſus idi
gentiā incolumitate plenas ſua gratia ponere nō deficiat.

¶ De dolore ſtomachi.

DOlor in ſtōacho vehemēs indiget quādoq; blā
dimento:cura aūt blādiens eſt cura nō nota:vt
ſtupefacere apud vehementem dolorē ipſius ⁊
pulſationē:⁊ hoc raro facimꝰ:eſt eñ mēdoſum
niſi vltimata victoria dolor ꝓſternat ꝟtutē:tūc
eñ velut minꝰ malū illd̄ adminiſtramꝰ. Nos ꝟo in primis
incolumitatis largitorē inuocemꝰ:vt de ſue clemētie abū-
dantia ipſaꝫ egenti ſperantiq; annuat ſanitatē. Aſſeramꝰ
etiam ad hunc locū ex medicinis celeſti virtute dotatis:⁊
vt infirmoꝝ anxietas abbreuietur:⁊ cura eiꝰ indiget obſer
uatiōe regiminū omnino:ſicut in capitulo hemicranee de
genere vehementiū dolorum ſignificauimus:⁊ eſt huiꝰ in-
tentionis precipuum conuertere regimen ad ea q̄ lauda-
bilium chimorum ſunt alimenta:⁊ eſt hoc regimē laudabi
le in generibꝰ rerū ſex. Scd̄a res eſt ſine dilatione occupari
aduerſus accidentia q̄ ſunt vehemētia. Tertia res eſt con
fortare aduerſus accidētia ⁊ coadunare virtutē ſtomachi.
Quarta res eſt repellere materiā ledentē ad oppoſitum.
Quinta res eſt rectificare mēbrū mandās:⁊ habetur ſuꝑ
hoc magis ſuſpectū epar. Ampliꝰ ſcire oportet ꝙ fiunt lan
guores eiꝰ aliqn̄ abſq; materia a malitia cōplexiōis. ¶ Di
xit Hip. ꝙ ꝯplexionis malitia infixa ⁊ māſiua dolorē nō ef
ficit:dolor eſt rei ꝯtrarie cōtrarietatē ſentire. Quādo autē
que fuerat ꝑncipalis ⁊ maxime mēbri cōplexio rei cōtra-
rie aduentu deſolata eſt:⁊ que priꝰ fuerat extranea facta ē
acſi eſſet principalis:dolorē nec facit vehemēter:q̄d eñ in
eodē ſubiͅ inuicē obuiabit. Actio eñ nō vertitur niſi inter
ꝯtraria:deficit bellum ⁊ ligatio altero inimicorū iaꝫ mor-
tuo:⁊ huius intentiōis cura primū eſt alterare cōplexiōeꝫ
que fuerat aliena poſt illud ꝯfortare. ¶ Primā rē ꝯplēt ab
ſtinentia cibi ⁊ potus vehemētia doloris perſeuerāte ⁊ ci
bi ⁊ potus ſubtiles ſtiptici odoriferi: vt ꝯfortent ⁊ laudabi
les chimos in corpore generēt:ſed in eoꝝ electōe apd̄ qua
litatē nō loquimur neceſſario. ¶ Prius aūt ſcire opꝫ hūo
res qualitatū peccātiū ſiue phlegma:ſiue cholera materie
languoꝝ exiſtāt aut apoſtema in ſtōacho facto. Et iā ſcias
poſt ſcientiā qualitatis regimē cibi ⁊ potus exigere cōue-
niēs:⁊ nō negligas regimen ꝯfortatiuū ꝓprie cōplexiōis
ſtomachi maxime poſt ſedationē languorū eiꝰ. ¶ Scd̄am
rē ꝯplent ſedātia vehemētes dolores: ⁊ nūcupātur in hac
diſpōne dolor egritudo:qm̄ abſq; medico a ſua materia ꝓ-
dijt necnō ⁊ accidēs:cū vehemētiꝰ vltimat̄ ⁊ ꝓducit quaſi
ad veſtigiū ſincopis. ¶ Uomitꝰ aūt non eſt accidēs cui ob-
uiemus:dūmodo eiꝰ impetꝰ nō excedat debitā euacuatio-
nē:⁊ tūc eius curā ſignificabimꝰ:⁊ ſi deo placebit. Et ſcire
opꝫ ꝙ vomitꝰ electus eſt de intētione principalis oīuꝫ reꝝ
cure doloris ſtomachi:eſt eñ regio cōueniēs ⁊ apta hmōi Prima apho. xj.
euacuatiōi ꝯcauitatꝫ magne. Inq̄t Hip. materia quā eua
cuare opꝫ repellēda eſt per regionē ad quā magis declina-
re vr̄. Eſt eñ vomitus ꝯueniēs ex maxime ſedantibus do-
lorem ſtomachi:

lorem stõachi: potissime qñ retentio cibi ꝛ potus dolorem in eo causabat: ꝛ ei opponũtur in quantitate: ꝛ hui⁹ etiam occupatiõis sunt enemata. Post illud si dolor adhuc opa tiones fortiter ledat: balnea administrenť. Est enĩ caloris opus dolores sedare: dispergit enĩ grossaꝫ materiã ꝛ subtilem aliquãdo p quandam euacuationem et resudatiõis labentiã annihilat: ꝛ emplastra conuenientia: ꝛ appositio ventosarum sunt huius rei consummatiua. ¶ Tertiam rẽ complent confortantia animã stomachi ꝛ eius naturam: ꝛ sunt he res cordiales: ꝛ cibi subtiles boni chimi: ꝛ appositio alicui⁹ rei ↄseruantis in eo calorem: de quorum summa est myrrha mastix ꝑprie mixta cum oleo mytino ꝛ camomille: ꝛ cibi aggregãtes ꝛ coadunãtes stõachi ptes laxas sicut sunt cibi ꝑprie acetositatis ꝛ ex aromaticis stipticis reb⁹ ↄdianť sicut asari: mumia: segebes: et si sña. Et sit eoꝝ exhibitio pauce quãtitatis ꝓueniẽdo ad gradũ vsqꝫ ad id cuius administratiõe stomach⁹ ↄsueuit. Et ne ꝑtereas qn cadat in cibos eoꝝ ꝛ iurib⁹ mẽta ꝛ succus agreste ꝛ succus granatoꝝ ꝛ sumach ꝛ species aromaticoꝝ citonia cõdita sunt dilecta ꝛ similia. ¶ Potus autem eoꝝ vinũ odorifeꝝ subtile ꝛ lene decentis mixtionis cũ aqua solis irradiata parum radijs: cui superponuntur paꝝ aque rosate: ꝛ vitet aquam frigidam veri frigoris: depauperat enĩ in eo calorem. Calida ꝓo stõachum mollificat: ꝛ eius disgregat virtutes: ꝛ electio cibi ꝛ potus paucitas eoꝝ quies aer prepa ratus ad tẽperamentũ: somnus ꝛ gaudium delitie sunt ex rebus confortantib⁹ stomachum ꝛ totum corpus restituẽ tibus ipm sue nature: ꝛ si tñ exuberat qꝫ perducat ad ethicam stõachi: tũc est occupari nũc circa administrationẽ rerum humectantiũ: nunc restaurantium corp⁹: nũc tẽperatiuꝫ virtutes ex his que dixim⁹ ꝛ dicemus: si deo placebit. ¶ Quartã rẽ ↄplent repellẽtia materiã q̃ est mater egritudinũ stomachi: ꝛ acqritur hoꝝ sciẽtia aut si est phlegma aut si est cholera aut grossa vẽtositas. Et nos nõ possum⁹ medicamina intentionis necessarie ↄtra stomachi lãguores diffinitiue significare ꝑter q̃dã quoꝝ op⁹ nõ est a ↄplexione neqꝫ substãtia ꝑprie: sed opponiť egritudinib⁹ a substãtia intelligibili: ꝛ alia quoꝝ ĩterest hoc mẽbrũ respicere magis qꝫ illð. Et hoc scire videť versari circa speciẽ: ꝛ vos scitis qm sciẽtia medicine circa hũc hoiem ꝛ nõ hoieꝫ versatur. ¶ Medicamẽ qð hũc morbũ destruit alteri morbo cui similis videť vires addit. Sunt enĩ diuerse hoim ↄplexiones ꝛ opatiõi subiecte. Quis enĩ medicoꝝ oĩa q̃ requĩrť ad verã curã aspectũ naturã tẽpoꝝ diuersitatẽ regionum cãm morbi complexioni ꝑpriã: quã ↄseruare ꝛ nõ alterare medicũ opꝫ: etatẽ que de vinculo ↄplexionis est ↄsuetudinẽ que natura iductu tpis lõgissimo efficit inuestigabit sine pte diuine clementie. Roga igit deũ largitorẽ sanitatis vt ipe annuat iter medicamina tibi eligere fideliora: ꝛ ꝑprie ↄtra egritudinẽ cui⁹ curã suscepisti: ꝛ ipleat aiaꝫ tuã q̃ vniuersa hui⁹ sciẽtie volumina relegisti. Medicine aũt stõachũ respicientes sunt ꝑprie q̃ materias q̃b⁹ obuiant a stõacho: ꝛ intestinis educũt: materieqꝫ que habitãt in stõacho ꝛ intestinis omniũ euacuãdaꝝ facilior ẽ eductio: de q̃rum summa sunt myrobalani: aloe lotum: ꝛ agaric⁹ ꝛ alia quoruꝫ memoriam in hoc sermone: si deo placet dicemus. ¶ Quintam rẽ complent corrigentia ꝛ rectificantia epar splenem ꝛ matricem: habent enĩ quendam concursum ad stõachum. ¶ Dixit hippo. vidisse quẽdaꝫ cuius phisonomia testificabatur illũ esse phlegmaticũ vomẽtẽ sepe cholerã: q2 semita a stomacho ad epar signata nõ erat angusta: imo ampla ꝛ spaciosa: ꝛ respiciẽtia hec mẽbra scire te fecimus in capitulis eoꝝ de quorũ collegio est reubarbaꝝ lacca: spodiũ: spica: eupatoriũ: casia lignea: tamaridi: myrobalani: cappa: ꝛ similia. ¶ hippo. medicina respiciẽs stõachum ↄfortans totam eius virtutẽ ꝛ fugat dolores factos i eo: ꝛ digestionẽ accelerat. ℞. galãge masticis ligni aloes cinamomi se. myrti añ. ʒ. iij. eufragie: anisi añ. ℥. ß. ȝinȝi. ʒ. j. corticum fisticorum exteriorũ olibani: rosaruꝫ ana. ʒ. ij. spice. ʒ. j. ß. salis gemme. ʒ. iij. ȝuccari administrati cũ aqua rosarum li. ij. dosis a. ʒ. j. vsqꝫ ad. ij. ꝛ ante cibũ ꝛ post sumiť. hippo. medicamen ↄtra frigidos ꝛ viscosos humores et grossos sepultos: ꝛ est ↄueniens senibus ꝑprie in hyeme in villis stõachi. Recipe baccarum lauri: nisi añ. ℥. j. piretri vltramarini ȝiȝibe. galange añ. ʒ. iij. masti. myrrhe añ. ʒ. ij. mellis li. j. aceti. ℥. j. Dosis a. ʒ. j. vsqꝫ ad. iij. ꝛ est fortis

Quare bal nea sedãt vitios dolores.

Documentum.

Medicamẽtũ stõachũ cõfortans.

die mane ꝛ sero sumat vnā q̄ sit quātitatis oui vni⁹. Sor-
bitio facta ex succo fesare cū frumēto ꝺcocto ꝛ melle facit
exuberare lac ꝺm inuentionē nostrā. ❡ Medicamē valde
bonū faciens exuberare lac. ℞. seminis aneti. ℥. iij. semis
mādragore semis porri añ. ʒ. j. seminis fenugreci ꝛ seminis (Mixtura.)
esule añ. ʒ. ij. Totū cuꝫ succo feniculi: ꝛ melle ꝛ butyro mi-
sceant ꝛ in potu sumant. Estimo valere ꝟbi cā diminutio (Cōfectio.)
nis sit ex peccato sanguinis i q̄nto ꝛ q̄litate frigida. ❡ Itē
alia ꝯfectio impinguatiua nostra faciēs lac ꝛ sperma exu-
berare. ℞. mugracij nucis neridē ꝛ been ꝛ doronigi ꝛ dia-
ganti semis papaueris charabe. añ. ʒ. iij. tere ꝛ puluerisa:
ꝛ frige cū butyro frixiōe leui cū duab⁹ eminis p̄uis sauich
tritici ꝛ mina vna zuccari mēsura ꝛ mina vna parua de ca
sumat oi die. ʒ. xx. ꝛ decoquat cū duabus lib. lactis: ꝛ ꝓijce
desup de butyro quātū necesse est ꝛ sorbeatur: qm̄ bonū ꝛ (Puluis.)
rōnabile est: ꝛ est exptū in complenda tua intētiōe si confi
dis in deo. ❡ Suffuf ad ipinguādū faciēs exuberare lac ꝛ
sperma. ℞. ciceris infusi i lacte vaccino: aut ouis exiccati.
ʒ. l. risi quod ablutū est multotiens ꝛ exiccatū. ʒ. xx. tritici ꝛ
ordei tritoꝝ ꝛ excorticatorū añ. xxx. amigdalarū dulciū ex
corticatarū. ʒ. j. papaueris. ʒ. ij. panis de sisamo triti ꝛ exic-
cati. ʒ. xl. zuccari tabar. li. j. terātur: ꝛ detur oi die ad sorben
dū. ʒ. xxx. postq̄ decoquit cū lacte aut aq̄ furfuris vel am
di: ꝛ proijciat in ea quādo decoquitur. ʒ. j. cimini. ❡ Ele- (Electua-
ctuariū qđ auget sperma ꝛ lac. ℞. seminis lurie. i. arbor- (rium.)
que ꝺr liburnus: semīs naponū ceparum radicis spara-
gi secacul pinearū mūdatarū festucarum amigdalaꝝ dulciū
auellanaꝝ zinzi. piperis albi. añ. partes equales. Terātur
cōficiat cū melle ꝛ butyro: ꝛ cū lacte nouiter mulso sumat
oi die q̄ntitas. ʒ. iij. Abo. dicit agn⁹ castus est de eis mul
tiplicāt lac: ꝛ minuūt sperma a proprietate. Idez. ꝯfectio (Cōfectio
medicaminis mltiplicātis lac. ℞. semīs napi esule apha- (Auic.)
ni porri cepe feniculi farine ciceris añ partes equales. Su
mat ex eis puluis mane ꝛ sero: comedatur post ipsuꝫ cicer
infusum in lacte: ꝛ superbibat lac ipsum. Nocumētū dimi
nutiōis lactis qđ ifanti puenit est diminutio alimēti. Cu
ius augmētū duplr̄ sibi necessariū existit: colligit ꝛ emen
dat aut per inuentionē alteri⁹ nutricis sufficiētis que eli-
gēda est ꝯditōibus debitis quas sciuisti. Qđ si inueniri
nō possit: aīal magis silē hoi loco ei⁹ inueniat: ex q̇b⁹ esset
sus: cui⁹ sanguis est sanguini hoīs magis ꝓportionalis: ꝛ
caro magis similis ꝺm Gal. sed qꝛ inde ... lis est ꝛ īmunda
abijciatur. Eligat ergo q̄ mitis est ꝛ munda: docilis: ꝛ sua-
uis. s. capra cui⁹ lac est mediocris cōsistentie: ꝛ nutriat bo-
nis pascuis: ꝛ lactet ex ea: q̄ si ipa nō possit haberi: habeat
lac ei⁹ ꝛ eo imisso in ore suauiter nutriatur. Item admini-
strabis ei sorbiculis ex vitellis ouorū mica pāis ꝛ iure car
niū lacte amig. amido: ꝛ pulmētis ex faria tritici vl̄ simila
bn̄ ablui vel fabaꝝ vel cicerū: aut ex carnib⁹ bene tritis ci
betur. Et potest vino bene limpido i quo mica panis re-
sederit. His

sederit. His enim ad etatem dentiū plantatiuā in qua du ramandere potest conuenienter perduces cū auxilio eius cui⁹ dispositione omnia vegetantur: ꝛ vermis interclus⁹ in lapide recipit nutrimentum.

¶ Capitulum secundum de exuberatione lactis et eius caseatione et corruptione.



Exuberationis lactis nocumētū matri proueniens est multiplex. s. caseatio seu coagulatio lactis ī mamillis: apostematio ꝛ vlceratio caseationis seu coagulationis lactis ī mamillis duplex ē causa materialis. s. ꝛ efficiēs. Materialis est lactis exuberatio in eis. Efficiens autem est caliditas mamillaꝝ siccitate coagulans ꝛ condēsans: aut frigiditas spissitudine cōgelās ꝓpꝛie ſm sententiā Abo. Primam causam cōcomitātur inflāmatio caliditatis mamillaꝝ: ꝛ plurimū febris grauitas ꝛ dolor capitis cū turbatione mētis: qn̄ corrūpit. Inquit Hip. mulierib⁹ qb⁹ ad mamillas sāguis ꝯuertit maniā significat grossities seu tumor: ꝛ grauedo mamillaꝝ: ꝛ partiū circūstantiū: quā dispositionē vocant mulieres cōiter pilū descēdisse ad mamillas: qḋ declarat exitus eis apparētis ad sensuꝫ q̄ sanatiōis ē cā: qḋ nō impossibile vr̄ cū dicat Arist. in de gn̄atione aīaliū: q̄ i sanguine pil⁹ est: vel res sicut pilus: q̄ ablato sanguis non ꝯgelat: sicut testant̄ coci. Scḋam cām ꝯcomitat grauedo frigiditas mamillarū: ꝛ partiū circunstantiū cū pigritia: ꝛ lassitudine. Cura hui⁹ egritudinis est due res. prima respicit cām: scḋa effectum. prima est duplex: vna respicit cām materialē: alia efficientē. ¶ Prima est ꝓhibere lactis exuberantiā: cui⁹ curā supius compreheǹdere habuisti. Exēpli grā fit cū diminuētib⁹ sanguinē ꝛ deriuātib⁹ a mamillis vt est flebotomia saphene p̄mo: ꝛ ventosatio crurum ꝛ flebotomia basilice scḋo: ꝛ cū diminutiōe cibi in qualitate: ꝛ quātitate: ꝛ nature frigide: ꝛ sicce: vt sunt miliū panicū lētes: ꝛ caules: ꝛ herbe cū aceto vel acetosis decocte: et semē canabis: ꝛ breuiter cū ꝯuersiōe oīs regiminis ad frigiditatem ꝛ siccitatē: ꝛ cū exterius applicatis repellētibus sāguinē a mamillis nō tñ excedētibus: q̄ frigiditate ꝛ stipticitate multa: ne repellāt ad cor qḋ ꝓpinquū est. Quapropter ī eis debēt eē remissa vl' tēperate caliditatis: vl' mixta Apocrustica em̄ pectori approximari prohibuit Gal. lꝫ in egritudinali dispositiōe loquat̄: ꝛ ex illis ē epithimatio ꝓtiū pectoris circūstātiū mamillis cum oleo ro. ꝯquassato cū aceto sandalo spodio coriādro vel myrrha. Emplastratio cū plāta cicute ꝯtrita cū suo semine ꝓhibet lactis exuberātiā et mamillarū augmētū. Que ꝟo respicit cām efficiētē: et effectū q̄ est inspissatio coagulatio lactis in mamillis: vt dissoluat̄ ꝛ educat̄ ab eis ꝯueniūt: simul em̄ alterantia cām efficiētē lac inspissatū dissoluūt ꝛ educūt. ¶ Inquit em̄ Aboali. Que coagulātur a calido dissoluūtur a frigido: ꝛ que ꝯgelant̄ a frigido dissoluūt̄ a calido. Si ergo inspexeris caseationē a calido ministrabis p̄mo sup mamillas oxirodinū simplex vel mixtū cū succo solatri vel aqua coriandri in modū epithimatis: deinde lēticulas in aceto decoctas emplastrabis. Et res manifesti iuuamēti quam multotiēs sum expertus est emplastrare mamillas cū portulacis cōtritis sicut accipiūtur ꝛ multotiēs innouare: ꝓhibet em̄ caseationē et putrefactioneꝫ, que timet̄ ex ea. Si ꝟo a frigido epithimabis mamillas primo cum aqua calida decoctionis mellilotí: qm̄ liquefacit ipsum: vel cū vino qḋ coagulata dissoluit interius ꝛ exterius approxima tum. Deinde cuꝫ suctione facta ore mulieris infantis seu catuli vel vētosa: seu expressione vel resolutione: vt dissolu ꝟū lac educat̄. Et ex eis q̄ ad hec expta sunt est oleū oliuarum epithimatū: ita q̄ nō tangat papillā: facit em̄ egredi totum lac qḋ descēdit in mamillas: ꝛ nō facit amplius descendere ſm Aristo. Et ex eis q̄ resoluūt ipsum lac est epithimatio cum succo mēte ꝛ aceto: ꝛ salis gēme addatur. ʒ. j. Et ex eis expertis est epithima: et emplastruꝫ cum succo apij: et mica panis cimino nabati: qm̄ dissoluit omnē tumorē mamillarū. Et ex eis que prohibēt saniositatē et putredinē lactis est assiduatio embrocationis cum aqua decoctionis rerū habentiū temperatā caliditatē et cōfortātiū calorē naturalē in eis: vt feniculi aneti camomille balsamite fenugreci. Et si expedit abrotani castorei salis myrrhe aloes accipe ptes equales ꝯtere: ꝛ ꝯfice cū oleo ꝛ melle: ꝓhibet em̄ putredinē: ꝛ resoluūt caseationē. Et ex oleis est oleum de lilio narcisci: ꝛ de costo inūctum. Itē emplastrum de menta prohibet caseationem. ¶ Linimentū aperiens oppilationē venaꝝ mamillaꝝ ex lactis coagulatiōe in mamillis. ℞. lumbricos terrestres: cōtere: ꝛ line cū oleo de lilio. Item aliud. ℞. myrrhe quantū vis ꝛ tere: ꝛ dissolue in aqua calamētí: aut farine ciceris folioꝝ lauri: apij cimini nabati et aqua virge pastoris ꝛ epithima. Coagulū et ꝓpꝛie leporis sumptū cū vino lac coagulatū dissoluit et liquefacit. Sal ꝛ mel intus ꝛ extra approximata ꝓhibent: et dissoluūt coagulationē lactis vbiqꝫ. ¶ Sed dices. Fili quid est coagulū? et nūqḋ oīa aīalia coagulū hābēt? ꝛ nunquid coagulū stipticū sit? ꝛ quare ꝯtraria agit? Ad primuꝫ dico autoritate Elabin abo. in suo libro q̄ coagulū est arabice appellatū amphaha: ꝛ est superior vēter aīaliū quoꝝ lactātium. Et est substātia alba inuēta in ipso vētre q̄ coagulat̄ lac: ꝛ notū est. Et ſm Papiā dicitur a cogo cogis co q̄ cogit lac coagulari. Et ſm Arist. coagulū est substātia in qua est calor spūalis adiuuās: ꝛ cōfortās lac. Lac enim est vna de rebus maxime alterabilibus sicut ponit Gal. ꝛ ꝓpter heterogeneitatē substātie sue: ꝛ sui caloris paucitatē. ¶ Unde ponit Gal. q̄ opꝫ aut in p̄mo loco esse. s. mamillarū: aut ī corpe aīalis ipm̄ recipere debētis sine intermedio tpis esse sicut semen: et pro tanto indigebat aliquo qḋ ipsum iuuaret ꝛ confortaret: ꝛ in corpe aīalis qḋ ipm̄ recipit: ꝛ extra corpus cū ad vsuꝫ aīalium recipitur: ꝛ mulget̄. In corpe aīalis quidē recipiētis ipsum. Nā infantis corp⁹ propꝛie et naturaliter recipiētis dū lacte nutritur p̄mo recipit ipm̄ in stomacho q̄ est substātie neruose frigide: ꝛ cōsetiue debilis ꝓpter hūiditatē etatis sicut ponit Gal. Et ipsum lac quo nutritur frigide est substantie fluide ꝛ liquide: et pro tanto nō potuit in eius stomacho bene ꝛ sufficiēter retineri: donec digerat̄ ꝛ nutriat: ꝓpter qḋ natura nostri corpis magis opatiua: ꝛ sūma ars q̄ videtur sp̄ vniuscuiusqꝫ enargioꝝ corporis vtilitatem vndiqꝫ expellere sicut ponit Gal. ī supiori stomacho talis aīalis qḋ est lacte nutritū: dū lacte alitur: ordinauit talē substantiā coaguli q̄ est: vt patet ad sensum ad spissitudinē: ꝛ albedinē caseitatis accedēs: ꝛ q̄ sua desiccatione cōfortat retētiuā stomachi ꝛ villos eius: ꝛ sua coagulatione appropriat ꝛ ingrossat substantiā suā liquidā fluidā lactis quaten⁹ possit sufficiēter teneri ibidē: donec perfecte digeratur: ꝛ sua caliditate ignea forti calefaciēdo substātiā adiuuet digestiuā: necnō sua operatione liquefactiua ꝛ dissolutiua complexione nocumentū quod ex lactis coagulatiōe: ꝛ cōuersione in stomacho prouenit in via pulsionis prohibeatur: ꝛ hoc vt dictū est in corpe animalis qḋ ipsuꝫ naturaliter recipit ad sui nutrimentū: etiā causa extra corp⁹ ad vsum aliquē recipit: ꝛ mulget̄ coagulatiōe cōfortāte ꝛ cōseruāte suū debilē calorē: ꝛ substātiā heterogeneā: vnde facile ꝑmutabitur: vt nō facile ꝑmutetur: ꝛ corrūpatur. Talis declaratio pōt haberi ꝛ eligi ex dictis Abo. scḋo cañ. cap. j. ꝛ Auerro. colliget in. v. ¶ Et ex his pōt patere ad scḋm tertiū ꝛ quartū quesitū. ¶ Ad scḋm quesitū dico q̄ qui lacte nutriuntur dum lacte aluntur ꝛ sunt parua habent predictā causam: qui vero nō nutriūtur nō habent: q: natura eoꝝ est min⁹ humida: vnde retētiua eoꝝ est fortior ꝛ e⁹ digestiua: ꝛ q: cibis solidioribus ꝛ stipticiorib⁹ seu spissorib⁹ vtūtur ꝛ crudis: vnde nō indigēt coagulatiōe: ꝛ per hec pōt patere ad tertium quesitum. ¶ Ad tertium dico q̄ propꝛie stipticuꝫ est frigidum ꝛ siccum sicut dicitur quarto de simplici medicina: lꝫ aliqua calida stiptica sint: vt infra patebit: dr̄ em̄ a pōtico sed magis ꝛ min⁹: vt ibi Gal. ꝛ Abo. in secūdo sic coagulum cum sit calidū ꝛ siccum igneum non pōt propꝛie dici stipticum: vnde dicit Elabin q̄ nō est de eius intentione q̄ stipticū sit calidum ꝓpꝛie intelligēdo virtualiter ꝛ potētialiter: licet sit habēs in se qualitatē passiuaꝫ stiptici. s. siccitatē: sꝫ accipiēdo stipticū effectiue prout stipticū habet retinere fluxibilia: ꝛ coadunare vel cōstringere laxa: dico q̄ coagulū potest dici stipticū. Nā fluida ispissat: ꝛ subtilia ingrossat: ꝛ laxa mēbra cōstringit: ꝛ hoc a sua proprietate: sicut ponit Abo. ꝛ Auerro. in quinto. vbi ponunt q̄ fluxibus conuenit ventris quoꝝ cause sunt ignote: ꝛ hoc est a proprietate. Inde est q̄ posituꝫ supra ventrē puerorum a proprietate retinet fluxum ventris ipsorum faciēdo operationem inspissandi ꝛ ingrossandi humores ipsoꝝ. Sed a complexiōe calida ꝛ sicca ignea habet sub

Marginal notes: Ingenia sāguinē a mamillis diuertentia. — Epithima. — Oxirodinū in materia calida. — Emplastrum. — Epithia ī cā frigida — Oleū exptum. — Lactis saniositateꝫ ꝓhibētia. — Problemata de coagulo. iiij. — In fluxu vētris pueroꝝ.

tiliare spissa: liquefacere ⁊ dissoluere congelata; ⁊ sic ꝯtraria operat̃: ꝓpter qꝺ ptꝫ ad vltimũ. Sed videt̃ ꝙ non omne sit igneũ: q: sic esset omne acutũ: qꝺ Abo. videt̃ ibidẽ innuere cũ inq̃t. Nõ administret̃ qꝺ ex coagulo est acutũ: vbi ne cessaria est cõstrictio. Sic per hoc videt̃ velle Ga. ꝙ aliqꝺ coagulũ nõ sit acutũ: qꝺ est cõtra Abo. ibidẽ cũ dicit. Oia coagula calida ⁊ sicca ignea sunt. ¶ Ad quartum dico ꝙ oia coagula inq̃tũ talia sunt calida ⁊ sicca ignea: sed ꝑut possunt differre ꝓm differentiã aialium: quoꝝ sunt spẽ et etate seu tpe vnũ ẽ min⁹ calidũ acutũ alio sicut leonis: vrsi: ⁊ antiquatũ dici põt acutum respectu coaguli agni ⁊ hedi nouiter accepti: ⁊ id non est acutum.

¶ Cap. iij. de apostematib⁹ mamillaꝝ: ⁊ eaꝝ vlceratione.



Apostema mamillaꝝ est notũ. Et est aut ex infusione reumatis: aut ex ipotẽtia ꝯuersionis ꝓprij nutrimenti: quoꝝ duoꝝ modoꝝ cause sunt generalr̃ note: ꝓpter id qꝺ i cura apostematis in generali ifra dicemus. Specialr̃ aute ẽ vt plurimũ ex superfluitate ipsius: vt ex lactis exuberantia sicut mõstrauimus in caplo de cura peripneumonie. Cõueniũt ẽm hec duo membra pulmo ⁊ mamilla nutrimẽti spẽ: q: ex sanguine nutriunt̃: ⁊ in raritate ⁊ spongiositate substãtie nutrimẽtũ superfluitatũ ipsi⁹ ⁊ humiditatẽ trãsmissa colligũt: ex qbus ea apostemari ꝯtingit: ⁊ in tumorẽ extolli. Est enĩ lac superfluitas nutrimẽti mamillarum. Ordinauit ẽm sapiẽtia ꝙ sanguis transmittat̃ ad ipsas plurimus q̃ sit eis pro alimẽto necessarius quẽ conuerterent in proprium alimentũ: ⁊ quod superest pro fet⁹ nutrimento reseruaretur conuertendũ in lac qꝺ est magis sibi ꝓpium ꝓpter conuenientiã in materiã eius. s. sanguinem menstruũ quo nutriebatur in vtero. ¶ Inquit Ga. omne mẽbrũ generatũ hũiditatẽ habet superfluã quã sibi ad alimẽtũ sufficiat ꝓpter necessitatẽ alioꝝ membrorum generãdoꝝ vel nutriendoꝝ ab ea: qꝺ quare magis q̃ aliꝺ habeat soli deo est ratio reseruãda. ¶ Cũ ergo superfluus sanguis ad mamillas trãsmissus: ⁊ in lac cõuersus nõ mulgetur ad nutriẽdũ fetũ; vel aliter nõ educitur remanẽs in eis calefactis: vel algoratis casea t̃: ⁊ mamillas in tumorẽ eleuat: ⁊ generatur apostema qꝺ quidẽ ad sensum cognosces per suã essentiã quam tibi sua notificatio manifestat.

Est aũt ꝓm Gale. apostema tumor preter naturã q̃ mẽbra magnitudine deficiũt ab eo qꝺ est ꝓm naturã. Et si qdem sũt ex reumatis ifluxione signis cognosces hmõi ex dispositione scꝫ mittẽtis et recipiẽtis. Mittẽtis si sit totũ corp⁹ ex passione ei⁹. s. fe. repletionis ipsius signis plectorie vel cachochimie que sunt nota: vel si sit aliqꝺ ex mẽbris principalibus cerebrũ maxime cor epar ⁊ matrix ⁊ particulari egritudine ipsius. Et signis repletiõis ipsius recipiẽtis. s. mamillarũ q: sint quibiles: qꝺ ex defectione operationũ ipsarum cognosces. Et q: frequẽter pati cõsueuerũt: et ex caliditate ⁊ dolore ipsarũ trahẽte. Si vero sit ex impotẽtia cõuersionis cognosces ex mutata qualitate ipsarũ: quã tibi malitia oñdit cõplexionis: q̃ in essentia virtutis efficit nocumentũ cũ priuatione signoꝝ repletiõis, totius et partis absq; exuberãtia lactis: aut ex signis repletiõis vel cachochimie: aut ex vtrisq;: sed siquidẽ exuberãtia lactis fiat: causa est tibi manifesta. ¶ Curatio aũt apostematis hui⁹ cõpletur vt in cura catarri dixim⁹ cũ euacuatione extenuatiua dicta: ⁊ cõuersiõe regiminis ad excitationẽ ⁊ cũ discrasia mẽbri ⁊ humoris peccãtis correctiõe. Et est duplex: vna est dũ est in fieri. Alia dũ iã factũ est apostema. Prima est cõposita ex preseruatiua ⁊ curatiua: ⁊ est vt ꝓhibeat̃ materia colligi in ipsis: et qꝺ collectũ est resoluatur. Primuꝫ cõpletur cũ euacuationibus repletionis totius ⁊ ptis mittentis: ⁊ cũ deriuatione eius qꝺ superest ⁊ cõfortatiõe ipsius vt nõ regeneretur et cũ apertiõe ductuũ: vt si quid regeneretur per ductus cõsuetos expellatur: et cũ cõstrictione viarũ per quas fluere cõsueuit si est possibile ⁊ cũ cõfortatione membri recipiẽtis. s. mamillarũ: vt nõ recipiãt: sed repellãt: nec trahãt ⁊ generẽt: ⁊ hec cũ alterãtibus malitiã cõplexionis earũ et substantiã minuẽtibus. Et illud fit cũ medicinis contrariis discrasie ipsarũ ex stipticis habentibus mixtionẽ aliarũ subtiliantiũ: vt est epithima ex aceto et oleo rosa. vel ex melle cũ aqua rosarum et myrti: et cum prohibẽtibus exuberantiã et caseationẽ lactis que hic habuisti. Quod autem collectum est: deinde resoluatur: et fit cum temperate calidis anodinis notis cũ stipticis mixtis Est ẽm vt supra dictũ est: membrũ humidũ multã recipiẽs humiditatẽ et superfluitatẽ: que si nõ repellãtur: vel etiaꝫ resoluãtur cito perducũt: et frequẽter ad cãcrum. Et ex cõueniẽtib⁹ est vt radix affodili emplastrata cũ fece vini: cuꝫ vero iã factũ est: cura est vt ꝑ posse studeas ipm soluere cũ predictis calidis anodinis que hic supert⁹ habuisti. Qꝺ si nõ sit tibi possibile ⁊ veniat de debullati vacare te opꝫ in saniãdo ⁊ saniatũ aperiendo ⁊ apertũ mundificando cito ⁊ exiccãdo ⁊ vltio cõsolidãdo. Que oia supra de cura pleuresis et ꝑipleumonie tibi specificauim⁹ que ꝑ chirurgicũ ministrata sanabũt ab apostemate ⁊ vlcere si christ⁹ voluerit. Sequũt̃ medicine cõposite. ¶ Medicina ꝓhibens fluxũ reumatis ad mamillã ⁊ apostema calidũ: ⁊ sedãs dolorẽ apostematis ipsi⁹. ℞. sãdali spodij acatie luti armenini añ tere subtiliter ⁊ distẽperata i aq̃ rosata ⁊ myrto aceto et succo solatri: ⁊ epithima mamillã: est ẽm ex iuẽtione nostra. ¶ Emplastrũ. ℞. panis ordei cũ fufure: ⁊ dissolue i oleo ro. ⁊ eplastra: ꝓhibet ẽm apostema mamillarũ. Item furfur emplastratum cũ vino madefactũ cõfert phlegmatico ⁊ vẽtoso rarefacit ẽm ⁊ resoluit. ¶ Emplastrũ resoluẽs apostemata mamillarũ. ℞. farine fabarũ melliloti cõtriti añ. partes equales: cõfice cũ oleo sisamino ⁊ ẽplastra calefactione ꝓcedẽte cũ aqua calida. Itẽ ex semine lini et aceto fiat emplastrũ. Iteꝫ aliud vltime resoluẽs ipsũ. ℞. panis cõtriti farine ordei ⁊ fabarũ fenugreci a fefetide ⁊ visci añ. ℥. j. vitella ouorũ numero quatuor. myrre. ℥. ß. croci. ʒ. j. Confice cũ melle ⁊ emplastra. ¶ Aboali iquit. Ex oib⁹ speciebus nucũ fit emplastrũ apostemati mamillarũ in resolutionis via. Item emplastrũ ꝓhibẽs caseationẽ ⁊ apostemata. ℞. mente ⁊ cõtere et emplastra: ꝓhibet ẽm caseationẽ lactis: ⁊ sedat apostema. ¶ Ad idẽ. Portulaca ẽplastrata ꝓhibet caseationẽ calidã: ⁊ apostema in quo timet̃ putrefactio. Idẽ linimẽtum resoluẽs caseationẽ ⁊ apostemata. ℞. aque sicle farie tritici nigelle salis añ ptes equales terant̃: ⁊ dissoluat̃ i aq̃ calamẽti ⁊ foliorũ lauri et apij. Et oleo de lilio ex iuẽtiõe. Itẽ aliud resoluẽs apostemata a caseatõe lactis. ℞. hyssopi radicũ apij lẽticularũ itegrarũ foliorũ altee affodilloꝝ añ q̃tum vis: decocta in aq̃ mellis albi ⁊ aqua vino albo equalũ partiũ: deinde cõfice cũ melle fece vini añ. partes equales: ⁊ adde mẽtã tritã recẽtẽ: ⁊ i modũ emplastri mamille apostemose appõe. ¶ Emplastrũ maturãs et isaniãs apostemata mamillarũ. ℞. seminis lini fenu greci radicis altee: ⁊ lilij añ. partẽ. j. gũmi pini stercoris capre añ. ℥. j. Cõfice cũ axũgia porcina veteri et medullis cruris vacce: et appone. ¶ Emplastrũ aperiẽs apostema saniatũ. ℞. stercoris colũbini fermẽti: ⁊ cõfice cũ succo flamule ⁊ puluere cãtaridarũ ⁊ vtere. Itẽ contere limacias cũ corticib⁹ ⁊ appone. Itẽ emplastrũ ex vitica cõtrita. Itẽ granũ. j. arsenici sublimati: cera cauata ipone: ⁊ applica desuper. Iteꝫ foliũ vnũ herbe alcane coque sub cinere cũ puluere cimini: ⁊ deinde ipsum aperi ⁊ ẽplastra. Itẽ ex melle a neto ⁊ pice liq̃da fiat vnguẽtum in cautia: ⁊ vnge. ¶ Vnguẽtũ ceruseos: ⁊ vnguentũ egyptiacum sunt mundificãtia saniẽ ⁊ putredinẽ apostematũ: ⁊ vlcerũ mamillarũ. ¶ Medicamẽ expertũ exiccãs vlcera mamillarum. ℞. vini pontici lib. xx. ⁊ confice in eo sumach lib. j. gallarum immaturarũ lib. ß. casie lignee lib. ß. vel gallarũ cipressi li. j. Et dimittatur dieb⁹. xx. deinde coquãtur: ⁊ cõmoueãtur cũ ligno cipressi donec minuatur medietas: deinde cõmoueãtur fortiter ⁊ reducantur ad ignẽ: ⁊ calescat sitq; leuis ignis. Et cõseruet̃ in vase vitreato: est ẽm bonũ omnibus vlceribus que accidunt in membris mollibus: sicut os lingua mamilla testiculi ⁊ emũctoria: ⁊ alia exiccat ⁊ ꝯsolidat: ⁊ prohibet corrosionẽ. ¶ Emplastrũ ex farina ciceris cũ aceto cõfert vlceribus cãcrosis. Et infusio decoctionis lupinorum confert corruptioni Lutum armenum cum aceto prohibet ablutionẽ putredinis mẽbrorũ. Et virga pastoris confert apostematibus calidis vlceratiuis excoriatiõi: ⁊ vlcerib⁹ papillarũ. Auellana assa masticata et inũcta est sufficiens: ⁊ experta ꝙ si apostema nõ dubelletur: sed lapideatur. ¶ Emplastrũ de mucilaginib⁹ de melliloto appone vel diaquilon magnũ et paruũ vel cerotum hyssopi ⁊ cerotũ diapẽte ꝓm nostrã inuẽtionẽ inunge: mollificat enim et resoluit ⁊ confert nodis ⁊ glãdulis. Si vero apostema sit frigidũ phlegmaticũ cõtere apij folia et

Cõueniẽtia pulmonis et mãmille.

Apostema scꝺm Gal.

Medicamẽ exptũ vlcera mamillaꝝ exiccans.

lia ⁊ emplastra: sic ⁊ camomillaꝫ per se vel vtraq; misce. Licet emplastratū confert apostematibus glandulosis.

¶ Filius Serapionis. dyamach ad dubelech ⁊ spata dura: ⁊ resoluit vtraq;: ⁊ est valde magnū iuuamentū. ℞. tarasacon tritā siccā ⁊ cribellatā. ℥. iiij. fenugreci cōtriti ⁊ cribellati. ℥. ij. maratri cribellati. ℥. j. misceant ⁊ conficiantur cum lacte recente mulcto ⁊ oleo de lilio: ⁊ emplastrent cū eo: et sanuꝫ est cū Christi auxilio.

¶ Capitulum quartū de magnitudine mamillarum.

De magnitudie aūt mamillaꝝ ⁊ alioꝝ mēbrorū dicere postponem⁹ vsq; ad sectionē tertiā: vbi de medicinis q̄ sunt ad decorē: de ea gn̄a e capl'm faciem⁹ si deus voluerit. Hic em̄ spāliter dicem⁹. s. ꝙ magnitudo ipsaꝝ nō est egritudo. iꝫ inter egritudines numerat: ⁊ pinde indigent medicina qua ꝯseruent in paruitate ⁊ ꝓhibeant a magnitudine. ¶ Curatio in duob⁹ cōsistit. In dete primo ⁊ abstinētia ab oib⁹ dilatantibus ⁊ extēdentib⁹ ac trahētib⁹ sanguinē ad ipsas vt est motus: fricatio balneatio. Scd'o in ꝯstrictione cū aquis frigidis epithimatib⁹ vnguentis emplastris ⁊ stipticis ⁊ ponticis ꝑdictis hic ⁊ ligaturis: cū vero magnificate fuerint minui nō possunt: sed abscōdi ⁊ celari et illud cū diffusione ⁊ dilatatione eaꝝ in partib⁹ subassellarū: ⁊ hypocondrioꝝ ⁊ cōstrictione cū camisia chordelata stricta sup eas q̄ntū expedite videtur. Et ex his que a ꝓprietate operant est oleū vespertilionū inunctū: ꝓhibet em̄ augmentū earū in puellis: ⁊ fricatio lapidis cum quo acuitur. Et itidē ex curātibus est testiculoꝝ augmētū seu magnitudinē. Cataplasma vtile resoluēs tumorē mamillarū ⁊ corruptionē lactis. ℞. farine se. lini. farine lentium an̄. ptes equales: tēpera cū oleo rosato ⁊ croco. ¶ Aliud ymaꝝ. ℞. marrubij ebuloꝝ folioꝝ papaueris albi absinthij rute cuscute. an̄. ptes equales: ꝑmisce tepida: ⁊ appone. ¶ Dioscorides ad idē. ℞. olibani masticis se. absinthij farine lentiū an̄. ʒ. iij. cere. ʒ. iiij. olei rosati. ʒ. vj. fiat vnguētū ⁊ inūge. ¶ Linimentū extinguens ardorē mamillaꝝ ⁊ tumorē delēs. ℞. succi semperuiue: succi solatri: albuminis ouoꝝ ⁊ olei rosati. an̄. partes equales: q̄d nūc frigidū: nūc tepidū appone. Q̄d si deueniat ad vlcerationē: chirurgici tūc auxiliū inuocabis. Si aūt tumor cū inflatione fuerit: tunc oua cū oleo rosato ⁊ aceto appone. Q̄d si ex retētione sanguinis menstrualis accidit: flebotometur ex saphena: deinde si expediat ex basilica ⁊ pharmacia det. ¶ Ad tumorem in mamillis ex frigidis humoribus adhibe farinā fenugreci cū succo apij ⁊ ebulorum cōmixto. ¶ Aliud ℞. fimi bouini recētis ⁊ caprini. an̄. ℥. ij. succi marrubij: succi ebulorum fecis aceti. an̄. ℥. j. misce: ⁊ suppone calidum. ¶ Aliud cōtra viuos ardores ⁊ rubicūdos: temperat em̄ eos ⁊ obtundit audaciā eoꝝ. ℞. mucillaginis psilij aceti olei rosa. ⁊ olei viola. an̄. pondus. j. opij camphore. an̄. ℈. j. fiat omnium mixtio cum farina ordei ⁊ albo ouoꝝ et emplastra. Caue tamen a superfluo ne impellat ad antrum.

Mamillarū augmentū ꝓhibentia.

¶ Incipit particula tertia sectionis prime cōtinens summas quatuor. Summa prima que est de medicinis egritudinum meri. ¶ Prologus.

Protulim⁹ hucusq; sermonē nostre mētis explicantē ꝯceptū in medicatiōe egritudinū mēbroꝝ deseruientiū spiritui. In quo intentiones ⁊ modos curatiōis summauim⁹ debite ordinādo: necnon inseruimus medicinas simplices ⁊ cōpositas ꝓprias ⁊ exptas: quas primo philosophi rōne ⁊ methodo inuenerūt: antiqui medici iudicio ⁊ experimēto approbauerūt: ⁊ quas s'm intentionem nostrā efficaces vidimus opere ⁊ effectu prout dei gratia inspirauit qui illuminat philosophos ⁊ medicos suos ministros de celo creauit. Medicinā quoq; in terra de sua largitate ꝑduxit: per quos visitaret ⁊ redimeret plebem suā. ¶ Et q2 s'm ꝑmissum ordinem ꝓcedendo sequitur. vt deinde aggrediamur curā egritudinū membroꝝ nutricatiōis. s. stomachi ⁊ epatis ⁊ alioꝝ seruientium eis ex quibus cetera nutriuntur membra. Quod est tertie particule sectionis prime. Imploremus auxilium ab eo per quem omnia facta sunt ⁊ sine ipso nihil. Suppliciter exorantes quatenus mittere dignet spirituꝫ sanctū: suū spiritū veritatis q̄ nos doceat et suggerat nobis omnia que ad recuperandam sanitatem predictoruꝫ celerem sint efficaciter iuuatiua: ⁊ quod bene incepimus sui gratia ꝓseq; ⁊ mediare melius possumus suo auxilio influente ⁊ optime explere sua potentia cōfirmante. ¶ Continet aūt hec particula tertia sectionis prime summas quatuor. ¶ Prima est de medicinis egritudinum meri qui stomacho transglutiendo ministrat.

¶ Secunda de medicinis egritudinum stomachi.

¶ Tertia de medicinis egritudinum epatis ⁊ venarum.

¶ Quarta de medicinis egritudinum meri.

¶ Prima summa continet capi. vj.

¶ Capl'm p'muꝫ est ꝓhemiale ⁊ est gn̄alis sermo in meri egritudinib⁹ eius causis ⁊ signis ⁊ cura s'm modū vl'em.

¶ Capitulū scd'm de mala cōplexione meri ⁊ cura eius.

¶ Capitulum tertium de instrumentalibus egritudinibus eius vel mala compositione eius ⁊ cura.

¶ Cap. iiij. de solutiōib⁹ ꝯtinuitatis eius ⁊ eoꝝ q̄ ex illis accidūt: vt est fluxus sanguinis ⁊ eruptio ei⁹ ex ore ⁊ cura.

¶ Capitulum quintum de apostematibus eius et cura.

¶ Cap. vj. de nocumentis transglutionis et cura.

¶ Cap. primū est generalis sermo in meri ⁊ egritudinib⁹ eius: ⁊ causis ⁊ signis ⁊ cura s'm modū vniuersalem.

Quid sit meri.

Sciendū aūt ꝙ meri est mēbrū ad formā intestini existēs cōcauū ⁊ oblongū ex duab⁹ tunicis cōpositū continuatū cū orificio stomachi et perforās diaphragma: ⁊ ꝓcedens superius inter cannā pulmonis ⁊ spōdiles colli cū suis lacertis trāsiens terminatur in gutture. Quo mediante trāsglutiēdo recipit cibū ab ore. ¶ Potest aūt pati omne genus egritudinum sicut alia mēbra habētia regimen ex quibus necessario operationi eius ad quā principaliter constituit ipsuꝫ sapientia prouenit nocumentū: quod est transglutire cibū ⁊ potuꝫ qui sunt materia nutrimenti ad quoꝝ transglutionem ordinate stomacho desiderante et trahente: mouetur tanq̄ sibi seruiēs delator. Et ambabus suis tunicis ex quibus cōponitur operatur interiori attrahente naturali virtute cū villis in longitudine situatis in ea: ⁊ exteriori exprimente aliter cū villis latitudinaliter seu lacertis in ea positis recipientib⁹ neruū a nucha mediantibus spondilibus colli qui in vomitu solū opat. ¶ Inq̄t em̄ Gal. trāsglutio stomacho desiderante et trahente fit: sed vomitus nulla ope stomachi desiderāte particula ⁊ trahente: sed sola exteriori tunica exprimente cū villo latitudinalis in ea situato. Adiuuat aūt trāsglutionē grauitas ⁊ lubricitas substātie ipsoꝝ q̄ petūt descēsuꝫ: ⁊ ꝑide difficilior trāsglutiōe vomit⁹ esse cōprobat: ⁊ et fluxu vētris. ¶ Inq̄t em̄ Gal. vomitus oib⁹ difficilis est: ptꝫ inferior aūt purgatio facilis. Signa ex quib⁹ relinquit q̄d nocumentū trāsglutiōis q̄d plurimū est difficultas ipsius cōe est signū oim generū predictaꝝ egritudinū possibiliū fieri in ipso meri ⁊ etiā egritudinū alioꝝ membroꝝ quoꝝ vicinitate poterit pati: vt est epiglotis vel canna pulmonis ⁊ eius lacerti ⁊ spondiles dorsi inter que situat: et stomachus ⁊ totuꝫ corpus ⁊ cerebrū cui supponit. Sed ꝑter hec alia sunt signa ꝓpria: alia magis ꝓpria ꝯsideranda q̄ ad cognitionē ꝑfectā vere cure debitā sunt necessario opportuna. ¶ Propria aūt sunt signa q̄b⁹ distinguunt gn̄a egritudinū propriaꝝ predictaꝝ ⁊ egritudinū membroruꝫ quoꝝ cōitate pati potest. Et sunt: nā illā cuius cā est malitia cōplexionis debilitas significat ꝙ in longo tpis spatio trāsglutitur: q̄d sumitur ⁊ cū tepiditate ⁊ paucitate festinatiōis in toto spacio meri ⁊ sine dolore nisi figatur in parte meri visibiliter ⁊ cōstringat illic siue extēdat: ⁊ sentiatur dolor cū retentione eius q̄d transglutietur. ¶ Illā ꝓo cui⁹ cā est mala cōpositio ⁊ oppilatio ostēdit impotentia trāsglutiōis etiā rei parue liquide et potus: ⁊ cū conat trāsglutire egredit per nares. Et illā cui⁹ cā est solutio cōtinuitatis manifestat sanguinis exitus ab ore ⁊ humiditas naturalis ⁊ ꝓprie cum in suprema eius parte fuerit et ardor vel punctio percepta in collo ⁊ inter duas spatulas ⁊ proprie apud transglutionem ⁊ vomitum ⁊ eructuationem rei acute qualitatis magis q̄ excedentis qualitatis. Sed illam cuius cā est apostema declarat tumor: ⁊ ꝓprie si sit magnū: ⁊ q̄nq; febris ⁊ dolor in illa parte acutus ⁊ grauatiuus ⁊ cōpressiuus et proprie in loco priori qui inter spatulas existit maxime si in superiori pte meri sit vlcus vel apostema: ⁊ magis in parte correspondēte loco vel pte meri vlcerata vl' apostemata: ⁊ magis apud trāsglutioneꝫ

vomitū:⁊ eructuatione rei magne q̄ntitatis magis ꝙ̄ acu=
te q̄litatis. Et difficultas trāſglutiēdi eſt in vna pte meri
magis ꝙ̄ in alia nō in toto ſpacio ei⁹. ¶ Illā ēt cui⁹ cā eſt
cōpaſſio mēbri vicini inſinuat p̄cedēs paſſio mēbri ipſius
q̄ ſuis ꝓprijs eſt cōſiderāda ſignis. Nec inuenit ibi tactus
dolorē nec aliquā paſſionē niſi nocumentū actionis tm̄.
Magis ꝓpria ſigna ſunt que ſpālium egritudinū ⁊ cauſa
rū ſunt demōſtratiua:⁊ ſunt q̄ infra in ſpālibus dicentur
capitulis. ¶ Cura. Idicatio cure meri egritudinū duplex
Indicatō in curan- dis egritu dinib⁹ meri duplex. eſt:generalis.ſ.et ſpālis.gñalis eſt duplex:vna q̄ indicat
locū in quo medicine exterius ſunt applicande:⁊ eſt vt in
collo ⁊ loco q̄ eſt inter duas ſpatulas applicent̄:vt iuxta
G. Alia inſinuat modū ſm̄ quē medicine interius ſunt ſu=
mēde. Et eſt vt medicine nō ſubito deglutiant̄ ꝑut in egri
tudinibus ſtomachi opʒ fieri:ſed in ore retineātur:⁊ lam=
bendo trāſglutiant̄ vt trahēdo morā in tranſitu:lʒ declivi
impſſione faciant eaꝝ ꝓprie qualitatis. Spālis eſt q̄ do=
cet ſpecialem talem egritudinē:⁊ cām corrigere accidētia
⁊ regimen ordinare:necnon ſpeciales medicinas cū qui=
bus inſinuat:⁊ deſcribit que in ſequentibus capitulis ſe=
rioſius ponemus:nomen domini inuocando.

¶ Capitulum.ij.de mala cōplexione meri ⁊ cura eius.

Mala cōplexio meri aut eſt pura:aut cū mate=
ria. Pura aut eſt ſimplex:aut cōpoſita:⁊ ſim=
plex aut calida:aut frigida:aut ſicca: aut hu=
mida:⁊ cā ei⁹ eſt ꝓcatartica ſi pura ſit: cā v̄o
humoralis cuiuſlibet gñis eſſe pōt. Et ſigna
eius ſunt alteratio ꝑcepta in loco cū difficultate trāſglu=
tiendi abſq̄ tumore vel vlcere in eo exiſtēte. Et ſi q̄dē fue
rit pura:cauſa eſt ꝓcatartica plurimū abſq̄ inuētione an=
tecedētis cauſe:⁊ infectiōe oris:⁊ lingue ex humore:⁊ fluo
re humiditatū. Si v̄o ſit cū materia erit ibi inuētio antece
dētis cauſe cū infectione oris ⁊ lingue ex humore: cuius
ſpēm tibi color ⁊ ſapor oſtēdit:⁊ fluor humiditatis ſi adſit
⁊ ſi q̄dē ſit calida erit ibi ſenſus inflāmationis:⁊ cōbuſtio=
nis:⁊ caliditas in ſupficie oris ⁊ lingue:⁊ ſitis. Si vero ſit
frigida:⁊ eſt illa q̄ ſuperi⁹ fit ſigna ſunt ꝯtraria. Sed ſi ſit
humida mollis ſignū eſt humiditas oris:⁊ lingue: ⁊ pri=
uatio ſitis. Si v̄o ſicca:ſigna erunt contraria. Cura male
cōplexionis meri ex cura male cōplexionis ſtomachi pōt
haberi. ¶ Inquit enim Aboali. In pluribus diſpoſitio=
nibus meri ſequūtur ſtomachi diſpoſitiones. Eſt eñi via
ad ipſum contigua conſimilis in natura: et proinde cura
vtrorumq̄ erit eadem vt multum.

¶ Capitulū.iij. De egritudinib⁹ inſtrumētalib⁹ meri:vel
mala cōpoſitione eius ⁊ cura ipſius.

Mala cōpoſitio meri ex qua plurimū eſt oppi=
latio in via ei⁹ tripl'r eſſe ꝯtingit.ſ. coartato=
ria:attenuatoria:⁊ carnoſa. ¶ Attenuatoria
aūt eſt ex compſſione ⁊ coāguſtatiōe parietū
ipſius meri:⁊ eſt aut ex cā intrinſeca q̄ cōpreſſit ⁊ remāſit
cōpreſſio:vt eſt laque⁹ vel manus:⁊ hmōi. Aut eſt frigidi=
tas multa congelans:aut eſt a cā interiori:aut in ſe:aut
a vicinitate. In ſe a caliditate ⁊ ſiccitate adurēte vt in fe=
bribus acutis:vel ex ſpaſmo:⁊ alcuzez ꝓpinquo lacertoꝝ
meri ⁊ villoꝝ:⁊ ꝓprie latitudinaliū:ex quoꝝ ꝯtractione cō
trahunt̄ latera ipſi⁹:⁊ via coartat̄:vel ex ventoſitate coar=
tata inter duas eius tunicas:⁊ interclusa in lacertis eius
cōſtringēte ⁊ ipellēte parietes ei⁹ intus:vt coartet̄ via. Et
cā vicinitatis eſt:vt ab apate i lacertis epiglotis v̄ſus me
ri a pte anteriori:vt in ſquināticis ꝯtingit:aut in lacertis
colli reſpiciētib⁹ eū a pte poſteriori:aut a declinatiōe ſpō=
dilis diſlocati ad anteriora v̄ſus meri. ¶ Coartatoria eſt
q̄ cadit in ei⁹ via aliqua res exterior ibi adherēs ſicut ſpi=
na:vt accidit in prefocatione vel humor viſcoſus ibi coar=
tatus:⁊ adherēs:vt i apoplecticis:⁊ epilēticis:⁊ reumatiſ=
mis euenire ꝯtingit:aut ſanguis cōgelatus:q̄ ad illud cō
ſueuit deſcēdere in fluxu ſanguinis nariū aliqua pte eius
regurgitante per foramina palati ad os: ⁊ deueniente ad
ipm:vel que in vomitu ſanguinis in eo remāſit: aut v̄mes
⁊ lūbrici in eius concauo multiplicati:ſiue infixi:vt aſſerit
Aboa.ſe vidiſſe in quodā notoꝝ ſuoꝝ:ex q̄b⁹ accidit ei diffi
cultas trāſglutiēdi. ¶ Carnoſa v̄o eſt ex apoſtemate exi=
ſtente in lacertis ⁊ tunicis ipſi⁹ yſofagi grece dicti q̄d ara=
bice meri nūcupat̄:vel verruca:vel cicatrix:in eo facta qui
paſſus fuit vulnus:ſeu vlcus in perſo:⁊ liberatus fuit:cu=
ius cā extitit etas:ſicut recitat Gal. ¶ Signa quas p cās
opʒ cognoſcere ⁊ diſtinguere hoc modo. Nā ſiq̄dem atte=
nuatoria ſit:fietq̄ a cā exteriori ſenſu māifeſte cognoſces
per eius veſtigia ⁊ relatu infirmi:⁊ aſtantiū ei tibi indica=
bitur:⁊ nocumentū tranſglutionis: v tputa difficultas:et
minus ſi quoq̄ ex frigore cōgelante accidit p̄ſentia frigo
ris:⁊ eius anteceſſio indicabit. Si vero a cā interiori in
ipſo exiſtente:⁊ ſiccitate p inſpectionē acute feb. illud eue
nire videbis:⁊ nocumentū trāſglutionis mai⁹ erit. ¶ Si
v̄o ex ſpaſmo:⁊ alguzez ex ꝓpinquo accidit ex cognitiōe
ipſius:et cauſaꝝ p̄cedentiū ſcire poteris etiā ſi accidat ex
ventoſitate p̄cedens regimē multiplicans cā ſonit⁹:⁊ mo
tus:et dolor extenſiu⁹:et cōſtrictiu⁹ indicat illud. ¶ Cū=
q̄ ex cā vicinitatis accidat et ab apoſtemate in lacertis
epiglotis dolor in epigloto erit cū ſpūs malitia: et qñq̄
cū orthomia ⁊ tumore:⁊ rubore. ibi apparente.ſ. in guttu
re ⁊ in collo:⁊ febris. Si vero ex apoſtemate lacertoꝝ col
li recipiētib⁹ eū:apparebit dolor colli a parte interiori cū
difficultate mouendi ⁊ inclinādi collū ⁊ ꝓprie ad poſterio
ra. Si quoq̄ ex declinatiōe ſpōdilis ad iteriora:ex conca
uitate in collo apparente ꝑcipies:vt cū inclinat̄ collū ad
poſteriora difficilior trāſglutio erit. Sed ſiq̄dē ſit coarta=
toria:eritq̄ a cā exteriori cadēte et infixa:vt ſpina pūctio:
et ꝓprie ad motum ibi percepta:⁊ relatio infirmi tibi inſi
nuat. Sed ſi ſit ab humore viſcoſo regimē declarat:⁊ pre=
ſentia egritudinū p̄dictaꝝ. Si v̄o ſanguis ꝯgelat⁹ fuerit:
fluxus ſanguinis ab ore: vel ex narib⁹ q̄ regurgitauit ad
os ⁊ guttur tibi oſtēdit. Si v̄o vermes ⁊ lūbrici ⁊ nauſea
mordicatio ⁊ vomitus ⁊ ſincopis tibi oſtēdūt. Et ſiq̄dē ſit
carnoſa ex apate:ſigna apoſtematis dicta ſupius tibi in=
dicant:⁊ q̄ infra in caplo ꝓprio tibi ponem⁹ in ſpāli. Si v̄o
ſit verruca eſt impedimentū partiū trāſglutionis in loco
vbi eſt:in toto v̄o meri nō:nec eſt dolor:⁊ eſt ꝑuatio ſigno
rū aliaꝝ cauſaꝝ. Si vero ſit ex cicatrice tibi p̄ceſſio vlceris
ipſi⁹ idicabit. ¶ Cura eſt duplex:gñalis.ſ.⁊ ſpālis. Gene=
Cura du- plex. ralis eſt due res. vna eſt ablatio cauſe:alia eſt remotio im
preſſionis facte:ſi qua remāſit. Spālis cōſiſtit in ablatiōe
ſpālis cauſe ⁊ in adminiſtratiōe medicinaꝝ ꝓpriaꝝ ad il=
lā. Si ergo fuerit ex exteriori cā:a qua remanſit impſſio ⁊
cōſtrictio:amota illa approximent̄ balnea:⁊ fomentatio=
nes circa guttur ⁊ collū ⁊ ſpatulas ex aq̄s calidis: et ſim=
plicibus:vel cū decoctiōe medicinaꝝ dilatantiū ⁊ ꝯfortā=
tiū:vt mellilotí:maluaꝝ:fenugreci:apij ⁊ ſimiliū. Et frica
tiones ſuaues cū oleis tēperate calidis reddētib⁹ tracta=
bile mēbrū:vt eſt oleū de fiſticis:de amigdalis dulcib⁹: et
de pineis:⁊ de mellíloto:⁊ camomilla:⁊ ſiſibus. Et cero=
ta ex eius butyro:⁊ mucillaginibus notis hyſſopo humi
da:⁊ dialtea:⁊ ſiſibus. Et cibi interius ſumēdi ſint ex cale
faciētib⁹:⁊ humectātib⁹ ſupradictis. Ita ꝙ boli ſint ma=
gni in quoꝝ trāſglutiōe conet̄:⁊ cū retētione anhelit⁹. Si
vero ſit ex caliditate adurēte in febre acuta: primo opʒ fe
brem curare:vt infra dicet̄:deinde ſiccitatē ⁊ aduſtionem
ibi impſſam remouere:⁊ hoc cū interi⁹ ⁊ exterius approxi
mādis. Interius ſicut cū mucillagine dragagāti:ſemine
citoniorꝝ:pſilij:⁊ pulpa tamarindoꝝ ⁊ terenіabin: ⁊ lacte
ſeminū cōium: ⁊ ſeminis papa. ⁊ ſucco liq̄ritie:⁊ cū carni
bus prunoꝝ ⁊ aquis fructuū vt iuiubaꝝ:granatoꝝ:lactu
caꝝ:violaꝝ:ordei:⁊ cū ſyrupo violato:⁊ roſato bibitis ſor
bēdo:⁊ retētis in ore ⁊ gargarizatis:⁊ cū caudis eoꝝ: ⁊ cū
cibis ex amido de cucurbita:⁊ pulmēto ex attriplicib⁹ ſpi
nachijs:⁊ lactucis ⁊ ſiſibus. Exterius cū inūctionibus: ⁊
oleis violatis:de cucurbitis:⁊ ſiſibus ꝑut in cura febriuʒ
faciem⁹ te ſcire. Si v̄o fiat a frigore ꝯgelāte interi⁹ admi=
niſtrabis diacalamentū:⁊ diaciminū diatrion ſyrupū de
haſce:tyriacā:mitridatū ⁊ oleū balſami cū vino:⁊ cibos ⁊
pot⁹ calidos notos. Exteri⁹ vero calefactiones ex aq̄s ca=
lidis paulatim ſuperi⁹ dictis. Et vnctiones ex oleo aneti
no:de lilio:⁊ eſt ꝓpriū. ⁊ de caſtoreo:coſto:vel alijs calidis
ſuperius dictis. Et calefactiones ex florib⁹ camomille:ca=
lamēto:pulegio:floribus lauri:abrotano ⁊ ſimilibus: ⁊ cū
pannis calidis:⁊ calefactis ⁊ ſtupa lini:vel canapis vel la
na ſuccida. Si vero fiat ex ſpaſmo ſiquidē humido facies
vnctiōes de oleo:de euphorbio:de piperibus. Et ſi expe=
diat:euacuet̄ totū corpus cū clyſterijs: ⁊ collyrijs:dabiſq̄
ad bibendum aſam cum aqua granatorum:vel cum vino
pipere:ruta ⁊ ſimilibus. Si vero ſit ſiccus:adminiſtrabis
regimen

regimen humectantiū ex cibis ⁊ potibus. Cibis vt aqua gallinaꝝ pinguiū ⁊ iuuenū. Et carnes hedoꝝ: ⁊ agnoꝝ: et vituloꝝ lactentiū: ptisana: pulmēta ex amido et ale pullorū: et testiculi galloꝝ in lacte nutritoꝝ: ⁊ pisces parui ⁊ petrini: et oua sorbilia: lac: butyꝝ: medulle: ⁊ silia. Olera sūt vt boragies: buglosse: spinachia: attriplices ⁊ silia. Fructꝰ sunt vt poma dulcia: pinee: fistici amigdale: sisamus: et similia. Potus vt vinū limphatū: aqua cū zuccaro vel iuleb violatū. Et electuaria humectātia sunt diacodiō: diadragantū: diaboriginatū: ⁊ diabuglossatū. Et electuariū ad restaurationē: ⁊ ipinguatiuū supius dictū: ⁊ panis aloe ⁊ silia. Exterius vero cuꝫ embrocis: vel epithimatibꝰ ⁊ fomētis ex aquis dulcibꝰ enarratis: ⁊ fricationibus: et balneis: ⁊ inunctionibus: et oleis et cerotis: ⁊ humectantibꝰ: vt est oleū amigdalaꝝ dulcium pinearū: fisticoꝝ violarū: succus maluaꝝ: cucurbite: melonis: cucumeris. Et semina ⁊ aque ipsoꝝ: et sorbitio facta ex eis et grasulis: ⁊ pinguedines galline: porci: anatis: ⁊ medullis vituloꝝ: ⁊ lacte in domo ⁊ aere locetur: ⁊ in quiete et somno seruet. Et si quidē remāserit impressio cōstrictionis opaberis ad eā: vt hic superiꝰ habuisti. Si aūt a ventositate fit: dabis interius oleū de kerua dianisū: diagalangā: diaciminū: cōfectiones de seminibus ⁊ cōmouētia eructuationē vt anisum ciminū. rutā siccā: erucā: carui: ameos: masticē ⁊ thus masticata vel hausta. ⁊ in cibis: ⁊ in potibꝰ mixta. Exteriꝰ pones vētosam: ⁊ vnges ex oleo nardino de enula: rutaceo de asa ⁊ silibus superiꝰ enarratis. ¶ Si vero fit a vicinitate apostematis gutturis lacertoꝝ: vel colli curabis curatione squināntie: quā superiꝰ habuisti. Sed si fuerit a dissolutione spondilis colli cura ꝓpria posita est infra. ¶ Silr si sit coartatoria q cadit in eius via aliqd extraneū adherens vt spina ⁊ silia: curabis cura ꝓfocationis superiꝰ posita. Et si sit humor viscosus ibi descendēs ⁊ adherēs curabis ipsum ex purgatione cū incisiuis: ⁊ abstergentibus pharmaciis: puta cū gargarismatibus ex syrupo acetoso simplici: vl' oximelle squillitico: vel aceto eius cū melle rosato: ⁊ aqua mellis hyssopi: vel staphisagrie: vel sinapis: vel piretri: ⁊ calamēti: origani ⁊ pulegii: passulaꝝ ficuum siccarū: ⁊ cū ꝓuocatione vomitus cū predictis ⁊ clysteribus acutis notis supra. Necnō si expedit egritudines capitis a quo ꝓuenit reumatismus opꝫ curare vt superiꝰ dictū est. Etiā si fuerit sanguis cōgelatus due res cōueniūt in cura eius. Prima est ipsum liqfacere. scda est ipm educere: ꝓut infra de cura cōgelationis sanguinis in stomacho: ⁊ vētre dicemus: ⁊ hoc cū simplicibꝰ ⁊ cōpositis. Simplicia sunt coagulū butimē: bdelliū ⁊ huchuē. cū aqua cineris ligni ficus: ⁊ quercus sumpta ⁊ gargarizata. ¶ Secūda est ipm educere cū vomitus ꝓuocatione cū melle: et succo apii: ⁊ terra sigillata dissoluta in aqua: et farina tartari dissoluta in ea calida vel vino. ¶ Inqt em Gal'. vinū coagulata dissoluit: ⁊ suo motu citiꝰ extra pellit: vel fluxu vētris: ⁊ hoc cū clysteri ex succo apii: opponaco dissoluto i eo cū salgēma: ⁊ melle: vel resolutiōe ipsaꝝ cū emplastro facto ex hasce: salgēma: opponaco cū melle cōfectis: ⁊ approximato gutturi. ¶ Si vero sit ex lūbricis et vermibus ibi coadunatis ⁊ infixis. Cura est due res. s. interficere: et educere sicut supra de egritudinū cordis cura dixinꝰ. Et hic breuiter dicamꝰ que illis duobus sunt ꝓpria: ⁊ ex illis est baurach: kebuli: myrrha decocta in oleo centonica et centaurea sumpta. Et postq ꝓuocat vomitꝰ: ⁊ emplastrata kitrā: ⁊ petroleō inunctū aloes: ⁊ hiera iterficiūt: ⁊ educunt illos. ¶ Si vero sit carnosa: ⁊ ex apostemate i lacertis ⁊ tunicis ipsiꝰ meri. Cura est quā infra dicemꝰ. ¶ Si vero sit ex verruca vel cicatrice. Curabis cū abstersiuis stipticis vel subtiliatiuis: vt est aq̄ mellis cū ꝟtute radicis capparis: ⁊ passulis: ⁊ floribus absinthii squinātō ⁊ cappares cū aceto boni vini. Et ficus sicce cuꝫ granis myrti: ⁊ aqua cauliū reseruata per tres dies bibita. ⁊ fistici: ⁊ amigdale pinee sumpte. ⁊ oleū eaꝝ sumptū: ⁊ exteriꝰ inūctū: ⁊ aqua nucū cipressi: calami aromatici: anisi: mellilotī embrocata ⁊ silia ꝓut tibi sapiētia mōstrabit: ⁊ qñq est incurabilis.

Sanguinem coagulatū liquefaciētia. ¶ Medicamen dissoluēs sanguinē congelatū in stomacho et meri. ℞. coaguli leporis. ʒ. xxxvj. coaguli gazeli. ʒ. xxxij. gentiane: aristologie rotūde. seminis rute siluestris myrti. aā. ʒ. iiij. Conficiantur cum melle. Et sit dosis eius sicut vis in aqua calida: aut in syrupo acetoso.

¶ Capitulum. iiij. De solutione continuitatis meri: ⁊ eorum que ex illis accidūt vt est fluxus sanguinis: ⁊ eruptio eius ex ore et cura eius.



Solutio ꝯtinui meri eueniēs duplex eē ꝯtingit: simplex vt est plaga pūctio: scissio: ⁊ silia: Cause.
aut cōposita: vt est vlceratio eueniēs ipsi: et qñq aut est supficialis sicut est excoriatio: aut ꝓfunda penetrās tunicā vel pelliculā vnā vel ambas Simplicis cā est interior ⁊ exterior. Interior est humiditas in sui substātia aggregata: ⁊ pelliculis eiꝰ penetrās et pforās sui acuitate: aut sua qntitate replēte: aut sua ventositate extendēte scindēs ipsum ꝓfunde: ⁊ qñq totaliter. ¶ Exterior est vel tranglutio rei scindentis vel pungentis vt ossis acuti: vel spine: vel vitri vel pcussio cū re incidente pungēte ⁊ perforāte. Et supficialis cā interior est cibus acutus vel medicina: aut humor transiens acutꝰ cum vomitu de stomacho saliens: aut descendēs intrās ad ipꝫ aut est malitia cōplexionis calide ⁊ sicce exiccātis ipsum: quare superficies eius aduritur: ⁊ cadit sicut in febribus adurentibus ꝯtingit frequēter. ¶ Causa vero cōposite. s. vlcerationis est duplex. s. interior ⁊ exterior. Interior aūt est aptio apostematis: aut plaga que facit sanguinē: aut humor corrosiuus trāsiens: ⁊ in catarris descēdens ad eū vel al's imbibitus corruptꝰ ⁊ putrefactus corrodēs ipm. Exterior est que partē de eius substātia scindēdo asportauit: ⁊ est nota. ¶ Signa vlcerū eius dicta sunt supra. Sed distinguētia inter vlcera meri ⁊ stomachi a tribus sumuntur. s. a loco: a tpe: ⁊ ab accidētibus cōcomitātibus. A loco: nā in vlceribus meri dolor punctio: ⁊ ardor sentitur in collo vsq ad ossa dorsi: ⁊ furculā superiorē pectoris: et illud qd est inter duas spatulas. in vlceribus vero stomachi dolor pūctio ⁊ ardor sentitur in interioribus ossibꝰ pectoris puta furcula inferiori pectoris infra. A tpe: nā in vlceribꝰ meri sentitur dū trāsglutic fit vomitus vl' eructuatio rei acute qualitatis. in vlceribꝰ vero stomachi sentit postq trāsglutitꝰ est. Ab accidētibꝰ cōcomitātibꝰ qñ vlcera stomachi plurimū ⁊ ꝓprie sunt in supiori parte stomachi perducunt ad minorationē vel ablationē anhelitꝰ: ⁊ ꝓuocationē sudoris frigidi ⁊ sincopim: ⁊ infrigidationē extremitatū. Sed simplicis solutiōis cause interioris humoralis signū est inuentio signoꝝ antecedentis cause ⁊ regimē pcedēs multiplicās talē humorē: ⁊ infectio partiū oris ex humore acuto: quē dolor ⁊ sapor ostēdit: ⁊ ꝯsuetudo passiōis illius. Si vero sit a cā exteriori est manifesta ex se vel relatu infirmi. Sed si sit supficialis ardor ⁊ pūctio est parua cito trāsiēs. Et egredit qñq sicut truscula: ⁊ pellicula adusta. Si vero ꝓfunda dolor est fortior ⁊ diutius durās: ⁊ egreditur sanguis: ⁊ humiditas naturalis. ⁊ iuētio causaꝝ interioꝝ ⁊ exterioꝝ ipsas insinuat. Signū aūt vlceris ipsius fetor est in ore pceptus: ⁊ exitꝰ p os puris ⁊ sanici: ⁊ qñq associant ei pelliculaꝝ frusta. ¶ Cura solutiōnis cōtinui meri difficilis: vel impossibilis esse dignoscit sicut cura solutionis cōtinui cuiuslibet membri qd est via p quā aliqd extraneū trāsit trahit vel expellit: vt sunt meri intestina renes: pori vritides ⁊ vesica: ⁊ maxime cū est intrinseca cōposita ⁊ ꝓfunda ⁊ penetratiua: nō em pōt bene medicina apponi. ⁊ si apponat nō tam diu permanet vt suā impssionē faciat: quin cibi ⁊ potus trāsglutione abstergat: ⁊ asportetur qui etiā ampliati qntitateꝫ magis bucellis: ⁊ sua qualitate acuta si quā habēt pungūt ⁊ dolorē faciūt qui est ꝓuocatiuus reumatis: ⁊ sic vlceris augmentationis. Si ergo sit simplex: ⁊ recēs plaga ⁊ supficialis: cura eiꝰ est tres res. prima aufert cām exteriorē ⁊ interiorē abscindit. scda solutionē vnit. tertia corrigit accidētia. ¶ Primā rē complent flebotomie de cephalica vel magis clysteria ⁊ pharmatie solutiue vētris nō vomitiue cū ꝓpriis stomachi dictis cū ēt cerebro si expediat: ⁊ ꝯsequēter cū ꝯfortātibꝰ ipm ⁊ retinentibus ipm catarrū: ⁊ ablatione oīs rei exterioris infixe aut teli: ꝓut infra de solutione cōtinui dicet: si annuat oīpotens. ¶ Rem vero secundā cōplent stiptica ⁊ conglutinatiua interius ⁊ exterius approximata. Interius gargarizata ⁊ retenta in ore: ⁊ lambita simplicia: ⁊ cōposita. Simplicia sunt vt grana: ⁊ cime myrtorum lentisci: oliuarum: et rubi: et grana granatorum: ⁊ citonia: et corticis balaustiarum ipsorum: et rose immature masticate: ⁊ trāsglutiatur succus eorum sicut resudat: ⁊ gargarizatio cum

Signa vlcerum stomachi et meri distinctiua.

aquis ipsaꝝ: ⁊ cū rob ipsaꝝ: ⁊ rob mori gūmi dragaganti lutū armenū. ⁊ lutū sigillatū: ⁊ thus: albumē ouoꝝ: ⁊ silia. Cōposita ad alcola dicta sunt supra: ⁊ q̄ inferi⁹ tibi tradūtur ad vlcera: q̄ etiā exterius p̄ oēm moduȝ administrare poteris: ⁊ ꝓprie circa collū ⁊ guttur: ⁊ locū qui inter duas spatulas existit. ❡ Tertiā vero rē cōplent que dolorē ⁊ pūctiones corrigūt: que sequunt̃. Si vero sit ꝓfunda penetratiua eius cura est. iij. res. ❡ Prima est vt sanguinē fluentē restringas: ⁊ dolorē sedes: ⁊ illud cū approximatione: et epithimatione albuminis ouoꝝ: ⁊ aliis q̄ dicemus in ca. subsequēti. ❡ Scd̄a est vt sicca stipticātia: ⁊ cōglutinātia: et cōsolidātia p̄dicta interius et exteri⁹ applicent̃. ❡ Tertia vt regimē adequet̃ in sex rebus nō naturalib⁹ ꝓprie in cibo et potu. Seruet̃ ergo in quiete et ab oībus dilacerātibus: et apertētibus vomitiuis et ꝓuocātibus reuma. Custodiatur a cibis calidis et a potibus: et acute qualitatis: ȝ sint ex lenietibus glutinosis et stipticis: vt sunt oua sorbilia pulmentū ex riso vel amido cū iure carniū p̄paratuȝ vt vinū stipticū et silia: ⁊ bucelle sint parue: ⁊ repletio pauca. ❡ Si aūt sit vlceratio in eo facta: curabis cura vlcerū quā tibi inferius subiūgemus. Fiant formule in modū lupinoꝝ: quarū vna retēta in ore: et sicut dissoluit̃ deglutitur: remouet solutionē cōtinui: et vlcera meri: ⁊ cōsolidat: et incarnat: ⁊ lenit. ℞. gūmi dragagāti: masticis: thuris albi. aā. ʒ. j. ireos. ʒ. ß. liq̄ritie. ʒ. j. hypoq̄stidos: granoꝝ myrte: et cimarū eius: ⁊ oliuarū. aā. ʒ. ß. seminis citonioꝝ. ℈. ij. luti sigillati et luti armeni. aā. ʒ. j. cōtere: et cōficiant̃ cum rob myrte. vel lentisci: et est ex inuētione nostra.

Formule vt lupini tenēde in ore.

❡ Unguētum aliud expertū et efficacissimū ad vulnera et vlcera in quacūq; p̄te corporis sunt: et ꝓprie capitis cū fractura cranei: et est romanoꝝ. ℞. terebēthine. ℥. viij. succi betonice. ℥. v. ⁊ substantiā ei⁹: misceant̃ simul. Et stent p̄ duos dies: deinde ponant̃ super ignē lenē: et calefiāt donec liquefiat terebenthina. deinde colent̃ per staminā. et colatura iterū ponatur super ignē: et buliat vsq; ad ꝯsumptionē succi. postea addat̃ gūmi abietis. ℥. ß. olei rosa. ℥. ß. cere. ℥. iiij. et vtere.

Unguētū expertum ad vulnera et vlcera.

❡ Confectio clysteris attractiui ƀm inuentionē nostram in aqua decoctionis polipodij foliorū mercurialis centauree asari anisi ꝛ feniculi ana. ℥. ß. furfuris. M. j. bulliāt pulpe coloquītide tertia pars. ℥. serapini armoniaci añ. ℥. quarta: ꝛ dissoluanł mellis cōis. ℥. ij. succi blitis. ℥. iij. hierepigre laxatiue. ℥. iiij. olei cucumeris asinini. ℥. ß. salisgemme. ℥. ß. ꝛ immitte.

Hierapigra simplex Gal.

❡ Confectio hierepigre Gale. ℞. ciamomi: xilobalsami asari spice croci diamasticis añ. ʒ. j.

aloes.ʒ.vi. Si pro lot⁹ non fuerit aloes sufficiēter euacuat lot⁹ pro min⁹ purgat: corroborat aūt magis ventrē. Quidā aūt hoc pharmacū miscēt cū spumato melle: vt meli⁹ ꝯseruet ⁊ edat. Quidā pro siccū dāt ⁊ meli⁹: magis cū subdit⁹ magis roborat vētrē. Dosis pro cōis ē duoꝝ coclearium mediocriū: magna pro duoꝝ magnorū: minor pro.j. coclearis cū aq̄ tepida trib⁹ ciathis vacuo vētre. Hoc eīm pharmacū abstergit optime cacochimias tunicaꝝ ventris: ⁊ cōfortat ipm: ne regeneret: ⁊ min⁹ qḋ influere ꝯsueuit recipiat. Quidā pro sunt qui dant in aqua absinthij quādo in stomacho est materia calida. ¶ Inquit Gale. Eupatoriū et absinthiū virtutē habēt ⁊ proprietatē confortādi epar frigidū aperiendi suos ductus ⁊ abstergendi ⁊ spica casia: et fisticum: ⁊ similiter endiuia frigidū: vt dicit Abo. ¶ Et illud idem operant confectiones earū: vt syrupi trocisci decoctiones epithimata et emplastra. Inquit quoq; Gale. scolopendria ⁊ cortex capparorū virtutē ⁊ proprietatē habent confortandi splenē aperiendi et abstergendi ductus eius. Et illud idē operant confectiones eorū: vt syrupi trocisci. decoctiones epithimata ⁊ emplastra. Et diximus in libro cōsolationis: vbi de virtute simpliciū te scire fecimus q; sticados ⁊ hyssopus hortensis virtutē ⁊ proprietatē habent cōfortandi cerebrū: ⁊ mundificādi ⁊ aperiendi ⁊ abstergendi ductus eius. ¶ Similiter ⁊ cōfectiones eorum: vt syrupi decoctiōes epithimata: ⁊ emplastra: ⁊ caputpurgium etiā factū ex succo ireos cōmouet sternutationē ducit per viaʒ nasi superfluitates ex cerebro plurimas ꝓnas fluere corporis ad partes occultas: ex quib⁹ est stomach⁹: ⁊ caputpurgiū ex semine vitice vel nigelle cū aceto: euaporatio cū aceto aperit oppilationes collatorij: ⁊ ozimū gariofilatū comestū ⁊ odoratū ⁊ calamētū ⁊ silia. ¶ Inquit Abo. carnes vaccine cū aceto coriandro et cocro cōfortāt stomachū prohibēt effusionē materierū calidaꝝ ad ipm: ⁊ illud idem etiam operatur emplastrū ex folijs rubi cū farina ordei. ¶ Item sacculi ex inuentione nostra ad idem. ℞. granorū myrti sumach. aā.ʒ.ij. rosarum immaturarū cū stipitibus.ʒ.ß. absinthij loti in aqua ro.ʒ.ß. coriādri.ʒ.j. ß. spodij sandali rubei aā.ʒ.iij. bulliant in aqua ro. cum succo citoniorum: ⁊ quādoq; addit parum aceti calidi: ⁊ sunt experti. Et si ex predictis feceris emplastrū est proprium. *(margin: Sacculi.)*

¶ Item oleum onfacinū rosarum: de citonijs: de balaustia operant idē. ¶ Confectio de citonijs cōfortās stomachū ⁊ ꝓhibēs ipm recipere humores calidos: ⁊ est Abo. ℞. citoniorū assatorū in massa q̄titatem.ℨ.iij. croci absinthij. aā.ℨ.ij.⁊.ß. olei masticis arboris ⁊ olei de citonijs aā. ℨ.iiij. Conficiantur cum vino odorifero. Et epithimetur stomachus. *(margin: Diacitonite cōfortatiuum.)*

¶ Syrupus de agresta conferens ad stomachum calidū ⁊ solutionē nature ex cholera citrina: ⁊ egritudines accidentes ex corruptione aeris: ⁊ abscindit sitim ⁊ stringit stomachū pregnantis donec nō recipiat humores melācholicos: ⁊ cholericos: ⁊ ꝯfortat embrionē: ⁊ stringit ipm: cuius permixtio est. ℞. succi agreste li.ij.⁊ coquat donec consumet medietas ⁊ colet: ⁊ dimittat vna die. Deinde reducatur ad ollā in scda die: ⁊. decoquat cū pondere ʒ.ij. de gariofi. donec consumet grauis odor eius: ⁊ donec fiat ei spissitudo substātie vt rob: ⁊ colet ⁊ reponat ⁊ administretur. Et si vis: adde zuccari quantitatē quam vis ꝑm q̄titatē subtilitatis agreste ⁊ spissitudinis eius: et est Serapionis. *(margin: Syrupus de agresta quē describit Auicē. y. cano.)*

¶ Confectio miue acetose nostra illud idē operat. Et etiā trocisci de spodio ⁊ de rosis: ⁊ rob myrte et rob de succo granatoꝝ dulciū acetosorū ⁊ muzorum ⁊ rob de ribes. Sed miua aromatica cōfortat stomachū frigidū: vt nō recipiat superfluitates phlegmaticas decurrentes ad ipm. ¶ Itē sacculi ⁊ emplastra ex predictis calidis simul cōmixtis ⁊ electis idē operant. Et experti sunt. ℞. mente sicce substātie absinthij loti ī aqua rosa: donec remoueat malitia odoris.i. sansuci. aā.ℨ.j. myrtillorū balaustiaꝝ aā. ʒ.j. spice.ʒ.j. gallie muscate ciperi myrte aā.ʒ.j.ß. masti. thuris masculi aā.ʒ.ij. Conterant ⁊ recludant in sacculis: bulliāt: in vino stiptico: ⁊ applicent: ⁊ si emplastra cōficere velis: addas masticis duplū: ⁊ laudani medietatē olei nardini ⁊ cere quantū sufficit ⁊ vtere. *(margin: Sacculi stomachales boni.)*

¶ Itē electuariū ex inuētione nostra ad hoc probatū et expertū. ℞. carnium citoniorū decoctorū in aqua ⁊ vino stiptico. ℨ.v. cinamomi.ʒ. ij. spice.ʒ.ß. macis: gallie muscate aā. ℈.ij. nucis mu.ʒ.j. galange.ʒ.ß. piperis albi.ʒ.j. zinziberis.ʒ.ß. corticū citri rosarum immaturarū aā.ʒ.ij. xiloaloes.ʒ.ß. gummi arabici: et dragagāti aā.ʒ.j. syrupi rosati de cortice citri et melisse qḋ sufficit. *(margin: Electuarium probatiuum.)*

¶ Itē cōfectio nostra de citonijs cuꝫ speciebus ⁊ aromatibus in antidotario nostro descripta idē operat: ⁊ quidā masticē vel tantū amomū addūt. ¶ Itē electuariū de scoria ferri ad humorositatē stomachi cum caliditate ⁊ est filij Serapionis. ℞. scorie ferri infuse in aceto. vij. diebus ⁊ colet ⁊ frigat in patella ⁊ terant.ʒ.v. myrobalanorū chebulorū emblicorū bellericorum radicum liquiritie: ro. squinanti aā.ʒ.x. ⁊ confice cum zuccaro tabarzeth: ⁊ dent ex eo.ʒ.iiij. cum aqua malorū. *(margin: Electuariū de scoria ferri.)*

¶ Itē aliud confortans stomachū ⁊ exiccans humiditatē eius cū frigiditate. ℞. triū myrabolanoꝝ predictorū radicum liquiritie zinzibe. xiloaloes cruci nucis muscate gallie rosarū spice squināti masticis omniū. aā.ʒ.x. musci.ʒ.j. limature acuū ꝑm pondus medicinaꝝ que infundant in vino odorifero. vij. dieb⁹: deinde frigant in sartagine ⁊ terant ⁊ liniantur cum oleo de amigdalis dulcibus et cōficiant cū melle ⁊ dent ex eo aur. ij. cum vino odorifero antiquo aut miua aromatica. Et si quidem detineat propter stipticitatē ei⁹ in stomacho: post ipsum sumat mane.ʒ.j. cū gelenabin vel casiafistula: quoniam educit abstergendo ⁊ cōfortat. *(margin: Aliud electuarium stomachi confortatiuum.)*

¶ Trifera mūdificās stomachū mollificatū ab humiditate ⁊ resoluēs ventositatem ⁊ calefacit ipm. ℞. myrobalanoꝝ citrinorū.ʒ.xx. myrobalanorū nigroꝝ emblicorū ⁊ bellericorū aā. ʒ.x. radicum liquritie passularū mundataꝝ ab interioribus suis aā.ʒ. v. masticis cinamomi aā.ʒ.ij. terant ⁊ cribellent et liniant cū butyro vaccino. Et cōficiant cū melle dispumato: ⁊ administret pōdus.ʒ.ij. cū aqua tepida. *(margin: Trifera stomachi mūdificatiua.)*

¶ Electuariū ad humiditatē stomachi: cui⁹ permixtio est. ℞. myroba. emblicorum zinzibe. aā.ʒ.ij. heil. anisi masticis aā.ʒ.iij. terant ⁊ cribellent. Et ꝯfice cū melle: ⁊ det ex eo pōdus.ʒ.ij. cū aq̄ calida vel vino: ⁊ est expertū. *(margin: Electuariū ad humiditatē stomachi.)*

¶ Itē aliud de nersinthia ⁊ accipe ante cibū ⁊ post: ⁊ cōfert ei in cuius stomacho est humiditas mucillaginosa. ℞. heil pōdus.ʒ.j. cardamomi cinamomi aā.ʒ.j. musci. ℈.iij. zinziberis.ʒ.vj. macropiperis. ℈.v. gari. cinamo. aā.ʒ.ij. zuccari tabarzet.ʒ.xxx. terant ⁊ conficiant ⁊ dent.ʒ.ij. *(margin: Aliud electuariū cōtrariū humiditati mucillaginosam stomachi.)*

¶ Confectio pharmaci de succo citoniorūꝫ quā posuit Gale. ad illos qui discrasiā frigidā ⁊ humidam stomachi habēt: et cacochimiā aggregant phlegmaticā: ⁊ que a capite influxam vel cholericā vel vtrūq;: ⁊ confortat et prohibet ne recipiat superfluitates influxas: et resoluens ⁊ exiccans que influxa est ⁊ generata: prouocat appetitū: ⁊ iuuat eos qui nō bene digerūt. ℞. succi citoniorum nouorū: et stifantiū.i. ponticorū sextaria.ij. romanorum: mellis electi ⁊ dispumati tantūdem aceti sextariū.j. ß. decoquat sup carbones moderate: et misceant zinzib. ʒ. iiij. piperis albi. ʒ.ij.⁊ ita insimul ardentibus carbonibus coque quousq; ad mediā consistentiā in quali stomaticha pharmacoꝝ construunt. Hoc etiā pharmacū cōfert his q̄ imbecille habent epar: dosis est coclear.j. cōmensuratū in ieiunio ante cibū per.ij. vel.iij. horas: neq; nocet etiam si post cibū accipiat quis. Sed ita confectū confert his qui discrasiatū ꝑm frigiditatē habent stomachū ⁊ cacochimiā phlegmaticū aggregant. Illis aūt qui discrasiatū habēt ꝑm caliditatē ⁊ plenū cholera auferatur zinziber ⁊ piper: sed illis qui medij sunt dimidiū predicte cōmoderationis zinzibe. immitte. *(margin: Pharmacū de succo citoniorum.)*

¶ Aromaticū ro. descriptione Gabriel. ⁊ elephangine boni saporis est cōueniens in hoc casu: vbi adsint dispositiones in quibus eum laudauimus.

¶ Capitulū. viij. de cura egritudinū in plasmate: ⁊ primo de regimine eius: cuius stomachus est rotūdus: et paruus et protensus vel magnus.



Stomacho etiā quādoq; accidit egritudo instrumentalis in figura: q2 cū debeat naturaliter esse oblongus sit rotūdus: et in quātitate: q2 sit paruus per cōparationē ad corpus pro quo coquere cibum habet: ac in situ: q2 sit superius nimis: et iuxta diafragma propensus: et q̄nq; tales egritudines ei simul cōtingere possunt: ⁊ q̄nq; vnaqueq; per se. ¶ Unde Gale. ait manifestum q̄m duo⁊ tria peccata simul inesse possunt: vt q; stomachus sit rotundus: paruus: et propensus iuxta diafragma. Cuius causa est interior tm̄: q2 error nature solū quantū ad figurā ⁊ situm: et eius cause ⁊ materie quantum ad paruitatem. Et cognoscitur ex *(margin: Galenus.)*

scitur ex tumore rotundo tensione: ꝛ malitia anhelit⁹ apꝺ cibi repletionē apparēte in superiori ventre: ꝛ ructuatio ꝓprie absqꝫ ꝙ tactus inueniat dolorē in eo: ꝛ priuatiōe eius apud inanitionem. ¶ Et tamen curari nō pōt ſm Gal. in tegni sicut nec mala figura: ꝛ situs aliorū mēbroꝝ interiorum. Et ꝓprie in procedentibus multū vltra natiuitatē: et maxime post augmētū. Potest tamen alleuiari ꝛ remediari a prauitate ꝛ nocumento ipsius cū regimine ꝯueniēte: ꝛ ꝓprie cibi ꝛ potus. Et est vt cibus detur facilis digestionis: ꝛ potus parū ꝛ sepe: prout Gal. edocuit. Et i aliis regatur nō naturalib⁹ prout digestioni cōplende ꝯueniūt qꝺ infra dicemus diuino auxilio ꝯfidētes. ¶ Paruitas vero eius curari poterit per additionē cibi ꝛ potus calidi et humidi paulatine factā: ꝛ per fricationem cataptasmata ꝛ emplastra ex rubificantibus trahentib⁹ sanguinem ad ipm donec magnitudinē sufficiētē accipiat conuenientē corpi infra adolescentiā: donec corpus sit in augmento. Et est talis paruitas toti corpori nociua: sicut superflua est magnitudo in quo sunt corrigibiles magisqꝫ in aliis mēbris interioribus: tum ꝓpter positionē eius cum iuxta exteriora magis aliis mēbris sit situat⁹: ita ꝙ absqꝫ multo medio potest extingui: tum etiā qꝛ eius officium est primo recipe cibum et potum ab exteriori ꝛ medicinas quibus augmentari poterit infra adolescētiā: ꝛ post ipaꝫ naturali cōpleto augmēto dilatari ꝛ extendi: vt dictū est: nō tamen augmentari vere cum verū augmētū a natura sit sola: ꝛ terminus ei⁹ ꝓfixus.

Regimen obseruāduꝫ ab hñtib⁹ stōachū ꝓuū rotunduꝫ: ꝛ ꝓpensum.

¶ Inquit enī Ga. solius igit nature est distrahere vndiqꝫ facere continuū sibi manens: ꝛ principalē custodiēs speciem corpus adhuc. Et hec est augmētatio sine influēti et applicatio cibo nō potēs fieri. Arist. quoqꝫ ait: omniū eniꝫ natura constantium terminus est ꝛ rō magnitudinis ꝛ augmenti: quia ad. xxv. annum: vel. xxx. vt Joannitius dicit. Magnitudo quoqꝫ cuꝫ fascia cincta ꝛ stricte superligata et cum paucitate cibi ꝛ potus ꝛ quiete curatur.

In primo physicoꝝ.

¶ Capitulum. ix. de cura egritudinū stomachi in viis oppilationis eius.


Ccidit etiā stomacho egritudo istrumētalis in poris ꝛ ductibus ꝛ viis ei⁹: que oppilatio est ꝓhibens transitū eius qꝺ venire ab aliis mēbris ad eū ordinauit natura: eiusqꝫ qꝺ ab eo impellit ad alia instituit ꝛ expellit. ¶ Potest autem esse multiplex. Una que est in neruis qui sunt inter cerebruꝫ ꝛ os eius continuantes: ꝓhibens transitum spirit⁹ sensibilis ad ipm. ¶ Secunda eē potest in poro qui est inter splenem ꝛ ipsum ꝓhibens transitum melācholie quā transmitti ordinauit natura ad eius excitādū appetitū. ¶ Tertia esse potest in via que est inter os ꝛ ipsuꝫ ꝓhibens trāsitum cibi: vt est oppilatio meri de qua supra diximus. ¶ Quarta potest eē oppilatio que est in venis que sunt inter epar ꝛ ipsuꝫ: per quas ꝯsueuit illic epar mittere sanguinem ad nutriendū ipsuꝫ. ¶ Quinta potest eē i via que est inter ipsum ꝛ anum seu rectū intestinum ꝓhibens trāsitum superfluitatum ipsius quas expellere cōsueuit ad ipꝫ vt est oppilatio intestinoruꝫ. ¶ Sexta est que est in venis meseraicis ꝓhibens transitū chili generati in eo queꝫ impellere ꝯsueuit ad epar. ¶ Haruꝫ omniū causa est duplex exterior scꝫ vt frigiditas aeris ꝛ cōstrictio aduenies: ꝛ plurimū est scꝫ interior aliqua scꝫ ex illis quas in oppilatiōb⁹ meri nominauimus: ꝛ plurimū humoralis. Et ex illis ē catarrus descendens ad ipsum: ꝛ malitia digestionis q̄ est cā generalis.

Cause.

¶ Signa prime sunt paruitas appetitus absqꝫ ꝙ inueniat in stōacho malitia complexionis: seu alia egritudo cū perseuerātia digestiōis in dispositiōe sua nisi aliꝺ sit quod impediat: ꝛ paruitas sensus apꝺ deglutionem rei acute pungentis vel mordicantis: nec accidit singult⁹ etiā si in ieiunio sumat. ¶ Secunde signū est paruitas appetitus cum grossitie splenis. ¶ Tertie signū superi⁹ habuisti. ¶ Quarte signū est sitis intensa in pricipio: in processu vero ipsius minor accidit: ꝛ defectio omnium operationū ei⁹ ꝛ consumptio ꝛ arefactio toti⁹ corporis et arefactiōe ipsi⁹ priuato sibi solito sanguinis alimēto absqꝫ causa aliqꝫ apparente illi⁹. ¶ Quinte ꝟo signa sunt accidētia ileos ꝛ colice. ¶ Sexte signū est multitudo egestionis: ꝛ humiditas ipsius: ꝛ ꝓprie chilose: ꝛ sitis ꝛ paruitas sanguinis: ꝛ per consequēs alteratio coloris ad pallorem: ꝛ consumptio vl' extenuatio corporis: ꝛ defectio. Sed signa causarū ipsarū tam exteriorum ꝙ̄ interiorū et signis causaruꝫ oppilationum meri ꝯprehendere poteris ꝛ generaliter etiam curaꝫ si prudēs natura fueris ꝛ mente exercitatus. ¶ Cura) est autem cura ei⁹ duplex generalis. s. ꝛ specialis. Generalis est apertio eius ex medicinis aperitiuis: ꝛ generalib⁹ oib⁹ oppilationib⁹ talib⁹. Et ex simplicib⁹ est spica. Et ex compositis hiera ꝛ proprie cū aqua absinthii parua ꝛ magna Ex cibis aq̄ cicerū cū decoctiōe spice vel radicū cōmuniū. Et ex potibus vinū clarū subtile purū vl' mixtū ꝓut dispositio exigit ꝛ ꝓprie cū aqua ferrea. Et breuiter omne regimen aperitiuū ꝛ curatiuū nocumētoꝝ exteriorum causaꝝ qꝺ ex ꝓdictis ꝛ dicendis est manifestū. ¶ Sed cura spālis est abscissio spāliū causaꝝ: sicut abscissio prime est cura catarri quā superius dixim⁹: ꝛ malitie digestionis stomachi quā subiungem⁹. ¶ Et ex cōuenientibus huic oppilatiōi est costus oleū eius ꝛ spica: vehementer enī in neruoꝝ oppilationibus cōmēdant: ꝛ istoꝝ maxime cū assumptiōe eoruꝫ imediatius attingant. Scḋe cura est cū incidentibus ꝛ abstergentib⁹: vt est hiera ꝛ aqua absinthii et corticum capparis ꝛ syrupus ex eis. ¶ Sed tertie cura est dieta. ¶ Quarte cura est cū hiera ꝛ absinthii: cuscute ꝛ eupatorii decoctiōe ꝓprie. ¶ Sed cura q̄nte est cura yliace et colice quā infra ponem⁹. ¶ Sed sexte ꝛ vltime cura est cū clysterib⁹ ex aq̄ mellis ꝛ hiera: ꝛ cū bibitione ipsius. Et breuiter ei⁹ cura est cura flux⁹ chilosi quā inferi⁹ subiūgemus si succedat nobis pietas trinitatis. ¶ Insup te scire volumus ꝙ largitas dictoꝝ ductuū pororū siue viaꝝ egritudinalis marie accidit: qꝺ si ꝯtingat ꝓ curā oppilatiōis ꝯtrariā: cōtrariā exercebis curā ei⁹. ¶ Inqt Abo. cuscuta aperit oppilatiōes stomachi: ꝛ calam⁹ aromaticus cū semine apii ꝛ melle: ꝛ marmacur aperit oppilationes viscerum.

Ad stomachi ꝛ viscerū oppilationes.

¶ Capitulum. x. de cura repletiōis stomachi siue nauseatiue satietatis ꝛ inanitionis ipsius ꝛc.


Epletio seu satietas nauseatiua est egritudo instrumētalis eueniēs stomacho in ei⁹ cōcauitate receptiōis cibi ꝛ pot⁹ a natura ordinata. ¶ Est aūt repletio ipi⁹ superflua plurimū ciboꝝ potuū crapulosa: ꝛ q̄nqꝫ humorosa: phlegmatica obtundens sensum stomachi: q̄re nec famescit: sed poti⁹ nauseatur desiderās eā expellere ꝛ nō valet propter adherentiā ꝛ viscositatem ei⁹ in tunicis ꝛ villis eius. ¶ Et cā hui⁹ est duplex: aut exterior ꝛ materialis vt cibus ꝛ potus: aut interior ꝛ efficiens: vt est mala cōplexio in stomacho acquisita in eo materiā generans: aut ei a toto corpore vel aliis mēbris influxa.

Cause.

¶ Signa). ꝛ ei⁹ signa sunt grauedo in stomacho cū nausea. Et q̄nqꝫ est singult⁹: ꝛ dolor stomachi ꝛ eructuatio acetosa vel fumosa fetida ꝛ inflatio inuentre ꝛ hypocūdriis ꝛ constipatio: q̄nqꝫ lubricitas ꝛ inflatio faciei: ꝛ ꝓprie in cōchis oculorū malitia anhelit⁹ ꝛ pigritia ꝛ tarditas motuū ꝛ coloris albedo vel citrinitas q̄nqꝫ. ¶ Sed signa gñatiōis cause ei⁹ scꝫ humoralis i stomacho: vel qꝛ sit influxa ex his q̄ dixim⁹ supra de signis male cōplexiōis cū materia possunt haberi etiā si sit phlegmatica vel cholerica mixta: ꝛ si sit exterior est manifesta. ¶ Cura). ꝛ similiter cura eius est cura illius: naꝫ consistit in quatuor sicut illa. In euacuando repletionē. ¶ Inquit enim Hippo. ex plenitudine quecūqꝫ egritudines fuerint euacuatio sanat ꝛc.

ii. apho. xxij.

Et siquidē sit ex cibus ꝛ potibus altero cōplebit ipa. Aut vomitu si recens sit ꝛ nō incepta digeri ſꝫ Ga. aut si i via digestiōis sit cū his q̄ iuuādo digestionē citū descēsum ei⁹ de stomacho operant: qualia sunt piper longū ꝛ diatriō et semē raphani ꝓmissuꝫ: ꝛ cū descēderit ad intestina cū enemate anq̄ trāseat ad scḋam: ꝙ si trāsierit cū flebotomia vel pharmacia complebit ꝓprie si fuerit ex humoribus vomitu aut solutiōe vētris. Et abstinētia est cōis in rectificādo mēbroꝝ dispositionē ꝛ ꝯfortādo. s. generatiū mittētiū ꝛ recipiētiū in rectificādo regimē. Et in accidentia q̄ ex signis hic positis colligere poteris ꝛ copiā coꝝ q̄ illa ꝯplēt etiaꝫ modū eorū: apertū eorū vsum tibi tradimus seriose.

¶ Capitulum. xi. de cura inflationis stomachi rugit⁹ tremoris ꝛ gurgulationis ipsius.


Nflatio stomachi est etiam egritudo instrumentalis ipsius concauitatis eius. Cuius causa est duplex: intrinseca scilicet et extrinseca. Intrinseca duplex: immediata et mediata. Et immediata est ventositas grossa multa quieta inclu-

Inflationis cause.

sa in cõcauo stomachi replens cõcauũ ipsius ⁊ extẽdẽs tu-
nicas ei⁹. Sed cã mediata est: aut ex parte stomachi ⁊ cõ-
plexionis ei⁹: ⁊ est efficiẽs: aut ex parte cibi ⁊ pot⁹ vel hu-
moris: ⁊ est materialis. Ex parte autẽ cõplexiõis ⁊ caloris
stomachi q̃ in generãdo vẽtositatẽ causa efficiens est: vt q꞉
sit caliditas stomachi alterans pauca debilis q̃ cũ agit in
cibũ temperatũ stomacho aduenientẽ vel in humorem in
eo contentũ nõ perfecte coquit ⁊ digerit. Sed eius partez
subtilẽ: humidã aut aquosam dissoluit: ⁊ in vẽtũ cõuertit:
tẽperata aũt caliditas illã cõsumit nisi sit multa quã con-
sumere nequeat. Frigiditas vehemẽs cõgelat nõ dissoluit
sic ventositatẽ: nec generat: ꝓinde estatis tp̃e ꝓpter calidi
tatẽ eius acutã nõ cõuertũtur in ventũ vel nubẽ: ⁊ in hye-
me ꝓpter frigiditatẽ intẽsam emanatiões: ⁊ vapores per
uenietes ex terra ⁊ aqua nõ cõuertũtur in ventũ vel nubẽ
sicut ventus vel nubes cõsumptis vel congelatis illis pre
dictis tẽporibus nõ apparẽt: sed vere ⁊ autũno ꝓpter te-
piditatẽ caliditatis per modũ dissolutiõis agentis. ¶ Ex
parte vero cibi ⁊ potus vel humorũ qui sunt in gñatione
eius vt materialis est: vel q꞉ in seipso hz humiditatẽ extra-
neã cib⁹ vt sunt legumina ⁊ alia similia ex herbis ⁊ fructi-
bus. Et pot⁹ vt vina grossa ⁊ dulcia multe cõmixtionis ⁊
aqua grossa mellis crudi ⁊ sitia. Et humor q̃ sit phlegma-
tic⁹ grossus viscosus frigidus ⁊ humidus vel siccus melã
cholicus multiplicatus in eo ꝓpter egritudinẽ splenis in
quos calor stomachi alterãs cũ agit: lz sit tẽperat⁹ ⁊ equa-
lis vt in sano corpore extrahit illã humiditatez extraneã:
nõ põt coq̃re ⁊ cõmassare bene: sed dissoluit in vaporẽ ⁊ vẽ
tũ sicuti si tẽperato igni grossa ligna viridia vel aquosa su
perponant̃ est videre ꝙ multũ fumũ generãt anq̃z superet
⁊ cõburat ea. Si vero igni fortiori vel fortissimo immittã-
tur statim cõsumit ⁊ superat ⁊ cõburit ea nulla vel pauca
effumatione resultante ex ipsis. Sic quoq̃z si calor stõachi
sit fortis p̃dictos cibos ⁊ pot⁹ ⁊ humores presentes coq̃t ⁊
digerit nulla vel pauca vẽtositate resultante ex eis nisi for
te nõ sit tã fortis ꝙ possit supualere eis: vl̕ q꞉ forte q̃ztitatẽ
excedãt quã nequeat supare. ¶ Et illõ inuit Ga. cũ mul-
tũ calida in dolore colico inhibuit ministrari. Si vero ex
vtrinsq̃z pte ꝯtingat vtroq̃z dicto erit modo. ¶ Extrinseca
ꝟo causa ẽ q̃libet res debilitãs calorẽ stomachi in actu di
gestiõis supinsurgẽs exterius: sicut si aeri multũ calido re-
soluẽti vel frigido exponãtur: ⁊ sil̕r balneo vel forti exerci
tio sumpto cibo exponant̃ corpa: vel frigida potet̃ aqua: ⁊
breuiter si illis aduenĩat: quecũq̃z sit ex causis debilitãtib⁹
digestiuã quas infra sufficiẽter xp̃o ꝓpitio intẽdim⁹ nũera
re. ¶ Et signa ⁊ cause ei⁹ imediate sunt tẽsio cũ dolore: qñ
q̃z absq̃z grauitate mlt̃a qualis in nauscatiua satietate exi-
stit nisi sit ꝓpter multitudinẽ cibi ⁊ pot⁹ vl̕ humoꝝ ⁊ absq̃z
sonitu vt in rugitu: vel gurgulatiõe ꝯtingit: q꞉ in hac vẽto
sitas est quieta: ⁊ ꝯpressione sedatur. In illis vero non est
ꝯmota simpl̕r vt in rugitu vel humiditati aquose ꝯmixta
vt in gurgulatione. Nisi sumpto potu: qm̃ tũc etiã si tẽpera
tus vel modicus existit sonitum ꝯmotiõis ei⁹ ⁊ fluctuatio
nis in vacuo apud commotionẽ corpis pcipies manifeste.
¶ Sed signũ cause efficiẽtis est ex rememoratiõe debilita
tis digestionis stomachi: que p̃terist ⁊ frequenter accidit
⁊ qñ bonitas regiminis in oĩb⁹ aderit cũ priuatõe signoꝝ
repletiõis vel cacochimie humoris phlegmatici vel melã
cholici nulla apparẽte ex interiorib⁹ causis. ¶ Sed signũ
qꝺ sit ex cibis in substãtia q̃litate vel q̃ztitate vel alijs ope
rantib⁹ in vẽtositatis generatiõe est iuẽtio ipsoꝝ cũ priua-
tione p̃dictoꝝ: ⁊ cũ pmutatione ipsoꝝ cessat. ¶ Signũ ꝟo
qꝺ sit ex humorib⁹ est signũ abũdãtis cacochimie ipsoꝝ in
toto corpe: ⁊ ꝓprie in stomacho cũ p̃dictoꝝ ꝓuatiõe. ¶ Sz
signũ qꝺ sit ex humore phlegmatico est: ꝙ ẽ sine siti ⁊ hũi-
ditate oris ac lingue ac infectiõe eius in illo. ¶ Sz si sit ex
melãcholico siccitas erit oris ⁊ lingue. Et signum vtriusq̃z
erit ex vtrisq̃z cõfusum: ⁊ poteris gñale signuz sup omnes
causas ꝯprehendere ex totius corpis cõplexiõe habitudi-
ne ꝯsuetudine etate regimine: ⁊ alijs circũstantijs. Signũ
vero exterioris cause est eius inuentio que tibi vel ex rela-
tione infirmi vel astantiũ est manifesta. ¶ Cura inflatiõis
stomachi est due res: prima respicit cãm imediatã. s. vento *Cura inflationis stomachi est due res.*
sitatẽ magis ledẽtẽ stomachũ resoluẽdã: scꝺa dirigitur ad
cãz mediatã abscindẽdã. Prima est generalis in alijs sub-
sequentibus obseruãda. Oẽs enim vel debent esse vento-
sitatis resolutiue vl̕ resolutiõis admixte ꝯfortatiue quoq̃z
vel confortati stomachi mixte: ⁊ ex ꝯuenientibus stomacho
⁊ grosse ventositati est andachocha cũ vino sumpta. Secũ
da est triplex: prima dirigit̃ ad causam materialẽ extrinse-
cam cibi ⁊ potus: scꝺa vertitur ad cãm materialẽ intrinse-
cam humorosam: sz tertia ad cãm efficientẽ. s. digestiue sto
machi debilitatiuã. Primã cõplẽt carminantia extenuati
ua ⁊ resoluentia ventositatẽ: que in cura meri superius ha
buisti. Scꝺam complent mutatio cibi ⁊ pot⁹ ventosi ad ci
bum ⁊ potũ facilis digestionis paucarũ supfluitatuz: quã
superius habuisti habentem in se virtutem resolutiuã vẽ-
tositatis admixtaz. Et cõuersio vniuersalis regiminis ad
regimẽ resolutiuũ vẽtositatis: ⁊ confortatiuũ qꝺ in ꝓprio
loco dicemus. Tertiam vero complent incidentia ⁊ abster
gentia materiã humorosam ⁊ educentia per vomitũ vel p
secessum absq̃z stomachi lesione que superius habuisti. Sz
quartam ⁊ vltimã rẽ complẽt que digestionẽ stomachi de
bilẽ habẽt confortare quoꝝ infra Christo duce faciem⁹ ca
pitulũ speciale. ¶ Rugitus. Ex predictis patet ꝙ est p̃co
seu sonus ventositatis nõ multe simplici vel pauce hũidi-
tati cõmixte in cõcauo stomacho impetuose cõmote in re-
ctuz ex arto loco in amplũ: ⁊ quãdoq̃z versus inferiorẽ par
tem intestinoꝝ vel supiorẽ vt in eructuatione ꝯtingit dif-
ferens ab inflatione in qua ventositas erat multa extẽdẽs
⁊ quieta sine sono: vt superius habuisti: ⁊ a gurgulatiõe in
qua humiditas est ꝯmota sola vel pauce vẽtositati admix
ta proinde est cũ sono obtuso non claro vt est rugitus sicut
voluit Gale. Et a tortione in qua est paulatim cõmota in
gyruz acuta humiditas vel vẽtositas vel vtraq̃z equaliter
iũcta absq̃z sono. ¶ Quoꝝ cause ⁊ signa ex p̃dictis sũt ma
nifesta. Et cura sil̕is est cure inflationis facilior tñ inquãtũ
eoꝝ causa seu materia nõ est quieta inclusa: sed ꝯmote ex-
pulsioni p superi⁹ aut inferius prompta. Cuius expulsio-
nem ꝯplent simplicia: ⁊ cõposita ex medicinis cõia que su-
perius habuisti: ⁊ ꝓprie que sequunt̃. Ex simplicib⁹ appro-
priatis inflatiõi stomachi sunt darasce sicca ⁊ myrta pura.
Iuniperus: ⁊ feniculus bibitus cũ aqua meu. ¶ Et ex cõ-
munibus virtutis fortis est castoreũ ciperum nigella spica
ameos semẽ coriandri macis ciminũ gar. ⁊ commouentia
eructuationẽ superius in cura meri narrata sunt pos sum
pta ẜm oẽm modũ: ⁊ cũ clysterib⁹ immissa ⁊ emplastra eua-
porata ⁊ vncta. ¶ Et ex cõpositis ẽ suffuf: qꝺ fit ex semine *Euaporatorium.*
anisi ameos rute calamento sicco ⁊ castoreo ⁊ spica nardi.
Euaporatio iuuãs illos q̃b⁹ accidit inflatio ex eo nigra. ℞.
polij camomille floꝝ sansuci seminis rute ⁊ baccarũ lauri
añ ptes equales ⁊ buliãt ⁊ decoquant̃ in aceto: deinde in-
fusa spõgia vel filtro in eo fiat euaporatio. ¶ Unguẽtum *Unguẽtũ dissolutiuũ vẽtositatum.*
dissoluẽs vẽtositatẽ ⁊ inflationẽ stomachi. ℞. nigelle gra-
noꝝ lauri rute sicce añ. partẽ vnã infundant̃ in aq̃ ⁊ coquã
tur in ea. i oleo veteri añ. ptes equales. Itẽ oleũ nardinũ
cũ puluere castorei est vltimũ: ⁊ est Inaim. ¶ Itẽ clystere *Clystere ad idem.*
ad idem. ℞. p̃dicta ⁊ adde seminis anisi: feniculi carui apij
añ. ʒ. ß. rute aristologie rotũde añ. ℈. ij. coquant̃ in vino ve-
teri ⁊ aqua: ⁊ addito melle ⁊ sale cõi sufficiẽtis quãtitatis
fiat clystere. ¶ Puluis ad ꝯfortãdũ digestionẽ ⁊ expellẽdã *Puluis ad idem.*
vẽtositatẽ ꝯferẽs inflationi ⁊ rugitui ⁊ timpaniti. ℞. cina.
electi. ℈. iiij. nucis muscate macis gar. zinzibe. zedoarie do
ronigi galãge cardamomi añ. ʒ. j. spice. ℈. j. anisi feniculi ci
mini añ. ʒ. ß. croci. ℈. ij. vtat̃ in cibis ⁊ salsamẽtis ⁊ clareto.

¶ Capitulum. xij. de stomachi percussione ⁊ obuiatione ⁊ casu supra stomachum ⁊ cura.

De lenitate stõachi omittẽtes hic: eo ꝙ infra vsq̃z
ad capl̕m de lienteria reseruamus: de solutioni-
bus continuatis stomachi nunc dicam⁹: ⁊ que il
lius generis sunt. ¶ Sciẽdũ igitur ꝙ cõtingit
vt hõ percutiatur supra stõachũ vel obuiet ali-
cui rei dure: vel cadat supra eum ex quo substãtia eius cõ-
tunditur vel relaxat̃ disgregatur et debilitatur maxime si
cibo repletus fuerit. Et causa quia exterior est: est manife
sta. Et eius signũ est cause inuentio dolor ⁊ nausea. ¶ Cu
ra eius est quinq̃z res. Prima est euacuatio repletionis si
qua fuerit in stomacho ⁊ toto corpore. Secunda est cõfor-
tatio stomachi: ⁊ renuitio eius substãtie disgregate vt nõ
recipiatur: si quod mittit. Tertia est resolutio ei⁹ quod re-
cipit vel tractum fuit. Quarta est regimẽ. Quinta est acci
dentiũ correctio. ¶ Primã rem complẽt vomit⁹ si cibo fue-
rit repletus:

rit repletˀ: deinde flebotomia de nigra vt corporis repletio euacuet si adsit: vel si nō sit mēbra corporis reddāt aura īmittendo ad ipm̄ dolorosum ꝛ debilitatū. ¶ Inqt em̄ Gal. flebotomamˀ nō solū in multitudine sed etiā ī magnitudine egritudinis cū mūdatiōe humoꝝ existēte. ¶ Secūdā ꝛ tertiā cōplent medicine stiptice aromatice: ꝛ odorifere ꝛ resolutiue simul quas enumerauimˀ supra de cura meri exterius ꝛ interius approximate. ¶ Et ex his que in pncipio approximāda sūt: ē substātia absinthij decocti ī oleo ro. ꝛ cataplasmati desuper: ɔfortat em̄ ꝛ ꝓhibet fluxū hūorum ꝛ dolorē sedat trahentē. ¶ Deinde ꝟo fiat emplastrū qd̄ est. ℞. pomorū de sceni decoctoꝝ in vino stiptico ꝛ aromatico vsqꝫ ad dissolutionē: deīde terant ꝛ sumant ex eis. ʒ.i. laudāi. ʒ.x. ro. ʒ.viij. aloes. ʒ.vj. absin. ʒ.v. mumie. ʒ.iiij. aggregent oīa trita cū succo arnoglosse: ꝛ folioꝝ cipressi: ꝛ oleo de lilio ꝛ masticino ꝛ emplastrent ꝛ stringant supra stomachū tepida ꝛ teneant per dies.ix. ¶ Ex his aūt que interiˀ apponunt ad has intētiones est medicamē nostrū dictum in antidotario nostro cap. de reubarbaro: qd̄ cōficitur ex mumia rubea tinctoꝝ ꝛ vino stiptico: ꝛ iterū medicamen ex granis nasturtij nutritis in succo citonioꝝ qd̄ in loco ɔsolationis medicinarū scripsimus. ¶ Quartā rem complent administratio cibi ꝛ potus facilis digestiōis boni chimi: ꝛ paucaꝝ supfluitatū stiptici ꝛ aromatici: vt sunt carnes perdicū arceaꝝ turdoꝝ de myrta turturū: ꝛ caponū ꝛ similiū: vinū stipticū ꝛ aromaticū: ꝛ rubeū limphatū mediocriter cū aqua pluuiali: vl ferrata. Et oꝫ vt sint pauce quātitatis: ꝛ quies somnus ꝛ letitia ꝛ gaudiū temperatum ꝛ omnia in loco aeris temperati. ¶ Quintā rē ɔplēt que dolorē ꝛ nauseā sedāt: q̄ oīa infra dicent sic rp̄s volue rit: q̄ sit benedictˀ. ¶ Abo. mumia cū aq̄ cimini ad debilitatē stomachi ꝛ casum supra pectus stōachū ꝛ epar cū duobus danich de luto armeno apposita est efficax ꝛ experta.

Cataplasma.

Empl̄m.

Dieta.

¶ Caplm̄.xiij. de solutione continuitatis stomachi ꝛ vlceribus ꝛ ruptura: ꝛ eius cura.



Accidit stōacho egritudo cōis ɔtinuitatis sub stantiā soluēs sicut est solutio ɔtinui simplex vt plaga pūctura: incisio ꝛ hmōi: aut cōposita vt est vlceratio. Est aūt aut superficialis vt excoriatio vel mediū tunice scindens tm̄: aut ꝓfunda penetrans tunicam seu pelliculā aut ambas vt ruptura. Et simplicis causa est duplex: interior: et exterior. Interior est humor in sui substātiā ꝑforās ꝛ penetrās sua acuitate: aut sua quātitate repellēdo: ꝛ extēdēdo scindēs: aut vētositas interclusa petēs exitū. ¶ Exterior ē duplex intus sumpta vel exteriˀ adueniens: intus sumpta est res acuta vt os acutū spina vel vitrū. Exterius adueniēs est sicut ꝑcussio cū cultello icidēte vel cultello pūgēte. Et superficialis cā exterior est cibˀ vel medicine acute: aut humor descendēs in eū acutˀ vt in catarris contingit absqꝫ ꝑseuerantia. ¶ Profunda ꝟo cā est humor acutus ibi descēdēs cū ꝑdurātia quādiu ꝑueniat ad fundū tunicaꝝ alteriˀ vel ambarū. ¶ Causa ꝟo ɔposite scꝫ vlceratiōis est duplex interior ꝛ exterior. Interior est aptio apostematis vel bothor: aut plaga faciēs saniē: aut humor corrosiuus adustˀ descēdēs in eū vt in catarris contingit: aut imbibitˀ corruptˀ ꝛ putrefactˀ ꝓpter qd̄ acq̄siuit virtutē corrosiuā que vlcerauit ipm̄. Exterior est res que partem de sua substātia scindendo asportauit: ꝛ est manifesta. ¶ Signa simplicis solutiōis sunt dolor ꝛ ardor ꝓprie. s. post trāsglutionē rei acute vt est acetū ꝛ sinapis: ꝛ exitˀ qn̄qꝫ sanguinis ꝛ apparitio ī vomitu vl secessu. Et si sit ab humore acuto ostēdit ligue infectio ex eo: ꝛ sapor amarˀ ꝛ acutˀ: ꝛ ardor ꝛ fumosa eructuatio: ꝛ acuta ꝛ stomachi iflatio ꝛ āgustia: ꝛ sitis absqꝫ ꝙ sumat res acuta: ꝛ ipsius apparitio in vomitu vel secessu. Si ꝟo sit ab extrinseca cā ostēdit eius inuētio q̄ ꝑcessit. Et superficiale signū est exitˀ corticis qn̄qꝫ. Et si ē a cibo acuto vel medicina oñdit eiˀ inuētio que ꝑcessit. Et si est a catarro incipiente etiā oñdit inuētio eiˀ: ꝛ ꝙ nō est diu ꝙ incepit. Et si est ꝓfunda: signū est catarrus acutus inuentˀ q̄ diu fluxit si est a causa intrīseca. Signū ꝟo vlceratiōis stomachi est dolor ꝛ ꝓprie eo modo: vt dictum est cōtingēs ꝛ fetor in eructuatione cū eleuatione vaporis faciētis incurrere siccitatem lingue ꝛ oris: ꝛ si sit penetratiua est incōtinentia cibi ꝛ potus: quare egredit ꝛ colligit in vacuū vētris ꝛ qn̄qꝫ fetor ꝛ appitio saniei ꝛ corrupti humoris ꝛ corrosiui ī vomitu vel secessu. Et si sit supficialis declarat eā exitus corticis: ꝛ appatitio ipsius ī vomitu vel secessu absqꝫ ꝙ sit excoriatio vel vlceratio in meri: cuiˀ signa distinctiua supius diximus: vel in intestinis: cuiˀ signa distinctiua hic subiungemˀ. Si ꝟo sit ꝓfunda ꝛ sit a causa extrīseca ostēdit eā inuentio eiˀ: ꝛ ptis ablate ꝛ incontinentia cibi ꝛ potus ꝛ exitus eiˀ ad exteriora. ¶ Sed signū distinctiuum ꝙ sit in orificio stomachi vel in fundo eiˀ sumitur a tpe doloris: ꝛ a loco doloris quantitate ipiˀ: ab accidētibˀ et a cōcomitantibˀ. A tpe doloris: nā si sit ī ore stōachi dolor est statim post transglutionē rei acute. Si in fundo: dolor est post quietē cibi in eo. A loco: nam si sit in ore dolor est inferior vētre circa furculā pectoris īferiorē. Si in fundo: dolor est circa vmbilicū declinās ad partē dextrā vētris seu hypocundriū dextrum. A quātitate: nā si sit in ore: est dolor fortior q̄ si fuerit in fundo. Ab exeuntibˀ: nā si sit in ore cortex ꝛ sanies magis exibunt cū vomitu. Si in fundo: magis cū secessu. A cōcomitātibˀ. Nā si sit in ore minutio ahelitus appitio sudoris frigidi: ꝛ extremoꝝ frigiditas ꝛ sincopis est magis q̄ si sit ī fundo. ¶ Signa ꝟo distinguētia inter vlcerationem meri ꝛ solutionē eius: ꝛ stomachi q̄ communicare vident simul superiˀ in cura meri habuisti. Sed signa distinguētia inter solutionē ꝛ vlcerationem stōachi ꝛ ꝓprie fundi eiˀ ꝛ intestinoꝝ graciliū superioꝝ sunt valde difficilia ꝓpter ꝓpīquitatē vel colligātiā: quare oportet vt subtiliter inuestiges ꝛ ꝓprie sciri poterūt ex quātitate doloris loco exeuntibˀ ꝛ cōcomitantibˀ. Ex quātitate doloris: q̄ fortior vel acutior est si in fundo stōachi fuerit. Ex loco etiā: q̄ si sit in intestinis est locˀ doloris magis infra ad vmbilicum declināS. Ex exeuntibˀ: q̄ cortex ex intestinis gracilibus est magis subtilis ꝛ frequentior q̄ si sit ex stōacho. Ex cōcomitantibus: nā sudores ꝛ extremitatū frigiditas et sincopis erit minor si sit in intestinis gracilibˀ q̄ si fuerit in stomacho. Si vero sit in grossis intestinis dolor declaratur ꝛ distinguit locus doloris: q̄ inferior sub vmbilico: ꝛ quātitas: q̄ minor: ꝛ exeuntia nō sunt ꝑmixta vt in aliis: ꝛ cōcomitantia sunt minus ɔtingētia in eis. Inqt Hip. solutio ɔtinuitatis stomachi ꝛ icisio est mortalis. Subdit Gal. verum est si sit ꝓfunda concaua ꝛ penetratiua: si vero nō sit ꝓfunda ɔcaua ꝛ penetratiua ē curabilis. Et addit si sit superficialis facile curat: si sit ꝓfunda ꝛ penetratiua difficile. ¶ Cura: ꝛ duplex est in cura eius intentio: vniuersalis et ꝑticularis. Uniuersalis respicit totū corpus: ꝛ est quadruplex: ꝑma est rectificatio totius corporis: ꝛ etiam mēbri catarrizātis si qd̄ sit: scd̄a est diuersio humoris vbi mittat vl trahat ad stōachum lassum ꝛ passum: tertia est regiminis debiti ꝛ confortatiui ordinatio: quarta est accidentiū correctio. ¶ Primā rē cōplent euacuantia ꝛ alterantia discrasiā corpis ꝛ mēbri. Euacuātia sunt flebotomia si peccatū est in sanguine: vel pharmacia si peccatū sit humoris alterius cū premissiōe digestiōis ipsius q̄ sunt nota. Alteratio fit cū frigidis obtūdētibˀ acuitatē humoris ꝛ hūidis īspissantibˀ subtilitatē humoꝝ: vt nō valeāt ꝑforare: ꝛ etiā alterantibˀ discrasiam corpis calidi: ꝛ mēbri catarrizātis vl cū calidis tēperatis si fuerit humor vētosus. ¶ Secūdā rem complent fricationes extremitatū ɔpressiōes dolorose: ꝛ fomētationes mordaces: ꝛ alia superius narrata in cura catarri ꝛ aliis locis. ¶ Tertiā rem cōplent habitare in locis tēperati aeris declinis ad siccitatē: ꝛ quies ꝛ somnˀ: ꝛ cibus paucus facilis digestiōis boni chimi ꝛ stiptici quē diximˀ in ꝑmo cap. ꝛ potus similiter sit vini rubei ꝛ stiptici limphati cū aqua ferri ꝛ pauci vt non repleat ꝛ extendat ꝛ mollificet sua substantia: et anime accidentia temperata. ¶ Quartā rē cōplēt anodina mitigātia dolorē: ꝛ q̄ curāt sincopiꝫ: ꝛ sudorē diaforeticū q̄ supius habuisti ī cura cordis ꝛ calefaciētia extrema frigida: vt sunt fomenta ꝛ calefactoria nota. ¶ Particularis ꝟo respicit mēbrū patiēs ꝛ passiōeꝫ eius. s. solutionē ɔtinui. Et siquidē sit simplex nō ꝓfunda vnica erit intētio. s. reunitio ꝛ cōglutinatio et solidatio. Sꝫ si sit superficialis: illā cōplēt stiptica ex cibis ꝛ potibus ꝛ medicinis q̄ supius fuerint enarrata. Si vero ꝓfunda illā cōplēt pontica ex medicinis interius approximatis Tales aūt medicine sunt simplices ꝛ cōposite: quas infra iesu Christi grā mediāte dicemˀ: nūc vero simplices ꝛ sunt balaustia granatū: tribuli alcāna alumē ꝛ pira sicca ꝛ ꝓpe siluestria. Magis stiptica vt barba hircina lingua arietis:

Ulceratio nis stoma chi signū.

vj. apho. xviij.

Solutio cōtinuitatis stomachi est mortalis.

et in antiqua nõ est melior ea cauda equina hypoq̃stidos.
Et glutināntia vt lutū armenū qđ mirabile est in re vulnerū
Vulnera stomachi glutinantia. ⁊ prohibet ambulationē putredinis ⁊ lutū sigillatum: et
thus ⁊ cortex ei⁹: ⁊ mastix gummi dragaganti ⁊ arabici et
zarur: ⁊ que sigillant vt sunt galle ⁊ similia: ⁊ oīa que dixi-
mus in cura flux⁹ sanguinis nariū: ⁊ in de consolatiōe me
dicinarū ad fluxū catarri: ex quib⁹ aliqua sunt approximan
da interius: aliqua exteri⁹ que sunt nota. Si vero fuerit cō
posita ⁊ vlcerosa duplex erit intentio. s. mūdificatio pⁱma.
scđa ꝯsolidatio. ¶ Primā rē cōplēt abstergētia nō fortia ⁊
acuta q̃ addāt in vlcere: sꝫ suauia: vt est iuleb vel aq̃ mellis
vel gelenìabin: vel aq̃ passularū q̃ sunt ꝯuenientes stoma-
cho. Et qn̄qꝫ casiafistula vbi est necessaria ventris solutio.
Nam cū hoc ꝙ mūdificat facit solutionē facilē: nec trahit
ad stōachū aliq̄d. Et si materia fuerit viscosa ⁊ adherēs qꝛ
fuerit salsa: fiāt cū aqua cauliū vel oliuarū salitarū: q̃ etiam
Galenus. cōfortare habēt ipsum vbi aqua passularū vel casiefistule
nō sufficeret. ¶ Inquit Gal. vulnera nō sananẗ: nisi perfe
cte exiccenẗ: ⁊ mūdificatio eorū exiccatio est: ꝙ si fuerit illic
corrosio: ⁊ caro mortua opꝫ ꝙ mūdificeẗ cum medicamine
ꝓprio adhuc īcarnatiuo: quale est aloes solus: vel hierapi
gra Gal. simplex quo mūdificat ⁊ abstergit ⁊ ꝯfortat: vt nō
recipiat nec trahat ab alijs mēbris: nō aūt hierapigra ma
gne descriptiōis vt est hiera coloquintide logodiō ⁊ sił̄es
q̄m habēt in se res acutas mordicantes vlcerātes ⁊ trahē-
tes ab alijs mēbris ad stomachū: ⁊ deīde deẗ lac acetosum
vaccinū: qꝛ lauat ⁊ stipticat: vel syrupus de absinthio: ⁊ de
eupatorio: qꝛ mundificāt ⁊ stipticāt. Et vltio administres
rob de fructib⁹ stipticis superi⁹ nominatis: ⁊ cū eis opꝫ vt
administres incarnātia vt est ireos thus albū mastix: ⁊ si-
milia. Et cū vlcera sint in orificio eius administres ꝯgluti
nantia que teneant medicamē supius: ⁊ nō ꝑmittāt ipsuꝫ
descendere ab eo ad eius fundū cito: vt est gūmi dragagā-
tum cū pauco seminis raphani: ⁊ lutū sigillatū ⁊ armenū
⁊ ꝓprie cū fuerit ibi exit⁹ sanguinis. Et fortiores sunt tro-
cisci de terra sigillata ⁊ de carabe in nostro antidotario ti
bi traditi. Et cuꝫ fuerit ibi dolor fortis, oportet vt misceas
aliq̄d filonij vel seminis papaueris ⁊ portulace qꝛ sedant
Empl'ꝫ cōferens rupturis intrinsecis. stipticando. ¶ Emplastrum Oribasij conferens rupturis
intrinsecis ⁊ solutionibus continuitatis expertū ⁊ efficax
si christ⁹ voluerit. ℞. lytargiri opij lapidis emathitis san-
guinis draconis: ⁊ homis recētis galbani masti. thuris co
sti boli armeni lūbricorū terrestriū mumie armoniaci añ. ℥.
iiij. picis naualis ⁊ grece cere albe ⁊ rubee añ. ℥. ß. rosaruꝫ
myrte cardamomi aloes añ. ℥. v. coloquintide: palme mari
ne aduste galle balaustiarū aristologie longe resine cōsoli
de medie ⁊ minoris añ. ℥. j. visci quercini. ℥. ß. fiat sic. decoq̄
pellē hedinā in aqua donec tota dissoluaẗ: ⁊ ipsa aqua co-
letur: ⁊ fortiter premaẗ: ⁊ oīa alia terenda teranẗ: ⁊ liquefa
cienda liquefiant: ⁊ lumbrici bene contriti cū aqua p̄dicta
⁊ viscus fortius misceātur ⁊ incorporentur oīa bene donec
veniant ad spissitudinē emplastri ⁊ applicenẗ. ¶ Iteꝫ em
plastrū in primo cap̄. positū est sanū: ⁊ expertum: ⁊ vnguē
ta posita supra cap̄. de cura solutionis continuitatis meri.
Syrupus đ vua. auicen. i. v. cano. posit⁹. ¶ Abo. Syrupus de vua cōferens ad egritudines guttu-
ris: ⁊ apostema qđ fit in eo: ⁊ vlceribus factis in stomacho
sumanẗ succi vue pontice li. vj. ⁊ decoquaẗ vsqꝫ ad. iij. ⁊ fun
datur sup ip̄m mellis li. j. ⁊ sumach ⁊ radicū liquiritie: gal-
larū balau. supioris ro. añ. sextariū. j. croci. ℥ ij. myrte alumi
nis iameni. añ. ℥. j. decoquanẗ et colenẗ: ⁊ vsui reseruetur.

¶ Capitulū. xiiij. de medicinis apostematum stomachi.


Irca apostema stomachi sciendum est ꝙ apo
stematum stomachi quoddā fieri contingit in
superiori pte. s. circa orificium eius: quoddam
in inferiori. s. circa fundū: quoddam in pariete
seu tunica eius intrinseca: quoddaꝫ in exterio
ri: ⁊ quoddam in parte posteriori que respicit dorsum: qđ-
dam in anteriori que respicit ventrem ⁊ lacertos ei⁹: quod
dam in toto et raro contingit: ⁊ plurimum est mortale. Et
Cause. ex causis ipsius sp̄alibus est dolor antiquatus stomacho
⁊ motus fortis adueniēs ei ex pharmaco solutiuo malicio
so qđ trahēdo ad ip̄m ex partibus corporis humores ⁊ de
bilitando ip̄m in eo retineri ⁊ colligi operatur ⁊ vomit⁹ fre-
quēs: ⁊ difficilis: ⁊ maxime itēperate fact⁹: ⁊ vt puta in pⁿn-
cipio morbi alicui⁹ puta febris fact⁹ in quo materia indige
sta grossa et viscosa cū difficultate vomēdi ad stōachū tra-
hitur: ⁊ pre sui viscositate ⁊ adherentia stomachi pre debi
litate nō pōt expelli: vnde corp⁹ eius apostemaẗ sicut dixit
Abo. Signa generū ei⁹ si sit calidū vel frigidū ex generib⁹
habētur: qꝛ si sit calidū: dolor erit acutior ⁊ febris ⁊ sitis: si
frigidū econtra. Sed signa specierū eius ex parte materie
ex qua in scđa sectiōe postponimus dicere. Signa ꝟo spe-
cialia ex parte materie in qua siue localia ex parte aposte-
matis. s. existētis in supiori parte stomachi circa orificium
sunt ꝓpria vt dolor magn⁹: ⁊ ꝓprie post assumptionē cibi
statim: ⁊ tumor circa furculā nocumētū desiderij ⁊ appeti-
tus: ⁊ ex cōcomitātibus sunt spasmus cū alienatione si sit
calidū vel cū subeth ⁊ stupore si sit frigidū: ⁊ pulsus cordis
frigiditas extremitatū sudor frigidus: ⁊ sincopis magis ve
niens ⁊ est malū signū. Si ꝟo sit in fundo dolor minor et
ꝓprie post assumptuꝫ cibum per horā tumor versus hypo
cūdrium malitia digestionis: ⁊ cū aliorū accidentiuꝫ appa
ritione minori. Et si est circa interiorem tunicaꝫ dolor erit
maior: apđ assumptionē cibi augetur: magisqꝫ si fuerit ī ex
teriori ⁊ tumor minus apparens tactui. Si vero ī exterio-
ri fiat: econtra erunt signa: simił̄r si in parte posteriori ver-
sus dorsuꝫ tumor nō erit ꝑceptus sensu: ⁊ dolor in dorso ⁊
versus eū. Si ꝟo in pte anteriori que respicit ventreꝫ esset
magis exterius apparens: ⁊ dolor in furcula: ⁊ ꝟsus lacer
tos vētris supioris. ¶ Cura eius est quatuor res. Prima
est euacuatio repletiōis corpis: vel mēbri mittētis si adsit
vel etiā si nō adsit etiā quocunqꝫ predictorū modoruꝫ fiat.
Secūda est euacuatio partis apostemate seu materie apo
stematis. Tertiā est regimen. Quarta est accidentiuꝫ cor-
rectio puta; doloris ⁊ similium que si sit fortis ⁊ acut⁹ curaꝫ
impedict ⁊ ordinē eius peruertet. ¶ Primā rem complent
flebotomia ⁊ de saphena si multa fuerit plectoria totius: De flebotomia.
vel de basilica si nō fuerit multa vel de nigra. Et si fuerit ca
cochimia totius pharmacia vētris solutiua nō vomitiua
educi poterit vt superi⁹ fuit inuentū cum talis euacuatio
debeat anticipādo fieri: vt superi⁹ dictū ē. Talis aūt phar
macia ad stomachū apostematū trahit et magis replet q̄ꝫ De pharmacia.
euacuat. Ut ergo cacochomia toti⁹ expurgeẗ anticipando
et minoreẗ: expedit medicinis vētris solutiuis stipticis vel
diurecticis leuib⁹ educētibus per vias vrīe vti vt sunt diu-
retica calida sicut radix apij: ⁊ semen petrosilini: et dauci
asparagi ⁊ sił̄ia: ⁊ frigida vt sunt semina cōia dicta ⁊ nota
vel ꝓuocātib⁹ euacuationē sensibilem: per cutis poros: vt
sunt sudorē ꝓuocātia leuia: qualia sunt apiū anetū calamē
tum aque ⁊ olera eorū: ⁊ asarū cū oleo de spica supunctum:
⁊ ciclamē cū melle emplastratum. Et frigida vt aq̄ ordei: ⁊
melōis indi si calida fuerit: ⁊ cū febre ⁊ vinū qđ vniuersas
mouet excreatiōes. Siue īsensibilē: vt sunt fricatiōes mul
te ⁊ suaues: ⁊ ieiunia ⁊ abstinentia ⁊ clysteria cum medici-
nis hn̄tibus virtutē educēdi leuiter cacochimiā que sunt
diuersa ꝰm diuersitatē cacochimie que superius habuisti.
Et si sit in vētris vacuo cacochimia pharmacis illis ap-
propriatis ducenẗ leuibus ⁊ stipticitatē habētib⁹ q̃ mūdifi
cēt et cōfortēt: quas etiā ibi habuisti vt sunt hiera casiafist.
aloes allubleth. turbith nō cōfortatū: ⁊ similia: q̃ leuitate
soluūt nō inq̄etāt: nec impediūt dissoluēdo et trahēdo ab
alijs. Et sił̄r si repletio sit alicuius membri flebotomia de
vena respiciēte illđ mēbrū: ⁊ si fuerit cacochimia pharma
cia appropriata illi que fit ex leuibus ducet eam. ¶ Item
tractio ad lōginqua: ⁊ deriuatio ad ꝓpiqua cū vētosatiōi
bus fricationib⁹ duris ligaturis ⁊ cōpressionibus doloro-
sis ⁊ alijs que supra de cura phrenesis habuisti. ¶ Scđaꝫ
rē cōplēt euacuatio per recursum tm̄: si tota materia sit re-
curribilis vel per recursuꝫ ⁊ extractū simul: si tota materia
nō sit recurribilis: ⁊ si ꝑ modū influxionis sit fiēs vel ꝑ ex-
tractū tm̄ aut pulsum si sit ꝑ modū cōgestionis fiens. Re-
cursus aūt fit triplex per pulsum tractū: ⁊ trāsmissuꝫ ꝑ hec
oīa vel aliqđ ex eis vel plura. Pulsum cōplent in stōacho
apostemato siquidē sit calidū qđ indicat dolor acut⁹ fe. et
sitis frigida stiptica aromatica stomacho approximata in-
terius ⁊ exterius in principio apostematis: ⁊ vsqꝫ ad septi-
mū: ⁊ qn̄qꝫ magis interius: ⁊ qn̄qꝫ magis exterius: quan-
doqꝫ in supiori pte ventris: qn̄qꝫ inferius: qn̄qꝫ versus me-
diū: ⁊ qn̄qꝫ versus dextrū ꝰꝫ diuersitatē situs apostematis
ministrata: qualia sunt que tibi narrauimus supra de cura
male cōplexiōis ei⁹ cū materia: talia eñ pellēdo materiaꝫ
sedāt dolorē ⁊ inflāmationem que hanc intentioneꝫ com-
plentia impediunt

plentia impediũt ⁊ retardãt: ꝙ si nõ suffic... q: apostema calidum sit cholericum vel adustũ: approximabis fortiora vt portulacam semperuiuam virgam pastoris lactucam ⁊ succũ earum: ⁊ sandalum ⁊ mucillagines psilij cũ modico cãphore: dabis: ⁊ si expediat: etiã succuȝ papaueris ⁊ seminis iusquiami vel parũ thebaici opij immiscebis: ⁊ exteriꝰ emplastrabis etiam lenticulas aque super eis aliquid calidũ ⁊ aromaticũ admiscẽdo et proprium: quale est spica mastix menta ⁊ sisia. Tractum auteȝ complent euacuatio partiũ longinquarum cũ ventosis exercitio vel fricatione puta cruris vel brachij vel intestinoꝝ: vel epatis: propinquũ illi trãsmissum cõplent confortatio stomachi cũ stipticis ibi numeratis: ⁊ cap̄. de cura solutiõis cõtinui eius. Et si quidẽ tota recurrit materia: sanus remanebit stomachꝰ. Et subest excusatio trãseundi ad aliud. Si vero nõ tota sȝ aliq̃d derelictũ sit in apostemate erat illud viscosuȝ ⁊ grossum compactum ⁊ indissolubile: et proinde nequit recurrere. Expedit ergo vt educatur per extractum a parte patiente. s. parte apostematis: ⁊ hãc cõplent diaforetica appropriata: vt est calamẽtũ apiũ spica menta absinthium ⁊ sisia illi appropriata tali ordine et modo: vt ꝙ talibus frigidis ⁊ stipticis approximatis vsq̄ ad septimũ donec fuit in p̃ncipio: deinceps dũ fuerit in augmẽto: miscebis diaforeticoꝝ aliqđ p̄dictoꝝ equaliter ⁊ ꝓprie qđ virtutẽ hȝ maturatiuã parũper ⁊ abstersiuã virulẽtie resudãtis: qualis est bleta ⁊ arubleth. ꝙ si doloris augmẽtatio iflãmatiõis ⁊ febris que augmentũ apostematis sequuntur diaforesiȝ ꝓhibeant: approximabis qđ cũ frigiditate stupefacit et resoluit cũ cõplexiõe quale est coriandrũ ⁊ viole sicce: vel cũ ꝓprietate: vt est solatrũ ⁊ aqua eoꝝ intus et exteriꝰ: vł qđ cũ mollificatiõe resoluit: vt est malua ⁊ bismalua semẽ lini ⁊ fenug. cataplasmata: vel p̄dictis calidis diaforeticis admiscebis q̃ infrigidãdo abstergunt: vt est syrupus acetosus aq̃ semi. citrulli melo. ⁊ cucurbite aquã or. ⁊ mucillaginẽ psilij: ⁊ mel casiefist. dabis cũ aq̃ endiuie: hec eñ dolorẽ molliũt ⁊ febrẽ remittunt. Sedatis vero inflãmatiõe ⁊ dolore: ⁊ cũ iã ꝑuenerit ad statũ: ⁊. xiiij. diẽ tp̄s erit diaforeticis calidis vti: quibꝰ etiã admiscebis aliqđ ex stipticis et aromaticis appropriatis: quale est mastix ⁊ absinthiũ spica ⁊ crocꝰ vt robur ꝯseruet in eo: q̃ etiã in declinatiõe sicr exercebis. Et si q̃dẽ totaliter resoluat: bñ se habebit stõachus. Si v̄o nõ resoluat: sȝ trãseat in dubellati qđ est plurimũ ꝓpter dispõnẽ materie ⁊ mẽbri: tũc oȝ vt ad statuȝ ꝑducas incolumẽ studiũ tuũ circa maturationem exerceas sȝ regłas sex: quas supra de cura pleuresis numerãdo declarauimꝰ: illuc ergo recurre. ¶ Tertiã rem cõplent debita sex reꝝ nõ naturaliũ ordinatio q̃ supponẽdo regimẽ supradictũ diuersificat ſm diuersitatẽ intẽtionũ seu rerum intẽtarũ quas ꝓsequimur q̃ sunt iã declarate: ⁊ etiaȝ accidentiũ quoꝝ correctionẽ intendimus: que qualis esse debeat intentio tibi declarat: ⁊ tu si natura prudẽs fueris et mẽte exercitatꝰ scies hec ꝯuenientia et propria inuenire.

5. apho. 18 qr inimicū neruis: lȝ aliqñ faciat de inanitiōe exprimēdo ⁊ nutrimēto neruos priuādo sicut Gale. ostēdit. ¶ Interior cā est humor frigidꝰ in ore stomachi: ⁊ tunicis eiꝰ abūdās ⁊ replēs: ⁊ sua frigiditate nocēs: aut vētositas nocēs sua extēsione gñata a caliditate vaporosa retēta in villis ⁊ tunicis eiꝰ: que non pōt resolui: ⁊ res nocēs sua qualitate calida inflāte pungēte ⁊ mordicāte: que etiā est duplex interior ⁊ exterior. exterior: vt potus sinapis: triū piperū ⁊ medicinarū acutarū mordicantiū: vt est euphorbiū: diagridiū: ⁊ silēs. Et potꝰ diatrion pipereon cū vino ⁊ ꝓprie in habēte os stomachi sensibile: vel cibus corruptꝰ cōuersus ad q̄litatē mordicatiuā sicut accidit ꝓprie pueris cū lacte nutritis calidis naturalr vel accidētalr apud ꝓductionē dentiū ꝓpter eorū gulositatē: sicut dixit Hip. ⁊ decrepitis ꝓpter dispositionē stomachi sui: qr debilis est in digerēdo. Interior est multiplicatio cholere: ⁊ humorum omniū ⁊ vermium in stomacho generatorū sua qualitate mordicantiū ⁊ pūgentiū ipm: quare corrugat ⁊ cōtrahit in seipō ad expellendū ipm ⁊ facit singultū. Aut per viā crisis sicut accidit in crisibus per vomitū factis: in quibꝰ cholera missa ad stomachū vt expellat pungit: ⁊ singultum facit: deinde sequit vomitus ⁊ cessat singultus: aut res nocēs sua qualitate grauāte: vt accidit in repletione humoꝝ cibi ⁊ potus sup̄flua: aut ꝙ̄titate ⁊ qualitate simul: vt in repletione humorū carniū cū piperata ⁊ vini antiqui vinosi: vel cibi dicti galea: ⁊ nimio potu aque ad cuius expulsionē stomachus forti motu singultꝰ mouet. ¶ Factꝰ aūt a cōmunitate aut est ex cōmunitate alicuiꝰ mēbri: aut totius: alicuiꝰ vt est singultus factꝰ ꝓpter epatis apostema ⁊ ꝓprie in ephimera: cuiꝰ causa est cholere effusio de epate ad ieiunū ⁊ de ieiuno ad os stomachi pūgēs: ⁊ mordēs: ⁊ sic singultū repletiōis inducēs: vt ait. G. Licet alij dicāt ꝙ illud sit propter cōtinuitatē existentē inter stomachū ⁊ epar in neruo minuto: sed prima est potior: vt inuit Albo. de apostematibꝰ eiꝰ loquēdo: aut ꝓpter apostemata in intestinis aut in velaminibꝰ cerebri in capitis ꝑcussione et cranei fractura ɔtingere cōsueuit: ⁊ est malū signū: si cum rubedine oculorū fuerit: vt dicit Hip. Ex cōitate totiꝰ corporis accidit singultus ex effusione cholere ⁊ humoꝝ frigidoꝝ vel mordaciū ad stomachū: qꝺ cōtigit aut in dispositiōe sanitatis sicut accidit pluries: aut tolerātia famis: ⁊ ꝓprie cholericis: aut ī dispositiōe egritudiali sicut accidit in fe. aut per viā syntomatis vt in principijs paroxismorū: aut per viam crisis per vomitū expectate: in quibꝰ cholera emissa ad stomachū vt expellat pungit ⁊ singultū facit repletionis per se: deinde sequit vomitꝰ et cessat singultus: ꝙ si precesserit vomitus: deinde veniat singultus est malū signū: maxime si rubei fiāt oculi: vt dixit Hip. Et factus in crisibus qñꝙ est bonū signū: qñꝙ malū. Cū em̄ precessit digestio fueritꝙ in die cretica ⁊ leuis cū leuitate accidentiū aliorū ⁊ cum virtutis valescentia est signū bone crisis: ecōtra ꝟo male. Et dr in libro mortis velocis. Si habenti singultū accidit apostema in latere dextro egrediens a natura absꝙ cā cognita: ⁊ est singultus vehemēs egredit aīa eiꝰ ex singultu ante ortū solis. Et ex illo est ille qui hȝ cū singultu pūctionē vomitū ⁊ cuzeȝ: ⁊ ꝑmixtionem rōnis: qm̄ morit. Et si singultui sup̄ueniat vomitꝰ: est bonū. Et si per eū nō cessat singultus ostēdit materiā valde imbibitā: ꝙ si cū rubedie oculoꝝ fuerit: ostēdit apostema: aut in stomacho: aut in neruo descendente ad ipm ex cerebro inter q̄ signa apostematis stomachi predicta distiguūt. Et si singultū patienti sup̄ueniat sitis est bonū signū: ⁊ cā qr resoluit cā eiꝰ: silr si singultui sup̄ueniat sternutatio est cā salubris ⁊ cessare faciēs statim: vt ait. G. et infra summi luminis pietate dicet. ¶ Signa: singultꝰ notus est tanꝙ̄ sensui manifestus in q̊ sentit ɔtrahi stōachꝰ in se ⁊ ad supiora īpelli cū quodā sonitu aeris supimpulsi. Et si quidē sit ex inanitione frigidus cognoscit ex causis inanitionis precedētibꝰ: ⁊ euacuatiōibꝰ ledit: ⁊ nō iuuat. Si ꝟo ex repletione ex causis repletionis preeūtibꝰ: quarum signa singulariter subiungent ⁊ vomitu ⁊ euacuationibꝰ sedat. ¶ Et si aduertis si cā inanitionis fuerit febris inflāmatio ɔsumēs nō dissoluēs tantū videbis precedere fortē febrē in corpore sicco cū circūstantibꝰ dispōnibꝰ siccitati: que si tāgat substātiā stomachi solidā cognoscet ex fortitudine ⁊ ɔtinuitate ⁊ frequētia eiꝰ: nec solētia iuuare iuuant. Si ꝟo nō tangat: minor erit singultus nō frequēs nec ita cōtinuus: ⁊ iuuare solētia iuuant. ¶ Si ꝟo causa inanitionis fuerit euacuatio naturalis vel artificialis superfluēs subito ex reliquijs euacuationis ⁊ pulsu duro: vt ait. G. vel saltē ex infirmi seu astātiū relatione cognosces ipam ꝓcessisse. Silr et si fames ex tornalitate faciei ⁊ oris siccitate ⁊ similibus. ¶ Ecōuerso ꝟo si causa repletionis

Sitis superueniēs singultuꝫ patiēti bonū signuꝫ est.

fuerit frigiditas exterioris cā tibi erat sensui manifesta:
saltē ex infirmi vel astantiū relatiōe: ꝛ si quidē frigiditas
inspissationē facit minorē cognosces frigiditatē: si ꝟo per
viā indigestionis materiā replentē multiplicē: videbis eā
fortiorē magis ꝛ māsiuā. Etiā si sue qualitatis excessu of=
fendat neruoꝝ stomachū senties eā mediocrē ꝛ minus du
rantē. ¶ Et siquidē causa interior fuerit humor frigidus
abūdans sua frigiditate nocens sensus frigoris in stoma=
cho cū grauedine ꝛ cū precedēti regimine multiplicatiuo
frigidoꝝ humoꝝ ꝛ phlegmatis ꝛ silib⁹ circūstātijs cogno
scet. Et si vomitus subsequit apparebit in ipso. ¶ Si ꝟo
replēs apostemauerit ꝑ signa apostematis ꝑdicta cogno
sces. Si ꝟo vētositas fuerit: signa habuisti caplo de infla
tiōe ꝛ rugitu. Si ꝟo nocēte sua qualitate calida pura a re
assumpta acuta pungēte ꝛ mordēte sciat ex preassumptiōe
ipius stomachi sensibilitate multa quā pūctio ꝑcepta ex
acutis assumptis ꝓmpte insinuat ꝛ declarat vt supius ha
buisti. ¶ Etiā si ex cibo corrupto acciderit mordicatio: si=
gnū erit corruptiōis cibi i stomacho qd est ꝓprie eructua=
tio acetosa vel fumosa cū circūstātijs ꝯsilibus sibi. Si ꝟo
cā interior fuerit cā ꝯtractionis ꝛ etiam repletionis fuerit
multitudo cholere et humoꝝ dñium aggregatoꝝ in ipso
sensus caloris ꝛ pūctionis amaritudinis sapor acuitatis
vel salsedinis sit ꝛ regimē ꝑcedēs cū circūstātijs silibus ti
bi declarat dixit Hip. ꝛ in exeūtibus apparebit. ¶ Si ꝟo
fuerit cā repletiōis cib⁹ ꝛ pot⁹ quare grauādo tm̄ vel pun
gēdo impellit stomachū ad singultū crapula ꝑcedēs tibi
indicat ꝛ demonstrat. ¶ Si ꝟo cā cōitatis fuerit q̄ est epa=
tis apostema ꝑcessio signorū apostematis calidis epatis
in syma facti tibi ostēdit: q̄ infra dicent auxiliāte Christo
Jesu: ꝛ sensus mordicatiōis i hora augmēti apostematis
ꝛ influxionis materie in ipm ꝛ apud stomachi inanitionē
in illis ꝛ in fundo stomachi. ¶ Si ꝟo apostema in intesti=
nis fuerit: signa q̄ dicent apostematis eoꝝ videbis ꝑetre.
¶ Et si ex apostemate i velaminib⁹ cerebri signis ipius q̄
dicta sunt ꝑcognosces. ¶ Si ꝟo fuerit ex cōitate ad totū
corp⁹ in dispōne sanitatis cognoscet ex dispōne choleri=
ca corporis siue febriēdo stomachi debilitate ꝛ ꝙ ꝯsueuit
incurrere in sincopim debilitatē fastidiū ꝛ stomachi mor=
sum apud tolerātiā famis ꝛ oris amaritudinē vertiginē ꝛ
scotomiā: vt ait Hip. ¶ Si ꝟo i dispōne egritudinali ac=
ciderit: qr syntomatice euētus ei⁹ in ꝑncipijs paroxismorū
ꝛ ꝓprie in principio vniuersali seu augmēto indicabit. Si
ꝟo ꝑ viā crisis accidat ꝯcurret cū alijs accidētib⁹: ꝛ si bo=
nus fuerit vel mal⁹ cognosces: vt supius dictū est. ¶ Cu=
ra ei⁹ q̄ ex inanitione fuerit ꝑfectā substātiā villoꝝ ꝛ tuni=
caꝝ stomachi tangēs nō sepat: si ꝟo nō tāgēs fuerit cura=
tur regimine humectatiuo in cura siccitatis stomachi su=
perius dicto. Et si quidē causa siccitatis ꝛ inanitiōis fue=
rit fe. humectatiua tēdat ad frigiditatē: si euacuatio decli
net ad stipticitatē. Si ꝟo fames ad tēperiē vel caliditatē
quoꝝ copiā supra in cura male cōplexionis stomachi ha=
buisti. ¶ Cura ei⁹ q̄ ex repletiōe cui⁹ cā frigiditas fuerit
aeris seu alteri⁹ rei assumpte est calefactio cū reb⁹ calidis
assumptis approximatis interius ꝛ exteri⁹ in furcula sto=
machi vsq ad vmbilicū pectore ꝛ collo ꝛ iuncturis q̄bus=
cūq ꝛ ꝑ oēm modū: quoꝝ summā tradidim⁹ in cura male
cōplexionis stomatiche frigide ꝛ pure: quas variabis ꝺm
plus et min⁹: ꝓut exigit gradus frigiditatis. Et cū fuerit
fortis: nō excusat quin ponant vētose supra stomachū sine
incisione ꝛ ꝯsequēter medicine rubificātes. ¶ Eius autē
cui⁹ cā est humor frigidus gñatus in eo nocēs sua qualita
te vel quātitate: vel vtraq absq eo ꝙ sit apostemās: cura
est. iiij. res. prima est ipius adequatio. scda est euacuatio.
tertia est ipius deriuatio seu tractio seu impulsio ad loca
euacuationis opposita ori stomachi: distractio nature ad
intētionē oppositā: quarta est stomachi ꝯfortatio. ¶ Pri=
mā rē cōplēt incidētia suā viscositatē qua adherēt stoma=
cho: ꝛ villis eius q̄b⁹ est imbibit⁹: et calefacitētia vt est oxi=
mel ꝛ ꝓprie squilliticū cū aq̄ calamēti: rute: abrotani: ma=
sti. cinamomi: ꝛ similiū: zinzi. cōditū diatriū et diaciminū:
ꝛ somnus lōgus. ¶ Scdam rē cōplēt vomitus per potū
predicti syrupi precedēte cibo ex acutis ꝛ salsis ꝛ acrib⁹ ꝛ
purgatio cū hieris magnis ꝛ salis indi duorū danich ꝛ pi
lulis stomatichis ꝛ de opponaco quinq generib⁹ ꝛ expe=
ctatio suꝑ sitim: ꝛ famē ꝯsumet materiā. ¶ Tertiā rem cō=
plēt clysteria acuta nota supius ꝯstrictio extremitatū do
lorosa fricatio aspera extremoꝝ ꝛ fomētatio et balneatio
mordētis aque: ꝛ positio vētosaꝝ sine scarificatione supra
stomachū ꝛ iter spatulas vtrasq: ꝛ applicatio medicinaꝝ
ꝛ rubificātiū in crurib⁹ ꝛ brachijs: mot⁹ et exercitiū labo=
riosum ꝛ equitatio fortis impulsionē materie ad inferius
cōplēt ꝺm Gal. sternutatio vehemēs cōprehēdēdo nares
ꝛ os: vt dixit Hip. ꝛ vociferatio ꝛ retētio anhelitus multa
post tractionē aeris fortē ꝛ expectatio in tussi. Inquit eñ
Gale. in retētione spūs si silr tendat epicastrini musculi: ꝛ
diafragma inferiora viscera purgabunt. spūs eñ retētus
vndiq impellet ꝛ intrare cogit subtiles poros: ꝛ si magis
cōstringat ꝛ impellat oēs subtiles poros ꝑtransit: ꝛ defert
secū aliq̄d subtiliataꝝ suꝑfluitatū distractionē nature ad
ꝯtrariū operant intentionē terrefacientia: vt ꝯbustio ignis
ruina: insultus latronū ꝛ inimicoꝝ: tonitrua: fulgura: tem
pestates ꝛ soni fortissimi et subiti; vt est cāpane et alioꝝ: et
imaginatio mortis subita: ꝛ aspersio festina aque frigide — Nota de imaginatione.
vel aceti suꝑ faciē: ira: timor: gaudiū: tristitia superflua: et
suctio alicuius liquoris vini clareti vel aque delectabilis.
¶ Quartā rem cōplent myro. conditi electuaria ꝛ empla
stra cōfortantia supra caplo de debilitate dicti. Et he due
cāe vltime sunt cōes ꝛ gñales omi singultui ꝛ ex quacūq
causa. ¶ Ille etiā cui⁹ cā est gñata in eo vētositas exten=
dendo nocēs silr curet: vt dictū est supra capitulo de cura
inflationis ꝛ eructuationis cū regimine ꝛ adequatiōe hu
moris vētosi ꝛ euacuatione ipius: ꝙ si euacuatio fieri nō
potest aliqua impediente cā: approximent medicine q̄ ha
bēt materiā humoralē ꝛ ventosam carminare ꝛ resoluere
ꝛ cōsumere simplices ꝛ cōposite: simplices interi⁹ sumpte
sunt ruta sicca ꝛ nitrū potata cū aqua mellis vel cū vino
vinoso antiquo. Et sum expertus acetū squilliticū aquā
apij basiliconis asarū neriden maioranā aniuden: ꝛ est ra
dix herbe vñ fit asa fetida qd olfactu sedat singultū aristo
logia daucus anisum zinziber: enula sicca: succ⁹ eupatorij
foliū acor⁹ ꝛ abrotanū galāga ꝛ est mirabilis ¶ Et cōpo=
site ex eis in modū electuarij ꝛ diatrion diaciminū zinzi=
ber: diagalāga tyriaca antiqua ꝛ silia grosse substātie: qm̄
magis remanēt in stomacho ꝛ ore ei⁹ q̄ ea que subito de=
scendūt: vt syrupi ꝛ alia substantie liquide. Et iuuat q̄nq
has medicinas administratio rerū sternutare facientiū.
¶ Exteri⁹ ꝟo approximāde sunt vētose magne: ꝛ empla=
stra ex ꝑdictis vnctiōes olea: ꝛ vnguēta balnea calida actu
ꝛ potētia naturalia vl artificialia. Et ex ꝑdictis est casto=
reū puluerizatū dissolutū in succo rute ꝛ mente sufficiēter
calidū epithimatū supra stomachū: ꝑtrāsit eñ sua calidi=
tate ꝛ subtilitate ꝯsumit humorē ꝛ vētrē resoluit. ¶ Eius
ꝟo cui⁹ cā est res mordicatiua sumpta i potu: cura est due
res. ꝑma est ei⁹ euacuatio cū vomitu ꝓuocato cū aq̄ frigi=
da seu tepida mixta aceto ꝛ oleo violato: vel amigdalarū
dulciū vel butyro cū lacte nouiter mulso aq̄ cucurbite: ꝛ ci
toniorū ꝛ mucillaginib⁹ frigidis ꝛ glutiosis: ꝛ gūmi draga
gāti se. citonioꝝ ꝛ hmōi. ¶ Scda ē stomachū ꝯfortare cū
frigidis stipticitatē hñtib⁹ moderatā: vt sunt myrobalani
cōditi citonia: ꝛ silia quoꝝ copiā supi⁹ habuisti. ¶ Si ꝟo
ei⁹ cā fuerit humor iterior: q̄ mordicationē fecit: q̄tuor sūt
necessaria. primū est ipius adeq̄tio. scdm est sensus stoma=
chi obtusio. tertiū est ipius hūoris euacuatio. quartū est
stomachi ꝛ mēbroꝝ ꝯfortatio. ¶ Primū cōplet cū exhibi=
tiōe succi granatoꝝ acetosoꝝ vel muzoꝝ agreste aque fri=
gide aq̄ lactis acetosi: aceti limphati et similiū. ¶ Scdm
cōplent stupefacientia exhibita simplicia ꝛ cōposita. Sim=
plicia vt est aqua coriādri ꝛ solatri ꝛ alchechēgi mucillago
psilij ꝛ cibaria grossa vt frumentū coctū ꝛ extrema aīaliū
lactuce papauer ꝛ silia. Cōposita sunt filoniū tyriaca no=
ua ꝛ alia infrascripta ꝛ occupari somno longo. ¶ Tertiū
cōplēt vomit⁹ ꝓuocat⁹ cū ꝑdictis: ꝛ aq̄ ordei ꝛ vētris solu
tio cū hieris ꝛ syrupis de succo absinthij et aq̄ granatorū
dulciū expssoꝝ cū pulpis vl muzoꝝ declinātiū ad dulcedi
nē ꝛ rosis. ¶ Quartū cōplet cū myrobalanis ꝯditis ꝛ rob:
succis fructuū stipticoꝝ vt miua syrup⁹ de agresta: de ri=
bes de myrta de sumach ꝛ aq̄ acetose: qm̄ simul mūdificat ꝛ
ꝯfortat: ꝛ balneatio in tina ꝛ vnctiōes stomachi: ꝛ iunctu=
raꝝ cū oleo ro. ꝛ cucurbita ꝛ silib⁹. ¶ Si aūt mordicatiōis
cā fuerit cib⁹ corruptus in stomacho: curā habuisti supra
de cura corrupte digestiōis. ¶ Sed si quidē fuerit nocēs
sua grauitate:

Hippocra. (left margin, beside "scotomiā: vt ait Hip.")

ſua grauitate: ⁊ fuerit frigidus humoꝛ: cura eſt quã hic ſu
pꝛa in humoꝛe frigido diximꝰ. Si ỽo ſit apoſtemãs: cura
erit cura apoſtematis ſupius dicta. Si ỽo ſit cibꝰ ⁊ potus
cura eſt due res. pͥma eſt euacuatio: ⁊ hoc cõplet vomitu.
ſcda eſt alteratio: ⁊ hoc cõplet cũ adminiſtratiõe ciboꝝ po
tuũ ⁊ medicinaꝝ calidaꝝ vel frigidaꝝ dictaꝝ ꝓut diſcra
ſia exigit. ¶ Facti aũt a cõitate alicuꝰ mẽbꝛi apoſtemati
cuiuſcũqꝫ cura eſt tres res. ¶ Pꝛĩa eſt cura illiꝰ apoſtema
tis: que ĩ ſuo loco dicet auxiliãte Chꝛiſto. ¶ Scda eſt hu
moꝛis influẽtis ad ſtomachũ euacuatio ⁊ deriuatio ſeu ad
oppoſitũ tractio. Ea autẽ qbꝰ fieri dꝫ ſupius dicta ſunt in
ꝑticula iſta. ¶ Tertia eſt ipius ſtomachi ↄfoꝛtatio vt nõ
recipiat cũ ꝑdictis. Sed ſi qdẽ ex cõitate totiꝰ fuerit, ⁊ in
diſpõne ſanitatis ꝓpter tolerãtiã famis: cura eſt due res.
pͥma eſt humoꝝ effuſoꝝ choleŕicoꝝ euacuatio cũ vomitu
vel aſſumptiõe alicuꝰ deponẽtis ipm: vt ſũt pꝛuna ſebeſtẽ
tamarindi ⁊ caſiafiſtu. ¶ Scda eſt cõfoꝛtatio cũ aliquo ex
rob ſtipticis ⁊ cibis ⁊ potibꝰ. Si ỽo in diſpõne egritudina
li ſiue fuerit ſyntomaticꝰ ſiue creticꝰ: cura eſt due res. ſ. vo
mitꝰ ꝓuocatio donec ꝑfecte euacuet. deinde ſtomachi con
foꝛtatio: hoꝝ cõplẽtia habuiſti. ¶ Qd ſi ſupfluat nec vo
mitu ſedet ſingultꝰ: redire opꝫ ad ea q̃ adequare hñt mate
riã ⁊ ipiꝰ inhibitionẽ auferre ⁊ adherẽtiã educere ⁊ expur
gare ĩpellere trahere ⁊ deriuare: ⁊ naturã diſtrahere vt ſu
Cõfectio vtilis ad singultũ. pertꝰ dictũ eſt. ¶ Cõfectio Hip. rectificãs malã cõplexio
nẽ ſtomachi frigidã expellẽs vẽtoſitatẽ ⁊ liberãs a ſingul
tu ſi Chꝛiſto placet. ℞. coꝛticũ fiſti. exterioꝝ: coſti amari: ca
ſtoꝛei: petroſilini. añ. ʒ. j. balſamite calamẽti: aniſi: maſtic
ſpice. añ. ʒ. ſ. ariſtologie. ʒ. iij. Confice cũ oximelle ſqlliti
co. ⁊ da. ʒ. j. cũ aq̃ ſiſimbꝛij. Alia decoctio ſquinãti ⁊ coꝛticũ
fiſti. cũ q̃litate liberat ab eo. Et ſemẽ rute cũ nitro ⁊ aq̃ mel
lis curat ſingultũ ex vẽtoſitatibꝰ groſſis q̃ ſunt ex multitu
dine guloſitatis. ¶ Jnqt filiꝰ Serap. Squilla qñ ſumit cũ
vino curat a ſingultu ex hũoꝛibꝰ groſſis annexis in rugis
ſtomachi. Et etiã turbith educit illos ⁊ mũdificat ſtoma
chũ a putrefactiõe hũoꝝ. dixit Hip. ellebori albi. ʒ. ß. cũ. ʒ.
j. caſtoꝛei ⁊ duabꝰ ʒuccari ro. ⁊ ẽ medicia expta q̃ curat oẽs
paſſiões ſtomachi ex groſſis ⁊ viſcoſis hũoꝛibꝰ natas: ⁊ ex
pellit hũoꝛes ↄpactos in villis ꝑ vomitũ ⁊ curat ỽtiginẽ ⁊
lytargiã. Sed cũ cautela ꝑſume ꝓpuare ne dederis coꝛ
Pilule ad singultũ. poꝛi extenuato. ¶ Pilule ad ſingultũ natũ ex groſſis hu
moꝛibꝰ. ℞. caſtoꝛei myꝛrhe añ. ʒ. ij. agarici. ʒ. iij. ſalis gẽme
ʒ. j. diagridij coꝛrecti. ʒ. ij. maſt. ʒ. j. ß. aloes boni ad põdus
Pilule alie ad singultũ calidum. omniũ. Cõfice cũ ſucco mẽte. doſis eſt. iij. ĩ ſero. ¶ Pilule
glorioſiſſime ex inuẽtiõe nr̃a: ↄtra ſingultũ calidũ ⁊ humo
res acutos aſcẽdẽtes ad ſtomachũ ex epate: et malitiã eiꝰ
calidã et ſiccã et febꝛes. ℞. ſpodij: endiuie: poꝛtulace: ligni
aloes añ. ʒ. j. ß. pulpe tamaridoꝝ. ʒ. iiij. raued electi. ℥. j. Cõ
Empl'm ad idem. ficiant cũ aceto. ¶ Emplaſtrũ ad idẽ. ℞. triũ ſandaloꝝ fa
rine oꝛdei ſpodij añ. partes equales. Cõfice cũ ſucco ſem
Empl'm aliud ad singultum ex grossis vẽtositatibus. peruiue. ¶ Emplaſtrũ ↄtra ſingultũ ex groſſis humoꝛibꝰ
⁊ delet doloꝛẽ eiꝰ. ℞. ariſtol'. rotũde galãge aniſi baccarũ
lauri gẽtiane rute añ. ʒ. iij. caſtoꝛei myꝛte añ ʒ. ij. gario. ʒ. v.
roſaꝝ. ʒ. ij. maſticis. ʒ. iiij. Cõfice cũ aqua mellis et ſanſuci.
¶ Capitulũ. xxvj. de nauſca ſubuerſione faſtidio vomitu ⁊
eſtuatione ſeu anxietate ⁊ ↄturbatiõe ſtomachi ⁊ cura eiꝰ.

Nausea quid. Nauſea ſeu ſubuerſio ſtomachi qd ſint: et ex qbꝰ
cauſis cauſent: ⁊ ſigna qbꝰ cognoſcant: et cura
ex pꝛedictis capl'o de nauſeatiua ſatietate ſunt
manifeſta. ¶ Eſt eñ motꝰ malus ſeu inclinatio
virtutis expulſiue ſtomachi ad expellendũ nocẽtia per os
abſqꝫ hoc ꝙ cõſequat intentũ: niſi ſequatur vomitꝰ: ꝙ ſi nõ
ſequatur nocẽtia que cum ſint multa ⁊ foꝛtia in ſtomacho
retenta ⁊ cõmota inducũt egritudinis eſtuationẽ aut ſicci
tatẽ triſtitiã ⁊ anguſtiã: ita vt permutent de figura in figu
ram. Et ex cõitate qñqꝫ cardiacã ſeu coꝛdis tremoꝛẽ abſqꝫ
cognita cã; qñqꝫ ſequit vertigo ⁊ ſcotomia: ⁊ mutatio colo
ris: ſudoꝛ frigidus et extremitatũ frigiditas fere perducẽs
ad ſincopim. ¶ Et cã in hoc eſt duplex interioꝛ ⁊ exterioꝛ.
Jnterioꝛ eſt humoꝛ generatus vel influxus ſtomachi ad
herẽs grauãs ⁊ moleſtãs: qui dũ mouet in cõcauo ſtoma
chi facit ↄturbationẽ; dũ ĩclinat ad os ſtomachi facit nau
ſeam: cũ nõ poſſit expelli inducit triſtitiã ſua grauedine et
acuitate ⁊ fumatiõe ad coꝛ ⁊ cerebꝛũ: necnõ inducit coꝛdis
tremoꝛẽ vertiginẽ ⁊ ſcotomiã: ⁊ per ↄñs ſudoꝛẽ et extremi
tatũ frigiditatẽ. Et qñqꝫ eſt eius cã vapoꝛ ex humoꝛibꝰ cõ
motis ex medicinis vomitiuis. ¶ Exterioꝛ eſt omẽ qd fer
uet in ſtomacho ex cibis ⁊ fructibus ⁊ ſuccis dulcibꝰ: vt eſt
vinũ nouũ ex vuis ⁊ pomis: ⁊ qd coꝛrũpit in ſtomacho vt
lac: ⁊ ſilia: ⁊ aq̃ frigida bibita in hoꝛa nõ cõſueta ↄturbat
et fit cã additiõis fe. in debili ſtõacho: q̃re currũt humoꝛes
ad ipm vt ad minerã putredinis innouãtes paroxiſmũ: vt
accidit in phlegmaticis: q̃re nõ opꝫ vt bibat in feb. tali niſi
aq̃ calida. Et qñqꝫ eſt ĩ cã melãcholia ⁊ vẽtoſitas pharma
ci aſſumpti: vt feniculi et electuarij ſine admixtione aniſi
dauci ⁊ aſe. vt dixit Hip. Et coadiuuat aſpectꝰ ⁊ imagina
tio rei abominabilis ⁊ ſilr fetoꝛ. ¶ Signa eſtuatiõis ⁊ an
xietatis ſtomatiche nota ſunt ex ꝑdictis hic ⁊ in notifica
tiõe ipſaꝝ cũ de nocumẽtis expulſiõis ſtomachi gñaliter
loq̃bamur. Et ſi qdẽ ſit a cã interioꝛi: vt a malo hũoꝛe moꝛ
dicatiuo retẽto ⁊ cõmoto a ſua grauedine: ⁊ acuitate: ⁊ fu
matiõe nocẽte: cognoſcit apud egrũ natura pꝛudẽtẽ ⁊ ſen
ſatũ: apud vulgũ qñqꝫ ad ſtolidũ cã nõ cognoſcit etiã ſi ſit
cã exterioꝛ que ſenſui eſt manifeſta. ¶ Cura eiꝰ eſt duplex
gñalis. ſ. ⁊ ſpãlis. Generalis ↄſiſtit in quatuoꝛ rebꝰ: q̃s ſu
pꝛa de cura repletionis et ſatietatis nauſeatiue diximus.
Spãlis cõſiſtit in coꝛrectiõe accidentiũ. ſ. tremoꝛis coꝛdis
triſtitie ⁊ anguſtie vertiginis ⁊ ſcotomie: quoꝝ cura ſpãli
ter dicta eſt. ¶ Eſt tñ attẽdẽdũ: nã ſi cã parua eſt ⁊ tũc ſuffi
ciens eſt ſola fricatio ⁊ exhibitio eiꝰ qd humoꝛes hꝫ q̃eta
re ⁊ mũdificare. Et ſiquidẽ ſint frigidi det vinũ mixtũ: vel
aqua mellis: vel rob granatoꝝ: ſi ſit calida vel mixta aq̃
mellis roſati: ſi influxa ſit et calida da cũ ſpodio: ſi frigida
da cũ maſtice ſeu cardamomo. Si ỽo cã fuerit plurima: re
di ad ſupius dictã. Et ſiquidẽ ſit ſimplex in lacte: ſeu ſan
guinis cõgelatiõe: eiꝰ cura dicet infra in ꝓpꝛijs capitulis.
Si ỽo ſit ex malitia pharmaci: ſupꝛa de ↄſolatione medici
naꝝ diximus: cum docuimus qualiter ſuccurrẽdum ſit ac
cidentibus que medicine laxatiue hereditare faciunt.
¶ Cap. xxvij. de vomitu: ⁊ pꝛio de phlegmatico ⁊ cura eiꝰ.



Omitus vt ex ꝑdictis põt haberi eſt violẽtus Vomitus quid.
motus nature ſeu ỽtutis expulſiue ſtomachi
ad expellẽdũ nocẽtia. Variat aũt ⁊ ſpecificat
variatione ſuaꝝ cauſaꝝ cõtum quatuoꝛ: ma
terialis. ſ. foꝛmalis efficiẽtis et finals q̃ in di
cta notificatiõe ꝑ oꝛdinẽ inueniunt. Materialis nãqꝫ aut Cã materialis.
erit exterioꝛ vt cibi ⁊ potꝰ vel medicine: aut interioꝛ q̃ plu
rimũ eſt humoꝛ aut phlegmaticꝰ: aut cholericus: aut me
lãcholicꝰ: aut ſanguineꝰ: ⁊ hic aut purꝰ: aut mixtꝰ: aut coꝛ
ruptꝰ: ⁊ hic aut ex ſtomacho ꝓcedẽs aut ex alijs mẽbꝛis ſi
bi influxus: vel toto coꝛpe: vt ſupiꝰ dictũ eſt capl'o de cura
malitie cõplexiõis ſtõachi cũ materia. ¶ Foꝛmalis: qꝛ aut Formalis.
erit facilis ⁊ tẽperatꝰ: aut difficilis diminutꝰ ſupfluꝰ ⁊ aſſi
duus. ¶ Efficiẽs nãqꝫ aut erit naturalis ⁊ creticus: aut vi
moꝛbi ⁊ ſyntomaticus. ¶ Finalis qꝛ ad expellẽdũ nocẽtia
ſaltẽ ſibi: quoꝝ oĩm ↄſideratione gñalẽ recipit diuiſionẽ.
Aut eñ eſt laudabils aut illaudabilis: laudabilis eñ eſt Vomitꝰ ille est laudabilis cum phlegma cholerus admiscetur.
ſm Hip. cũ phlegma choleris eſt admixtũ: facilis eñ ⁊ tẽ
peratꝰ: qꝛ repletioni ꝓpoꝛtionatꝰ. vñ Ga. vltimate reple
tioni vltimata debet euacuatio: moderate ỽo moderata
nõ frequẽs ⁊ ↄtinuꝰ. Hic eñ debilitat ſtomachũ ⁊ facit eũ
lacunã ſupfluitatũ. Caput et infra ſenſuũ os ⁊ dentes:
pectꝰ ⁊ pulmonẽ ledit: ⁊ venas eiꝰ aperit: ⁊ epar debilitat:
⁊ totũ coꝛpꝰ extenuat ⁊ ↄſumit. Sed ꝑ interualla ſic factꝰ
ſaltẽ ſemel in mẽſe: hic eñ pͥmo purgat ſtomachũ ⁊ coꝛpis
ſupioꝛa: ex ↄſequẽti ỽo ipius inferioꝛa. Quapꝛopter hip Vomitus q̃libet mẽ duobꝰ diebus continuis si fiat ad regimẽ sanitatis vtilis est ex snia Hippo.
po. vt Abo. dixit: cõmendauit ad regimẽ ſanitatis fieri vo
mitũ q̃libet mẽſe duobꝰ diebꝰ ↄtinuis: vt pꝛima die qd in
ſtomacho ⁊ ſupioꝛibus exiſtit mẽbꝛis eradicet: ſcda die qd
fuit tũc tractũ ab inferioꝛibꝰ ad ipm etiã expellat: vomitꝰ
eñ a ſupioꝛibus eradicat: ⁊ ab inferioꝛibus trahit. Econ
tra fluxus ſic qñqꝫ liberat a ſpaſmo ſubeth lamẽtatione re
pletiõis cibi ſingultu clamoſo: ⁊ eruptiõe venaꝝ egritudi
nibus reuũ ⁊ ꝑedũ: ⁊ bꝛeuiter oĩbꝰ materialibꝰ totius coꝛ
poꝛis egritudinibꝰ. Naturalis ſeu ſpõtaneꝰ ad expellẽdũ
nocẽtia cũ cõueniẽtia ↄſimiliũ circũſtãtiaꝝ. ſ. egritudinis
cõplexionis cholerice etatis iuuenilis cõpoſitionis pecto
ris late habitudinis gracilis cõſuetudines vomẽdi artis
fabꝛilis eſtatis tpis hoꝛe regionis aeris calidoꝛũ ⁊ ſiccoꝝ.
Jllaudabilis aũt eſt ei ↄtrarꝰ. Laudabilis ⁊ cretici cauſa
eſt foꝛtitudo virtutis expulſiue obediẽtia materie: ⁊ apti
tudo viaꝝ. Jllaudabilis ⁊ ſyntomatici cã eſt ỽtutis debi

litas retētiue: ⁊ q̄ntitas vel qualitas vel vtraqꜭ cāe mate-
rialis faciētis deficere virtutē ꝯtētiuā: ⁊ q̄nqꜭ est mala cō-
plexio interior mēbri .s. stomachi sine materia incitans ad
vomitū ⁊ maxie calida ⁊ sicca: sicut erat in singultu: ⁊ q̄nqꜭ
est coadiuuās malitia regiminis: ⁊ ꝓprie motꝰ corporeꝰ ⁊
aialis fortis ⁊ agitās supra cibū imaginatio aspectꝰ ⁊ fe-
tor rei abominabilis ⁊ dispō aeris. ¶ Signa eiꝰ sūt dupli
cia: q̄dā em̄ ipsius gn̄alr ⁊ absolute ꝯsiderati sunt signa re
Scotomia. mota: quedā ꝓpinqua. Remota sunt dolor frōtis: ⁊ scoto-
mia .i. rerū nigraꝝ apparitio: vt muscaꝝ volantiū frigidi-
tas extremoꝝ: ⁊ ī hypocūdrijs. Et os amaricatū cordis .i.
oris stomachi morsus nausea subuersio ⁊ tectigatio inte-
rioris labij significāt ipm̄ ꝓpiquū. Signa ꝟo ipsius spā-
liter ꝯsiderati puta specieꝝ ipsius formaliū: vt laudabilis
vomitꝰ: quedā sumunt᷑ ex antecedētibꝰ: que dā ex cōcomi-
tātibꝰ: q̄dā ex subsequētibꝰ. Ex antecedētibꝰ: qr p̄cesserūt
signa digestiōis iualescēte ꝟtute supra morbū leuitas ac-
cidētiū ꝓtēdētiū ipm̄: qđ est signū leuis pugne. Et ex cōco
mitātibꝰ: qr est facilis tēperatꝰ in ꝓcessu morbi expellēs no
ciua ⁊ q̄lis opꝫ: qr cholerā phlegmati mixtā ⁊ bn̄ tolerat᷑.
Et ex subsequētibꝰ: qr ꝯfert ⁊ alleuiat patiētē. Inq̄t Hip.
si q̄lia opꝫ purgari purgent᷑: ꝯfert ⁊ bn̄ ferūt. ¶ Signa il-
laudabilis vomitus ecōtra intelligunt᷑: nā sit signis deco-
Hippo. ctionis nō apparētibꝰ ⁊ in morbi p̄ncipio vl᷑. ¶ Inq̄t em̄
Hip. egritudinibꝰ q̄buscūqꜭ incipiētibꝰ si fel nigrū sursum
aut deorsum exierit mortale. ⁊ Gal. dū inq̄t morbꝰ in prin
cipio est cū nullo ꝟm viā nature fit euacuatio. Signa em̄
cretica nō opꝫ esse subita: fit em̄ nulla apparēte victoria ⁊
inualescētia nature supra morbū ⁊ cū accidētiū ipm̄ ꝓten
dētiū dictoꝝ supra fortitudie ⁊ austeritate ē difficilis ma-
lus intolerabilis ⁊ angustiosus expellēs nō q̄le opꝫ: qr iu-
uatiuū nō nociuū: ⁊ si nociuū nō coctū: neqꜭ mixtū: ſꝫ purū
aut cholericū: aut phlegmaticū: aut sanguineū. Inq̄t em̄
Hip. sanguis sursuꝫ q̄liscūqꜭ egrediēs malū: aut melācho
licū. Inq̄t Hip. melācholicos ꝟo inferiꝰ: neqꜭ ꝯfert. qr nec
egrū alleuiat: nec morbū minuit: immo egrū in defectionē
adducit. ¶ Signa specierū ipsius materialiū ex exeūtibꝰ
colligunt᷑. ⁊ silr sit sint ex stomacho vel ex alijs ei īfluxe ex
dictis de mala ꝯplexiōe nota sunt. Eaꝝ aūt cāe infra spe-
cificabunt᷑. Vomitꝰ laudabilis et creticꝰ est ꝑmittēdus: ꝙ
si diminutꝰ fuerit ⁊ difficilis: coadiuuādus est: ⁊ facilitan-
dus: vt infra Christo Iesu duce dicet᷑. deinde ꝑmittēdus
q̄ndiu fuerit sufficiēs ⁊ tēperatꝰ: ⁊ cognoscit᷑: qr cōfert ⁊ bn̄
ferūt. Tūc tm̄ ꝯfortatiuis stomachi tēperate: stipticis est
vtēdū q̄ hn̄t retinere ne materia effrenitet: ⁊ sup̄fluat: nec
est retinēdus nisi sup̄fluat: quo casu effectus illaudabilis
est retinēdus: ⁊ cognoscit᷑: qr incipit fieri intolerabilis an-
gustiosus ⁊ debilitās corpꝰ. vn̄ Hip. in apho. iā dicto. Si
ꝟo nō ꝯtrariū. ¶ Si aūt sit illaudabil᷑ ⁊ syntomatichꝰ aut
est cū nature regulatiōe: vt supra diximꝰ de fluxu vētris i
cura pleuresis: ⁊ tunc est ꝑmittēdus: est em̄ bonꝰ ꝑ viā cāe
quā minuit: ⁊ quā eradicat: ⁊ ꝑ ꝯñs morbū vl᷑em ⁊ particu
larē curat. ¶ Inq̄t em̄ Abo. vomitꝰ in p̄ncipio paroxismi
Utilitates vomitꝰ facti in principio paroxismi. aut minorat: aut eradicat paroxismū: naturā q̄ꝫ alleuiat. ⁊
supra residuū potētē reddit. ¶ Vn̄ Hip. inchoātibꝰ mor-
bis si q̄d videt᷑ mouere: moue. Aut ē sine regulatiōe natu-
re: ⁊ tūc cū sit malꝰ ꝑ viā signi ⁊ cāe est retinēdus. ¶ Cura
in retētiōe aut eius duplex est regimē: cōe .s. ⁊ ꝓpriū. Cōe
in sex rebꝰ plurimū ꝯsistit. Pria est materie seu cāe ad eius
excessum incitātis mūdificatio vel ablatio. Scd̄a est ipsiꝰ
stomachi ꝯfortatio: ⁊ etiā totius corporis: vt subsistat ⁊ to
leret. Tertia est mēbri si qđ sit mittēs rectificatio. Quar-
ta est materie influētis interim donec illiꝰ rectificatio fiat
quietatio ingrossatio et deriuatio: ⁊ ductuum angustatio.
Quīta est regiminis rectificatio. Sexta est accidētiū si q̄
sint q̄ insurgāt correctio. ¶ Sic ergo cōgregabis oēm cu-
ratiuā intētionē in retētiōe vomitꝰ ⁊ euacuationis cuiusli
bet de qua infra dicet᷑. ¶ Primā rē cōplēt vomitꝰ reitera
tus donec materia si humoralis sit eradicet᷑: q̄ si nō sit faci-
lis ⁊ sufficiēs ꝓpter eiꝰ adherētiā facilitet᷑: ⁊ hoc cū cibis
multis in q̄ntitate continua ⁊ discreta .s. potibus ⁊ medici-
nis q̄ sunt triplicis generis: vt supra in de ꝯsolatiōe medi
cinaꝝ diximus: in quaꝝ vsu ordinate ꝓcedas incipiēdo a
debilibus: ⁊ ꝓcedēdo ad fortia: deinde ad fortiora sequēs
naturā sapiētissimā: vt iussit Hip. Inq̄t Gale. natura ē sa-
pientissima: cuiꝰ sapiētie nō est finis: adheret em̄ vie vni et
ordini vni. Si ꝟo nō sit humoralis: q̄ incitat cām: sed com-
plexionalis alterātia sunt ipm̄ cōplētia q̄ sunt sup̄ius tibi
nota: si etiā exterior sit: auferat᷑. ¶ Scd̄aꝫ rē cōplēt stiptica
aromatica calida vel frigida ꝓut dispō stomachi exigit: q̄
sup̄ius tibi fuerūt tradita in cura male cōplexiōis ⁊ reten-
tione solutiui cū sup̄fluit. ¶ Tertiā rē cōplēt illa tria q̄ su-
pra in cura male ꝯplexiōis stomachi cū materia diximus.
¶ Quartā rē ꝯplēt somnus ⁊ q̄es corporea ⁊ aialis moti
uā materiā q̄etātes. Inq̄t em̄ Hip. Cū volueris elleboꝝ 4. Apho. 15.
stare somnū fac ⁊ noli mouere imaginatio rei delectabilis
⁊ odores boni. Cōfortāt em̄ cerebrū ⁊ stōachū: nauseā se-
dāt ⁊ vomitū: vt supra de ꝯsolatione medicinaꝝ dictū est.
Itaqꜭ medicinas ingrossantes ⁊ coagulātes ductꝰ ⁊ ori-
ficia notas fecimus calidas ⁊ frigidas: prout dispō exigit
Eius aūt deriuatiōes ꝯplēt fricatiōes dure ⁊ asp̄e: fomēta
tiōes mordaces ꝯpressiōes extremitatū dolorose. Inq̄t em̄
Gale. dolor ꝓuocat reuma ⁊ ligature vētosatiōes cū scari
ficatione vel sine sanguisugationes flebotomie: cicatriza-
tiōes ī eis: ⁊ euacuatio ꝑ fluxū vētris cū ⁊ clysteribus tra-
hētibꝰ: ⁊ medicinis solutiuis vētris collyrijs: ⁊ sudorē ꝓuo
cātibus: vt sunt balnea vnctiones rarefactiōes q̄ supiꝰ di
cte sūt. Inq̄t em̄ Hip. vomitus vomitu: fluxus fluxu: ⁊ vo
mitꝰ fluxu: ⁊ fluxꝰ vomitu: ⁊ vterqꜭ sudore curat᷑. ¶ Quin
tā rē ꝯplet debita sex reꝝ nō naturaliū ordinatio: locet᷑ ꝗ
in aere tēperato: vt sup̄fluo calore materia nō dissoluat:
nec frigore interius cōprimat᷑: ⁊ declinet ad frigidū tēpe-
rate ⁊ succū. Quiescat ⁊ dormiat. Cibus sit spice substan- Cibus.
tie ⁊ stiptice q̄litatis calide vel frigide ꝟm necessitatē pau
cū in q̄ntitate ꝯtinua ⁊ discreta facilis digestiōis ⁊ bōi chi
mi: quē sup̄ius habuisti in q̄ sis parcus: lꝫ multū appetat:
vn̄ repletio est fugienda ⁊ ꝓprie subita. Inq̄t em̄ Hip. ꝟm 2. apho. 3.
multum ⁊ repente replere ⁊c. Et alibi. nō plenitudo non
indigētia nec aliqđ quicqꜭ bonū: qđ magis nature fuerit ⁊
maxime nisi p̄cesserit inanitio debilitās. Inq̄t em̄ Abo. ni
hil est deterius saturitate in tp̄e fertilitatis quā p̄cesserit
inanitio in tp̄e sterilitatis. Alienētur q̄ cibaria liq̄da nisi
sint stipticis ꝯfecta ⁊ tūc minorent᷑. ¶ Sextā aūt rē cōplēt
q̄ accedētibus sup̄uenietibus cōgruūt q̄ sunt diuersa ꝟm
eoꝝ diuersitatē: vt infra patebit nutu creatoris. ¶ Pro-
priū ꝟo regimē in retētiōe vomitꝰ cuiuscūqꜭ est variū ⁊ di
uersum varietate causarum ipsius materialium ⁊ proprie
intrinsecaꝝ p̄dictas res cōes gn̄alis intētionis diuersifi-
cantiū: ꝓut exigit vnaqueqꜭ. ¶ Si ergo sit cā vomitus cā
extrinseca eiꝰ remotio erit cura ꝯtrarie introductio: ipsius-
qꜭ stomachi ꝯfortatio. Si ꝟo itrinseca ⁊ phlegmatica cuiꝰ
causa est mala cōplexio ⁊ frigida ⁊ hūida cum malitia re
giminis p̄cedētis multiplicātis phlegma ī stomacho: seu
in eo ⁊ toto corpore vel cerebro ex q̄bꝰ influxit ei plurimū:
puta: qr fuit cā indigestiōis in eo cerebro ⁊ toto corpe: vt
supra capl᷑o de debilitate stomachi diximꝰ: cū cōuenietia
circūstātiaꝝ q̄bus oibus ⁊ exeūtibꝰ cognoscet᷑. Cura erit
in sex rebꝰ p̄dictis tali ordine et modo: vt vomitꝰ primo
fiat ꝓuocatio cū vomitiuis phlegmatis: que supra capl᷑o
de cura malitie ꝯplexiōis cū materia dicta sunt. Et ex eis
est aqua tepida decoctiōis raphani vel seminis genestre.
Et fortior est aqua nucis vomice vel ase vel cepe narcissi
cū secaniabin squillitico: talis em̄ vomitus cām incitantē
ad eius excessum educit: si materialis sit: ⁊ alterat si fuerit
cōplexionalis frigida ⁊ hūida. Qđ si vomitu nō cesset vo-
mitꝰ: sed adhuc redit lꝫ q̄escat aliquādiu qđ est: qr ab alio
sibi .s. stomachi influat: qđ plurimū ē a cerebro vel toto cor
pore mēbro mittēti auxiliū prius opꝫ adhiberi: ⁊ alijs ꝓut
supra de cura male cōplexionis cū materia diximus. Qđ
si adhuc ꝑducet: quietet᷑ ingrosset᷑ et deriuet᷑ materia ꝓut
hic ⁊ superius dictū est. Et ꝓprie cū rubificantibus: qua-
lia sunt vrtica: squilla: tapsia ⁊ similia: ventosis cum multa
flāma ⁊ fomētationibus ex aqua decoctiōis vrtice folioꝝ
lauri: calamēti: parietarie: abrotani ⁊ similium: ligaturis
pedū ⁊ manuū dolorosis: cauterizationibus ⁊ sine scarifi
De flebotomia. catione: ⁊ cū flebotomijs si phlegma nature sanguinis sit
ꝓpinquum de cephalica vel nigra cum educāt de mēbro
mittēte: ⁊ etiā deriuēt a stomacho: clysteribꝰ ex acutis tra-
hētibus ꝓprie: qualia sunt agaricū coloquintida spēs gū-
moꝝ: centaurea asarū polipodiū hiere magne species sa-
lis ⁊ hmōi. Etiam cum medicinis solutiuis phlegmatis:
quas superius explanauimus. Et stomachus ꝯfortet᷑ cum
his que

his que a proprietate materiã effusam ꝓhibere habent:et
retinere nauseam ⁊ phlegmaticũ vomitum. Ex q̄bus sunt
simplicia ⁊ cõposita q̄ infra dicentur duce xp̄o. Simplicia
sunt myrti:mastix:olibanũ:vinũ põticũ nigrũ:apiũ crudũ
aqua aluminis:mumia:sambucus sylvestris: ameos ⁊ mẽ
ta:citonium:calamentũ:ireos:que interius ⁊ exterius ap
proximabis:⁊ p oẽm modũ: prout discretio ꝓuidebit. Et
ex illis est fisticũ vtrunq;: ⁊ cortex eius gar.cardamomum
cum aqua masticis. ¶ Cõposita sunt miua aromatica:sy-
rupus de absinthio:de mẽta:diamuscũ amaruz:mellicratũ
cõditũ:electuariũ de citoniis:rob citri cũ xiloaloe. Confe-
ctio de citoniis nostra ⁊ vltimo tyriaca antiq̄ ⁊ plura alia
q̄ supra ð cura male ꝯplexiõis cũ materia sũt enumerata.
¶ Regimẽ aũt ꝓpriũ declinet ad calidũ ⁊ siccũ: ⁊ sicũ p̄di
ctis oĩb⁹ nõ sedat:opʒ vt iterentur donec saluator gratiã
mõstrabit.

¶ Cap̄.xxviii.de vomitu cholerico.

Si aũt vomitus sit choleric⁹:ei⁹ cã erit malitia
regimis multiplicãtis cholerã p̄mũ in epate
⁊ toto corpe:⁊ q̄nq; in stõacho: vt supra dictũ
est caplõ de mala cõplexione cũ materia ⁊ ma
litia cõplexionis ipsoꝝ mẽbroꝝ cum circũstan
tiis coniũctio coadunãtib⁹ qb⁹ et exeũtib⁹ cognoscet:q̊ casu
p̄dicta ordĩe quo supra tẽtabis materiã ⁊ cãm incitãtẽ ad
ipsum abscindere prius:⁊ qr est hũoralis vomitũ cũ aq̄ sim-
plici tepida. Qð si sit ĩ villis stomachi adherẽs ⁊ nauseãs
cũ aq̄ decoctionis seminis atriplicis:⁊ pauco aceti vel aq̄
batece:cucurbite:cucumeris ⁊ citrulli:⁊ cũ aliis cõsilib⁹
frigidis ⁊ humidis:his eñ materia si q̄ sit in stõacho gña-
ta cholerica:q̄ est rarius:vel influxa q̄ est plurimũ educit:⁊
mala cõplexio stomachi generãs ⁊ trahẽs ĩfluxã alterabit
q̄ si vomit⁹ oĩno nõ cesset:sʒ aliquãdiu stãs redeat: qð est
qr ab epate:seu toto corpe ĩfluat illi:opʒ vt p̄dictũ est mit-
tẽti auxiliũ apponat: materia quietetur cũ quiete ⁊ sõno
nõ ꝓfundo ⁊ lõgo ⁊ cũ ĩspissantibus ⁊ cõgelãtib⁹ frigidis
potẽtialib⁹ ⁊ actualibus sumptis ⁊ stupefaciẽtibus si opʒ
vias ẽt cõstipãtib⁹. Et deriuet cũ fricatiõib⁹ exterioꝝ min⁹
asperis fomẽtationib⁹ ⁊ balneis dulciũ aquaꝝ sudorẽ ꝓ-
uocãtibus:ligaturis min⁹ dolorosis q̄ȝ in phlegmatico:fle
botomia basilice donec extiguat inflãmatio cholere:⁊ ebu
litio eius:vbi peccatũ sanguis apparebit:⁊ ṽt⁹ tolerãs vẽ
tosis absq; scarificatiõe in opposita p̄te: nisi coassocietur
sanguis clysteribus lenitẽtibus ⁊ habẽtibus virtutẽ hiere
ex aloe:⁊ cũ medicinis aliis cholegogis:q̄s in nr̄o antido-
rio:⁊ hic supra enũerauimus:⁊ ꝓpe lenitiuis:vt est cassiafi.
tamarindis:terenıabin:⁊ aq̄ fructuũ materiã blãdiẽtibus
et alterãtib⁹ nõ fortib⁹ ⁊ acutis cũ materiã agitẽt ĩflãmẽt
⁊ ad motũ incitẽt. Stomach⁹ q̄ȝ cõfortet:vt nõ recipiat cũ
his q̄ a ꝓprietate hñt nauseã:⁊ cholericum vomitum reti-
Simplicia exhibẽda que. nere. Ex q̄bus sunt simplicia ⁊ composita: simplicia sunt
duplicia:quedã interius approximãda vt granata vtraq;
fruct⁹ vitis siluestris myrrha sumach coriãdrũ per se: ⁊ in
cibis:succus acetosus citri ⁊ rob eius:vel agresta:⁊ succus
eius feniculus bibitus cũ aq̄ frigida:spodiũ:charabe:lupi
nus nõ habẽs amaritudinẽ: cãphora sumpta in potu cuʒ
aliquo rob ⁊ olfacta atq; inuncta supra stomachum: ⁊ fru
ctus põtici:vt pira:sorba:nespila:ribes:ʒarur:glãdes:⁊ ꝓ-
pter copule eius ⁊ castaneaꝝ ⁊ fabe cuʒ corticibus suis:et
Cõposita lẽtes ĩ aceto decocte. ¶ Cõposita sũt vt rob de granatis ð
agresta de ribes de citoniis ⁊ syrup⁹ acetosus ⁊ oxizaccara:
et alia q̄ ĩ cura male ꝯplexiõis cũ materia dixim⁹ q̄ interi⁹
et exterius:⁊ p oẽm modũ approximant. Qð si p̄dictis oĩ-
bus nõ sedet:interest tua vt reiteres ea donec cũ xp̄o ꝯseq̄
ris intẽtũ.

¶ Cap̄.xxix.de vomitu melãcholico.

Si ṽo melãcholicus fuerit cuius causa est ma
litia regimis declinãs ad frigiditatẽ ⁊ siccita
tem:vel caliditatem:⁊ siccitatem: malitia cõ-
plexiõis cõsimilis epatis:⁊ totius ⁊ malitia cõ
positionis scʒ oppilatio ⁊ proprie splenis cum
circunstãtiis cõsimilibus q̄bus exeuntibus cognoscãtur.
De hũore melãcholico. ¶ Aduerte q̄ humor melãcholicus cuʒ sit s̄m Ga. nature
ceteris humorib⁹ o dibilior exiẽs de corpe vndecũq; nõ est
retinẽdus ĩ quãtũ possibile est:sed inquãtuʒ superiori regiõi
ceteris est incõuenientior:est diuertẽd⁹ ad cõtrariã regionẽ
scʒ inferiorẽ cõuenientẽ sibi:⁊ inde mũdificãs: maxime cum
talis humor in stõacho nullatenus generet: sed influat et
plurimũ a splene vel epate vel corpe toto.⁊ p̄inde p̄dictas
res sistẽtes ministrabis mõ ⁊ ordine tali. Primo eñ spleni
epati vel toti corpi mittẽti curã adhibebis: ꝓut supi⁹ dictũ
est:⁊ ꝓpter cũ purgatiõib⁹ coꝝ ab humore melancholico q̄
sũt note cũ flebothomiis basilice sinistre vel dextre saphe-
ne:⁊ aptiõe venaꝝ emorroidaꝝ hñtiũ educere:⁊ diuertere
sanguinẽ melãcholicũ:si q̄s peccet rectificatiõe p̄dictorũ
mẽbroꝝ:necnõ ⁊ deriuatiõib⁹ iã dictis:si expediat:⁊ q̄eta-
tiõib⁹ ẽt. Scðo stomachũ ꝯfortare:vt nõ recipiat cũ appro
ximatis interi⁹ ⁊ exteri⁹. Exteri⁹ cũ spõgia ĩfusa ĩ aceto te
pido:vel lẽticulas ĩ aceto decoctas suppões:⁊ hoc si melã
cholia sit adusta q̄ȝ ex luciditate ei⁹:⁊ ebulitiõe ei⁹ sup̄ ter-
rã cognosces. Si ṽo sit melãcholia naturalis vel cõgela-
tiõe causata quã ex ei⁹ fuscitate:⁊ opacitate coloris nigri
et quiete cognosces:spõgiã infusaʒ in vino stiptico calido
stomacho suppones:in quo aliq̄d xiloalo. fuerit p̄mixtũ.
Interi⁹ vero cũ syrupo de granatis:⁊ xiloaloes:⁊ si humor
fuerit adustus vel cũ syrupo de menta:cui⁹ in nostro anti-
dotario descriptionẽ fecim⁹. si adustus nõ fuerit:⁊ sorbeat
mel emblicoꝝ ⁊ vinũ aromaticũ:⁊ stipticũ cũ aqua buglos
se:⁊ boraginis:⁊ sene in vtroq;. Cũ sedatus fuerit flux⁹ ta-
lis humoris ad stomachũ:qð ex eo influxũ est studeas edu
cere:⁊ hoc cum clysteribus in quib⁹ sit acuitas aliq̄ assum
pta ex polipodio:cartamo:tribulis: epithimo:sene: alha-
sce:camomilla:vinea cũ oleo sisamino:⁊ melle ⁊ cum medi
cinis solutiuis vẽtris ex p̄dictis:vt agarico lapide lazuli:
armeno:⁊ myroba.nigris. Et cõpositis in antidotario no
stro dictis:ꝓut tibi videbit expedire materie virtuti ⁊ mem
bro. Regimen quoq; propriũ ad humidum temperatũ vel
frigidum parum vel declinet s̄m humoris diuersitatem.

¶ Cap̄.xxx.de vomitu sanguineo.

Vomitus sanguinis a stomacho solo prouenit.
Inq̄t eñ Gal. nihil vomitu erit:nisi qð in sto
macho solo erat:q̄ aũt est exiẽs ab eo q̄nq; est
ex eo:q̄nq; ex alio:sed missus ab eo cũ sangui-
nis loc⁹ sit in venis s̄m Gal. aut erit ex venis
ipsi⁹ apertis aut fixis:aut fractis:aut corrosis ab alio stoma-
cho missus:aut est a meri:q̊ cũ sit via ad ip̄m exiẽs sanguis
ab eo cadit in stomachũ:⁊ facit nauseam: ⁊ vomitũ conse-
quẽter:aut est ab epate:⁊ est plurimũ aut a splene:aut a ca
pite:aut a toto corpore:⁊ illud est p vias occultas:vt dixit
Aboa. Intellige occultas nr̄o sensui q̄nq; nõ nature:⁊ in-
telligẽtie nr̄e:naturã oĩm intelligim⁹ virtutũ aggregatio-
nẽ:vt dixit Gal. ¶ Sãguinis aũt vomitus veniẽtis ad sto
Sanguinis vomitus ad stomachũ veniẽtis causa duplex. machũ:⁊ meri ex seipsis cã duplex est:ĩtrinseca ⁊ extrinse-
ca. Intrĩseca est cã venaꝝ:debilis cõpõ:⁊ sanguis pc̄tm̄ in
quãtitate sup̄flua:in substãtia subtili:⁊ q̄litate calida acu-
ta corrosiua:qr sit adust⁹ ⁊ salsus. Extrĩseca est cas⁹:p̄cus-
sio obuiatio ledẽtis rei catarr⁹ aptio apostematis: aut fi-
stule in stomacho ⁊ meri:aut suspẽsio sanguisuge:aut assũ
ptio medicĩe acute:vt euforbii:⁊ corrosiue:vt calamẽti:cã-
taridis ⁊ siliuʒ. ¶ Vomit⁹ ṽo sanguis veniẽtis sibi ex alio
cã est q̄ refundit de p̄dictis mẽbris ad stõachũ:⁊ est multi-
tudo:aut malitia sanguis:aut ĩ se cũ est acut⁹:aut pp oppi
lationẽ retinẽtẽ:qr fuit corrupt⁹ ⁊ malã acq̄siuit q̄litatẽ ex
fortitudine ṽtutis expulsiue p̄dictoꝝ mẽbroꝝ: oppilatio
vie qua ꝯsueuit expelli:debilitas stomachi cũ amplitudi-
ne viarũ:q̊b⁹ sibi refundit:ꝓut supra de sputo sanguis di-
ctũ est. Debilis aũt cõpositio venarũ habẽtiũ ꝯtinere san-
guinẽ:aut est a natura:aut a t̄pe:qr p̄cessit regimẽ qð rare-
fecit:aperuit:scidit:rupit vel corrosit:⁊ secuta fuit ꝯsolida
tio debilis. Sanguis aũt in quãtitate multus:⁊ sup̄fluus
est a vita delitiosa:⁊ vsu pluriũ carniũ:⁊ vini rubei:⁊ alio-
rum habentium multiplicare sanguinẽ. Est etiam a reten-
tione sanguinis cõsueti euacuari sponte:vel ab arte:et a
dimissione exercitii:⁊ a mẽbri mucillagĩe. Subtilis autẽ et
acutus est ab vsu rerũ acutaruʒ:vt specierũ calidarũ acri-
monialium:⁊ vinoꝝ calidorum:antiquoꝝ puroꝝ:et subti-
lium:⁊ silium rerũ nõ naturaliũ habẽtiũ subtiliare inflam-
Notã de fortitudine ṽtutis expulsiue. mare:q̄ sunt note. Fortitudo ṽtutis expulsiue est plurimũ
a natura:cui nihil est impossibile ĩ expellẽdis nocẽtib⁹ s̄m
Gal. Oppilatio viaꝝ:⁊ sũt meseraice:q̊b⁹ ꝯsueuit expelle-
re est triplex:⁊ ex p̄dictis est nota. Cã debilitatis stõi supe
rius nota est accñtalis:lʒ ẽt possit esse naturalis s̄m Hip. ⁊
Gal. Amplitudo viarũ est amplitudo venarũ : p quas nu-
trimẽtuʒ sanguinis mittit epar stomacho:per quas ipsuʒ
sanguinẽ a se vel per regurgitationem a toto corpore sibi

meseraicaꝝ intestinoꝝ via clausa imittit: nec mirū si in cō cauū stomachi tales vene sanguinē infundāt in ipsiꝰ substātiā ⁊ porositates naturalr imbibātur eaꝝ orificia: cū nature forti nihil sit īpossibile ī expellēdis hūoribꝰ ⁊ trahat sāguinē p mediū ossis: vt dt Gal. lz ī substātiā ⁊ porositates eius venaꝝ orificia ībibant natura fortis malū sāguinē in illis venis ꝯtētū subtiliat: ⁊ poros tunice īterioris rarefacit: qbꝰ rarefactis īfundit sāguinē ipz ī stomachi ꝯcauū: a q̄ vomitu educit tanq̄ nociuū. Inqt em̄ Hip. si sāguis ī vētrē effundat p̄ter naturā necesse ē ī saniē ꝯuerti: oīs eī hūor in loco suo nō exn̄s putrescit ⁊ ī malā conuertit q̄litatē: vt G. ait.

6. aphoris. 20.

Signa sāguis venitētis a stōacho ⁊ meri ab eo q̄ ab alijs subifluit p̄mū q̄ztitate distinguit: q2 ē paucꝰ cū stōachꝰ sit neruosus: ⁊ colore q2 subrubeꝰ ⁊ clarꝰ: ⁊ assiduitate: q2 ꝯtinuꝰ: ⁊ dolore q2 veniēs ab eo ē cū dolore: nisi a venis rarefactis eoꝝ egrediat: q̄s nō ꝯsequit dolor nisi sūptione rei acute: q̄ si sūpta trahat: ⁊ ī trāsglutiōe dolorē p̄stat aliquē rarefactio venaꝝ ī meri eē mōstrat: si ꝟo post trāsglutionē ī stōacho eē pcipias. ¶ Itē ex meri venis egrediēs ē q̄n̄q̄ cū saliua ⁊ rascatiōe educit: ex stōacho ꝟo nō nisi vomitu: vel fastidio īpellēte. Inqt em̄ Gal. nihil ex stōacho egredit nisi vōitu: vel fastidio īpellēte: alijs q̄z distinguit signis ꝓut supra ē dcm̄: si ergo a vēis rarefactis eoꝝ egrediat: distīguit ab opatiōe alia q̄cūq̄ fuerit dolore: q2 ī rarefactis nō ē dolor: ⁊ si ē: pꝰ ē: ⁊ apđ rei acetosissime sūptionē vt supꝰ dcm̄ ē. Etiā paucꝰ ē subtilis ⁊ aq̄sꝰ: ab opatiōe alia veniēs ecōtra se hz. Et siq̄dē sit a corrosiōe eaꝝ īdicāt ipsa vlceris signa puta exitꝰ sāguis p̄cedēs diu q̄ ī p̄ncipio fuit paucꝰ: deīde plurimꝰ: ⁊ ꝯn̄r saniosꝰ: ⁊ q̄n̄q̄ sibi associata pellicula: seu caro putrefacta ⁊ fetēs. ¶ Signa aūt sāguis venītētis ei ab epate sūt multitudo ipsiꝰ: ⁊ caliditas: ⁊ color: q2 citrinꝰ p̄mū p̄cedēs ipsiꝰ passio apostema: seu oppilatio ē: ⁊ sil'ia. Venītētis aūt a splene signa sūt color: q2 p̄mū niger: odorq̄ pōticꝰ: eiusq̄ ebullitio sup terrā: ⁊ odor acris si sit adustꝰ: ⁊ passio p̄cedēs splenis. Venītētis ꝟo a capite p̄mū ē albꝰ ⁊ ē cū trāsglutiōe apđ descēsū: ⁊ ē viscosꝰ: ⁊ q̄ztitatis mediocris cū p̄cedēte grauedīe dolore: vel eius alia passiōe. A toto ꝟo corpe venītētis cognitionē hēbis: q2 p̄cessit dolor ⁊ grauitas dorsi: ⁊ lassitudo extēsiua totiꝰ: ⁊ ē maioris q̄ztitatis ceteris coloris ⁊ substātie p̄mū boni: ⁊ hec sūt signa locoꝝ a q̄bꝰ egredit. Signa ꝟo cāꝝ a q̄bꝰ efficit hoc mō ꝯsiderabis: si em̄ a stōacho ⁊ meri egrediēs a cā intrīseca fuerit q̄ ē debilis venaꝝ naturalis ꝯpositio a difformitate oīz mēbroꝝ cognoscere poteris ⁊ malitia ꝯplexiōis ipoꝝ: si ꝟo accidētalis ex mēoria cāe: pctō ēt sāguis ī q̄ztō vl q̄li vl vtroq̄ ex regimie ēt āncedēte pcipies: ⁊ signis repletiōis a cōcomitātibꝰ seu cacochimie ⁊ retētiōe euacuationū: ⁊ āncessione aliaꝝ cāꝝ p̄dictaꝝ. Et etiā si est a cā extrīseca sensus declarat ⁊ inuētio. Et siq̄dē fuerit sanguisuga declaratur ex eo q̄đ iā bibit ex aq̄ in q̄ habitēt sāguisuge: ⁊ q2 sanguis ex ea veniēs subtilis ⁊ saniosus. Signū fortitudinis expulsiue: ⁊ q̄đ ex ea ꝓcessit est alleuiatio q̄ seq̄t euacuationē natura deponēte: q̄đ velut onꝰ aggrauabat. Que em̄ a debilitate ꝯtētiue ꝓcedit alleuiationē subsequētē nō hz. Signū oppilatiōis viaꝝ p q̄s expellere ꝯsueuit: ⁊ amplitudinis aliaꝝ cū stomachi debilitate recipientis est ex hoc q̄ nō egredit p viā p quā expellere cōsueuit: sz p stōachū violēter. Cura eiꝰ nō est stolidi medici: neq̄ pigri: sed sollertis ⁊ soliciti. ait em̄ Ga. de fluxu sanguinis spūs deficere ꝯsueuit q̄ vite vniuscuiusq̄ mēbri substātie existit: vn̄ mors sequit: q̄đ aduertēs Terxias aīaz hoīs sanguinē existimauit. Proinde ergo ī cura eiꝰ ꝓmpte ac diligēter est ꝓcedēdū. Cōsistit aūt ī rebꝰ p̄narratis: q̄s tali mō ⁊ ordie ministrabis. P̄mo em̄ festinabis ex venis sanguis exuberātiā educere anticipādo q̄tenꝰ tolerat ꝟtꝰ: ⁊ hoc cum flebotomia de nigra seu saphena s̄m diuersitatē seu exuberātie: ⁊ excessus ī loco: ī p̄mijēt trahes ad opposita ⁊ lōginq̄: ⁊ hoc cū ligaturis dolorosis extremoꝝ cū vētosis ī curibꝰ: brachijs: spatulis cū scarificatiōe vel sine ꝓut tolerat ꝟtꝰ et dispō repletiōis req̄rit. Scđo ipm īspissabis ⁊ alterabis: aut pharmacabis: vl q̄đ p̄us expediat ages ꝓut supra de cura fluxꝰ sanguis nariū dcm̄ ē. Que aūt sunt illđ ꝯplētia ibi de cura sputi sanguis supꝰ habuisti. ¶ Tertio stomacho eiusq̄ venaꝝ debili ꝯpositiōi: q2 rarefactꝰ aptꝰ vel q̄q̄ mō solutꝰ ꝓuidebis cū stipticitantibꝰ ⁊ infrigidātibꝰ. Inq̄t em̄ hip. Quicūq̄ sponte sanguinē vomūt: siq̄dē sine febre salutare: curare ꝟo stipticis ⁊ infrigidātibꝰ: q̄ aūt sunt illa dictū est supra ibidē: ⁊ q̄ sint q̄ntuplicis gn̄is. Elige g̊ ad hoc tibi magis ꝓpria. Et ex appropriatis in retinendo sanguinē est iaspis ⁊ mēta.

Quidam sanguinez aīaz hoīs extimauerunt.

¶ Quarto regimē ꝓpriū ad frigidū ⁊ hūidū ꝯuertes q̄đ est ex p̄cedētibꝰ notū. Si ꝟo sanguis vomitꝰ ex alijs mēbris fuerit illi influētibꝰ cura est cū eisdē. ¶ Sz adde q̄ntū. s. mēbri mittētis rectificationē q̄ p̄dictis est p̄ferēda: ait em̄ Gal. mittēti tanq̄ fonti p̄us est ꝓuidēdū. Qualr aūt illud agere oporteat: ⁊ cū q̄bꝰ supra de cura male ꝯplexiōis cū materia dictū ē: q̄ oīa supra de sputo sanguis īcidēter tetigimꝰ succīcte cāis q̄z mediatis cuz notis ꝯtrarijs ⁊ ꝓprijs obuiabis: ⁊ manifestas seu extrīsecas amouebis. ¶ Sz ad p̄fectionē cure vomitꝰ sup̄fluētis ⁊ syntomatici restat sexto accidētibꝰ sup̄uenītētibꝰ instare. Sūt aūt diuersa vtputa dolor capitis: obscuritas visus: ⁊ dolor pectoris ⁊ malitia āhelitꝰ itersectio vocis: tēsio et dolor sub hypocūdrijs debilitas mordicatio: ⁊ dolor stōachi: singultꝰ ⁊ alcuzez: detētio sanguinis: ⁊ ꝯgelatio in stomacho debilitatio ⁊ sincopis: quoꝝ correctiōi atēde. Et primo dolorē capitis corriges: ꝓut supra de cura sode ex vaporibꝰ acutis causate ꝓuenītētibꝰ a toto corpe aut a mēbro aliq̄ dictū est. Obscuritatē q̄q̄ oculoꝝ ⁊ visus ꝓut supra de cura egritudinū oculoꝝ dictū est. Abo. aūt volēs ex vomitu nocumēto ocl'oꝝ ꝓuenītēti occurrere subleuet materiā: ⁊ vapores ꝯuertat ad caput ⁊ ocl'os docuit ī hora vomēdi: vt oculi ligent suppositis pilis duabꝰ: ⁊ p̄mo vt facies lauet aceto aq̄ tēpato: q̄ si sit rosacea melior est: resoluit em̄ ⁊ repcutit vapores. ¶ Dolorē ēt pectoris: ⁊ malitiā anhelitꝰ cū fricatiōe suaui ex oleo amigdalarū dulciū camomille ⁊ de lilio amouebis. Intersectiōi vocis cū sit ex p̄ducentibꝰ ad mortē facilē opz succurrere. abo. āt ei ⁊ p̄dictis accidētibꝰ subuenire monstrauit cū enemate tēpato. Et vt det dosis mellis cū aq̄ calida: ⁊ oleū ī q̄ ꝟtꝰ tyriace existit: vt ē oleū đ lilio. deīde laboret vt euomat: q̄ si euomat nō suffocabit: si ꝟo nequerit euomere: studeas mā dluertere ⁊ trahere ad extrema cū fricatōibꝰ calefactōibꝰ ⁊ ꝯstrictōibꝰ dolorosis atq̄ vētosis: ⁊ ꝯfortes stomachū cū calidis ⁊ stipticis ⁊ ꝓprie cū pāno supposito et infuso in oleo ī quo cocta fuerit ruta: et succidis. Tēsioni q̄z ⁊ dolori stōachi hypocūdrijs subuenire mōstrauit cū pānis madefactis ī aq̄ calida suppositis et oleis tepidis lenificātibꝰ: vt voluit Ga. ⁊ vētosis inflāmatis debilitati ⁊ dolori subuenire ꝓut supꝰ dcm̄ ē caplo ꝓprio. eiꝰ ēt mordicatio cū iuribꝰ vnctuosis q̄ facile digerāt: vt sūt iura carniū gallinarū ⁊ pulloꝝ ⁊ vnctiōe ex oleo de lilio ⁊ violato: vt docuit Abo. cū pauca cera. Singultui ēt ꝓuidebis cū his q̄ supra caplo ꝓprio dicta sūt: alcuzez q̄z docuit p̄iceps Abo. subuēīre cū ligatura ⁊ strictura extremorū ⁊ alijs q̄ itersectiōi vocis voluit ministrari. Sanguinis aūt retētioni ⁊ cōgelationi ī stōacho: q̄ in sanguis vomitu plerūq̄ accidere ꝯsueuit festine opz succurrere: cū cā sit passionū cordis supꝰ predictaꝝ: ⁊ hoc cū vōitu ꝓuocato cū aq̄ calida mellis succo apij ⁊ farina cartami: ⁊ cuz clysteribꝰ ex his q̄ hn̄t sāguinē ꝯgelatū liq̄facere ⁊ educere. Ex q̄bꝰ est aq̄ cineris ligni ficꝰ vehuen oppoponacū ⁊ bdellīū mel sal asa ⁊ alhasce: ⁊ mēta decocta ī aq̄ ⁊ coagulū leporis vel hedi sūptū in potu cū aq̄ p̄dictorū alicuiꝰ ⁊ ꝓprie alhasce q2 liq̄facit: deīde sumat ellebori albi. ʒ. j. fabaꝝ. ʒ. iij. cū aqua tepida ⁊ melle vt liq̄factꝰ educat. Ex his q̄ ꝯferūt liq̄faciēdo ⁊ resoluēdo: ⁊ ꝓprie vbi educi nō poterit ē euaporatio et ēplastratio stōachi et vētris cū decoctiōe anisi hypericō pyretri masticis xiloaloes salis alhasce et mēte. Debilitati ⁊ sincopi q̄l'r subueniat supꝰ dictū est.

Sāguinē in stomacho coagulatū liq̄facientia.

¶ Syrupus cōfortās stomachū ⁊ vōitū arcēs. ℞. succi vuarū acerbarū: succi mēte: diamorō: aq̄ ro. an̄. li. j. zuccari li. ij. ⁊ syrupent ⁊ aromatizent cū gar. ʒ. ij.

Syrupus ad vomitū vtilis.

¶ Electuariū ex n̄ra inuētiōe in retinēdo sanguinis vomitū vltimū ꝯfortās stomachū ⁊ alterās malitiā ꝯplexiōis calidā. ℞. coralli ru. ʒ. v. masticꝭ. ʒ. ß. rosaꝝ. ʒ. iiij. acatie sumach. an̄. ʒ. ij. ātere sandarace an̄. ʒ. ij. gario. ℈. ij. castorei. ℈. j. musci gra. j. sanguinis draco. luti sigillati an̄. ʒ. ij. ꝯfice cū hoc syrupo.

Electuarium ad vomitū sanguis vtile.

℞. succi pirorꝝ ⁊ pomoꝝ siluestriū ⁊ citonioꝝ agreste mēte an̄. li. ß. zuccari li. ij.

Pillu. vomitū restringentes.

¶ Pillule restringētes vōitū. ℞. masticis: myrrhe sāguis dracōis an̄. ʒ. ij. ātere. ʒ. j. Cōfice cū succo mēte ⁊ da mane ⁊ sero.

Syrupus de berberis ad idē cōueniēs.

¶ Confectio syrupi de berberis ꝯueniens ad p̄dicta. ℞. spodij. ʒ. iiij. berberis. ℥. iiij. vue acerbe. ℥. ij. cicoree. M. ß. zuccari li. ij. ⁊ da ieiūo stōacho cū aq̄ masticis.

nimentũ Serap. retinẽs vomitũ cholericũ. ℞. balaustie. ʒ. iiij. folioꝝ oliue. ʒ. ij. folioꝝ rubi. ʒ. j. romani himuscie. ʒ. j. pista ꝛ distẽpera cũ albumine ouoꝝ ꝛ farina ordei: ꝛ stomacho suppone: stringit oẽm vomitũ si tpo pl3. ¶ Aliud ad hoc sublime ꝛ vltimũ. ℞. succi plãta. lingue canis pẽtafilõ añ. ʒ. ij. aceti. ʒ. j. olei onfacini. ʒ. iij. buliat vsq3 ad cõsumptionẽ duaꝝ ptiũ: ꝛ adde cere olibani añ. ʒ. v. cãpho: e. ʒ. iij. croci. ʒ. ß. masticis. ʒ. iiij. sanguis dra. ʒ. iiij. supinũge ꝛ superasperge puluerẽ corticũ granatoꝝ ꝛ sumach. ¶ Jtẽ recipe aq̃ aluminis: vini põtici: succi mẽte: pulueris masticis ꝛ rosaꝝ cũ stipitib⁹: ꝛ fac bulire ꝛ infunde filtrũ: spõgiã vel birrã scarleti: ꝛ suppone desup pannũ fumigatũ ex xiloaloe: thure spica ꝛ mastice: expertum est. ¶ Ad vomitũ infantiũ. ℞. succi mente: citoniorũ: vini pontici añ. equales partes: fac bulire: ꝛ misce in eis masticis: corticũ thuris añ. ʒ. ß. spice: cinamomi: gariofi. nucis mus. gallie mus. añ. ʒ. ij. et infusa birra scarleti bene calida applicetur. ¶ Aliud ad vomitũ ℞. san. draco. vernicis: lapidis emathitis añ. ʒ. ij. boli armeni: terresigil. añ. ʒ. j. puluerizẽtur subtiliter: ꝛ recipe succi arnoglosse. ʒ. vj. aque decoctionis radicum arũdinis. ʒ. iij. ꝛ misce bene: ꝛ da. ʒ. ij.

Vnguẽtũ serapiõis vomitũ restringens.

Aliud ad idem.

Ad vomitũ infantium.

Aliud ad vomitum.

¶ Incipit summa tertia pticule tertie sectiõis pme de cura ꝛ medicinis egritudinũ epatis ꝛ venaꝝ ptinẽs cap. xvj.

Epar vnũ est ex principalibus mẽbris.

Sciendum est autem q epar vnum ex principalibus mẽbris existit: est eñ basis ꝛ fons naturalis ꝟtutis q̃ ad conseruationẽ indiuidui et speciei quodãmodo necessaria cõprobaṫ. Cuius opatio est primo naturaliṫ gñare sanguinẽ q̃ vltim⁹ est in alimẽto quo corp⁹ pdurat in esse. Et pinde sapiẽtissima ꝛ summe artificialis natura dixit Hippo. ipsius substãtiã pcreauit sanguineã ad modum coagulati sanguinis: l3 ex spermate mulieris sit factũ vt chilũ futurũ nutrimẽtũ a stomacho ab eo susceptũ trãsformet in sanguinẽ q̃ in naturã aliti p virtutẽ ei⁹ apt⁹ est alterari. Quapropter. iiij. virtutib⁹ dotauit ipm natura ad hoc necessariis in venas ab eo ortas ꝛ fines ramoꝝ ipaꝝ ptẽsis etiam qb⁹ res nutrimẽti in mẽbro vnoquoq3 cõpleṫ appetitiua. s. retẽtiua: digestiua: ꝛ expulsiua: appetitiua quidẽ naturali sola nõ cõmixta ex ea: ꝛ aiali vt stomach⁹: l3 p toto appetat sicut stomach⁹ epar: ꝛ illud est sicut Aliũ dicit: qm̃ epar ab intra trahit. qd appetit a proximo: stomachus vero ab extra ꝛ lõginquo. Nos aũt faciẽtes doctrinã disciplinatiuã nõ improbatiuã dicim⁹ illud eẽ eo q talis ꝟt⁹ in epate est sicut i radice in q̃ est formalior q̃3 in ramo q̃lis ẽ stomachus. Et pinde in eo trahere p se potuit ꝛ p toto existens sola. Jn stoacho ꝟo indiguit auxilio appetit⁹ aialis: q̃ sensu fortiori sentiat ianitiõe3 sui epatis venaꝝ ꝛ alloꝝ viscerũ quoꝝ minister est: vt supra dictũ est. Et q2 coagulatio ei⁹ nõ fuit solida vt carnis: s3 tenera: circũdedit eũ pãniculo subtili ex neruo aduenĩete sibi a cerebro procreato ꝛ siphac: vt eo mediãte sensũ q̃ ex se carebat haberet: ꝛ sua substãtia atq3 forma i se distĩcta ab aliis pmaneret: aliisq3 viscerib⁹ necteret: plasmauitq3 illud fora lunari: ꝛ i hoĩe mai⁹ q̃3 in ceteris aialib⁹ eiusdẽ quãtitatis: vt sãguis gñatio p̃ ceteris abũdaret i hoĩe pter labores corpeos ꝛ aiales plurimos ip3 resoluẽtes cũ sit maxime resolubilis ꝛ cũ additiõib⁹ seu pẽnulis. iiij. vel. v. distinctũ ꝛ a domestica pte cõcauũ: vt ei⁹ reflexu circa stomachũ in amplectẽdo coadiuuãte ei⁹ digestiõis grati a sufficiẽs esset ꝛ aptũ: ꝛ a dextera parte corporis iuxta costas falsas situatũ: quib⁹ alligatur in quibusdã vt eis adherendo melius substenteṫ: ꝛ vt inspiceret stomachi fundũ: cui⁹ est quã iuuat digestio ppria: et a siluestri gibbosum: ne diafragmatis locũ in suo laborioso motu qd attingit in pũcto sua amplitudine coartaret. Jn quo venas implãtauit in villos atq3 poros: vnã quidẽ magnã in pte cõcaua q̃ epatis porta vocaṫ: p eã eñ subintrat chil⁹: quẽ ab intestinis miseraicis ramificatis ab illa vt suis manibus sugat cum sua virtute attractiua vna ex quatuor supradictis: ꝛ p eas reddiṫ intestinis si q̃ sit in sima ei⁹ seu toto corpore grossa pter naturã aggregata materia: vt p secessum ppue vel vomitũ ꝟtute ipsi⁹ expulsiua operãte expurgeṫ. Ppmq3 i ramos q̃nq3 ipsi⁹ tẽdẽtes ad q̃nq3 ei⁹ pẽnulas ꝛ ramos alios eoꝝ diffusos i epatis substãtiã cũ scda ꝟtute retẽtiua ptinet donec i sãguinẽ alteret: ꝛ hũores villis circũtractis: sic aũt diffusus sua ꝟtute meli⁹ alteret digestiua: cũ eñ totũ corp⁹ agẽs attingit patiens aptior ꝛ pfectior opatio fiet. Aliã aũt implãtauit venã magnã i pte gibbosa venã chilis vocatã p quã pgredientẽ ex eo sanguinẽ sua ꝟtute ipellẽte cordi trãsmittat: ꝛ p suos ramos corpi toti a mẽbris ꝟtute cooperãte attractiua corporis ꝛ mẽbroꝝ. Et q2 i alteratiõe chili i sãguinẽ tria superfluitatũ gña isurgebãt sicut in vino nouo buliẽte appet. s. feculẽta melãcholica spumosa cholerica ꝛ aq̃sa q̃ in transitu stricto meseraicaꝝ opitulabaṫ chilo explãtauit ex porta seu lactea poros q̃b⁹ ipas superfluitates seq̃stret a sãguie ꝛ propriis receptaculis ꝛ expurgatoriis destinaret melãcholicã fecẽ p poꝝ explãtatu ex ea i pte ocaua i q̃ gñatio sãguis ꝛ hũoꝝ potissima i splenẽ trãsmittat ab ei⁹ substãtia separatũ vt melãcholiã ꝛ cholerã nigrã nature maxie odiosas: et in actiõe digestiõis ipediẽtes i mẽbrũ a se distĩctũ substãtialiṫ sequestraret. Cholerã aũt p porũ inde etiã ortũ in chistim fellis transmittit: que sue epatis sc3 substãtie manet affixa vt suo calore sicut accẽsio ignis sub vase digestiõis coctionem vigorãdo ipsum in sua coagulatione pseruet. Si eñ ab eo auferatur statim substãtia ei⁹ dissoluitur ꝛ corrũpiṫ: sicut experiẽtia dictat. ¶ His eñ duab⁹ superfluitatib⁹ sanguine3 op3 esse purgatũ anteq̃3 ad chilum pueniat: p quã in alimẽta ad corpus ꝛ cetera mẽbra destinatur: cũ nõ sint apte per vlteriorẽ decoctionem cõuersioni i sanguinẽ: ꝛ ad nutrimẽtũ mẽbroꝝ sc3 melãcholia pter cõplexionem et superfluã grossitiem ꝛ terrestreitatem: cholera rubea: ꝛ nigra pter malã morigerationẽ: ꝛ q2 sanguis redditur per eas nature horribilis: nõ sic phlegma ꝛ aquositas: cũ phlegma naturale per vlteriorẽ decoctionẽ cõuertaṫ in sanguinẽ: ꝛ aq̃sitas ipsa ẽt iuuet sanguinẽ p ramos subtilissimos chil⁹ trãsire. Et q2 superexcresciẽtia fact⁹ sanguis fluidus mẽbris non debite vniret: pcreauit natura renes in quos vena illa chilis inferius protensa infigitur: vt aq̃ per ipsos ab illis virtutibus mẽbri impellentis ꝛ attrahẽtis ad sanguinẽ trãscoletur ꝛ discernaṫ nõ ꝟtute per se distincta ab illis p̃dictis: ꝛ p vritides poros i vesicã trãsmissa extra corpus finaliter excludaṫ: necnõ ppria materia si qua accidẽtaliter in eius gibbo fuerit aggregata. ¶ Cõtinuauit ip3 p dictas venas cordi, cerebro testiculis corpori toti ꝛ oib⁹ mẽbris ꝛ intestinis etiam stomacho per subtilẽ neruũ: cordi quoq3 per alterã concauã venientem ab illo portantẽ spm̃ ꝛ calorem ꝛ sanguinem: quibus sua innata caliditas conseruatur ꝛ temperatur eius pulsu ac diafragmatis motu. Ex quib⁹ enarratis ꝛ sic ex anatomia collectis scire et intelligere possum⁹ epatis naturam: qualesq3 ꝛ quãte sint egritudines ei euenire possibiles. Eas enim ignotas nec cognitas saltem quodamvicino veritatis arbitrio curari nullaten⁹ est possibile. Jnq̃t. eñ Gal. Qualiter autem dignosciturus mod⁹ curatiuus egritudinũ erit q̃s ignorãs eas q̃les quãte ꝛ q̃ sunt: quasi dicat nullaten⁹. Loca quoq3 egritudinũ causas ꝛ accidẽtia ppria ꝛ modos vtrũ sc3 ex se pprie: vel ex vicinitate se colligantia accidant: q̃ oia ẽm Gal. in cura egritudinum membroꝝ sunt necessario pnoscẽda. Sciẽdũ ergo q epati accidũt egritudĩes i se: ꝛ ex colligãtia ꝛ vicinitate. Jn se quidẽ ꝛ in ei⁹ substãtia carnosas simplices triplicis gñis. s. mala cõplexio: mala cõpositio: solutio cõtinui. Et cõposita ex oib⁹ puta apostema: accidit quoq3 in suis poris ꝛ venis. Et primo predicte egritudies simplices ꝛ plurimũ oppilatio ꝛ suo etiã pãniculo. s. solutio cõtinui: ꝛ plerũq3 apostema seu vesica q̃ cũ scindiṫ egrediṫ aq̃ ꝛ currit i vẽtre. Ex colligãtia ꝟo ꝛ vicinitate ad p̃dicta pati põt p̃dictas maxie i suis actiõib⁹ nocumẽtũ. ¶ Ad quaꝝ cognitionẽ certã ꝛ possibilẽ iuocato xp̃i auxilio q̃ solus intuescẽcta reuelat: put possibile ẽ arbitrãdũ ẽ: seu cõiectualiter veniẽdũ ex his vc3 nocumẽto opationũ dolore exeuntib⁹ tumore ei⁹ dispositione toti⁹ corpis ꝛ mẽbroꝝ vicinoꝝ ortoꝝ ab eo eiq3 colligatoꝝ sibi cõpatiẽtiũ sitit alijs accidẽtib⁹ notis ꝛ cõparatis vc3 regimine circũstãtiis similibus iuuantibus ꝛ nocentibus ꝛ consuetudine patiendi: que exercitatis ꝛ abundãtibus intellectu sũt nota: ꝛ infra specialiter spiritusancto annuẽte declarata ponem⁹.

Nota hãc siñtudinẽ.

Epati accidũt egritudines in se ꝛ ex colligãtia ꝛ vicinitate.

¶ Continet autem hec summa capitula. xvj.

¶ Cap. j. de gnāli modo curationis dispositionū epatis.



Specificatis egritudinibus epatis per capl'a et distinctiones: ad curā ipsarū ſm generalem modū veniendū est prius: ⁊ ſm specialē deinceps. Inqt enī Gal. vniuersalia ⁊ generalia precedūt specialia artificialiter ⁊ naturaliter.

Documētum Gal. in cura obseruādū.

Talis autem modus generalis ex natura membri colligit prenarrata. si enī ſm Gale. in cura non solum quod preter naturam est contrario sit remouendū: imo etiā quod naturale est suo sibi cōseruandū sicut in morbis singulis est facere: maxime in cura principaliū et virtutē influentē habētium: qbus totius machina gubernat: illud est aduertēdū et qꝛ cōtrariū illud rebus cōseruātibus est plerūqꝫ oppositum: ⁊ naturalibus inimicū: ⁊ vtrūqꝫ sit opz agere: ideoqꝫ ꝯtrariū qđ ad remotionē rei preter naturā epati ꝯtigēter approximandū est: sic modificādū est appropriatūqꝫ eligēdū: qꝛ remouēdo illa naturalia nō offendat sed ꝯseruet: nocumētū enī eoꝝ extēsibile est ī venas alia principia: ⁊ etiaz totū corpꝰ. Per cōseruationē autē eoꝝ ad tēperamētū naturā reducet qđ est preciosissima reꝝ sanitas desiderātibꝰ viuere ſm naturā: vt ait Gale. Talis aūt modus seu modificatio ⁊ approximatio: vt dictū a natura mēbri ipiꝰ eligit sicut ab egritudinibꝰ variatur ꝯtrariū curatiuū: ⁊ qꝛ natura epatis ꝯsistit ī hoc ꝙ pncipalis est alijsqꝫ principalibꝰ alligatū: in quibꝰ virtꝰ existēs ⁊ spūs gaudent aromaticis medicinis ⁊ stipticis cōfortantur ⁊ cōseruātur non debet esse pueris cōtrariū: sed naturaliter insitas tales habens in se ꝓprietates ⁊ ꝟtutes vel alijs habētibꝰ tales artificialiter mixtū. Inqt enī Gale. Tale meliꝰ est si idē pharmacū

Galenus. simul stipticū sit ⁊ aromaticū: insitas enī ꝟtutes hñs melius operabit etiā si aperitiuū sit in oppilatiōibꝰ eiꝰ datū illius mixtiōe nō careat: taliqꝫ cōfortet a resolutiōe ipsoꝝ ꝓhibeat ⁊ nō noceat oppilādo: nec ꝓpterea dz esse excedētis virtutis vel qualitatis: ⁊ maxime cū virtꝰ ipsiꝰ ⁊ spūs fundata in substātia tenere ꝯsolidatiōis: ac calide ⁊ humide cōplexiōis existat: qꝛ ⁊ frigido supfluo cōgelat ⁊ indurat virtꝰ spūs: ⁊ calor extinguit calido excedēti resoluit et humido aquoso relaxat stiptico supfluo in suis venis ⁊ poris ac pontico oppilat quare supflua in generatione sanguinis necessario insurgētia a sanguine nō seqstrant: que oia multa sequunt incōmoda que dicent: sanguinis alimēti exitꝰ obstruūtur qđ est valde malū ⁊ arefactiōis causa. Proinde Gale. ait apertos esse eos qui ſm epar exitꝰ alimēti non solū in sanis: sed etiā in egris est securissimū. Itē lapsuz faciēte dissoluit: dz ergo esse approximādū ipse sue egritudinis cōtrariū tēperatū seu excedēs modicū: ⁊ si nō sit illis in neruis ꝓportionatū in quātitate multa frequēti: multisqꝫ ptibꝰ et p oēm modū approximatū ei saltem ꝓportionabiliter effectiue: debetqꝫ esse aperitiuū ⁊ abstersiuū qđ qꝛ acuit sanguinē: generatqꝫ humores diuersos et inequales: vt est aqua radicū: opz vt cū dederis eā duobꝰ vel tribꝰ diebꝰ cōsequēter naturā soluas cū aliquo lenitiuo ⁊ alteratiuo vt sunt tamarindi casia ⁊ māna: ⁊ cū sit in ꝓfundo positū nō dz esse substātie pachemeris: sz lēptomeris vt āte virtutis eiꝰ resolutionē ad eum perueniat: et ne sua vehemēti subtilitate virtute subito de epate transfundatur ad vlteriora mēbra: misceatur ei aliqd raphani vel leminis eiꝰ qđ trahēdo ipsum ad stomachū in medio. s. epate remaneat diu: ⁊ ne impediat in via sit hora inanitionis stomachi: vel cōplete digestionis eius ablatū: ⁊ infra de cura splenis dicet ad plenum de facile ⁊ difficile trāseūtibus si spiritussancti gratia sim imbutus. Etiā cum sit a sima intestinis a stomacho associatū vicinū ⁊ alligatum venis ⁊ poris ⁊ zirbo renibꝰ ⁊ vijs vrine ac venis supioribꝰ basilice. s. ⁊ cephalice tēdēti ad caput ⁊ nares mā si q̃ educenda de ipo fuerit euacuatiuū: qđcūqꝫ dz esse tale qđ p illas et vicinas ptes expellat: natura enī quā iussit Hip. medicum in oībꝰ semp sequi per ꝓpinqua ⁊ latiora semp expellit: et per lōginqua qñqꝫ: qꝛ per poros in sudorem materiā vtriusqꝫ partis expurgat: qñqꝫ materiam vnius partis in aliam deriuādo expellit sicut testat Hipp. cū dicit. Vrina multa 4. aph. 83.
noctu facta modicū secessuz significat: ⁊ ecōuerso. Etiā cū diafragma attingat frigidū ei approximādū exteriꝰ a falsis secedat costis: ne indurando illud ad spūs difficultatez adducat: dz q̃z esse non solum virtute elementaria morbo oppositū: sed etiā ꝓprietate vel saltē morbo a cōplexione cōtrariū. A ꝓprietate ꝟo conueniens morbo: sic enī supra de medicinis egritudinū cordis recolimus fore dictum.

¶ Stude ergo eligere medicamē qđ cōueniat epati a proprietate ⁊ cōplexione in cōditionibꝰ dictis: cōtrariet autē egritudini ⁊ cōplexiōe a ꝓprietate etiam si possibile fuerit naturalr inueniri: vt est absinthiū ⁊ eupatoriū ī phlegmone sclirosi: ⁊ oppilatiōe eiꝰ: prout Gal. edocuit: ⁊ sicut cōtingit reperiri in coriādro: cuius complexio cū proprietate est in ꝓhibēdo fumos ⁊ vapores a capite: quare cōmendāt ipsuz in dolore capitis calido pulsatiuo: vbi ꝟo nō cōuenit vt in solatro: qđ ꝓprietatez hz ad resoluēdū apostema cerebri: ⁊ qꝛ frigidū natura ⁊ stupefactiuū resolutionē vetat: ⁊ in scorpione frigido q̃ sua ꝓprietate lapides renū cōminuit ⁊ resoluit: certe preeligēdū est qđ a proprietate ꝯtra operat morbo ei quod cōtra agit a complexione: anadagoga ergo in cura fe. phlegmatice ꝑeligēda ē hyssopo. Et oleū de scorpionibus in lapide renū preeligendum est oleo de piperibꝰ: qđ est qꝛ ꝓprietas est potētior ⁊ efficacior cōplexiōe ac generalior in operatiōe ita vt ꝯueniat operationi illius. At qꝛ ꝓprietas respicere pōt egritudinē ⁊ mēbrū cuius est: sed cōplexio in medicinis curatiuis egritudinē respicit ⁊ non mēbrum: etiam operatio a ꝓprietate est appropriatio: ⁊ magis articulata dispositiōi cui ꝯuenit qꝫ operatio a cōplexiōe. ¶ Primū patet: qꝛ cōplexiōi que con- Oleū de scorpionibus ī lapide renum oleo de piperibꝰ ꝑeligendū.
trariat ꝓprietati potest melius obuiari qꝫ ꝓprietati contrarianti cōplexiōi: vt patet infra est efficacior in opatiōe qꝛ aer frigidꝰ quātūcūqꝫ complexiōe virtute solis ⁊ stellarum corpora nostra resoluit: vt ait Abo. ⁊ magnes cum sit frigida trahit ferrū a ꝓprietate nō obstāte friditate sua. Est q̃z generalior cū respiciat mēbrum ⁊ egritudinem in oī dispositione sua: vt ꝓinde eius operatio sit certior ⁊ ab errore remotior: complexio ꝟo respicit ipsum in altera tm̄: vt infra de medicis iuncturarū Christo duce dicet. ¶ Secūdū est manifestū: qꝛ endiuia respicit inflāmationē epatis vt epar: lactuca inflāmationē eius nō vt epatis: sed vt inflāmationē. ¶ Sed tertiū etiaz liquet: qꝛ cōplexio opat idē in pluribꝰ differētibus specie et numero: sed ꝓprietas idē operat in oībꝰ vel pluribus differentibus numero sub vna specie cōtentis: vñ operatio a ꝓprietate a tota specie dicta est seu forma specifica: vt ait Auer. ¶ Primū quoqꝫ patet: qꝛ cōplexiōi cōtrarianti ꝓprietati obuiari potest miscendo ei cōtrariū: sicut endiuie albe in epatis algore miscemꝰ mel qđ ꝯtrariatur sue frigiditati. Et in oppilatione eius eligimus endiuiā rubeam: vt docet Abo. Sed ꝓprietati sic nō pōt obuiari cū nō sit illi cōtrarium in operatione ipsiꝰ: non enī sic aperte inuenitur ꝙ solatri a proprietate operationē impediat sicut ꝙ eius frigiditatē a cōplexione alteret seu remittat: eo ꝙ multo plura sunt q̃ cōplexiōi cōtrariant: qꝫ que ꝓprietati saltem cognita quoad nos: et dato ꝙ inueniant: vt est in napello cuius ꝓprietati sola obuiatione interficiēti natura associauit contrariū. s. murē in eo inuētū ⁊ alijs venenosis alia tyriacalia generalia ⁊ specialia ꝓcreauit: ⁊ hoc qꝛ nihil fecit cui cōtrarium nō opposuit: vt Ari. dicit: sicut iuxta fabā barbā hircinā ꝓcreauit nature ipsius cōtrariā: ⁊ lino cuscutā: non tñ est sic mutabile ⁊ variabile p gradus ⁊ māsiones sicut alterās cōplexionē: q̃re nō sic apte obuiari pōt: vt igit electio taliū ꝯtrariorum curātium ⁊ cōseruātiū: simul ⁊ ꝯfortantiū a natura ꝓdict..s cōditiōes habentium ac propioꝝ qbꝰ in cura dispositionū epatis indigemꝰ tibi sit facilis: añponemꝰ archā eorum de quibus eligere valeas que sunt tue intentioni ꝯformes. ¶ Sciēdū est ergo ꝙ reꝝ cōuenietiū epati ⁊ dispositionibus eius

positionibus eius: quedā sunt simplices et quedā cōposite: ⁊ simpliciū quedā sunt cōuenientes a cōplexione: quedā a proprietate: q̄dā vtroq̨ modo conferūt. A cōplexiōe aūt quedā sunt q̄ in tēperamēto ipm̄ cōseruāt: vel ad aliud reducūt ⁊ substātiā vniūt: et harū quedā sunt calide: q̄dā frigide: q̄dā sicce: q̄dā humide: ⁊ q̄daꝫ tēperate. Calide sunt elbub acorus zinzi. hyssopus humida ⁊ bibita: ⁊ linita costū gallia amomū crocus cinamomū casia lignea sūmitates squināti myrta aranabū nasturciū apiū mastix ameos ciperū foliū origanum spica xiloaloes gar: mumia: ⁊ siſia. Frigide ꝟo sūt sandali spodiuꝫ viole nenufar. cāphora aq̄ ordei acetū vngula caballina rose ⁊ aqua earū solatrū politricū coriādrū ꝓprie adiāthos aqua lactis ꝓprie capre: et lac acetosuꝫ granata acetosa ⁊ muza pruna acria: ⁊ ceteri fruct⁹ frigidi isipidi. Si ꝟo sint stiptici sint pauci: ⁊ post cibū sumpti ne vestigiū oppilationis dimittāt semia cōia et semina frigidoꝝ acetosa: et aqua ordei acetū ex vngula caballina sicce ⁊ humide colligunt̄ ex his. Tepate sunt zuc. et ꝓprie albusac ⁊ cuscuta ⁊ lacca. A ꝓprietate ꝯuenientes sunt q̄ sunt cibi ⁊ medicine: vt est endiuia vtraq̨ cicorea: ⁊ epatica: ⁊ spinachia batecha melō ind⁹ citrulli cucumeris lactuca portulaca: ⁊ ꝓprie muza: ⁊ absinthiū: ⁊ eupatoriū ſm Gal. Et q̄ sunt cibi absolute: vt epata aīaliū boni chimi ⁊ ꝓprie epar adib carnes limatiarū ⁊ ericij ꝑdicū turturum gallinarū pisciū petrinoꝝ: ⁊ fic⁹ auellane fistici amigdale fruct⁹ serbi vua passa ⁊ pot⁹ vini odoriferi subtilis: et dulcia substātiā eius impinguātia: q̄ si sint grosse substātie oppilāt: si subtilis inflāmātur facile nisi cū subtilib⁹: et acidis misceantur: ⁊ breuiter oīa boni chimi nō grossa nec viscosa cibaria. Vtroq̨ mō ꝯueniūt vtraq̨: ⁊ q̄ ipsum mūdificāt ⁊ ab eo materias euacuāt ⁊ purgāt: quarū q̄dā sūt euacuātes materias gibbi: q̄dā sime ei⁹: et quedā vtriusq̨. Gibbi vt ē flebotomia basilice dextre ⁊ ꝓuocatio flux⁹ sanguinis ex naribus: ⁊ vrinā ꝓuocātia quoꝝ q̄dā sunt calida q̄dā frigida: q̄dā tēperata. Tēperata sunt capil. ve. sq̄nantum: infusio sisami: decoctio. v. radicū communiū et semen ipsarū fenugrecū: ⁊ aqua altee: ⁊ siſia: q̄dā calide ⁊ fortiores vt dauc⁹: acorus: ameos: spica: crocus: vitica: camepitheos: alhasce: aristologia: ⁊ similia: q̄dā fortissime: vt cātarides rubea mestramesis: ⁊ siſia. Frigida sunt semia cōia ⁊ fruct⁹ coꝝ harhag: ⁊ siſia. ¶ Purgantiū ꝟo materiā sime quedā sunt purgātes ꝑ vomitū ⁊ intestina: ⁊ hoꝝ quedam purgāt cholerā vt tamaridi reubar. aloes rectificās myrobā. citrini: diagridiū in robustis corporibus ad soluēdum duris. Est em̄ de furiose soluētib⁹: quare rectificatione indiget. Quedaꝫ phlegma vt agaricū: quedā melancholiā: vt epithimū myroba. nigri: quedam humores adustos: vt aqua lactis: ⁊ quedā vtrosq̨ vt scene: quedā aquā citrinā: vt ciclamen ⁊ ireos serapinū euforbium cucumer asininus laureola ascebram nocēt tamē epati: quare opꝫ rectificare q̄ educūt materiā vtriusq̨ ei⁹ partis sunt sudorē ꝓuocātia q̄ dicta sunt supra ī cura apostematū cerebri. Cōposite sūt q̄ ex his cōponūtur: ⁊ in nostro antidotario dicta sunt et ab alijs sumpta infra spūsctī grā ponemus. Nota tñ ꝙ predictoꝝ oīm q̄dā sūt q̄ conferūt eius discrasijs: q̄dā ipi⁹ oppilationibus: q̄dā icteritie: q̄dā cachexie ⁊ hydropisi: q̄dā ꝑcussionib⁹ ⁊ vulnerib⁹ eius: quedā apostemati: q̄dam inflationi: quedā doloribus eius: quedā debilitati: ⁊ q̄daꝫ fluxib⁹ q̄ ab eo ꝓcedūt: quoꝝ summā sigillatim ponemus in capitulis ꝓprijs quib⁹ infra dicet̄ de eis. Et ex his sunt q̄ cū stipticitate tēperata cōfortāt: ⁊ maturāt: vt crocus: ⁊ darsesaha. Et ex his sunt que exiccando mūdificant virus malū: ⁊ cōtrariātur putrefactioni: ⁊ expellūt cām corrūpētem: et resistūt medicinis mortiferis ⁊ veneno: vt cinamomū et casia que sunt fortiores in his oībus aromaticis: et vt est spica ⁊ allia et vinū etiā odoriferū cōtrariātur putrefactioni. Et quedā vni cōferūt: sed alteri dispositioni nocēt: ⁊ ꝓprie vbi sūt dispositiones eius ꝯtrarie. vñ Gal. ait. Itaq̨ difficillimū est inuenire qđ multū ꝓsit: obsit aūt nihil: ⁊ q̄dā dispositioni ꝯferūt: epati ꝟo nocēt: ⁊ ecōuerso q̄ doctrine simpliciū relinquātur ꝓpter breuitatē. Mirabile aūt est ꝙ ꝓprietas a cōplexiōe in aliq̄b⁹: vt ꝑdistinctis discrepet cū sp ei debeat ꝯueīre: ꝯplexio em̄ dispōit ad ꝓprietatē sp: vt ponit Abo. ⁊ ea corrupta nō remanet ꝓprietas: q̄re discrepare nō debēt saltē in opatione. Et ſm Gal. pluria q̄ simplicia vident̄ ad sensuꝫ: cōposita sunt ſm ꝟtutē: itaq̨ ex tali ꝯpositiōe acquirit̄ alia ꝯplexio quā sequit̄ ꝓprietas diuersa a ꝑma cōplexiōe a q̄ ꝑncipaľr depēdet actio sicut in ꝑdistinctis. s. solatro ⁊ scorpione est videre. In ꝑma em̄ earum substantia dñatur frigiditas stupefactiua: in scđa ꝟo substātia supficiali pauca caliditas quā sequit̄ caliditas resolutiua q̄ in operatione resoluēdi ꝯueniūt semper.

Vinū odoriferū ꝯtrariat̄ putrefactioni.

¶ Ca. ij. đ cura male ꝯplexiōis epatis simplicis ⁊ ꝯposite.

Mala cōplexio epatis ē discrasia q̄litatuꝫ q̄tuor primaꝝ elementoꝝ eius cōis existēs ei ⁊ alijs cōsimilib⁹ inquātū cōsimilia sunt: hꝫ aūt suas diuisiones ⁊ subdiuisiones: vt ait Gal. aut cōmixta: et hoc plurimū est: ⁊ vnaqueq̨ est quadruplex: ⁊ est aut pura aut impura: ⁊ est plurimū ⁊ q̄libet: aut diuersa: aut eq̄lis ⁊ est raro. Et cā eius est duplex: interior ⁊ exterior: ⁊ exterior ē vna vl ꝑes ex ꝓcatarticis cāis supra ī mala ꝯplexiōe stomachi dictis: iterior aut ē ꝓpria: aut ex cōitate: ꝓpria ē male qualitatis hūores gñati in eo et mala ꝯpositio solutio vel apostema. Ex cōitate ē vt mala cōplexio cordis stomachi ⁊ cerebri ⁊ totius corporis vt fe. q̄b⁹ nō pōt ꝯtradicere epar. Variant̄ aūt ille cāe ⁊ specificātur ſm varietatē specieꝝ ei⁹ ꝑmissam: nā q̄libet ipsaruꝫ ꝓpriam hꝫ cām ꝓpria signa ⁊ ꝓpriā curā. Si sit mala complexio epatis calida: ⁊ sit pura et diuersa apparebit vna vel plures ex ꝓcartaticis causis supra ī mala ꝯplexiōe stomachi dictis absq̨ significatiōe aliq̄ antecedētiū causaꝝ interioꝝ: ⁊ cōtristationis sensu ⁊ nocumēto gñatiōis sanguinis ⁊ humoꝝ. Et eius signa essentialia sunt q̄litas mutata ad tactū ⁊ ad visum: puta calor in totū corp⁹ extēsus: ⁊ maxime ī hypocūdrio dextro ꝑcept⁹ si nihil aliud cōtradicit. Et cū auget̄ vt nō solū ꝯtristet: sed vniuersas ledat actiones ⁊ passiones fit febrilis ⁊ color citrinus: ⁊ actio lesa: q̄r sitis magna: appetit⁹ cibi vel fames nulla vel modica: q̄r egestio modica ⁊ sicca: desideriū frigidi quo iuuat̄: ⁊ ledit̄ cōtrario ⁊ multiplicatio cholere in sanguis gñatione: etiā ex frigidis cibis: vt etiā augeātur humores adusti: sāguis q̄bus pauc⁹ fit ⁊ nature horribilis: quare mēbra ex eo non nutriūtur: sed fiūt macilēta: vt siľr in mala ꝯplexiōe stomachi calida dictū est: retētio debilis ⁊ expulsio fortis: quare multiplicat̄ vrina: ⁊ fit tincta: cōcurritq̨ cū circūstātijs cōsiľibus ⁊ ꝯsuetudine inflāmādi. Cura male ꝯplexionis calide eius est tres res: quarū vna est cause exterioris: ⁊ procatartice remotio: scđa est alteratio discrasie: tertia est accidentiū correctio. ¶ Primā rē cōplent ab eis abstinētia et ꝑmutatio vbi obediat: vbi ꝟo nō: abstinere ab coꝝ intēperātia: vbi ꝟo neutrū possibile sit cura ē nulla. Inq̄t em̄ Hip. in aphorismis. Opꝫ aūt nō solū se ꝑbere q̄ opꝫ faciētem: sed ⁊ egrotātē. ⁊ Gal. Nō est possibile vllā dispositionem curare finaliter adhuc manēte cā faciēte cā. ¶ Secūdam rem cōplent administratio frigidoꝝ ciboꝝ potuū: et medicinaꝝ habētiū tēperamētū passiuaꝝ simpliciū predictoꝝ ⁊ cōpositoꝝ ex eis aggregātiū ī se ꝯditiōes ꝑdictas: et ꝓprietates q̄ tua iterest vt eligas ꝓut exigit dispositio: ⁊ approximes interius cum modo ordinate incipiēdo a leuioribus ⁊ simplicibus: ⁊ gradatim vbi nō sufficiāt ad fortiora: ⁊ ꝯposita tendas: ⁊ maxime vbi mēbri vicini ⁊ ꝓpe stomachi dispositio te inuitat. Si ergo stōach⁹ nō toleret frigida ex cibis ⁊ potib⁹ et medicinis: opꝫ vt eis calida: et ꝓpria illi admisceas: ⁊ calidis actu illis vtaris. Sitq̨ illorū caliditas talis vt nō extēdat̄ ad epar. Si dabis quoq̨ calida ꝓpter illđ sint grosse substātie: ⁊ vinū leue pauce stipticitatis: vel approximabis exteri⁹ calida stōacho ⁊ epati frigida: vel dabis mō calida ꝓpter stōachū: mō frigida ꝓpter epar. ¶ Tertiā rē ꝯplēt q̄ ifra dicent̄ de cura fe. debilitatis epatis ⁊ nocumēti ⁊ actionū ei⁹: ad ea ergo procedas: si ꝟo fuerit mala ꝯplexio epatis frigida pura ⁊ simplex cās signa: ⁊ curā ecōtrario itelligas supradictis: inq̄t em̄ Gal. vnū ꝯtrarioꝝ ꝑ aliud intelligit̄. Sꝫ si sit humida pura simplex lꝫ sit raro: tū q̄r mēbrū generatiuū humorū: cui⁹ discrasia sit humorē nō habeat generat statiꝫ ex cibis et potib⁹ quotidie preassumptis: tū q̄r humidus naturaľr et principiū existens venarum confluentiā habet humoꝝ pregenitoꝝ contentoꝝ in eis. Causa eius erit vna vel plures ex ꝓcatarticis causis humectātibus supra in mala cōplexiōe humida stomachi dictis. Et ei⁹ signa sunt albedo coloris: inflatio faciei ⁊ oculoꝝ: mollicies carnis: ⁊ laxitas corporis: q̄r cordis siccitas non resistit paucitas sitis et fasti-

Cura male complexionis calide epatis est tres res

1. Apho. 11

dium attractio ⁊ retẽtio debilis: q̃re ergo mollis ⁊ aq̃sitas in sanguinis gñatiõe: quare vnitur mẽbris: vrina est multa spissa nisi aliud ꝯtradicat ꝯtrariũ cũ circũstãtijs cõsilibus ⁊ cõsuetudie humefiẽdi. Cura male ꝯplexiõis frigide et hũide eiꝰ silr ẽ tres res: pma aufert cãz: scđa ĩtroducit cõtraria ipsiꝰ discrasie: tertia corrigit accidẽtia. Pria cũ notis. Scđa cum administratiõe reꝝ exiccantiũ ꝯplet habentiũ tẽperiẽ actiuarũ vel declinantiũ ad caliditatẽ parũper generaliũ: q̃s supra de cura male cõplexiõis hũide stomachi ĩ habubisti ⁊ spãlium ꝓpriaꝝ: quas tibi hic supra narrauimus: necnõ cũ aliq̃bꝰ euacuãtibꝰ humorẽ pregeneratuz vel generãdũ deinceps debilibꝰ tñ ne suo excessu ad rarefactionẽ ꝑducãt. Tertiã rem ꝯplẽt que corporis habitum cõfortãt exiccãdo: vt est sticados: myrtꝰ: camomilla: glãs: myrrha: gallia: xiloaloes lupine: cordument: olea ipꝛorum: folia pomi citrini: sandaraca: squilla: ⁊ sir̃a. Si aũt mala ꝯplexio epatis sicca fuerit pura ⁊ simplex: cã signa ⁊ cura erũt illis ꝯtraria: ⁊ eis q̃bꝰ cura fieri hz ex dictis hic supra in cura male ꝯplexiõis stomachi sicce colligere poteris. Si ergo sit ꝯmixta: cõmixte erũt cãe ꝑdicte signa ⁊ cure: differẽtes tñ ꝓm diuersitatẽ ꝯmixtionis q̃ est q̃druplex: quaruz cognitiones ex simpliciũ cognitione premisse sunt supra hic ⁊ ĩ cura malitie ꝯplexionis stomachi ꝯmixte habuisti. Et si quidẽ sit mala cõplexio epatis ĩ pura siue simplex: siue cõmixta sir̃es predictis hz cãs ⁊ signa ⁊ curã: addit tamen cãm interiorẽ humoralẽ ⁊ signa eius: ⁊ euacuationẽ ipsius: cuiꝰ euacuatione si recẽs fuerit: nec impressa mala cõplexio cessat. Si ꝟo impressa fuerit post euacuationẽ digestione ꝑ missa si expedit: alterabis cũ ꝯtrarijs ex ꝑdictis electis: put dispositioni cõuenit ꝓm cõditiones predictas.

Cura male complexiõis frigide ⁊ hũide epatis est tres res.

Syrupus de ẽdiuia ꝯpositus.

Syrupus de endiuia ad epatis calefactionẽ ⁊ debilitatẽ mirabilis. ℞. endiuie vtriusq̧ añ. M. j. seminũ cõiuz recẽtiũ. ℥. ij. aceti albi. ℥. ij. zuccari tabarzet li. j. ⁊ syrupẽt cũ aq̃ ordei ⁊ aromatizẽt cũ sandalis vtriusq̧: ⁊ spodij añ. ʒ. j.

Syrupus đ epatica

Item syrupꝰ de epatica ad idem. ℞. epatice. M. j. lenticularum aque. M. j. floꝝ cucurbite: violarũ rosarũ. añ. ℥. j. cimarũ squinãti. ʒ. j. zuccari tabarzet li. j. irroretur cũ succi granatoꝝ. ℥. iiij. ⁊ aromatizẽt cum sandali ⁊ spodij añ. ʒ. j.

Syrupus đ neufar ꝯpositus.

Itẽ syrupus de nenufare efficacissimus ⁊ vniuersalis. ℞. floꝝ nenufaris. ℥. ij. vngule caballine aq̃tice: psilij integri: acetose añ. ℥. j. seminũ cõium. ℥. ij. seminũ frigidoꝝ. ℥. ß. radicũ feniculi. ℥. j. bullĩat in aqua ordei: ⁊ addatur zuccari li. j. aceti albi ⁊ succi granatoꝝ añ. ℥. ij. ⁊ aromatizẽt vt supra: ⁊ addat p aꝝ spice ne frigiditate oppilationẽ ĩducat.

Syrupus aliꝰ ad caliditatem epatis.

Alius syrupꝰ. ℞. succi endiuie al. succi solatri: succi cucurbite añ. li. j. succi granatoꝝ muzoꝝ li. ß. zuccari li. j. ⁊ aromatiza vt supra. da. ℥. ij. cũ aq̃ rostri porcini: ⁊ vno trocis. đ cãphora. Diacasiafistulatũ educẽs cholerã ⁊ refrigerans epar. ℞. mellis casiefi. li. ij. penidiarũ. ℥. iiij. succi violaꝝ. ℥. iiij. candi. roß. ℥. iij. tamarin. ℥. iiij syrupi viol. ℥. ß. fiat cũ decoctione herbaꝝ frigidaꝝ ⁊ quatuor se. vsualiũ: ⁊ prunoꝝ q̃d sufficit ⁊ reubar. ℥. j. ⁊ sunt q̃ addũt mãne. ℥. iiij. Idẽ operat electuariũ dyaprunis siue dyagri.

Diacasiafistula.

Marãn siue emplm ad calefactionẽ epatis.

Marã ad calefactionẽ epatis: ⁊ ꝓprie iter agẽtibꝰ ꝯuenit; q̃ epithimata ⁊ cerota nõ valẽt expectare. ℞. vtriusq̧ sãda. spod. añ. ℥. iiij. folioꝝ rosa. ⁊ foliorũ nenufa. añ. ℥. ß. cãphore. ʒ. ij. se. frigidoꝝ. iiij. añ. ʒ. ij. puluerizẽtur ⁊ ꝯficiant cũ cera al. ⁊ malaxẽtur cũ ace. ⁊ oleo ro. bene: ⁊ adde floꝝ absin. ʒ. ij. ⁊ extẽdat super epar applicet: ⁊ feratur iter agẽdo.

Epithima ad idem.

Epithima ad epar supercalefactũ. ℞. vtriusq̧ sanda. spo. añ. ʒ. iij. rosarum. ℥. j. farine ordei pugillũ. j. capitum viol. lenticularꝝ aque añ. ʒ. ij. succi endiuie depurati. ʒ. ij. sũmitatũ squinã. ʒ. j. aceti. ℥. j. olei rosa. ℥. ij. aque ro. al. li. j. Tepida fiãt: ⁊ intinctis pecijs successiue applicẽtur super epar hora meridiana. Aliud marã Arist. ℞. succi grana. muzorũ aceti leuis ⁊ aque ro. añ. li. ß. infundãtur pecie ⁊ superponãtur. Itẽ aliud. ℞. succi sola. vel cucurbite li. ij. ace. ℥. ij. calefiãt suauiter: ⁊ infundãtur pecie ⁊ supponãtur: valet paupibꝰ quibus succus sola. vel endiuie: vel lactuce: vel lac. acetosi serum vel suc. macia. cũ pauco aceto: vel succus rostri porcini: vel succus lupuli: vel plãtaginis: vel sẽperuiue cucur. cum pauco aceto idem operatur. Trocisci Hipp. ℞. se. citru. melonis vtriusq̧ cucur. añ. ʒ. j. se. lactuca. scariolarum: portula. papaueris al. liquiri. añ. ʒ. vij. spodij: sã. ru. añ. ʒ. j. spice grana. v. confice cũ mucilla. psilij: ⁊ fiant trocis. ʒ. j. dabis. j. cũ aq̃ lactis caprini: vel secantabin mane ieiuno stomacho: vel cum aqua ordei.

Trocisci ad idem.

Syrupus ex nr̃a inuẽtione cõtra oẽs egritudines epatis calidas valẽs etiã potẽter ad fe. oẽs ⁊ ethicas: audaciã fellis: ⁊ cholere extinguit: ⁊ releuat infirmũ ab icteritia: si Christus voluerit. ℞. ber. florũ bora. cicoree: scariole: portula. psilij cõquassati ĩ aq̃ frigida epatice añ. ℥. j. plãta. pĩpinel. sempuiue: solatri: nenufa. añ. M. ß. succi epatice: succi cicoree. suc. scariole sil. ⁊ domestice: suc. sempuiue: suc. apij depuratoꝝ. añ. ℥. iij. spodij: sandali: seminũ cõium mundatoꝝ. añ. ℥. iiij. cãphore. ℥. j. ß. aceti. ℥. iiij. viol. ro. añ. ℥. ß. lẽticlarũ aq̃. ʒ. j. zuccari li. ij. suc. granatoꝝ. ℥. iiij. ⁊ fiat syrupꝰ. Dosis est. ℥. ij. in aurora cũ frigida si nõ sit oppilatio vel senectus: febricitãtibus solum de mane si ex pura cholera patiãtur: ⁊ modicũ añ accessionẽ febris. Si volueris eam ꝓhibere vel abbreuiare: et in fine paroxismi potus. ℥. iij. cũ aqua frigida extinguit tertianã duplicẽ ⁊ causonẽ: si Christꝰ annuat. Auer. dixit nenufar: et syrupꝰ eiꝰ ac vsꝰ eiꝰ ꝓm oẽz administratiõis modũ eripit cholericos a febre. Alias q̃ras ĩfra de cura icteritie citrĩe.

Syrupus ad omnes egritudies epatis calidas.

Capitulum. iij. de paruitate epatis.

De egritudinibus ꝯpositionalibus epatis q̃d dici oporteat siue in figura: siue in quãtitate: siue in suis sitibꝰ existãt, supra de egritudine stomachi in quãtitate habuisti: illuc ergo recurre. Et ꝓm modũ illũ hic cũ proprijs epati opare: q̃ ex dictis ⁊ dicẽdis intelligere te oportet.

Capitulum. iiij. de oppilatione epatis.

Oppilatio epatis est morbus in vijs eius prohibens transitum eius ex humoribus bonis ⁊ superfluis: quod per ipsuz transire naturaliter cõsueuit. Est autem duplex: quedam in venis: et quedã in poris eiꝰ: ⁊ vtraq̧ est duplex. Que em̃ in venis est aut in paruis: aut in magnis. In magnis vt q̃ accidit ĩ porta: ⁊ in ramis eiꝰ grossis: ⁊ est plurimũ et in chili: ⁊ est rara. In puis ꝟo vt in ramis eaꝝ subtilibus ⁊ ꝓprie in capitibus ipsarũ sibijnuicẽ occurrẽtibus: et infra epar: ⁊ hoc est frequẽtius ꝓpter eaꝝ stricturã ⁊ lutuosam eiꝰ substãtiã nõ ꝓpter materie delictũ sicut ĩ splene cõuenit: vt Gal. distinxit. Et sequitur plerũq̧ eam fluxus pmo ventris: ⁊ postea epatis. Que autez in poris contingit duplex est: aut enim est in poris excreationis superfluitatuz: et est plurimũ: ⁊ sequitur eaz primo citrina icteritia vel nigra erisipila vel cancer: aut est ĩ poris substãtie eiꝰ ꝑ quos transit de parte in partẽ ipsiꝰ nutrimẽtũ sanguinis: ⁊ hoc est rarius: ⁊ sequitur eam grossities substãtie cũ duritie: ⁊ extenuatio corporis totius: quod est cõe signum oĩm: põt eaz quelibet egritudo alia ꝯcomitari: cũ oppilatio epatis mater sit egritudinũ omniũ. Et vnaqueq̧ aut est antiq̃ta aut noua: aut simplex: aut ꝯposita. Causa ⁊ modus cãruz eius ꝓm Gal. est triplex: aut em̃ est coartatoria corpea puta humor grossus multꝰ ⁊ viscosus coartatus in eis: et eius cã est malitia regiminis: ⁊ debilitas digestionis tibi nota superius. Aut incorporea puta res grosse substãtie: vt aq̃ turbida lacunalis ⁊ stagni: ⁊ dulcis assũpta ⁊ chilus grossus ⁊ viscosus: ⁊ est frequẽtiꝰ euenitẽs. Aut est attenuatoria q̃ est duplex: interior aut exterior. Interior etiã ẽ duplex disponẽs ⁊ perficiẽs. Disponẽs est: q̃ sibi naturaliter creatũ angustũ ĩ exitibꝰ suis: ex quo secuta est fortitudo attractiue ⁊ debilitas expulsiue. Et ꝑficiẽs est cõpressio apostematis adiacẽtibꝰ ꝑtibꝰ: ⁊ mala cõplexio ex re sũpta male q̃litatis frigide: aut aq̃ frigoris vehemẽtis ⁊ sicce põtice seu stiptice aut aggregãtis partes viarũ: vt aq̃ aluminose seu grosse: ⁊ ꝓprie post exercitiũ: balneũ calidũ: luti sigillati: arment gipsi: ⁊ alioꝝ silĩũ q̃ in corrupto appetitu assumi ꝯsueuerũt: vt supra in egritudinibꝰ stomachi habuisti. Exterior est cõstrictio vehemẽs casus ⁊ ꝑcussio supra ipm et est frequẽter ꝯtingẽs. Aut cã est carnosa: vt pustule ĩ lateribꝰ ⁊ parietibꝰ viarũ seu bothor caro cicatricis addita seu verruca nata: que tñ non est gñalis in oĩbus vijs: sed in aliq̃ potius cõtingẽs ⁊ raro. Signa oppilationis epatis in quãtũ hmõi sunt mutata q̃litas: puta quoad visum color citrinꝰ vel pallidꝰ in toto corpe diffusꝰ: q̃m sãguis cũ totalitate sua ꝓpter stricturã viaꝝ ad cutis supficiẽ nõ accedit: sed subtile eiꝰ potiꝰ aquositate vel cholera mixtũ trahẽtibꝰ mẽbris exinanitis: vt donec cesset oppilatio iuuat actio lesa: q̃ grauitas in hypocũdrio dextro circũscripta vniuersaliter in toto q̃ sequitur plectoriã: tum ꝓpter materiam oppilantem:

Oppilatio epatis q̃tuplex.

Oppilationis epatis signa.

teriā oppilantē:tū ꝓpter ex oppilatiōe retentā ⁊ impedi-
mentū anhelitꝰ i motu ⁊ ꝓpꝛie in ascensu ꝓpter frenō in-
feriꝰ tractionē et cōpꝛssione vel lacertū. Et lȝ in his cōicet
apostemati duro:tñ ħ in apostemate duro existūt maioꝛa:
⁊ plurimū absq̃ feb. qm̄ talis oppilatio hūoꝛibus retētis
⁊ suꝑfluitatibꝰ euētationē q̄ per venaꝝ ⁊ arteriaꝝ oꝛificia
poꝛis occurrētia fieri lȝ nō vetat exiens etiā a coꝛpoꝛe:qꝛ
fluxus vētris ex materie grosse regurgitatione oppilatio-
ne sibi transitum ꝓhibente ⁊ vꝛine multitudo ⁊ subtilitas
ꝓpter subtile aqueū multiplicatū ex indigestione pene-
trans:si aliud.s.epatis ⁊ totius ariditas coꝛpoꝛis nō ob-
sistat. ¶Sed signū distinctiuū inter oppilationē venaꝝ ⁊
poꝛoꝝ eiꝰ est: qꝛ oppilationē venaꝝ predicta signa sequū-
tur a pꝛincipio ⁊ coꝛpoꝛis ꝯsumptio:sed in oppilatiōe po-
roꝝ eius illa non sunt a pꝛincipio:imo multitudo sangui-
nis:que ad nutrimētū eius nō accessit apparet in venis: si
oppilatio fuerit in poꝛis substātie eius:⁊ transitus nutri-
mēti ⁊ coloꝛ rubeꝰ in cute. ¶Si ꝟo fuerit in poꝛis excrea-
tionis suꝑfluitatū apparebit in sanguine multiplicatio
cholere seu melācholie:cū coloꝛe citrino vel nigro in cute:
⁊ hoc est signū distinctiuū inter oppilationē poꝛoꝝ. In ꝓ-
cessu autē debilitato epate non nutrito apparet in venis
ipsius diminutio:⁊ per ꝯñs in toto coꝛpoꝛe ꝯsumptio ⁊ ari
ditas:⁊ si quidē nocumentū extendaꝛ ad venas predicta
sequenꝛ signa. ¶Signū ꝟo distinctiuū inter oppilationē
venarū magnaꝝ ⁊ paruaꝝ est:qꝛ predicta signa in oppila
tionibus magnaꝝ sunt foꝛtioꝛa:in paruarū ꝟo debilioꝛa.
¶Sed signū distinctiuū inter oppilationē vene poꝛte ra-
moꝝ eius ⁊ vene chil. est:qꝛ oppilationē vene poꝛte sequiꝛ
fluxus chilosus nisi sit ꝓpter debilitatē attractiue ipsius
cuius signa distinctiua infra ponemus chilo nequeūte pe
netrare ad epar:siue ꝓpter oppilationē antecedentē me-
seraicarū q̄ manus epatis sunt q̄bꝰ trahit. Existente em̄
oppilatiōe in poꝛta ⁊ ramis eiꝰ vl' meseraicis:totꝰ chilus
non pōt recipi nec cōpꝛehēdi in ea et ramis eiꝰ: vt virtute
substātie carnose epatis ꝯuertaꝛ in sanguinē ⁊ humoꝛes:
quare redit ad intestina nulla alteratiōe apparēte in eo:⁊
cito egrediꝛ:si oppilatio ꝑcedat in meseraicis vel pauca ⁊
tardius egrediꝛ si oppilatio sit in poꝛta ⁊ ramis eius ⁊ sen-
sus tactus nec grossitiē nec duritiē cōpꝛehēdit in hypocū
drio dextro. Oppilationē aūt chilis ⁊ ramoꝝ eiꝰ sequitur
fluxus vētris sanguinis ⁊ humoꝝ iam generatoꝝ in epa-
te ⁊ eiꝰ sima nō potentiū penetrare ad mēbꝛa oppilatiōe
chilis transitū ꝓhibente ad totius ambitū:⁊ ꝓpꝛie ꝗtum
ad partē eoꝝ grossam quare regurgitāt ad poꝛtā: ⁊ dein-
de per meseraicas ad intestina. Et vꝛine subtilis multitu-
do ⁊ tinctura ꝓpter debilitatē digestionis multiplicātis
aquositatē:⁊ ꝓpter transitū subtilis partis sanguinis et
aquositatis mēbꝛis trahētibꝰ inanitis. Grossities quoq̃
⁊ diurities hypocūdrij dextri sensui est manifesta. Et si q̇-
dē sit oppilatio ex cā coartatoꝛia coꝛpoꝛea sunt signa ple-
ctoꝛie ꝑdictis gñalibus addita si multitudo humoꝝ fue-
rit in cā. Uel signa cacochimie si grossities ⁊ viscositas et
regimē precedēs cū malitia digestiōis:q̄ si multiplicet vē
tositatē:apparebit grossities ⁊ durities augeri ⁊ diminui
subito vel in bꝛeui:si ꝟo nō ꝑmanebit de se semꝑ equalis
durities ad qꝺ iuuabit regiminis variatio debiti ⁊ mixtio
hūoꝝ in egestionibꝰ:vel vꝛina erit apparens. ¶Si ꝟo in-
coꝛpoꝛea sit ꝑsumptio alicuiꝰ ex extrinsecis rebꝰ prenarra
tis ⁊ memoꝛia eiꝰ. Sed si cā eius fuerit attenuatoꝛia inte-
rioꝛ ⁊ disponēs signū ē diuturnitas passionis a pꝛīcipio
gñationis apparēs cum foꝛtitudine retētiue ⁊ debilitate
virtutis epatis expulsiue. Sed si sit ꝑficiēs:signa erūt apo
stematis epatis q̄ dicunꝛ vel preassumptio alicuius ex pre
narratis aggregātibꝰ ⁊ ꝯstringentibꝰ materias eius:si ꝟo
fuerit exterioꝛ cōpꝛimēs est manifesta. ¶Poꝛro si cā eius
fuerit carnosa puta pustula seu bothoꝛ:signa apparebunt
apostematis ⁊ bothoꝛ. Si aūt sit carnis addite seu verru-
ce nate signum est ꝙ oppilatio non est vl'is in oībus vijs
epatis:sed partialis in aliq̄ sui via vel poꝛo ꝓpter qꝺ op-
pilatio nō erit multa ⁊ magna: ⁊ per ꝯñs signa oppilatio
nis debilia:⁊ cū hoc erit paruitas iuuamēti aperitiuoꝛū
appꝛoximatoꝝ illi. ¶Cura. oppilatio epatis q̄ cum natu
rali dispōne antiquata est:⁊ ad sciroꝛsim reducta: curā nō
hȝ vel difficilē maxie si ꝯposita est. Que ꝟo est accidētalis
⁊ simplex ⁊ noua est curabilis. Inquit enim Gale. qꝺ na-

Signū di-
stinctiuū
inter oppi-
lationē ve-
naꝝ ⁊ po-
roꝝ eius.

tura est semꝑ ē maxie si nec efficiēs ⁊ ꝯseruās foꝛte existat:
q̄ accidētalis ē nec firmantē cām accepit curabilis est. In
cuius cura duplex est intentio gñalis et spālis. Gñalis est
tres res. pꝛima est oppilationis apertio:ꝯsistit autē in ab-
scissione cāe. sic em̄ fiens ⁊ factū in oppilatione sunt sibiin
uicē coherētes ꝙ cessante cā sil'r cessat fiens ⁊ factū. Scđa
est mēbꝛi ꝯfoꝛtatio ex eo ꝙ pꝛincipal'r est ex egritudine de
bilitatū. Tertia est accidētiū coꝛrectio quoꝛūlibet paroxi-
mal'r cōtingentiū in eo ꝙ oppilatio mater est egritudinū
omniū:q̄ꝓpter est diligēter ⁊ solicite medicāda. ¶Spe-
cialis in speciali triū dictoꝝ cōsideratione et auxilioꝝ in-
uentione quibꝰ predicte tres cōpleanꝛ intētiones. Et pꝛi-
mo in abscissione spālis cāe ipius. Si ergo spālis cā ipsiꝰ
sit coartatoꝛia:cura spālis est quinq̃ res. Pꝛīa erit absci-
sio cāe:cōpleꝛ aūt cū administratione euacuationis par-
ticularis cāe:⁊ ꝓpꝛie si fuerit in cā multitudo pꝛius cū fle-
botomia de cōi si adsit repletio vl'is: deinde de basilica si
remaneat particularis: et si particularis sola de basilica
tm̄ virtute tolerāte ⁊ etate ꝯcedēte:vel cū ꝓpoꝛtionali fle
botomie:vt est emoꝛroidas ꝑclausas aperire: vel mulieri-
bus per matricē mēstrua ꝓmouere:vel q̄bꝰ nihil hoꝛū pos
sibile fuerit scarificare crura:q̄bꝰ nō cōuenietibꝰ ei euacua
tio facienda erit cū exercitijs tēperatis nō tolerātibus illa
fricationibus euapoꝛationibus pharmacijs ⁊ ieiunijs:sic
em̄ voluit Gale. hec em̄ euacuāt ⁊ deriuant. vel cōpleꝛ cuȝ
purgatione ex pharmacijs ꝓpꝛijs prenarratis in canone
curationis eius ſm modū vl'em si in cā fuerit hūoꝛis gros-
sities ⁊ viscositas:q̄bꝰ premittēda sunt pharmaca ⁊ stipti-
ca:vt est oximel simplex vel secaniabin simplex vel cōposi-
tus cū radicibꝰ ⁊ seminibꝰ vel oximel squilliticū ⁊ alie ape
ritiue medicine simplices ⁊ cōposite q̄ dicenꝛ infra xp̄i au-
xilio. ¶Et est sciēdū ꝙ simpliciū quedā sunt frigide:que-
dā calide:⁊ alie sunt equalitati vicine. Frigide sunt sicut
endiuia hoꝛtulana ⁊ cāpestris ⁊ tarasacon:⁊ aqua planta-
ginis cū folijs ⁊ radicibꝰ suis:⁊ oīa ꝓuocātia cū infrigida-
tione:vt semina cōia ⁊ aliqua ex appꝛopꝛiatis ⁊ ꝯfoꝛtāti-
bus dictis supꝛa:quibꝰ vtendū est in oppilatione cū cali-
ditate. Calide ꝟo sūt diuretica foꝛtia: vt asaꝝ: casia:petro
silinū. aristo. ro. rub. ticto. ireos:fistici: agaricꝰ: epithimū:
squilla : poliū. spica:cētaurea minoꝛ: ⁊ succus eius: ⁊ gen-
tiana:syꝛupus acetosus factꝰ cū rubea et melle: ⁊ syꝛupus
squilliticꝰ ⁊ ficus sicce infuse in oleo amigdalino:et sūt foꝛ
tes in ꝓuocatione mēstruoꝝ:⁊ sil'es q̄ dicte sunt in ꝓpꝛijs
q̄bꝰ:vti opȝ in frigidis ⁊ antiq̄s oppilatiōibꝰ. Equalitati
aūt vicine sūt lupuli ⁊ cuscute ⁊ lacca ⁊ capil. vene. sūt em̄
ambo aꝑitiua valde cū eq̄litate et melioꝛa in opilatiōe cū
caliditate vel frigiditate ꝓpꝛijssime aūt ei sunt reubarb.
absinthiū ⁊ eupatoꝛiū cime squinanti: amigdale amare:⁊
succus feniculi humidi:⁊ camepitheos:⁊ ꝓpꝛie qñ oppila
tio est in vijs strictis:acetū squilliticū sparagi:radix lilij et
sil'es:⁊ ista ꝑ potēter ſm necessitatē in frigida cū vino vl' aq̄
se. calidoꝝ vel lupinoꝝ:cicerū. vel absinthij ⁊ sil'ū. Et etiā
exteriꝰ ſm oēm modū appꝛoximenꝛ in calida oppilatione
cū aq̄ endiuie ⁊ cuscute:lȝ ꝯueniat hoc vtiq̃:⁊ ꝓpꝛie cū op
pilatio est in felle:aperit em̄ oppilationē epatis ⁊ fellis:vl'
coꝛiādri:vel seminū frigidoꝝ cōium vel sine his:⁊ ꝓpꝛie si
frigide nō sufficiūt:nec curandū de inflāmatiōe cū iuuamē
tum aperitionis infrigidādo preualeat nocumēto qꝺ effi-
cit caloꝛ eaꝝ inflāmando eo ꝙ ad extinguendū facilis est
post apertionē. Et ex cōpositis sunt q̄ ex ꝑdictis cōponū-
tur ſm triplicē modū dictū:⁊ in nr̄o antidotario diximus
plura ex his ſm oēm speciē. s. syꝛupos trocíscos decoctio-
nes iuleb electuarioꝝ pilulaꝝ cerotoꝝ ēplastroꝝ ⁊ oleoꝝ
q̄bꝰ etiā vti opȝ ſm necessitatē ꝑdicta: et alia sunt q̄ infra
Chꝛisto duce dicenꝛ. ¶Scđa res spālis in cura est mēbꝛi
cōfoꝛtatio:cōpleꝛ aūt cū exhibitione aliquoꝝ cōfoꝛtantiū
predictoꝝ supꝛa:debēt ergo aperitiua aut ex predictis eē
confoꝛtātibus sumpta:aut alicui ex eis admixta:⁊ ꝓpꝛie ē
athanasia ꝓpter illud qꝺ recipit ab epate adib. ¶Tertia
res est situs seu partis oppilate ꝯsideratio:aut em̄ est op-
pilatio in sima:⁊ tūc apertētia opȝ eē minꝰ foꝛtia abstersi-
ua ⁊ ventris solutiua simplicia q̄ supꝛius nota sunt. Et cō
posita : vt hierapigra hieralogodiō theodoꝛicon et sil'a.
Aut ē in gibbo ⁊ vijs nutrimēti:⁊ tūc debēt eē foꝛtia ⁊ vꝛi-
ne ꝓuocatiua q̄ superius dicta sunt q̄bꝰ parū seminis ra-
phani vel radicis est admiscendū:qꝺ dictoꝝ aꝑientiū vir-

De flebo-
tomia.

In hūoꝛe
grosso et
viscoso.

tutē trahentiū ad stomachū ꝓhibeat velox eius transitus
ad vrinalia mēbra: sicq̄ diu ī medio remaneat qd̄ est epar.
¶ Quarta res ponit studiū in vita cū ordinatione regimi
nis in oībus sex rebus nō naturalibus: viuat ergo in aere
subtili sicco ⁊ tēperato inter actiuas. Exerceat temperate

Dieta.

nō dormiat in die: vtatur dieta cibi ⁊ potus extenuatiua.
Est autē ſm Gale. leguminū aptissima ptisana: olerū ꝟo
lactuca: pisciū ꝟo petrini: panis clibanacei ⁊ fermētati et
puri moderate: auiū montane: potuū oximel mellicratum:
vinū subtile albū: silr̄ ꝟo dicēdū quecūq̄ euchimia est pur=
gatiua. i. abstersiua nō viscosa nec grossa ⁊ humoris vcti=
ca. i. gṁatiua: vitet repletionē tēperatis ⁊ opportunis vta=
tur euacuationibus ⁊ gaudio tēperato ⁊ breuiter omnib⁹
operātib⁹ ad digestionis perfectionē. ¶ Quinta res cor=
rigit accidētia ꝓpria: vt est fluxus ventris epaticus icteri=
tia arefactio ⁊ alia de q̄bus dicet̄. ¶ Si ꝟo cā spālis sit cā
attenuatoria: ⁊ ꝓprie ⁊ particulis sit interior. s. apostema=
tis adiacētis partis cura est cura apostematis illi⁹ de qua
infra dicet̄. Si aūt sit exterior cura ē due res. s. amotio cāe
exterioris illius ⁊ vsus aperitiuoꝝ tēperate caliditatis et
humiditatis alterantiū malā ꝯplexionē impressam: que
ex predictis simplicibus eligas: vel ex eis cōmisceas ex q̄=
bus est lac camelarū fetaꝝ pastaꝝ feniculo apio ordeo bo=
ragine ⁊ siliꝗbus ⁊ serū lactis caprini cū decoctione absin=
thij ⁊ eupatorij: ⁊ vinū predictū aqua cicerū ⁊ decoctio ra
dicū cōium cū floribus boraginis ⁊ buglosse lupuli cuscu=
te ⁊ fistici. Et silr̄ regimē in oībus ad caliditatē ⁊ humidi=
tatē temperatā declinet. ¶ Sed si quidē cā spālis sit car=
nosa ⁊ ꝓprie pustula seu bothor in laterib⁹ viaꝝ. Cura est
resolutio vel ei⁹ saniatio ⁊ eruptio. Inquit eñ Hip. Qui=

4. Apho. 82.

bus in vrinali via pustule nascunt̄ sanie facta ⁊ erupta so=
lutio. silr̄ in ꝓposito: quib⁹ autē hec cōpleant̄ in cura apo=
stematis dicet̄. Si ꝟo fuerit carnosa et neruosa incurabi=
lis est: vt dicit Abo. tentandū autē est eā extenuare qd̄ sic=
cantib⁹ subtiliātibus ⁊ abstergētib⁹ ⁊ resoluētib⁹ fit ape=
ritiuis q̄ ex predictis enumeratis eligere oportet: vel ex il=
lis cōponere vel mollificatiuis ex balneis calidis cerotis
⁊ emplastris lenientibus quoquo modo materiā habilitan
tibus ⁊ membrū disponētibus dilationi per quā materia
transire ꝯsueta virtute impellēte valeat penetrare: vt in=

Solutiuū ad oppilationē epatis.

tra i cura strāgurie dicet duce xpo. ¶ Solutiuū bonū filij
Serapiōis ad oppilationē epatis ex grossis ⁊ viscosis hu
morib⁹. ℞. hierepigre simplicis. ℥. j. agarici puluerizati. ʒ.
j. da cum aq̄ polipodij absinthij apij anisi asari ⁊ masticis

Medicamē ad oppilationē epatis.

añ. ʒ. j. ¶ Aliud medicamē factū cū camepitheos et spica
romana ad idem ⁊ maxime qñ oppilatio est in venis ⁊ po
ris strictis. ℞. spice romane partes tres: absinthij ptē. j.

Syrupus ad oppilationē epatis ⁊ splenis.

camepitheos partes. ij. Terant̄ cribellent̄ ⁊ cōficiant̄ cum
melle dispumato ⁊ administrent̄. ¶ Syrupus vrsonis cō=
tra oppilationē epatis ⁊ splenis bonā digestionē operat̄:
dissoluit vētositatē colorē reparat renes ⁊ vesicā aperiēdo
mundificat ℞. masticis cinamomi gari. croci nucis mus.
zinzibe. galāge añ. ʒ. j. anisi apij carui feniculi petrosilini
capparis. añ. ʒ. iij. saxifragie sticados folliculoꝝ sene thimi

Syrupus ali⁹ expt⁹ ad oppilatiōes epatis ⁊ splenis.

epithimi añ. ʒ. iiij. zuccari qd̄ sufficit. ¶ Syrup⁹ expt⁹ ad
oppilatiōes epatis splenis ⁊ matricis in muliere q̄ nō h̄z
mēstrua ꝓuocat precedēte flebotomia saphenaꝝ. ℞. eupa
torij lupuli epatice: scolopēdrie cum radice añ. M. j. cala=
menti fluuialis ⁊ cāpestris rubee tinctoꝝ maioris ⁊ mino
ris pulegij añ. M. j. corticū summitatū tamarisci. ℥. j. corti=
cū radicū capparis ⁊ salicis añ. ℥. j. quinq̄ radicū cōiū añ.
℥. j. lacce lote. ℥. ß. seminis brusci sparagi añ. ℥. j. passulaꝝ
enucleataꝝ. ℥. j. aristo. lōge ⁊ rotūde rubee tinctoꝝ absin=
thij seminis apij anisi feniculi ameos nigelle dauci acori
añ. ʒ. iij. cicoree. M. j. seminū cōiū. ℥. ij. zuccari libras tres:
succi lupuli depurati apij feniculi endiuie depuratoꝝ añ.
li. ß. Radices ꝟo stēt in aceto ꝑ diē ⁊ noctē: deinde purget

Pilule de reubarbaro expte ad oppilatiōes epatis.

cū pilulis infrascriptis. ¶ Pilule reubarbarate expte ad
oēm oppilationē visceꝝ antiquaꝫ caput stomachū articu
los viscera ⁊ cutē mūdificāt ⁊ pect⁹ hydropisim curāt ascli
tē ⁊ hipposarcā q̄rtanā ⁊ ictericiā. ℞. succi absinthij succi
eupatorij cuscute: seminis fumiterre epithimi folliculorū
sene añ. ʒ. ß. agarici reubar. hierepigre laxatiue añ. ʒ. ij. fo=
lioꝝ rosaꝝ capitū violaꝝ seminis portulace añ. ʒ. ß. spice
ligni aloes squināti zinzi. gar. anisi seminis apij. ℈. j. pul=
pe coloq̄ntide serapini armoniaci lacce lote opponaci la=
cit. Et q̄nq; imponit̄ in ipso opiū: ⁊ semē iusquiami cū associata est debilitas caliditati: ⁊ ꝓpter hoc filonium ꝯuenit. Et extimauit Gal. ꝙ hoc medicamē est ex ꝯueniētib⁹ ei cū suis ꝓprietatib⁹.

Euaporatio bona ad idem.

¶ Euaporatio cōferens valde. ℞. cinamomi: casie: an̄. ʒ. ß. spice. ℥. i. substātie absinthij eupatorij an̄. ℥. v. buliāt ī vino odorifero stiptico: ī quo sint cōmixte tortelle: ⁊ addat̄ olei de neridē. ʒ. i. ⁊ īfusa lana fiat euaporatio: si debilitas ex cā fuerit frigida.

Alia ad idem cū fit ex calida causa.

¶ Si ꝟo ex cal'a fiat hoc. ℞. endiuie cū radicib⁹. M. i. sandali vtriusq; spodij an̄. ℥. ij. cuscute floꝝ absinthij an̄. ℥. vi. buliāt ī aq̄ ro. cū succo granatoꝝ muzoꝝ: vl' paꝝ aceti: ⁊ p̄dicto mō fiat euaporatio.

¶ Emplastrū bonū ad idē in cā calida. ℞. rosa. p̄putioꝝ vitis albe cimaꝝ rubi an̄. M. i. violaꝝ. ʒ. ß. spodij: sandali. ēdiuie. floꝝ squinãti an̄. ℥. ij. ⁊ ꝯfice cū oleo ro. ⁊ cera.

empla. ad idem.

¶ Empl'm bonū ī cā frigida. ℞. ciper. masticis: spice: thuris: gallie: nucis cipressi an̄. ʒ. ß. cimarū squinãti: anisi: feniculi: apij semis: an̄. ʒ. iij. musci. ℥. i. aceti. ʒ. i. suc. eupatorij. ʒ. ij. olei de reubar. et cere q̄d sufficit: et q̄nq; additur aloes.

¶ Inq̄t Abo. cū vides imp̄ssionē debilitatis epatis ꝑuenietē ad digestionē: ꝯforta cū his ī q̄b⁹ est stipticitas: ⁊ caliditas cū mēsura: ⁊ aromaticitas. Et si ī eis maturatio sit: sicut sūt medicine cōposite ex his: vt spica foliū: nux mus. coriādrū vel cardamomū: mastix: calam⁹ aro. ciperi: ⁊ sil'ia. Et si fuerit ꝑueniēs ad retētiuā: adde in stipticitate: ⁊ minue de calefactiōe: aut ꝯforta hmōi medicinas cū medicinis cōpositis ei: cū īfrigidatiōe: sicut sūt balaustie rose hypoq̄stidos: ⁊ sil'es. Et si ꝑuenerit ad attractiuā: cōforta cū eis in q̄b⁹ est ꝑua stipticitas ea mēsura q̄ cōseruet virtutē epatis: ⁊ sit in eis caliditas: ⁊ aromaticitas q̄ ex p̄dictis eligere debes simplices: ⁊ cōpositas ꝑm modū approximatas studēdo ī aptiōe oppilationū. Et si ꝑuenerit ad expulsiuā ꝯfortabis cū calefaciētib⁹ aromaticis: ⁊ humectātib⁹. Et calefac renes: splenē ⁊ viscera: ⁊ aperi oppilatiōes: his p̄dictis medicinis obuiabis malitie cōplexionis a q̄ plurimū debilitas absoluta: et spālis ꝑuenit. Et q̄r ex oī malitia cōplexiōis ꝑuenire poterit studebis ipsam cognitā cū p̄dictis alterare: ⁊ cū dieta extenuatiua vl' resūptiua sibi: ꝓ utroq; ⁊ vbi ꝓspera īuenies: si Christ⁹ voluerit.

Electuarium ad debilitatem epatis.

¶ Gal. electuariū valēs ad debilitatē epatis mūdificat canales ei⁹: ⁊ fellis: subtiliat hūores: ꝓuocat vrinā: ꝯfortat epar cōfortatiōe magna. ℞. ligni aloes rosarū: spice nardi: cinamomi an̄. ℥. ij. lacce: reubar. gariofi. an̄. ℥. ß. asari: ani. maiorane: masticis: granoꝝ balsami an̄. ℥. iij. fu. meu. squinanti spodij an̄. ℥. i. camepitheos: cuscute an̄. ℥. i. ß. Cōficiātur cū aq̄ syrupo d̄ ligno alo. aq̄ ro. ⁊ zucca. dosis a. ℥. i. vsq; ad. ij.

¶ Capitulum. xij. de cacesia: ⁊ est qualitas mutata.

Cacesia quid.

Cacesia ꝑm Arist. gn̄al'r sumpta est mala corporis dispō quā sequit̄ egritudo. Spāliter aūt est mutata qualitas seu habitudo corporis antecedens hydropisiz. Cui⁹ cā mediata est debilitas epatis: ⁊ ꝓprie digestiue eius cui⁹ causas immediate premisimus. Cū eñ debilitat̄ ipsi⁹ digestiua sanguinis gn̄atio fit phlegmatici ⁊ aquosi: cū digestio ꝑm Gale. inspissando ꝓcedat: qui mēbris nō vnitur: vt ait Gal. q̄re remanet in facie ipsoꝝ ⁊ sup̄fluens habitudinē ipsoꝝ immediate naturalē ꝑmutat alterat ⁊ inflat: ⁊ tūc d̄i cacesia. Et cū superfluit ita ꝙ phlegma vel aq̄ adeo vincat in sanguine ꝙ natura segregare nequeat: sed trāseat cū sanguie ad mēbra: ⁊ in eoꝝ vacuitatib⁹ aggreget̄: sequitur hydropisis differēs a cacesia in q̄to eius q̄d est ex toto genere p̄ter naturā.

Signa.

¶ Et cognoscit̄ ex ꝑmutatione coloris corporis: ⁊ faciei ad albedinē ⁊ citrinitatē: ⁊ ap̄pet inflatio in palpebris: ⁊ extremitatib⁹ manuū ⁊ pedū: ⁊ q̄nq; spargit̄ in totū corpus ita vt fiat sicut massa: in qua ip̄ressiones dimittūt vestigia ⁊ cōcauitates. Et q̄nq; appetitus multiplicat̄ ꝓpter phlegmatis acrism ultiplicationē ex debilitate digestionis. Et q̄nq; debilitat̄ appetitus: ⁊ crescit sitis cū digestio corrūpitur in ꝓcessu: ⁊ serose: ⁊ nitrose sup̄fluitates veniunt ad stomachū: ⁊ accidūt tūc vigilie: ⁊ in cōmissuris ⁊ gingiuis caliditas: pruritus ꝓpter vaporē corruptū ascēdentē: ⁊ minorat̄ vrina ⁊ sudor: et multiplicat̄ vētositas ex qua accidit inflatio in mirach: ⁊ descēdit: ⁊ inflatur bursa testiculoꝝ: ⁊ cū accidit in eoꝝ corporib⁹ vlcus fit difficilis ꝯsolidationis ꝓpter cōplexionis corruptionē ⁊ humiditatis abūdātiam.

Cura cacesie est due res.

¶ Cura cacesie est due res. Una est epatis ꝯfortatio ⁊ digestiue eius ꝓprie: necnō ⁊ alioꝝ. s. stomachi et mēbroꝝ vt materie nō generātur. Alia est exiccatio generate humiditatis multiplicate in sanguie. ¶ Primā rē complēt que in precedēti cap̄. habuisti: ⁊ in cura debilitatis stomachi ⁊ digestiue ei⁹: illa ergo per te videas. ¶ Secūdam rem cōplebis cuz his que in cura male cōplexiōis stomachi humide meri ⁊ epatis dixim⁹: ⁊ special'r ⁊ ꝓprie cū euacuationibus humiditatū per oēm regionē cōuenientem ei: puta per secessuz: ⁊ hoc cū clysteribus ⁊ abstersiuis cū aperitiuis subtiliātibus ⁊ incidētibus: ⁊ cōfortātib⁹ et soluētib⁹ in principio cū facilitate. Deinde cū fortioribus que sunt ex predictis nota cū pharmacijs ⁊ ꝓprie ex hiera Gal' factis si caliditas fuerit mixta: vel cū hieris magnis scz coloquintide ꝓpter phlegma: ⁊ hieralogodiū: ruffina ⁊ alijs. Mūdificāt eñ hec sanguinē ⁊ mēbra predicta a superfluitatib⁹ absq; hūiditatib⁹ inanitis.

De flebotomia.

¶ Flebotomia aūt in hoc locū non habet: nisi raro: scz cū debilitas fuerit ex repletiōe sanguinis: vel retētione: ⁊ proprie mēstrualis in mulierib⁹: ⁊ emorroidalis in viris: ⁊ tūc in principio locū hz anteq; debilitas crescat: ⁊ in pauca quātitate: ⁊ dispartita: donec cōpleatur indigētia: ⁊ virt⁹ meli⁹ toleret: ⁊ cū vomitu ꝓuocatio cū his que materiā respiciūt ꝓpriā: q̄ sup̄i⁹ ī cura stomachi dicta sunt. Et cū ꝓuocātib⁹ vrinā hic supra ī cura oppilatiōis ⁊ apostematis epatis dictis: ⁊ sudorē ꝓuocātib⁹: vt sunt vnctiōes potiōes: ⁊ balnea naturalia thermaꝝ ⁊ artificialia sicca nō humida: fricatiōes et exercitia supra ī cura stōachi dicta: ⁊ cū regimie exiccatiuo in oīb⁹ nō naturalib⁹ reb⁹ sup̄i⁹ declarato: q̄ oīa infra ī cura hydropisis seriose specificata subiūgem⁹ duce Christo.

¶ Capitulum. xiij. de hydropisi.

Uarie hydropisis notificationes.

Hydropisis vario modo notificatur: a Joānitio enīz q̄d sit mala cōplexio humida materialis: ab Abo. apostema aquosuz: vel egritudo male cōpositiōis in quātitate superfluitatis magnitudinis mēbroruz: a Gale. q̄d est dispō: vel mala qualitas seu habitudo corporis sequēs peccatū digestionis ⁊ vniōis actus nutritiue virtutis: nec mirū: cū ꝑm eū nihil mirandū: eadē signa tres habere rōnes in differētibus habitudinis: ⁊ sana ⁊ egra ⁊ neutra dici: sil'r eandez egritudinē diuersis cōsiderationibus in diuersis generib⁹ egritudinū: ⁊ diuersis preter naturā rebus reponi non est mirabile.

Hydropisis species tres.

Cuiuscūq; aūt generis sit tres sunt eius species. s. asclites hyposarca: ⁊ tympanites: hyposarca vero anasarca ⁊ leucoflantia synonima sunt speciei scd̄e. Eius aūt cā duplex est cōis ⁊ ꝓpria vniuscuiq; speciei. Cōis est quintuplex naturalis localis efficiēs formalis ⁊ finalis.

Cause cōmunes.

Materialis est materia frigida de genere phlegmatis aquosa vl' vētosa. Localis est vacuū vētris inter zirbum ⁊ siphac in quo materia p̄dicta colligit̄ aut spongiositas mēbroꝝ corporis vniuersi. Efficiēs est triplex cōiūcta antecedēs ⁊ primitiua. Cōiūcta est duplex: vere ⁊ quasi vere ꝯiūcta est materia ipsa frigida mēbra alterās: ⁊ in tumorē eleuās: quasi cōiuncta ⁊ debilitas epatis: ⁊ digestionis ei⁹ cōtinue istā materiā regenerās: dicēte Gal. oīs hydropisis causa propter infortuniū sanguificatiōis est fiēs. Antecedēs est mala dispositio epatis ⁊ alioꝝ mēbrorū digestionis de genere male cōplexionis pure: vel humoralis ex se: vel vicinitate: solutio ꝯtinui ⁊ apostema habens efficere nocumētū in digestione. Primitiua est oīs cā exterior nocumētū ī digestione ip̄rimēs: ⁊ debilitatē maiorē q̄ in cacesia p̄dicta: que sup̄i⁹ dicte sunt hic ⁊ supra de cura debilitatis stomachi ⁊ digestiōis eius. Cā autē formalis est sua essentia habita per notificationē ipsius. Cā finalis est vt destruat totaliter digestiuā epatis ⁊ ad interitū perducat: ⁊ plurimū ita est cū fuerit antiquata ⁊ cōfirmata: ⁊ ꝓprie asclites deinde tympanites: deīde hyposarca: vt infra patebit.

Proprie.

Causa autē ꝓpria vniuscuiq; specierū eius ex varietate causarū predictarū pōt assumi. Cū eñ epar ⁊ digestiua eius fuerit debilitata principal'r: nō tñ multū: q̄r generat sanguinem: sed phlegmaticum q̄ trāsiēs ad mēbra digestionis tertia infrigidata nō perfecte coquitur nec in sanguinē cōuertitur purū: sed in phlegmaticū potius: quare eis nō vnitur: sed superfluēs eoꝝ spōgiositates replet: ⁊ cuz nō possit resolui ⁊ multiplicatur ⁊ ea eleuat in tumorē: ⁊ tūc efficit hyposarcā: que cū a debilitate digestionis minori ꝓcedat: et cām coniunctā ⁊ diffusam habeat in omnibus mēbris minoris periculi erit. Et licet aquositas ⁊ vētositas sint diffusibiles magis

fusibiles magis ꝙ phlegma per oīa mēbra: tñ q: sunt facile resolubiles: ita diffuse: ⁊ nō permanent: hyposarcam generare nō valebunt sicut plegmaticitas ipsa. Cū ꝟo epar et digestiua ipsius fuerit debilitata pꝛincipaliter: ⁊ in se: et fuerit augmētata valde ⁊ ꝑfecte adeo ꝙ non generet sanguinem phlegmaticū: vt pꝛiꝰ: sed oīno eiꝰ ꝯtrarium qđ est aquositas quedā superabūdās multū in sanguine pauco: nec possit sequestrari ab eo: ⁊ expelli ⁊ ad ꝯsuetas regiōes aut ꝓpter debilitatē expulsiue epatis: ⁊ attractiue renum aut pꝛopter multitudinē ⁊ abūdātiam eius: aut ꝓpter viarum obstructionem: nec mēbꝛa illam trahāt cū abhoꝛreāt: remanēs in epate cum natura sibi illam nequeat sustinere per resudationē quandā per poꝛos velaminis eius transit in vacuū vētris: ⁊ ibi colligitur: ⁊ tūc efficitur vera ⁊ ꝓpꝛia hydropisis q̄ ascites dr̄ que est aquositatis collectio. Et q: materia eius que est cā coniūcta simul collecta est: ⁊ a cā maioꝛi: ⁊ quasi perfecta debilitate ꝓcedēs: ideo magis piculosa dignoscit̄: ⁊ quoq₃ q: specialibꝰ est magis coiūcta.

Cū vero debilitas digestiōis incipit in stomacho ⁊ ꝓpter aliquā suarū causarū: fueritq₃ caliditas stomachi ⁊ intestinoꝛu₃ debilis in se: vel licet in se foꝛtis debilis tñ respectu cibi: q: fuerit grossus viscosus: vel naturaliter vētosus multiplicabitur vētositas in eis cū aliquali humiditate ꝓpter diminutā decoctionē cibi: que transiens ad epar non coꝛrigit̄ in eo ꝓpter debilitatē ipsius ex cōpassione grandi ad stōachū: sicut supꝛa de debilitate stōachi auctoꝛitate Gal. est dictū. Et cū hoc non possit expelli aliqua pꝛohibente cā nec natura valeat tolerare ibidē subtilitate sua penetrabit ꝑ poꝛos velaminis in vacuū vētris: ⁊ ibi faciet inflationē: que impꝛopꝛie: ⁊ abusiue dicta est hydropisis ad silitudinē tumentis vētris in hydropicis: ꝓpꝛie tñ a modernis dicit̄ tympanites a ꝓpꝛietate tympani: qđ ꝑcussū resonat ꝓpter percussionē aeris ꝑ pellis extēsionē: ab antiq̄s ꝟo sicca dr̄ hydropisis cū vētri nō insit aquositas aliqua de qua sit curādū: imo vētositas sicca q̄ a caliditate ꝓcessit: ⁊ hydropisis vera a frigiditate ꝓcedat: vñ Hippo. ipsam hydropem noīauit siccā: q̄ cū a debilitate minoꝛi digestionis ꝓcedat: et a caliditate minus deficiēte ꝙ ascites: maioꝛi ꝙ hyposarca: ⁊ cā eiꝰ coiūcta sit magis resolubilis tenebit mediū in inferēdo periculū: ⁊ moꝛtē inter pꝛedictas species eius.

¶ Signa. hydropisis quoq₃ signa h₃ cōia et ꝓpꝛia. Cōia ꝟo sunt duplicia: quedā sunt cōia speciebꝰ inquātū hmōi: et quedā sunt cōia eis inquantū ex cōibꝰ causis pꝛocedūt. Pꝛima sunt ex ꝑte qualitatis mutate: q: coloꝛis alteratio ad citrinū: pallidum viride seu nigrū: ⁊ inflatio palpebꝛarū: ⁊ oculoꝝ ꝓpter causam superiꝰ dictam: inflatio extremoꝝ: ⁊ ꝓpꝛie pedū ꝓpter elōgationem a fonte caloꝛis pꝛopter motum ⁊ sitū eoꝝ infimū: ⁊ pꝛopter materie grauitatē et fe. tepida plurimū. Et sunt alia ex actione lesa: vt sitis

Cā sitis hydropico. triplex.

clamosa: a qua nō euacuāt̄: cuiꝰ cā est triplex. pꝛia est pꝛopꝛia passio stomachi: ⁊ nutritiuoꝝ ex q̄litate nitrosa: ⁊ acuta aquositatis collecte ī eis q̄ inflat: ⁊ exiccat ea. Scđa est cōpassio eoꝛum ad spiritualia: ⁊ est constrictio anhelitꝰ: et inflāmatio spūalium ex vapoꝛibꝰ ascēdentibꝰ: vt in ascite et tympanite sicut dixit Gal. vel ꝓpter materiā cruda₃ in spūalibꝰ aggregatā sicut in hyposarca. Et tertia est: q: potus aque nō penetrat ad mēbꝛa exiccata: vt ponit Abo. ꝓpter oppilationē q̄ ꝓcedit vel cōcomitat̄ pꝛimū: vel sequit̄ necessario. Et paucitas appetitꝰ cibi nisi accidat a frigiditate epatis vt cū ꝓuenit ex potu aq̄ frigide supfluo in hora nō sua. Et alia sunt ex exeūtibꝰ a coꝛꝑe. Nā ī oībꝰ spēbꝰ

Notandū.

et ꝓpꝛie in ascite minoꝛat̄ vꝛina: ⁊ in pluribꝰ dispōnibꝰ rubet pꝛopter impotentiā sequestrationis ipsiꝰ a sanguine: ⁊ cholera ru. nō ergo op₃ vt iudicetur ꝑ tincturā vꝛine: ⁊ rubedinem eiꝰ caliditatis hydropisis frigide: nec cholerice frigide: nec oppilatiōis ex frigidis humoꝛibꝰ: sicut nec per eius albedinē frigiditas fe. acute ⁊ phꝛenesis: vt ait Abo. Et multotiēs accidit eis bothoꝛ q̄ erupte emittūt aquam citrinā: ⁊ multiplicatio egestiōis sanguinolēte: et ꝓpꝛie in hyposarca ⁊ tympanite. Et bꝛeuiter signa cōia spēbꝰ hydropisis sunt cōmunia signis cacesie: ⁊ eadem specie scđm plurimum: differentes tamen in quāto sicut ⁊ cause: si em̄ sint parue demōstrant cacesiam pꝛesentem: ⁊ pꝛonosticare futurā hydropisim: si ꝟo augeantur: demonstrant hydropisim pꝛesentem tm̄. Cōmunia ꝟo si inquantum ex causis omnibus pꝛocedūt sunt. Nam si fuerint ex pꝛopꝛia epatis passione debilitāte ipsum ⁊ digestiuā eius: signa sunt in eo incipiētia ⁊ perdurātia. Et si quidē sit mala cōplexio calida ⁊ egritudo acuta debilitās ipsam: signa sunt inflāmatia ⁊ sic plurimū tepida: quia ephimera pꝛopter dictā cām sitis amaritudo oꝛis: citrinitas coloꝛis: casus appetitꝰ vomitꝰ cholericꝰ viridis ⁊ citrinꝰ vꝛina citrina nō necessario ꝓpter causam dictā. Et si sit caliditas liquefaciens: signa erūt liquefactiones in vꝛina ⁊ egestione et antecessio vꝛine et egestiōis lauatiue ⁊ virulēte. Si vero mala cōplexio fuerit frigida signa erūt ꝯtraria. Et siquidē causa debilitatis fuerit mala cōpositio puta oppilatio signa pꝛecedēt oppilatiōis p̄dicta. Si ꝟo solutio ꝯtinue signa solutiōis pꝛeibunt. Si etiā apostema signa apostematis eius iā dicta ⁊ tussis. Si vero debilitas causa sit ex cōpassiōe ad aliud mēbꝛū: signa passionis mēbꝛi illius pꝛecedēt: ⁊ debilitas erit variationē recipiēs ſm intensionem ⁊ remissionem illius passionis. Et si quidē fuerit ex cōpassione ad aīalia ⁊ spiritualia signa egritudinū illoꝛū pꝛecedēt. Si ꝟo ad nutritiua: ⁊ illa pꝛecedēt signa egritudinū intestinoꝛū: q: colica ⁊ ileō. ⁊ si ex cōpassione ad renes: p̄cedēt signa egritudinū renū diuersarū. Et si ex cōpassione ad splenē: pꝛecedēt signa egritudinis splenis sc₃ debilitatis ⁊ oppilatiōis plurimū et coloꝛ decliuis ad viriditatē.

¶ Signa ꝓpꝛia sunt etiam duplicia: quedā sunt ꝓpꝛia vnicuiq₃ speciei: et quedā vnicuiq₃ speciali cause. Pꝛia sunt: nā in ascite sunt grauitas sensibilis cum tumoꝛe magno in vētre: ⁊ cū percutit̄ nō sonat: sed cū cōmouet̄ audit̄ sonitus aque cōmote: ⁊ tactꝰ eiꝰ est tactus vtris pleni aqua nō inflate: ⁊ mēbꝛa ⁊ extrema in eo nō fiūt grauia ⁊ tumida sicut in hyposarca: imo si inflātur in pꝛincipio eius in fine arescūt: ⁊ inflat̄ virga ⁊ testes: et est paucitas vꝛine: ⁊ pulsus est paruꝰ frequēs tēdēs ad mollitiē ꝓpter humiditate₃. Et qñ ascites est euenies subito post lapidē renū exeūtē absq₃ causis in epate manifestis: ⁊ aliis mēbꝛis: ⁊ tūc scias qđ vna duaꝝ viaꝝ. seu poꝛoꝝ vꝛitidū ē disrupta. In hyposarca aūt appet iflatio ī coꝛꝑe toto ⁊ in extremis mēbꝛis ⁊ facie ⁊ ꝓpꝛie oculis: ⁊ p̄ssio cu₃ digitis relinquit foueā in eis. Neq₃ est de inflatione in ventre eius ⁊ sumine illud qđ est in ascite ⁊ tympanite. Et ſm plurimū sequitur eā fluxus sanguinolentꝰ: ⁊ lenitas nature tēdēs ad albedinē: ⁊ pulsus est magis mollis ꝙ in aliis ꝓpter diffusa₃ hūiditatē in mēbꝛis ⁊ bꝛachiis. Sed in tympanite egredit̄ sumē ⁊ vmbilicus multū: ⁊ tēsio sine grauitate: ⁊ cū ꝑcutit̄ sonat vt tympanū: nō gargulat: ⁊ mēbꝛa extrema nō sunt inflata: imo tēdūt ad rarefactionē: vt est appetēs eructuationē que iuuat̄ ⁊ exitu vētositatis ⁊ pulsus est lōgioꝛ ⁊ durioꝛ ꝙ ī aliis: imo est sicut spasmosus. Signa ꝓpꝛia vniuscuiusq₃ cāe ex p̄dictis sunt manifesta q̄ per te discernas. Hydropisis quoq₃ significationes ⁊ indicia h₃ pꝛopꝛia ⁊ cōia. Cōia ⁊ ex parte antecedētiū ⁊ ex ꝑte cōcomitantiū vel comitantiū ⁊ ex parte cōsequētiū. Antecedētiū. s. causarū. Nā que accidit a causa ꝓpꝛia epati que plurimū est mala cōplexio deterioꝛ est ea q̄ accidit ex cōmunitate ⁊ cōpassione: ⁊ q̄ ex cōpassione est plurimū est ex lūbis iliis ⁊ renibꝰ: ⁊ q̄ accidit in egritudīe acuta deterioꝛ est: vñ Hippo. omnis hydrops in acuta egritudine malū: ifestat̄ eñ fe. grauedine ⁊ doloꝛe: cōsurgit aūt ex lumbis ⁊ iliis et etiā ab epate. Ex parte comitantiū sc₃ circūstātiarū: nam que cū similibus accidit leuioꝛ est in via generationis: periculosioꝛ ꝟo via curationis. At que ex cā calida pꝛouenit piculosioꝛ est via vtraq₃ sc₃ generatiōis: eo qđ frigidꝰ moꝛbus existēs a ꝯtraria causa pꝛocedit ⁊ in mēbꝛo calido sc₃ epate fit. Et via curationis cum materia hydropisis: seu causa coniuncta exigat calida: ⁊ cura cause quasi coiūcte sc₃ caliditas cōtraria requirat ⁊ frigida ⁊ cōtraria est ⁊ cōposita cura. Ex parte vero cōsequētiū. Nā si supueniat fluxus vel vꝛina educēs materiā hydropisis de loco suo: bonū erit ꝑ viā signi ⁊ cause. Si ꝟo nō sed ex cōpassione aliorum mēbꝛoꝛū fuerit est. Itē si tussis supueniat: malū signū vnde Hip. hydropicꝰ si tussim habeat: desperatꝰ est. Gal. enim ostendit cōpassionem spūaliū ad mēbꝛa nutritiua ex materie exuberantia: ⁊ trāslatione ad spiritualia.

In. 3. pꝛono.

vi. apho. iij.

¶ Pꝛia aūt indicia sunt duplicia: sc₃ cōparationis ⁊ absoluta. Cōparatiōis sunt: nā ascites periculosioꝛ est: deinde hyposarca pꝛopter dictā superius causam. Absoluta vero sunt: nā si aqua cōuersa in vapoꝛē per vꝛitides trāslata fuerit in vesicā vt multiplicetur vꝛina: vel per intestina in cōcauū eoꝝ

et extra ducat̃ solutio sequit̃ ipsi⁹ asclitis. Uñ Hip. q̇buſ=
cũq; inter renes ⁊ vẽtrẽ phlegma cõcluditur: ⁊ dolorẽ pre=
stans nõ hñs exitũ in vẽtre: hĩs ſm venas in vesicam ꝯuer
so phlegmate. i. aq̃ solutio fit morbi. Et dr̃ ꝙ qñq; accidit
habẽti vlcera intestinoꝝ vt venter ei⁹ infletur sicut asclíti
ꝓpter effusionẽ egestionis ad vẽtrẽ ei⁹ ⁊ nõ morit̃ nisi in lõ
ginquo. Sed experiẽtia dictat nõ esse verũ: cũ illud mors
antecedat: ⁊ ꝓprie cũ vlcus: ⁊ eruptio fuerint in supiorib⁹.
Et multotiẽs epar implet̃ aqua: ⁊ fiũt in pãniculo ei⁹ vesi=
ce: ⁊ cũ rũpũtur currit aqua ad pãniculũ intrinsecũ siphac:
et vẽter implet̃ aqua: et morit̃ sicut dixit Hip. in apho. Et
ꝓprie si nõ fuerit educta. Et cã est quã Gal. dicit q̇d est: q̃r
hec aq̃ deterior est in sua substãtia aqua asclitis: q̃re corrũ
pitur in spacio: et inficit vapore suo. Et qm̃ epatis tunica
ipm cõtinẽs est corrupta. In hyposarca si q̇dẽ diarla sup=
uenerit fortis solutit egritudinẽ: vt dixit Hip. In tympa=
nite si q̇dẽ percutiat̃ vẽter manu: ⁊ resonat sicut timpanũ
est signũ malũ. Eruptio vẽtositatis ꝑ os: ⁊ anũ si sit conti
nua ⁊ multa bonũ. Regimen siue cura hydropisis duplex
est cõe. s. ⁊ ꝓpriũ. Cõe aũt cõicat in re ei q̇d cõuenit cache
xie: sicut em̃ cõicãt in cã efficiẽte ſm rẽ solũ aũt differebãt
in ꝯtro: ita ⁊ in cura q̃ plurimũ vertitur ad partẽ cõe: diffe=
runt tñ in quãto. Erit ergo regimẽ ei⁹ tres res. prima erit
ꝯfortare digestionẽ: ⁊ mẽbra ei⁹ debilitata: vt materiã nõ
regeneret. scd̃a est materiã generatã euacuare: ⁊ tertia est
corrigere accidẽtia. ¶ Primã cõplẽt res due. s. administra
tio rerũ abscindentiũ cãs debilitatis: ⁊ res q̃ cõfortare de=
bent ꝓprie mẽbra digestiõis ⁊ totũ corp⁹. Ex q̇b⁹ sũt cibi:
et medicine simplices: ⁊ cõposite ad siccitatẽ decliues pro=
prie. d̃t em̃ Gale. Mala cõplexio hũida ꝑcedit: ⁊ sequitur
hydropisis: sicca aũt ꝑcedit: ⁊ sequit̃ cõsumptio ⁊ macies:
quoꝝ oĩm tibi superi⁹ noticiã fecim⁹. ¶ Scd̃am rẽ cõplẽt
due res. pr̃a est q̃ materiaꝫ illã hꝫ educere ꝑ oẽm euacua
tiõis modũ q̇ est quadruplex ſm Isaac. prim⁹ est ꝑ resolu=
tiua vẽtris clysterizata: ⁊ supposita: ⁊ sumpta: ⁊ ꝓuocãtia
vomitũ. scd̃s est ꝑ diuretica: terti⁹ est ꝑ sudorẽ ꝓuocantia
resoluentia ⁊ euaporãtia exiccantia. quartus est ꝑ caute=
ria: ⁊ icisiões: ⁊ flebotomiã. Solutiua vẽtris ꝓuocãtia vo=
mit⁹ sunt q̃ educere hñt phlegma: ⁊ aquositatẽ vẽtositatẽ
quoq; extenuare: ⁊ resoluere q̃ in nostro antidotario sunt
descripta: ⁊ simplicia: ⁊ cõposita: vt supra in summa secun
da hui⁹. diuretica ⁊ supra hec caplo de cura ſm vl̃em mo=
dũ: ⁊ de cura oppilationis etiã dicta sunt. Sudorẽ ꝓuocã=
tia sunt fricationes: ⁊ vnctiões cũ aquis: ⁊ oleis decoctio
nis rerũ siue medicinarũ ꝓprietatẽ in hoc habentiũ: quas
supra ꝑcedẽti summa cap̃. de cura apostematis stõachi di
xim⁹. Et balnea sicca aerea nõ aquosa: nisi aquaꝝ salsarũ
sulphurearũ aluminosaꝝ ⁊ similiũ: vt sũt thermarũ ⁊ artifi
cialiter ꝯstructa. Resoluẽtia euaporãtia sunt fricationes
multe ⁊ aspere: ⁊ cũ exiccãtib⁹: vt est baurach: sal nitrũ: spu
ma maris: sulphur: spõgia ⁊ sil̃ia. Et cũ rubificantibus: vt
tapsia vrtica staphisagria ⁊ sil̃ibus. Emplastra vnctiones
euaporatiões ex reb⁹ ꝑdictis: ⁊ resoluere hñtib⁹: vt sunt ca
momilla mellilotũ fenicul⁹ anetũ calamẽtũ laurus: ⁊ alia
simplicia superi⁹ dicta: ⁊ cõposita in antidotario dicta: et
ex eis est stercus vaccarũ: ⁊ caprarũ montanarũ: ⁊ limacie
cõbuste cũ corticib⁹ suis linite: ⁊ sup̃ asperse. Sepeliri i are
na: ⁊ reuolui in ea: ⁊ sub sole stare. ⁊ iuxta ignẽ seu clibanũ
intrare calidũ sufficiẽter: ⁊ exercitia tẽperata ꝓut poterit
sustinere: ⁊ exiccãtia: vt famis tolerãtia: ⁊ ieiunia abstinen
tia a cibo brodiali ⁊ hũido ⁊ potu ꝓprie: cauteria aũt ⁊ ici
siões sunt de vltimis: ⁊ icisiões sunt ꝓprie asclitꝫ cauteri=
zationes ei ⁊ hyposarce. ¶ In q̇b⁹ oĩbus sic ſꝫ spẽm disti
ctis attẽdenda sunt hec. s. loc⁹ quãtitas: tp̃s ordo: ⁊ mod⁹
vt Ioãnitius dixit. In solutiuis em̃ est vt incipias admi=
nistrare ea post digestiuoꝝ premissionem q̃ eductiua sunt
phlegmatis: ⁊ aquositatis: ⁊ ventositatis q̃ supra in cura
male cõplexionis epatis: ⁊ stomachi cap̃. dicta sunt icipiẽ
do a leuiorib⁹ in quãto: ⁊ virtute ⁊ similib⁹: ⁊ si expediat ꝓ=
cedere gradatim ad fortiora ⁊ cõposita ꝓut natura tolera
re valuerit: ⁊ prĩo cũ collyriis ⁊ clysterib⁹: deĩde dare ꝑ os.
Et sit eis admixtũ stipticũ aromaticũ: vt est xiloalo. cru=
dũ q̇d ꝯfert robur stomachi ⁊ mẽbroꝝ q̃ sunt minera virtu
tũ ⁊ a malitia taliũ pharmacoꝝ defendat: ꝓpter q̇d debẽt
rectificata administrari ꝓut in ꝓprio loco diximus: sitq;
hora quietis ⁊ nõ fe. ⁊ damus ꝑ interualla ⁊ in medio tꝑe

aliquod digestiuũ ⁊ aperitiuũ detur. In prouocatiuis aũt
vomit⁹ opꝫ vt fiat cũ propriis educẽtib⁹ phlegma ⁊ aquosi
tatẽ eius cũ aqua raphani: primo deinde cũ elleboro ⁊ aliis
que supra diximus in hoc libro ⁊ antidotario nr̃o: ⁊ sit leui
ter prouocat⁹ ante cibũ proprie vel post: ꝓut meli⁹ videbit̃
expedire. In diureticis vero opꝫ q̇d incipiatur a debilib⁹
et simplicib⁹: ⁊ deinde procedatur ad fortiora ⁊ cõposita: ⁊
sint vehemẽter in trituratiõe subtiliata: vt facile ꝑueniãt
ad gibbũ eius: ⁊ mẽbra vrine: post que opꝫ vt administres
aliq̇d de iurib⁹ pinguibus ⁊ ꝓprie galline ne a fortitudine
virtutes diureticorũ ⁊ ꝓprie cãtaridũ vlcerent̃ mẽbra: q̇d
etiã dabis in die solutiõis vt ĩcitatio multiplicata mitige=
tur: ⁊ oĩa iura prohibent̃ nisi cicerũ galli antiqui ⁊ galline
in hoc casu. ¶ In prouocãtib⁹ sudorẽ opꝫ vt post euacua
tionẽ cuꝫ solutiuis ꝑdictis sint approximata ⁊ forti virtute
existẽte: vt ait Hyp. ⁊ proprie in balneo: similiter aũt et in
resoluentibus ⁊ euaporãtibus. ¶ Inquit em̃ Gale. euapo
rãtia pharmaca multitudine existẽte in toto corpore: parti=
culis q̇busdã allata replẽt magis q̃ euacuẽt vniuerso cor=
pori dissoluẽdo magis q̃ resoluẽdo nocumẽtũ prestãt: ⁊ ex
eis exercitiũ est q̇d magis ꝯuenit hyposarce: sepeliri quo=
q; in arena ⁊ sub sole stare: vel circa ignẽ ⁊ clibanũ itroire.
Sed oportet vt sit illud in loco in quo nõ sit ventus: nec ca
put sit discoopertũ soli. In rubificãtibus quoq; oportet vt
in extremis applicẽtur: ⁊ cossis ⁊ anchis: sed parũ est iuua
mẽti in eis. In emplastris autẽ vnctionibus ⁊ consimilib⁹
oportet q̇d attẽdatur ꝓprietas ⁊ locus vbi apponãtur. In
hyposarca em̃ in mẽbris vniuersi corporis. In timpania ⁊
asclite in vẽtre ⁊ in oĩbus in epate que alterẽt ⁊ cõfortent. De cauterizãdi mõ ⁊ tẽpore.
In cauteriis aũt sciendũ que cõia sint hyposarce ⁊ asclíti:
ſꝫ opꝫ vt fiãt post solutionẽ ꝑ tres dies vel quatuor: ⁊ post
abstinẽtiã. Et sint sex cauteria: tria in latitudine et tria in
lõgitudine incipiẽdo a casso vsq; ad femur. Incisio. Sciẽ=
dũ est q̇d ꝓpria est asclíti: sed parũ proficit nisi in corpe val
de forti q̇d potens est tolerare exercitium tẽperatũ famẽ ⁊
sitim. Et fac vltimo cũ alia non cõtulerint: ⁊ cũ fit non opꝫ
vt multũ de aqua subito educatur ne cadat virtus sed pau
latim. Inquit em̃ Hippo. Quicũq; empici aut hydropici
vrũtur aut incidunt̃ sanie aut aqua multa ⁊ subito educta
repẽte moriũtur. ¶ Modus aũt incisionis ad extrahẽdũ 6. aph. 27.
aquã vt Asirni⁹ ait: est vt erigat se eger equaliter si põt vel
sedeat equali situ: ⁊ cõprimãt seruiẽtes latera ei⁹ vt expel=
lant aquã ad inferiora suminis: deinde administret̃ incisio
ita vt mensuret inferiora suminis q̃titatis trium digitorũ
cõiunctorũ: deinde incipe si fuerit initiũ hydropisis ab in=
testinis. Et si fuerit a ꝑte epatis: fac incisionẽ a latere sini
stro suminis. Et si fuerit a splene: incide a latere dextro su
minis: ⁊ subleua ipm vt scindatur siphac: deinde excoriet̃
mirach vsq; ad siphac parũper ad inferiora lateris scissio=
nis mirach inferi⁹ sub foramine siphac: quaten⁹ cũ extra=
hitur cãna cooperiat̃ illud: ⁊ retineat̃ aqua ꝓpter diuersi=
tatẽ duoruꝫ foraminũ: deinde intromitte in ipsam cãnulã
ereã. Cũq; acceperis fac ipm iacere resupinũ. Et opꝫ vt cõ
sideres pulsuꝫ: ⁊ cũ incepit debilitari parũper retine ipaꝫ
aquã. Cũq; aquã extraxeris ⁊ in fine extractionis remãse=
rit aliquid: tũc iam sufficiet vt laborẽt in ea medicine solu
tiue. Et qñq; fiũt post incisionẽ cauteria que diximus. Et
qñq; fiũt in stomacho epate ⁊ splene ⁊ in ĩferiorib⁹ suminis
cauteria minuta. Et qñq; subtiliant̃ quidã ⁊ faciũt currere
aquositatẽ ad siphac ⁊ vesicã quã faciũt cauteria ⁊ incidũt
illã ⁊ faciũt currere aquã illã paulatim. Et est ꝯueniẽs re=
gimẽ ad illud: ⁊ adiuuat ad illud sternutatio: ⁊ q̇d facit cur
rere aquositatẽ ad ĩferiora. Et opꝫ vt caueat̃ ne veniat res
cũ ruptura. Et qñq; pũgim⁹ inflaturã testiculorũ cũ acub⁹
multis vt aqua resudatiões habeat plurimas ⁊ cũ solutio
succedit dolor ⁊ pũctura opꝫ vt administret̃ effusio olei ane
tini vel camomillini ⁊ oleorũ vicinoꝝ. Et ẽplastra facta ex De flebotomia.
fenugreco semine lini ⁊ altee. Et effusio aque calide ⁊ olei
sufficit qñq;. ¶ In flebotomia vero que incisionis est spe=
cies: sciendũ q̇d ipsa non cõuenit: nisi cũ fuerit ex cã calida
et ex retẽtione sanguinis consueti euacuari ⁊ cũ signis re=
pletionis: ⁊ proprie tũc ꝯuenit in principio dũ virt⁹ est for
tis ⁊ phlegma ⁊ aquositas nõ vincũt in sanguine multũ: ⁊
ꝓinde opꝫ gradatim: ⁊ cũ trepiditate ꝓcedere in eo. ¶ In
fine ꝟo cũ sit ecõtra negetur ne subtrahat nutrimẽtũ ⁊ faciat
excrescere aquositatẽ vẽtositatẽ vel phlegma. Et ei⁹ cõpe=
tentia in

tētia in hiposarca est magis: ꝛ ascite minus: in timpanite mediocriter: solutionis vero competētia magis in hyposarca ꝛ ascite: minus in timpanite. Ait enim Gal. cū humor parū est a natura sanguis distās flebotoma audacter: cuȝ vero pl⁹: verēter: cū vero plurimū: nequaꝗ̄. Manifestuȝ aūt ꝙ phlegma est a natura sanguinis parū distās: aqua vero plurimū: ventositas mediocriter cū ex phlegmate generet. Res corrigēs accidētia est que istat ꝛ mitigat ea diuersimode ſm eoꝝ diuersitatē et pluralitatē. Et est per antecedentia ꝛ sequētia nota. Propriū autē regimen est qd̄ cuilibet speciei ipius debet causa si vniuscuiuꝗ gerat auxilia ppria quib⁹ predicte res cōis regiminis in quolibet obseruādi habent cōpleri. ¶ Si ergo sit ei⁹ species hyposarca: et cā ei⁹ efficiēs sit calida cū signis p̄dictis repletiōis premittatur flebotomia ſm predictū modū: quod liberabit a prefocatione multitudinis: deinde sequatur euacuatio minoratiua phlegmatis ex collyriis et clysteribus ꝛ vomitibus: ꝛ digestiua ipsi⁹ ex syrupis de endiuia ꝛ absinthio rof. et aliis aperitiuis calidis mixtis cū frigidis supra in cura ſm modū vniuersalē dictis: ꝛ trocíscis sicut sunt troci. de rosis siccis de alchechēgi de lacca ꝛ de spodio: ꝛ siles. Et alteretur epar cū tēperatis vel frigidis parū excedētibus: vt sandalis ppter caliditatē ei⁹. Deinde sequatur purgatio cū reubarbaro ꝛ pilulis ei⁹ aloe rectificato succo rof. ꝛ aꝗ myroba. citrinoꝝ ꝛ chebu. ꝛ agarico. deinde resoluatur et euaporetur residuū modis p̄dictis ppūe cū balneo ꝛ unctionib⁹ mēbroꝝ digestionis tertie ex rebus habētibus cōfortare illa ꝛ digestionē eoꝝ: vt sunt camomilla mellilotū lupini: ꝛ folia citri ꝛ alia calida tēperate. Si vero cā ei⁹ sit frigida: postponat flebotomia: ꝛ minoret materia cū vomitibus clysterib⁹: ꝛ collyriis ppūe que infra in colica sufficiēti auxilio dicturi sum⁹. Digerat quoꝗ phlegma cū syrupis scȝ de eupatorio de hyssopo de calamēto ꝛ trocíscis de reubar. de eupatorio cū aꝗ iuniperi quod est ppriū ꝛ aqua radicū ꝛ electuariis: vt est dialacca: diacucurma ppūe: ꝛ cōfortet epar cū tēperate calidis sup⁹ dictis: vt est oleū nardinū de cinamomo xiloaloe: ꝛ cōpositis. Deinde purget cū agarico helleboro albo: qͥbus inest virt⁹ attractiua humorū ab extremitatibus corpis ꝛ serapino ꝛ ppūe cū pilulis ei⁹ ꝛ pilulis de raued cuȝ gūmis qs̄ in antidotario nr̄o descripsim⁹: deinde residuū resoluat et euaporetur modis p̄dictis si expediat gradatiȝ ꝯ spē leuiori ad fortiorē trāscundo: ꝛ ppūe cū balneis ꝛ vnctionib⁹ mēbroꝝ tertie digestionis: ex reb⁹ habētibus cōfortare illa ꝛ digestionē eorū cū caliditate manifesta vt sunt sticados amomū sandaraca cordumeni laur⁹: ꝛ silia. Et dietetur subtiliter i vtraꝗ cā ꝛ cū siccis aut caliditatē declinātib⁹ vł frigiditatē: put exigit dispositio cāe. Si vero sit spēs ascitis et cōueniēs regimē est regimē exiccatiuū ꝛ eductiuū aꝗ citrine q̄ est causa ꝯiuncta ꝛ materialis ipsi⁹ ſm oēm modū dictū in cōi regimine: ꝛ sunt ea q̄ in nr̄o antidotario enumerauim⁹ q̄ sūt de gn̄e lacticinioꝝ ꝛ aperiētiū vrinatiuoꝝ. Et siquidē a cā frigida epatis caliditatē naturalē extinguēte fuerit facta digeres: primo cū syrupo de eupatorio de ireos calamento syrupo acetoso: squillitico: ꝛ cū aꝗ squinātiamomi spice et alioꝝ subtiliātiū: ꝛ minorabis cū clysterib⁹ ꝛ collyriis ppūe: deide dabis digestiōe apparēte aliqd ex p̄dictis pharmacíis simplicib⁹ qd fuerit leui⁹: ꝛ salubrius vt est ireos semē vitice excorticatū ꝛ ꝯfectū cū melle ꝛ aꝗ folioꝝ raphani et armoniacū vel serapinū a scebīā ꝛ euforbiū cum vitello ouoꝝ: ꝛ vinū infusionis pulpe coloquintide vel eris vsti ꝛ tubel eris i quātitate. ʒ. j. deinde succū ebuli vł medianе corticis sambuci ꝛ pulueris carnis ericij exiccate i hyposarca. Et caricas cū lacte tithymali. ʒ. i. cū guttis. ʒ. I. cocodili stercus colūbinuȝ in syrupo: deinde succū cucumeris asinini vł radicē eius cū syrupo acetoso: deinde syrupū de foliis mezereon: deinde folia mezereon rectificata cōtrita ꝛ confecta cuȝ melle vel puluerizata in syrupo: et est de vltimis vel cōposita ex eis que ifra duce Christo dicētur: sint autē successiue administrata. ¶ Inqt enim Gal. varie opȝ vti pharmacíis. Et sint cum interpolatione exhibita vt dēt ꝛ cibo resumat natura in medio tēpore. Inquit eṁ Hippo. cū pharmacaueris sorbitiōib⁹ vtere. Et resumpta digestio ne intēdat: ppter quod vtile erit in medio tpe aliqd digestiuum aperitiuū ꝛ subtiliatiuū dare: vt est diacurcuma ppūe ꝛ tyriaca ꝛ trocíscus amigdalaruȝ amararū ꝯ eupatorio de ascebīan: ꝛ talia silia in antidotario notata. Deinceps vero dabis diuretica ꝛ vrinā ꝓuocātia calida p̄dicta i capl̄o vniuersalis cure: icipiēdo a leuiorib⁹: ꝛ ex appropiatis est lac camelarū fetarū serū ei⁹: ꝛ vrina ipsarū et ppūe arabicarū purū: bibitū vel mixtū cū his q̄ prouocāt vt sicca spica amomū abrotanū ꝛ silia. Nec attēdēda sunt sophistarum verba. s. ꝙ natura lactis similis est hydropisi. Naȝ est et cōtraria ppter illd qd in ipso est de abstersiōe: ꝛ proprietate sua qua educere habet aquā citrinā ppter similitudinē sicut endiuia i egritudinib⁹ calidis epatis. Et experiētia cōfirmat hoc: qꝛ plurimi ex ea sani facti sunt: sed melius vt tribuatur p hebdomadā aut trocisci ꝯ aloes cū. ʒ. ß. spodij et cū nō sustineat fortes in syrupo: nisi i exiccatis: ꝛ ꝯsūptis corporibus quibus detur hic ppūe lac. Sed attendēdū in quantitate eius ꝛ natura corpis. In quātitate vt sit eius quātitas quā bene digerere possit nō acescat: nec caseetur. In natura corporis vt si sit mollis natura: et tunc opȝ vt rectificet: ꝛ modus eius est notus ex p̄cedentibus i sūma scd̄a. Deinde frigidos fortes purga cuȝ mezereon: ꝛ silib⁹: deinde procedas ad resolutionē cuȝ balneis thermaꝝ: siccis nitrosis ꝛ salsis vł artificialiter cōstructis cū fumis ex aquis subtiliātibus resoluētibus p̄dictis supra i hyposarca. Et sit appropriata ꝛ circūscripta regiōi vētris sicut i hyposarca in corpe vniuerso: ꝛ proinde per modū embrocæ: et infusionis p̄dicta approximētur. Unctiones quoꝗ ꝛ emplastra super regionē ventris ex resoluētibus ꝛ euaporātibus sunt vtilia. Et super epar approximabis stiptica aromatica virtutem et robur eius seruātia: deinde ad cauteria: ꝛ vltimo ad incisiones si expedit est veniēdū. Si vero fuerit ex cā calida facta ascitis calorē naturalē epatis resoluēdo debilitātē cū aꝗ est plurimū fe. ꝛ inflatio: regimen p̄dictū exiccatiuū ꝛ euacuatiuū cāe ipsi⁹ est cū cōtrariis q̄dāmodo cōplēdū: puta cū frigidis cōpetēter. Nec attēdat verba sophiste dicētis ꝙ hydropisis nō curatur nisi eo mō quo oīs egritudo curatur: ꝛ illud est cū cōtrariis: sicꝗ cum hydropisis sit egritudo frigida curat cum calidis: cū enim sua cura ppūe vertatur ad partē cause: vt supius dictum est: si quidē cā efficiēs sit calida nisi illa alteret prius semp cā ꝯiūcta ꝛ materialis regnabitur ꝛ multiplicabit: q̄ multiplicata hydropisis augebit. vn̄ Gal. Qui curat morbuȝ: auget cām: qui auget cām: auget morbū: ergo q̄ curat morbū: auget morbū. Opȝ ergo vt pricipalis cā ꝛ efficiēs antecedēs q̄ est mala cōplexio epatis calida debilitās epar et digestiuā ei⁹ primit⁹ in euacuatione ꝛ exiccatiōe inspiciatur: ꝛ auferat: q̄ inspectaꝛ ablata exiccatio et euacuatio cāe materialis cōiuncte cū calidis erit facilis. Alteratio aūt ipsi⁹ erit cū regimine frigido cōpetēter: puta ꝯposito et mixto calido ſm variā cōpositionē cōtrarioꝝ morborū hydropisis. s. ꝛ febris p eq̄litatē et ieq̄litatē eoꝝ. Vn̄ Gal. singuli morbi simplices simplici medicina medicabunt: cōpositi cōpositis: eq̄les eq̄lib⁹: vel vno pl⁹ altero min⁹. Hydropici quoꝗ cū fe. sic medicādi intelligunt vt pleuretici et sanguinē screātes ꝛ phthysici. Hi eṁ morbi q̄ sunt cōtrarii medicaminib⁹ indigēt ꝯtrariis: eq̄lib⁹ si eq̄les sint. Si vero ineq̄les opȝ vt fortior medicet prius: alter vero nō negligatur. Intelligas qȝ cōpositionē nō solū tpalē: sed ptialē et localē: vt docuit Gal. Si ergo p̄cesserit retētio sanguis et signa repletiōis apparēt: flebotomabis in principio et minus ꝙ̄ in aliis: deinde minorabis materiā cū clysterib⁹ et collyriis ppriis ad hec. Et digere cū syrupo de endiuia: et alchechēgi de cuscuta de succo solatri succo granatorū muȝoꝝ et syrupo acetoso simplici. Deinde facta digestiōe aliquali dabis aliqd ex pharmacis p̄dictis eductiuis aꝗ. Alterabis cum aqua lactis caprini asinini vel succo endiuie vel rosaꝝ vel aquā seminū cōium frigidoꝝ vel succo predictoꝝ aliquo. Sintꝗ in liquida substātia ꝛ aquea bibita ppter dictā sup⁹ causam: ꝛ ordinate p interualla exhibita ꝛ potata. Et in medio tpe det aliqd alteratiuū ꝛ cōfortatiuū: vt trocíscus de berberis vel de spodio: vel myroba. citri. si vēter sit solut⁹: vel aꝗ fructuū si sit cōstipat⁹. Deinde dabis diuretica ꝛ vrinā ꝓuocātia sicut est aꝗ seminū cōium frigidoꝝ cōfortata cū aliquo diureticoꝝ calidoruȝ q̄ sup⁹ sunt narrata. Et ex illis est aꝗ lactis caprini vł asinini vel etiā lac camelaꝝ: si causa nō fuerit multū calida: vel si fuerit sit cū decoctiōe endiuie ꝛ seminū cōiuȝ exhibita. Deinde ꝓcedas ad balnea vnctiōes ꝛ emplastra embro

Marginal notes (left column): In hyposarca a causa calida. — Syrupi. — Trocisci. — Solutiua — A cā frigida. — Syrupi. — Dieta.

Marginal notes (right column): Diuretica cōuenientia. — Cōtra sophistas.

cationes ⁊ epithimata ex resoluētibus tēperatis ⁊ paruз
stipticis habētibus cōseruare ꝟtutem mirach nō resolu=
tionē ipedire: ⁊ deīde si expedit ad icisiões. Cauteria aūt
in hoc locū nō hñt cū sint vehemētis inflāmationis: ⁊ alia

Dieta.

que superi⁹ tradita sunt. Regimē aūt ī oib⁹ alijs nō natu=

Carnes.

ralib⁹ reb⁹ sit exiccatiuū: sitqꝫ cibus facilis digestiõis lau
dabilis chimi ⁊ paucaꝝ supfluitatū: vt sūt carnes pulloꝝ
ꝑdicū fasianoꝝ ⁊ auiculaꝝ paruaꝝ mōtanaꝝ nō pinguiū
capriolo ꝝ assate nō cocte exiccate sumanꝭ sine brodio: vt
in casu ꝓdicto: ⁊ qñ cū subtiliatiuis ⁊ apitiuis fuerint co=

Panis

cte. Et panis sit aliqd furfuris habēs ⁊ salis: bñ fermenta
tus clibanaceus ⁊ biscoctus: ⁊ sit calidis vel frigidis mi=

Potus.

xtus: put cā requirit. Et pot⁹ in facta ex calida sit aq̄ habē
tis ꝟtutē diureticoꝝ vel vini albi multū limphati cū aqua
ferri. In facta ex frigida sit pot⁹ ex vino albo limphato cō
petēter subtili vel paruo. ¶ Si ꝟo fuerit spēs timpanitis
regimē ꝓpriū ei cōueniēs est regimē dictū inflationis sto
machi ⁊ epatis. Et opꝫ vt minuātur solutiua nisi q̄ꝫtū ꝯue
niunt humori phlegmatico qui pōt esse materia vētosita=
tis: ⁊ etiā diuretica: supfluitas eñ in eis ⁊ ꝓprie calidis ꝓ=
ducit ad gñationē vapoꝝ plurimoꝝ. Et multiplicētur re=
soluētia vētositatē ⁊ eructuationē cōmouentia ꝓdicta ibi
supra: ⁊ fricationes cū allijs: ⁊ cū semine rute gētiane: ⁊ si=
miliū: ⁊ euaporationes cū milio ⁊ sale ⁊ alijs ꝓprijs ⁊ ven
tosis: ⁊ silia ex emplastris: ⁊ cataplasmatib⁹ ⁊ spōgijs: et
balneis ⁊ ēbrocis cū siccis ⁊ extenuantib⁹ dictis. Et si fue=
rit ex calida cā: resoluentia vētositatē sint ex tpate calidis
vt est feni. apiū: anisum: carui: mellilotū: anetū: tribuli: ⁊ si
milia. Si ꝟo ex cā frigida sit ex calefaciētib⁹ manifeste: vt
est ciminū spica ameos ruta castor iuniperū ⁊ salis spēs ⁊
cortex thuris: ⁊ ex cōpositis cōfectio de acoro cū nigella ⁊
collyriū ex baurach cimino ex folijs rute cū melle ⁊ oleum
ruta. ⁊ nardi. clysterizatū: ⁊ opꝫ qꝫ oīa olea ⁊ vnctuosa alie
nētur: oppillāt eñ et ꝓhibēt resolutionē iniūcta exterius.
Dieta aūt cibi ⁊ potus sit qualis in predictis: vt ē dieta: ⁊
hec supra in cura inflatiõis. Deinceps ad medicinas ꝯpo
sitas deueniēdū: quaꝝ multarū descriptionē fecimus ī an
tidotario nr̄o ꝼꝫ oēꝫ modū ex syrupis decoctiõib⁹ ꝯfectio=
nib⁹ electuarijs trociscis pilulis vnctionib⁹ emplastris et
oleis appropriatis: q̄ ꝑ te inuenies: ⁊ approximabis ꝓut
opꝫ: ⁊ te scire supi⁹ admonuim⁹. Isaac qꝫ descriptionē oīꝫ
seriosam fecit. Ga. quoqꝫ ⁊ Abo. in antidotarijs suis: que
omissa ꝓpter breuitatē ꝑ te inuenies si opꝫ. ¶ Syrup⁹ cō
tra hydropisim ex frigida cā. ℞. origani camedreos came

Syrupus ad hydropisiꝫ ex frigi. cau.

pitheos spie albe sicle calamēti fluuialis ⁊ cāpestris hysso
pi. an. M. ꝼ. cappa. scolopēdrie eupatorij lupuli capil. ve.
endiuie añ. M. j. asari folij. añ. ʒ. ij. q̄nqꝫ radicuꝫ cōium fu.
meu. passularū enucleataꝝ corticū cappa. añ. ℥. j. squināti
absinthij: thimi: epithimi: arist. ro. añ. ʒ. ꝼ. semi. anisi. fenicu
li cinamomi añ. ℥. iiij. seminū cōium. ℥. ij. zuc. li. ij. aroma=
tizētur cū his. ℞. spice asari croci folij carpobalsami cipe=
ri gallie muscate. añ. ʒ. j. doꝼ. ℥. ij. cū aq̄ ferrea tepida dōec
digesta sit materia. ¶ Pilule ꝯtra oēm hydropisim. ℞. fo
lioꝝ mezereon īfusoꝝ ī aceto vel oxizaccara. ʒ. v. myroba.
citrinoꝝ. ʒ. iiij. reubar. ʒ. iiij. Cōfice cū succo apij ⁊ anisi aut

Pi. ad oēꝫ hydropisim.

feniculi siluestris doꝼ. a. ʒ. j. vsqꝫ ad. j. ⁊ ꝼ. Et ex illis sunt pi
lule reubarbarate posite supra caplo ꝺ cura oppilationis
epatis. ¶ Inquit Aristo. radix feniculi siluestris ministra
ta ꝼm oēm modū curat hydropisim ex oppilatiōe. ¶ Me
dicamē vtile hydropicis ī q̄b⁹ nō est caliditas ad educen
dū aquā in paucis dieb⁹ ꝑ vrinā. ℞. ameos fruct⁹ sauine ci

Medica. vtile hydropicis.

mini salis albi añ. partes eq̄les terātur ⁊ sumātur cū vino.
¶ Pilule valde vtiles hydropicis. ℞. eris vsti stercoris co
lumbini rute sicce añ. ʒ. iiij. euphorbij. ʒ. ij. fiant pilule cum
succo apij. Doꝼ. ʒ. ij. ¶ Emplr̄m ad ventris inflationē hy=

Pilule ad idem.

dropicoꝝ. ℞. stercoris bouini vel caprini mōtani exiccati
lib. j. succi passu. li. ij. olei cōis li. iiij. sulphuris rubei. ℥. iij.

Empl. ad inflationē hydropicorum.

cū vitellis ouoꝝ. Confice ⁊ emplastra. ¶ Idē opatur ster
cus caprinū cū vrina mixtū si supponaꝭ. ¶ Emplastrum
bonū: ⁊ forte. ℞. calcis viue nitri ireos cordumeni sulphu
ris armoniaci baccarū lauri staphisagrie stercoris colūbi=
ni. Terātur ⁊ distēperenꝭ cū vrina: resoluit eñ aquā mira=
biliter supinūctū. ¶ Unguētū magistri Archidis. ℞. san

Unguētū ad idem.

guisugas curatas trigita: ⁊ pone ī phiala vitri plena oleo
camomillino min⁹ tertia parte: ⁊ dimitte dōec ibi moriāꝭ.
Deinde reple eam vino greco: ⁊ oppila eā bene: ⁊ fac bu=
lire eam in vase aque dulcis pleno vsqꝫ ad consumptionē
totius: deinde auferas ⁊ reponas: fiet eñ sicut vnguētum
quo liniatur venter asclitici mane ⁊ sero. Et detur quolꝫ

Empl. ad asclitem.

mane vitell⁹ vn⁹ oui cū limatura chalybis. ¶ Cōfectio em
plastri ad hydropisim asclitem: ⁊ q̄nqꝫ emplastrātur ex eo
aquā habētes: ⁊ est expertum. ℞. farine ordei: ciperi: stora=
cis: origani sicci: nitri: cimini: baurach boli armeni añ. par
tes equales. Cōficiātur cū melle qñ exiccant aquam vir=

Cōfectio chechēgi ad hydropisim.

tute forti. ¶ Cōfectio Rasis de chechengi ad hydropisim
in qua nō est caliditas nec solutio vētris valde. ℞. folioꝝ
mezereon infusoꝝ in aceto exiccatorū ⁊ tritorum. ʒ. v. aga=
rici turbith. añ. ʒ. v. succi absinthij. ʒ. iiij. myroba. ʒ. v. rosa=
rū rubeaꝝ endiuie añ. ʒ. iij. terentabin. ʒ. x. succi liquir. ʒ. ij.
decoquaꝭ terentabin donec fiat sicut mel: ⁊ cōficianꝭ cum

Pilule ad idem.

eo: et detur ex eo ī potu a. ʒ. ij. vsqꝫ ad. iij. ¶ Pilule ꝯferē=
tes ad febres antiquas ex humoribus diuersis ⁊ dolorem
epatis ⁊ inceptionē hydropisis iuuatiue valde. ℞. absin=
thij: ⁊ succi ei⁹: succi eupatorij: myrobalanoꝝ citrinoꝝ: alo
es: masticis: croci: laudāi: lacce ablute anisi: asari: sceitara
gi sicci: hierepigre añ. ꝑtē. j. teranꝭ et cribellenꝭ: ⁊ cōficianꝭ
cū aq̄ solatri. Doꝼ. ʒ. ij. cū aqua tepida ī nocte. Et si est tus=
sis adde succi liquiritie medietatem medicinarū pōderis.
¶ Pilule xirasi regis medoꝝ conferētes hydropicis. ℞.
lactistitim alli: serapini añ. partes equales: decoquātur cū
vino: ⁊ fiant pilule sicut cicer: ⁊ sit potio ex eis due aut tres
plurimum eius cum vino permixto ante cibū et post cibū.

Syrupus exꝑtus ad hydropisim ex causa calida.

¶ Syrupus expert⁹ ad hydropisim ex causa calida. ℞. en
diuie cū radice lupul. cū radice capil. vene. cicoree epatice
añ. M. j. absinthij: policarie minoris. cuscute: scolopēdrie
cum radice blete bedeguar añ. M. ꝼ. radicis feniculi silue
stris: radicis apij: radicis sparagi residētiuꝫ in aceto. añ. ℥.
j. squinanti. ʒ. j. reubar. ʒ. iij. spice. ʒ. j. se. cōium. ℥. j. roꝼ. my=
roba. citri. añ. ℥. j. zuccari. li. ij. succi ēdiuie: succi eupatorij
depuratorum ana. ℥. v. aceti ꝓdictarū radicū: ⁊ succi grana

Syrupus ad hydropisim ex vtraqꝫ cā.

torum añ. ℥. ij. In pecia rara buliāt sandali spodij añ. ʒ. ij.
¶ Syrupus ad hydropisim ex causa vtraqꝫ. ℞. hyssopi:
absinthij: cuscute: roꝼ. endiuie: cū radice capil. vene. bede=
guar: blete: policarie minoris añ. ℥. ij. squināti: liquiri. radi
cis feniculi siluestris: radicis apij: ⁊ seminis eius añ. ℥. j. ꝼ.
anisi: feniculi: meu: fu. ameos añ. ℥. ꝼ. floruꝫ buglosse ⁊ rob
ei⁹ añ. ʒ. i. spice folij añ. ʒ. iij. reubarbari: masticis añ. ʒ. ij.
oīa buliāt ī aq̄ li. x. vsqꝫ ad tertiā ꝑtē. Deide colētur cū ex=
pressiōe: ⁊ colature addātur zuccari lib. ij. succi endiuie de=
purati: succi policarie minoris: ⁊ succi apij ꝺpurati añ. li. ꝼ.
vel succi feniculi ⁊ absinthij: ⁊ syrupētur cū decoctione san
dali ⁊ spodij. Et in ꝓcessu si vis facere laxatiuuꝫ: adde ꝼm
indigētiā cāe vt ī tympania: polipodiū ī hyposarcha: reu=

Pilule ad hydropi.

barbarū vel agaricū: in asclite mezereō. ¶ Filij serapiōis
Pilule ad hydropicos ⁊ dolorē splenis. ℞. mezereon infu
si in aceto ⁊ exiccati: coloquintide sauich ordei añ. ptes eq̄=
les: terātur ⁊ cōficiātur cū melle: ⁊ dētur omni hoi ꝼm q̄ꝫti=
tatē virtutis: soluāt eñ aquā valde. ¶ Dioscorides inq̄t.
Quādo sumitur de radice cucumeris asinini ad quātitatē
anolosath ad min⁹ ⁊ de radice ei⁹ quātitatis. iiij. krist laxat
cholerā ⁊ phlegma: ⁊ ꝓprie ī corꝑibus hydropicoꝝ: ⁊ abs=
qꝫ qꝫ nocumētum inferat stomacho: ⁊ accipiatur ex radice
eius lib. ꝼ. ⁊ teratur cū duobus krist vini ⁊ maxime babylo
nici: ⁊ misceatur bene: ⁊ teratur cū eo. Et dētur ex eo hy=
dropico. iij. anolosath in ieiunio q̄libet die: donec dimi=
nuatur tumor vētris diminutiōe cōpleta excludēdo aquā

Pilule de spica.

q̄ est in vētre eius. ¶ Pilule de spica apiētes oppilatiões
epatis ⁊ splenis cōferētes hydrodisi ⁊ soluunt naturā. ℞.
spice. ʒ. iiij. agarici: amomi: raued. epithimi: masticis: costi:
camedreos. añ. ʒ. iij. myrrhe: cinamomi: sq̄nāti: gario. añ. ʒ.
j. aloes. ʒ. viij. fiāt pilule cū vino antiq̄. dosis. ʒ. ij. cuꝫ vino

Pilule ad hydropi. ⁊ timpaniticos.

cōmixto ante ⁊ post cibū. ¶ Pilule ad hydropicos: ⁊ tim=
paniticos: resoluūt eñ vētositates grossas ⁊ vaporosas. ℞.
semi. apij: anisi: masticis añ. danich. ij. aristologie rotūde:
acori: gētiane añ. danich. j. salis īdi. serapini añ. danich. j.
aloes. ʒ. vj. teranꝭ: ⁊ fiāt pilule. doꝼ. ʒ. ij. cū aq̄ calida. Et alij

Decoctio ad hydropicos qñ nō est feb.

qui addūt galāge zedoarie añ. ⁊c. ¶ Decoctio serapionis
ad hydropicos qñ nō ē febris. ℞. camedreos: camepitheos
petrosilini: hyssopi sicce: sq̄nāti: spice romāe delegēsirer ⁊ ē
saguassera sileleos añ. ℥. j. myrrhe gētiāe epithimi dauci añ.
℥. ꝼ. aloes succotrēsis. ℥. iij. decoquāꝭ cū li. x. aq̄ dōec rema=
neat tertia. Colenꝭ ⁊ denꝭ ī potu ex ea ab. ℥. ij. vsqꝫ ad. v. ꝼꝫ
quantitatem

Aliud ad idem.

quãtitatẽ virtutis vniuscuiusq;. ¶ Alia cũ serapino: et soluit cũ virtute. ℞. serapini sextaria.ij. oppoponaci: armoniaci: aristologie lõge añ.ʒ.iiij. turbith. mezereon añ.ʒ.ij. eupatorij: asc: fumiterre: coloq̃ntide interioris: calamenti: creos: myrobalanorum citrinorum: radicũ lilij celestis añ.ʒ.j. cepe: sqlle.ʒ.ij. terant oĩa et infundant cũ succaro: et ponant ad solẽ.vij. dieb⁹: deinde colent: et dent ex eo oĩ die.ʒ.ij. vel ʒ iij. pferũt em̃ valde.

Empla. ad omnes hydropisim.

¶ Empl̃m ptra oẽm specie hydropisis. ℞. farine ordei: et pfice cum succo ebuli.añ. et emplastra Balnea thermarum et pprie sicca et fumosa: et q̃ ex aqs salsis nitrosis sunt hydropicos iuuãt. Et sunt de vltimis prout tolerat virt⁹. Q̃ si nõ inueniant in regiõe: artificialr construant sic. In tina clausa sit tabula vna pforata in medio eius plurib⁹ foraminib⁹ in qua stet patiẽs: et in fundo sit aq̃ salsa decoctiõis calamẽti origani rute sauine hyssopi: et in illã pijciant lapides molares igniti: et recipiat fumũ tina existẽte bene clausa et cooperta donec sudet. Alij faciũt bulire predicta in caldaria bñ coopta: vt nihil expiret et habẽte pcaua p quã fum⁹ et vapor pueniat ad tinã bene cooperta: in qua patiẽs stet et sudet ibi fortiter quantũ vult et tolerat: vt supius dictũ est. ¶ Empl̃m ptra inflationẽ tibiarum et etiã vẽtris hydropicorum: folia vitice pterant: et tepefacta emplastrent: prodest. ¶ Itẽ fomẽtent tibie et euaporent cum aqua maris vel salita decoctionis tribullorum marinorum camomille et radice ebuli. Dioscorides narrat de quodã qui crura habuit inflata: cui fecit emplastrum de fimo colũbino farina ordei et aceto: et liberat⁹ est. Adde sandaracã si vis: et si rubor ibi appareat: semina cõia vetera cum oleo rosato cõmixta psunt: et adde si volueris memithe.

¶ Capitulum.xiiij. de fluxu epatico.

Quoniã fluxus epaticus est ex exeũtib⁹ a corpe et q̃ ab epate fluit et erit de corpe: vt est supi⁹ dictũ: aut per nares sanguinis fluxu: aut p os vomitu: aut per poros sudore: aut per renes: et vesicã vrina: aut p intestina erit: per q̃ exiẽs vltra modũ psuetũ ppriẽ dr fluxus vẽtris: tñ vsq; ad summã de medicinis egritudinũ intestinorum cũ de medicinis flux⁹ vẽtris loquemur Christo prestante dicere postponimus.

¶ Capitulum.xv. de icteritia citrina.

De icteritia citrina et medicinis ei⁹ vsq; ad summam quartã cũ de medicinis egritudinũ splenis sermonem afferemus dicere reseruamus.

Sequit summa vltima pticule tertie sectiõis prime de egritudinib⁹ splenis ptinẽs capl̃a q̃tuor.

¶ Capitulũ.j. est proemiale: et est sermo generalis in splene et egritudinibus eius.

¶ Capitulum.ij. de oppilatione splenis.

¶ Capitulum.iij. de apostematibus splenis.

¶ Capitulum.iiij. de speciebus icteritie.

¶ Capitulum.j. generale de egritudinibus splenis.

Galenus.

Galenus inquit: cõmẽtari et exponere q̃d circa generationẽ humorum in epate ptingere dicant antiqui per exẽpla lz addiscere. Vinũ vtiq; nouiter intelligere expressum ab vuis nõ colatũ: et buliẽs et alteratũ calore qui in ipso est deinũ ẽm sui trãsmutationẽ duas generatas supfluitates in eo esse apparebit: hanc quidẽ leuiorẽ et meliorẽ: hãc aũt terrestrẽ et grauiorẽ: quarum hanc quidẽ florẽ: hanc ṽo fecẽ vocant: q̃d ex eis depuratũ in medio existit vinũ. Similr et in generatione sanguinis in epate alterato chilo et transmutato a calore epatis est videre in eo duas generari supfluitates: vnã supernatantẽ vocatã cholerã spume assimilatam: alterã descendentẽ graue assimilatã feci vocatã melancholiã: et q̃d depuratũ est ab eis mediũ sanguinẽ assimilatum vino depurato ab illis a quibus depuratũ opz esse sanguinẽ naturalibus existẽtibus pro parte: et etiã factis in naturalibus per adustionẽ pp̃ter dictã supius cãm in capl̃o primo huius anteq; in alimentũ transeat ipsorum mẽbrorum. ¶ Ad hmõi autẽ mundificationẽ artificialis natura duo creauit mẽbra: vnũ q̃d pp̃ter amaritudinẽ rancte cholere naturalẽ sibi admixtã trahat.s. vesicã fellis cistim ab antiquis vocatã: que duas tunicas hz cõtextas ex triplici genere neruorum ad modũ tunice vnius ortorum a venis epatis ad quã veniũt ex neruo: et vena pulsatili duo rami parui a cerebro et corde: q̃ per poriũ explantatũ ab eis ipam cholerã ab epate sibi impulsam trahit cũ virtute pp̃ia: vt ex ea nutriat: et q̃d supest expellat per poriũ aliũ qui in pluribus hominũ est vnus mittẽs cholerã ad gracilia intestina ad expurgandũ ea nõ ad stomachũ cũ ledat per eã nauseetur: et eius digestio corrumpat. In q̃busdã etiã duplex est: siue bifurcatus: et per vnũ mittit cholerã ad intestina: et per aliũ ad stomachũ non in vacuũ eius pp̃ter dictã cãm: sed inter duas tunicas eius ad faciendũ et adiuuandũ digestiuã. Et in quibusdã est amplior primus: vt in Audino pho: et in quibusdã secũdus: vt in Sabino sacerdote: vt recitat Gale. Aliud quoq; creauit membrũ q̃d proprie trahit feces eius.s. splenẽ: q̃d adhuc est: vt fecẽ sanguinis naturalẽ et innaturalẽ semp trahat cũ virtute pp̃ia per porum cõiunctũ epatis venis a parte cõcaua: qui in venis pulsantibus in eo digerit: vt ex ea nutriat et sanguine et sua substãtie raritate recipiat cũ sit grossa: et retinet donec digerat et q̃d supest ei remãdet per aliũ poriũ ad stomachũ: vt cum alijs suis supfluitatibus expellat qui in hoĩe figure est cilpealis sicut in porco linguose: et est cooptus pellicula orta a siphac: et diafragmate: et suspẽsus panniculus costarum q̃si ligamẽtis a parte sinistra ad ptemperandũ caliditatẽ cordis sua frigiditate. Si ergo deficiat mũdificatio sanguinis ab illis supfluitatib⁹ totalr vel p parte siue pp̃ter cãm mẽbrorum.s. debilitatem epatis expellẽtis: et ipsorum.s. fellis et splenis trahentiũ: siue pp̃ter cãm in porris: p quos ab epate trahũt.s. oppilationẽ: siue per cãm supfluitatũ: q: sit amplior q̃ꝫ trahere possint remanẽs cholera rancta cũ sanguine in epate facit apostema euenire in eo: vt superius dictũ est: vel trãsiens de eo cũ sanguine: per venas facta occasione aliqua intrãspirabilis putrefit et accẽdit fe. tertianã cõtinuã: vel causonẽ: veniẽs ad lacertos et subcutaneas partes putrefacta accẽdit fe. tertianã interpolatam: vadẽs ad cutim diffusa in ea cũ ibi trãspirabilis sit per poros ei⁹ facit icteritiã citrinã. Collecta in aliqua sui parte facit erisipilã: si adusta: facit erisipilã vulneratiuã: seu carbunculũ sicut in cerebo charabitũ. Similr intelligas si melancholia cũ sanguine mixta: facit em̃ egritudines sibi mõ ẽm genus suũ. In epate permanens facit sclirosim: vel oppilationes in totũ corpus: vel habitudinẽ lacertorũ diffusa: si fuerit adusta: facit leprã: si in cute sit diffusa: facit icteritiã nigrã: si in vno mẽbro collecta nõ adusta facit duritiem: si adusta quantũ ad partẽ grossam facit cancrũ: quantũ ad subtilẽ: antracẽ. ¶ Si ṽo trahat perfecte: non tñ exeis q̃d supereſt pñt expellere ad stomachũ et intestina siue pp̃ter cãm existentẽ in mẽbris.s. felle et splene et epate.s. debilitatẽ accidentẽ eis: siue propter cãm existẽtẽ in poris per quos excernũt et mandãt illas: puta oppilationẽ siue cãm existẽtem in superfluitate: q: sit amplior q̃ꝫ expellere possint remanente in eis necesse est ipa mẽbra ingrossari si in vacuũ sit collecta: et apostemari si colligat in porositate ipsorum et cupũ. Et cum conuertat in ventũ: necesse est ipsum inflari: et cum splẽ ingrossat: corpus necesse est subtiliari: et econuerso: vt ait Hip. Et illud ex triplici causa: vna q̃m destruitur virtus epatis vehemẽter cum cõtrarietate humoris: quare minorat generatio sanguinis. Scd̃a est: q: cum hoc quod attrahit de sanguine bono corporis illius inferunt rem plurimã propter magnitudinẽ suam. Tertia causa est q: ex multiplicatione melancholie sanguis remanens fit infectus quẽ abhorrent mẽbra: a sic non nutriunt et extenuatur: cum ergo splen extenuatur: accidit ex cõtrarijs causis ex quibus corpus impinguat et ingrossat. ¶ Si ṽo tractas superfluitates perfecte nequeãt sustinere pp̃ter defectũ cõtentiue illorũ membrorũ: vel amplitudinẽ pororũ: vel propter multitudinẽ et malitiã superfluitatũ transiens cholera vltra modũ ad stomachũ: et similiter melancholia: faciũt nauseam: et corrumpũt digestionem: si ad intestina faciũt multũ fluendo dissinteriam. ¶ Inquit em̃ Gale. plurima dissinteria ex cholera rub. fit. Et si a cholera ni. et felle ince perit est mortalis: ait Hip. Si ṽo transeat cholera ad vias vrine: que sunt eius euacuatoriũ propriũ ẽm Gale. facit ardorem vrine: et deinde vlcera eorũdem. Quod aũt ex predictis colligere opz: est scire naturã predictorũ mẽbrorũ.s. cistis fellis et splenis operationes et iuuamenta: necnon et egritudines eis euenire possibiles: causas quoq; quarum quedã sunt proprie et in se: et quedã ex colligantia et vicinitate: et illud est ad epar plurimũ: et sunt oĩs generis: scz mala cõplexio debilitãs suas naturales opationes: mala cõ

Galenus.

positio.s.oppilatio impediens debitã operationẽ eoꝝ ad
quam ordinauit ipa natura:solutio cõtinui:⁊ apostemata
seu grossities preter naturã:ad quas sequit̃ plurimũ acci-
dẽs fedatiuũ coloris naturalis q̃ facit ad pulchritudinis
bñ esse qḋ icteritia dr̃:de qbꝰ dicet̃ per ordinẽ xp̃o iesu au-
xiliãte q̃ sit bñdictꝰ. Et qꝛ p̃dicte egritudines cisti possibi-
liter ꝯtingentes ⁊ egritudines epatis cui affixus est in cu-
ra nõ differũt:iõ omittant̃:est eñ eadẽ vtraqꝫ cura. Sed de
egritudinibꝰ splenis plurimũ ꝯtingẽtibꝰ ⁊ cũ sit mẽbrũ ab
epate distinctũ spãliter dicere est in hac q̃rta sũma necesse.

¶ Capitulum.ij. de oppilatione splenis.



Oppilatio splenis ẽ egritudo officialis veniẽs in
vijs ⁊ poris eiꝰ ꝑ quos trahere et excernere hꝫ fe
cem sanguinis ab epate: quatenꝰ mũdificet̃:⁊ cõ
ueniẽs fiat alimẽto mẽbroꝝ. Et est triplicis spe
Oppilatio splenis triplex. ciei:aut eñ est in poro q̃ est inter ip̃m ⁊ epar per quẽ hꝫ tra
here sanguinis feces ab ip̃o:aut est in poro q̃ est inter ip̃m
⁊ stomachũ per quẽ qḋ sibi supest mãdat illi:aut in vtroqꝫ.
Cause. Causa aũt ipius ex causis oppilationis epatis est manife
sta:⁊ plurimũ est coartatoria. Cuius cã:vt precedẽti capl̃o
dictũ fuit est humor melãcholicus feculẽtus et luctuosus
quẽ trahere hꝫ ⁊ excernere sua multitudine et grossitie nõ
potẽs trãsire ꝑ poros illos:sed remanet obstructus in eis.
Et qñqꝫ est attenuatoria ex siccitate ⁊ pũctione cholere vl̃
vẽtositate vicinoꝝ vel apostemate cõprimẽte. Et raro est
Signa distinctiua oppilationis pororum. carnosa:⁊ cũ est nõ spat̃ cura. ¶ Signa ṽo oppilatiõis po
rorum distincta sunt:nã siq̃dẽ oppilatio sit in poro ꝑ quẽ
trahit extenuatio erit i splene. Et etiã si sit in vtroqꝫ magis
nec ꝓ tãto corpꝰ erit pingue: sed extenuatũ magis ꝓpter
sanguinis ĩpuritatẽ ⁊ maiorẽ infectionẽ:⁊ predicta accidẽ
tia apparebũt in alijs mẽbris ⁊ vniuerso corpe ⁊ cute. Si
ṽo sit in poro ꝑ quẽ illã excernit ⁊ mittit ad stomachũ gros
sities ⁊ durities cũ grauedine apparebit in splene:non ex
natura ⁊ dispõne mẽbri:qꝛ sit strictoꝝ poroꝝ:vt epar cum
splene rare ⁊ mollis substãtie existat:sed ex natura substan
tie humoris obstruẽtis ⁊ detẽti q̃ grossus est ⁊ terreꝰ sicuti
Ga. dixit. Et in vtraqꝫ est defectio appetitꝰ: ⁊ vrina magis
ſm plurimũ:⁊ egestio q̃si ꝯsueta minus ſm diuersitatẽ po-
roꝝ. Si eñ in primo poro ꝑ quẽ trahit sit oppilatio:omnia
erũt minora. Et signa cãꝝ ⁊ modoꝝ alioꝝ ex dictis in op-
pilatiõe epatis sunt nota. Signa ṽo vẽtositatis ⁊ aposte-
matis infra dicent̃. Cura oppilationis splenis sicut cura
aliaꝝ egritudinũ eiꝰ general̃r ex cura oppilatiõis epatis
supius dicta est manifesta. Eadẽ eñ vtriusqꝫ est in re:⁊ in-
tentiõe. Cõplementũ tñ eiꝰ seu ꝓsecutio fiet qñqꝫ cũ eisdẽ:
qñqꝫ cũ fortioribꝰ ꝓprijs ⁊ diuersimode ministratis. Inq̃t
eñ Gale. nos nõ inuenimꝰ medicinas alias q̃ sint magis
incisiue ⁊ subtiliatiue humorũ grossoꝝ et viscosoꝝ q̃ sunt
in pectore ⁊ pulmone et saniei existẽtis in pectore nec me-
lioris aptitudinis ⁊ conueniẽtie ad maturãdũ ⁊ iuuamẽ-
ti ad spuendũ illud qḋ opꝫ q̃ p̃dicte. Et de ꝓprietate earũ
est huiꝰ:vt aperiãt oppilationẽ epatis:⁊ mũdificẽt venas
eiꝰ: ⁊ faciãt sil̃e illi in splene qñ oppilatio nõ est vehemẽs:
qm̃ oppilatio qñ est in splene vehemẽs indiget medicinis
fortioribus istis. sicut sunt radix ⁊ cortex capparis ⁊ radix
tamarisci:⁊ medicina noĩata grece scolopendria:⁊ sq̃lla:et
herba noĩata ascelenti:cuiꝰ expositio est mũdificatiua san-
guinis:⁊ extimo q̃ sit cortex salicis vel fraxini: ⁊ cõuenit ti
bi:vt sit vsus vniuscuiusqꝫ caꝝ diuersus. Medicine enim
splenis approximãde sunt cũ aceto. Epatis cũ syrupo ace
toso ⁊ aq̃ ordei. In pectore ⁊ pulmone cũ aq̃ mel̃l. ⁊ chist or
dei:sed opꝫ q̃ sint medicĩe materieꝝ resolutiue splene ma
gis stiptice medicinis epatis ꝓpter substãtie raritatẽ sple
nis:vt dicit Ga. ¶ Spãl̃r qm̃ plurimũ coartatoria est:cu-
ra eiꝰ est q̃tuor res:p̃ma est euacuatio. scḋa pori expurga-
tio. tertia ponit studiũ in vita. quarta est accidẽtiũ corre-
ctio. Euacuatio est duplex. p̃ma est cãe retẽte i epate ⁊ ve-
nis. scḋa cãe oppilãtis ⁊ retẽte in splene. ¶ Primã cõplẽt
si cũ melãcholico hũore peccare sanguis appareat qḋ tu-
mor venaꝝ illaꝝ partiũ proprie indicat flebotomia de ba-
silica p̃mo:deinde de saluatella sinistre manꝰ q̃ tãdiu fluat
quãdiu restringit̃ per se si natura corporis tolerabit vel fle
botomia de saphena loco eiꝰ:vel apertio venaꝝ emorroida-
rũ ꝓprijũ si retentio sanguinis mẽstrualis vel emoroidarũ
p̃cesserit. ¶ Inq̃t eñ Gal. melãcholicis emorroides inna
te bonum. Et qñqꝫ tibi necessariũ est:vt flebotomes quidẽ
sinistrã:deinde cũ euacuatione ipius melãcholie ꝑ fluxum
ventris ꝓprie dicẽte Hip. Spleneticis dissinteria superue- 2. Apho.
niens bonũ. Que si ꝓlong et̃:accidit ei hydrops aut liẽte 48.
ria:et percũt splenetici. Spleneticus aũt est qui duritiẽ et
grossitiẽ hꝫ in splene. Dicit abo. ¶ Scḋa ꝫ euacuationẽ cãe
oppilantis cõplent euacuationes cũ medicinis educere ha
bentibus humorẽ melancholicũ a splene proprie simplici-
bus ⁊ cõpositis que infra dicent̃ cũ premissione medicina-
rum maturantiũ ⁊ aperientiũ humorẽ ⁊ membrũ quas di
cemus. Et vltimo cũ medicinis resoluẽtibus ip̃m de loco
quibꝰ mollificatiua sunt premittẽda vel permiscẽda:vt in-
fra dicet̃. Medicine ṽo simplices q̃bꝰ est maturatio ⁊ ap
tio sunt aperitiue incisiue subtiliatiue ⁊ abstersiue. Et ha-
rum q̃dã sunt tales a cõplexione:qꝛ sunt tẽperate calide ⁊
amare stiptice ⁊ ꝯfortatiue:quedã a ꝓprietate ꝯfortatiue.
Que ṽo sunt tales a ꝯplexiõe sunt duplices:quedã leues
⁊ q̃dã fortes ṽtute. Leues camedreos camepitheos cicera
succus cauliũ domesticoꝝ: acorus anisum agnus castus
scolopẽdria canabis poliũ sparagus nil acetosa anetũ eu
patoriũ bedeguar feniculus hasce spica calamẽtũ ⁊ sil̃es.
Fortes sunt nastruciũ volubilis semen raphani ⁊ sinapis
prassiũ lupine iuniperus fructus rubee tinctoꝝ q̃ aperit ⁊
mũdificat a ꝓprietate squilla oximel eiꝰ est ⁊ vltima. Leni
bus g̊ vtere in oppilatiõibꝰ leuibus ⁊ fortibꝰ et cõpositis.
¶ Inq̃t eñ Ga. forti infirmitati fortis medicĩa occurrat. Galeni dictũ auteũ.
Cũ ergo in materia apparuerit digestio euacuabis cũ epi
thimo a.ʒ.iij. vsqꝫ ad.v. cũ syrupo acetoso ⁊ cũ reiteratiõe:
educit eñ id qḋ est in splene ⁊ detumescere facit illũ vel ar
moniacũ cũ syrupo acetoso ⁊ decoctione lupinoꝝ ⁊ cappa
rorũ:vel succus eiꝰ:educit eñ materiã grossam:⁊ sequitur
sanitas:⁊ radice lilij vel vrina ⁊ lacte camelarũ nutritarũ
ex scea aniso ⁊ feniculo. ¶ Scḋam rẽ cõplent cõfortantia
ex cibis ⁊ potibꝰ q̃ infra dicent̃. Et medicine operantes il-
lud a ꝓprietate sunt tales. s. sumach:seminis portulace.ʒ.
ij. cũ aceto aut coralli valde decocti aur̃.j. cũ syrupo ace-
toso. Et empl̃m de cucurbita tenera:aut cucurbita ipa te-
rat̃ post exiccationẽ:⁊ bibant̃ ex ea.ʒ.ij. cũ syrupo acetoso ⁊
semẽ cane ⁊ semẽ cuscute ⁊ folia salicis:⁊ semen acetose:et
atriplicis ⁊ fructus tamarisci ⁊ folia eiꝰ: ⁊ pulmo vulpis:
⁊ splẽ asini siluestris ⁊ pulli eq̃ni exiccati:⁊ epar ipius exic-
catũ.ʒ.ij. cũ syrupo acetoso. Medicine resoluẽtes simpli-
ces sunt p̃dicte opantes a cõplexione q̃s per te eligas ⁊ ex
eis cõponas ꝓut te inuitat necessitas:⁊ alia infra dicemꝰ:
⁊ etiã mollificãtes. ¶ Scḋa res cõplet̃ cũ euacuatiõe par
tis seu expurgatiõe pori oppilati. si eñ sit in poro q̃ est in-
ter ip̃m ⁊ epar cõplet̃ apertio cũ leuioribꝰ: sed in poro qui
est inter ip̃m stomachũ seu in vtroqꝫ cõplet̃ cũ fortioribus
predictis:sil̃r ⁊ in cisti. ¶ Tertia res q̃ ponit studiũ in vita
cõplet̃ cũ ordinatione regiminis in cibo et potu. Et est vt
cibi sint leues ⁊ pingues ex iuribꝰ et carnibus preparatis
cũ subtiliãtibꝰ ⁊ calefaciẽtibus cũ eq̃litate:vt cappares cũ
aceto ⁊ reliq̃ q̃ sciuisti supra. Et potꝰ sit sicut aq̃ in qua ex-
tinctũ sit ferrũ ignitũ multotiẽs et vinũ subtile. Et breui-
ter in alijs rebꝰ appropinquat regimini oppilatiõis epa-
tis. Quarta res. s. accidẽtiũ correctio et ꝓprie duriciei ac
splenis doloris:que nũc dicent̃. Alioꝝ ṽo accidentiũ q̃ in
mẽbris ⁊ toto corpore ꝯtingũt ex ea infra sectione scḋa et
tertia dicet̃:vbi de vnoquoqꝫ capl̃m facięmꝰ appropriatũ.
Sciẽdũ ergo q̃ duriciei splenis cõueniẽtia q̃dã sunt sim-
plicia ⁊ quedã cõposita. Et primoꝝ quedã sunt operãtia
a cõplexione:quedã a ꝓprietate. A cõplexione sunt mol-
lificãtia humida ⁊ tẽperate calida ⁊ vnctuosa:vt fenugre-
cum semẽ lini carice altea ⁊ mucillago eaꝝ:⁊ radi. filicũ et
malua ⁊ radix lilij oleũ amigdalaꝝ dulciũ ⁊ amaraꝝ de li
lio hyssopus hũida ⁊ silia. Unctuosa: vt pinguedines adi
pes oẽs:⁊ ꝓprie galline anatis anseris porci ⁊ vituli ⁊ me
dulle ipsoꝝ:⁊ alia supra i cura apostematis dicta:hec eñ
inuncta mollificãt ⁊ resoluẽdo extenuãt. Operãtia a ꝓprie
tate sũt vrina splenetici q̃ bibita ẽ mirabilis: decoctio nu-
cis cõis vel cipssi cũ aq̃ ⁊ aceto sumpta valet duriciei:⁊ suc
cus caulis cũ succo de passis:et decoctio foliorũ sectaragi
cũ aceto bibita ꝯfert valde. Et scolopẽdria ꝯfert magnifi
ce sumpta cũ oximelle facta decoctiõe foliorũ eiꝰ diebꝰ. xv.
Spica cũ vino bibita ostracũ purũ cum aceto bibitũ:been
qñ bibit̃ cũ aceto mixtũ i põdere.ʒ.ij. acorꝰ ꝯfert grossitiei:
⁊ extenuat ip̃m armoniacũ ⁊ oppoponacũ cum aceto mo-
re emplastri

re emplastri supponit ⁊ bibitũ aceto: viscus cũ calce extenuat splenẽ: hyssopus humida cũ caricis ⁊ baurach cõfert duriciei aristo. cũ melle supiuncta resoluit duriciẽ etiã emplastrũ ex nasturcio cũ melle. Et fenugrecũ emplastratum cũ nitro granũ viride ⁊ ꝓprie albotin cũ des resoluit duriciem. Cortex raphani cũ oximelle emplastratus: si empl̃m ex accalo centaurea valet duriciei bibita et emplastrata: setaragi. j. tapsia linia super splenẽ extenuat sinapis extenuat lactuca asinina cũ aceto comesta ⁊ emplastrata: stercus capraꝝ montanaꝝ ꝓprie emplastrũ succus etiã syrupus ⁊ reubarbarũ emplastratũ ⁊ sices. Dolori aũt ei⁹ conueniẽtia sunt hec: ⁊ betonica cũ ex ea sumunt. ʒ. iiij. cũ melle ⁊ aceto ⁊ sicta. Attendere aũt opꝫ ⁊ naturã splenis propter iuuamentũ eius in cura ⁊ medi. dicte ⁊ que splenis in passionibus ministrant in virtutis vehemẽtia sint illis ꝓportionate.

Galenus.

Ait eñ Gale. nigra cholera potioni non obedit: ⁊ in oppilationib⁹ eius maxime nõ facile ꝑtransibilis: duplici eñ interueniẽte alteratione ac mora in transitu ꝑ arctos ⁊ coartatos meatus periculũ est eaꝝ exolui virtutẽ anteq̃ ad profundũ ei⁹ deueniat q̃ ex naturali cõplexione substãtie ac ꝓprietate substantie inuestigari opꝫ. Que eñ calida sunt cõplexione ⁊ sicca ꝓprietate seinuicẽ trahũt et trahunt: et sic velociter penetrabiles fiunt proprie si adsit substãtie dispõ ⁊ subtilitas: q̃ vo ecõtra: ꝯtrariũ. Cooperatur aũt ars: vt inq̃t hebẽ Mes. cũ tritura ꝑmixtione ⁊ corporis preparatiõe. tritura vt si sint grosse ⁊ solide substantie terant subtiliter sicut alcofol: ꝑmixtione. s. cũ aceto vel syrupo acetoso qḋ facile est pertransibile subtilitate substantie sue ⁊ virtute grossitiẽ subtiliat humoꝝ viscositatẽ: incidit ⁊ poros ripticando exfractat. Corporis preparatione: vt nõ pleno corpore: sed ieiuno vel appetẽti exhibeant: et post fricationẽ vel exercitiũ seu balneũ: vt membris manitis ⁊ calefactis velociter attrahuntur.

Syrupus extenuãs splenem.

¶ Syrupus extenuãs splenẽ ⁊ aperiẽs oppilatiões ei⁹. ℞. epithimi: corticũ radicis capparis: scolopẽdrie: ⁊ fruct⁹ tamarisci: corticis salicis: rubee: ireos: asari: acori. añ. partes eq̃les: decoquant cũ aceto forti: deinde colet: ⁊ cũ zuccaro fiat syrup⁹ acetosus zuccarin⁹ vel mellin⁹: ⁊ bibat. Dosis. ʒ. ij. ⁊ in qualibet dosi sit. ʒ. j. armoniaci. Est eñ mirabilis: adeo q̃ si predicte medicine dent aliq̃b⁹ dieb⁹ bibere porcellis nõ reperit in eis splẽ.

Troci. experti ad oppila. splenis.

¶ Trocisci expertoꝝ iuuamẽtoꝝ in oppilationibus splenis. ℞. rubee. ʒ. ij. corticũ radicis capparis aristo. lõ. ireos añ. ʒ. ij. terant valde ⁊ ꝯficiant cũ oximelle acetoso: ⁊ fiant trocisci aur. j. ⁊ dent cũ aqua absinthij et corticũ radicis capparis.

Trocis. de agno casto.

Dixit Almãsor: si cũ duricie splenis fuerit caliditas: da trociscos ḋ agno casto. si frigiditas: da troci. de cappare. cõfectio trociscoꝝ de agno cast. ℞. se. agni casti se. tamarisci: scariole ⁊ portul. añ. ʒ. v. fiant trocisci. ʒ. iij. cũ aceto de q̃b⁹ det vnus cũ syrupo acetoso.

Alij troci. ad idem.

¶ Alij. ℞. folioꝝ raphani recentiũ: corticũ radicis capparis: fructus tamarisci: scolopendrie: squille assate: piperis alb. añ. partes equales: informent ex eis troci. aur. ij. dosis. j. cũ syrupo acetoso.

Syrupus ad antiq̃s oppi. sple: nis et viscerum.

¶ Syrupus ex inuentione nr̃a ꝯtra antiquas oppilationes oĩm viscerũ: ⁊ splenis rectificat ea. ℞. absinthij radicis ireos centauree minoris scolopendrie radicis capparis ⁊ fruct⁹ ei⁹ fruct⁹ tamarisci eupatorij hasce. hyssopi mõtani añ. ʒ. ij. aristo. lon. ⁊ ro. corticũ fraxini dictami floꝝ camomille anisi. añ. ℥. j. ellebori ni. ʒ. j. ß. mast. serapini galbani oppoponacis lapidis lazuli ꝑparati squãme ferri myrrhe electe gũmi hedere laudani añ. ℥. j. gar. cubebe macis galãge cinamomi añ. ʒ. iiij. cũ q̃b⁹ aromatizet syrupus. In fine decoctionis sue adde epithimi sene agarici. añ. ℥. ß. succi radicũ ebuloꝝ succi cucumeris asinini añ. li. j. magnetis. ℥. j. aceti. ℥. iiij. zuccari li. iiij. dosis ab. ℥. ij. vsq̃ ad. iiij. cũ aq̃ scolopẽdrie ĩ stomacho vacuo qñ itur dormitũ: ⁊ maxĩe q̃ñ oppilatio fuerit infixa cũ diuturnitate tẽporũ in mẽbro: sanat eñ hec medicĩa: si xp̃s voluerit.

Pilule oppila. epatis et splenis resoluentes.

¶ Pilule resoluẽtes oppilatiões epatis splenis et ad principiũ hydropisis. ℞. rauedsceni. ʒ. v. armoniaci serapini bdellij añ. ʒ. viij. lacce. ℥. j. oppoponaci. ʒ. iiij. mezercõ. ʒ. v. turbith spice polij aloes. añ. ʒ. v. mast. ʒ. ij. oĩm myroba. añ. ʒ. iiij. lapidis lazuli abluti epithimi ellebo. ni. salis indi añ. ʒ. ij. pigre. ʒ. x. dissolue gũmas ĩ vino ⁊ informa pilulas. Dosis. ʒ. ij. cũ sero. Et hi põdus cibi qḋ sumũt hodie sumãt cras. Dixit Gal. egritudines melãcholice nõ nisi forti medicĩa curant: qm̃ melãcholia nõ obedit ei. Dixit afraym: aq̃ in q̃ decocta est radix iris remouet oppilatiões oĩno antiquas et est fortis opationis. Dixit Abo. decoctio absinthij cẽtauree minoris est medicina maxia in remouẽdo oppilatiões splenis. Educit eñ vtraq̃ cholerã ⁊ maxime adustã: apit vias adequat materiã ad expellẽdũ: ⁊ fortasse ꝯfortat mẽbra mittẽtia materiã in valoiẽ oppilatiõis. Et est de intentione rei scḋe: vt stomacho ⁊ epati ꝯferat.

Puluis lauda. pro cibis.

¶ Dixit Democrit⁹. fructus hedere folia ⁊ gũmi ei⁹ a ꝓprietate remouẽt oppilatiões epatis ⁊ splenis antiq̃s. Et fit ex puluere scetaragi puluis laudabilis q̃ assumit in cibis oĩ hora. ℞. pulueris ꝑdicti. ℥. ij. anisi. ℥. j. limature argẽti. ℥. ß. auri boni. ʒ. iij. limature eris albi. ʒ. j. magnetis. ʒ. ij. gar. cubebe macis zinzi. gũmi hedere añ. ʒ. j. zuc. li. ij. dosis. ʒ. ij. Et suꝑbibat parũ post parũ vini antiq̃. Et ẽ medicamẽ regũ: ⁊ magnoꝝ dñoꝝ. Respicit eñ cor ⁊ mẽbra principalia: ⁊ generat gaudiũ: ⁊ est medicamẽ diuinũ ĩ remouẽdo oppilatiões.

Medi. resoluens splenẽ durum.

Medicamẽ magnũ resoluẽs splenẽ durũ ⁊ attenuãs eius magnitudinẽ ⁊ grossitiẽ. ℞. armoniaci. ʒ. iiij. floꝝ camomille aneti tamarisci añ. ʒ. j. radicũ capparis carui granoꝝ balsami tamarisci rubee añ. ʒ. ij. squille assate. ʒ. iij. scolopẽdrie aristo. ro. añ. ʒ. ij. Cõficiant cũ melle: ⁊ dent ex eo ʒ. iij. cum aceto sic tẽperato spatane. ʒ. ij. mittant in. ℥. vij. aceti bõi: ⁊ buliant vsq̃ ad quartã. sit dosis mediocris a ʒ. ij. vsq̃ ad iij. cũ. ℥. ij. ipsi⁹ aceti in hora dormiẽdi. Egredit ꝟtus hui⁹ medicaminis vsq̃ ad ꝓfundissimas et abscõsas materias hui⁹ mẽbri melãcholicas: ⁊ violẽter opatur attenuat ⁊ ꝯsumit materias rebelles ⁊ sepultas.

Aboa.

Dixit Abo. accipe vespertilionẽ ⁊ decolla ⁊ exicca ipm̃: ⁊ ꝯtere: ⁊ accipe ex eo quãtũ tolerãt tres digiti: aut accipe septẽ vespertiliões pingues ⁊ decolla eos ⁊ exicca ipos: ⁊ pone eos in vase vitreato submersos cũ aceto forti ⁊ luta: ⁊ dimitte in fumo clauso. Cuꝫ ergo decocti sũt depone vas extractũ donec infrigidet. Et deinde extrahe eum ⁊ dissolue digitis in aceto: ⁊ sumatur ex eo oñi die in potu põdus. ʒ. ij. ⁊ est sana ⁊ expta medicina. ¶ Inq̃t Abo. empl̃a vnguẽta ⁊ olea sunt ex ꝯueniẽtibus medicinis egritudinib⁹ splenis ꝑdictis. ¶ Medicina ꝟo ⁊ electuariũ illoꝝ est qm̃ qñq̃ q̃dẽ sumit ex simplicib⁹ ꝑnarratis: puta q̃ fit empl̃m de stercore ouiũ cũ aceto vel stercore capraꝝ montanaꝝ cum aceto: ⁊ qñq̃ ex fece ipius aceti: qñq̃ fit euaporatio cum ipo. Et qñq̃ fit cataplasmatio cuꝫ filtro infuso in aceto tepido. Et qñq̃ sumit stercus vaccaꝝ herbas pascentiũ ⁊ exiccat: deinde coquit cũ aceto: ⁊ fit emplastrũ bonum. Et qñq̃ puluerizat super ipsum sulphur citrinum. Et emplastrũ cum flore eris est mirabile. Et ex eis que propinqua sunt equalitati est sicla decocta cũ aceto: ⁊ sic radices altee. Et qñq̃ fiunt vnguenta ex armoniaco ⁊ stercore ouium ⁊ aceto ⁊ oleo rutaceo. Et olea sunt de amigdalis amaris de se. agni casti: de granis narcisci aut alchanne aut fraxini: ⁊ qñq̃ fiunt cõposita ex predictis: vt est marã basiliconis: ⁊ marã Ga. ⁊ marã factũ de radice cappa. infusa in aceto dieb⁹ tot donec lenificet: deinde exiccet: ⁊ fiat marã ex ea cũ cera ex oleo de alchanna: aut assumat nigredo vasis de ere: et fiat ex ea cũ farina ord. ⁊ aceto ⁊ syrupo acetoso emplastrũ: qm̃ est vltimũ.

¶ Euaporatoria experta ꝓm Alchindũ. ℞. rute corticum radicũ cappa. absinthij calamẽti origani añ. partes equales decoquant in aceto: ⁊ infundant frusta filtri: ⁊ exprimatur ⁊ applicent. xx. vicibus: ⁊ cũ infrigidant auferant. Itẽ si dominat caliditas euaporet splen cum vapore aceti in lapide crudo: ⁊ ipm̃ filtrũ infusum in aceto calido applicetur super splenẽ. Et proprie si decocta sit salicis cortex vel ruta ⁊ proprie in balneo. Euaporatio ad ventositatẽ ⁊ inflationẽ splenis ⁊ etiam apostemantẽ in aceto bulliãt cortex capparis radicis ruta agnus castus: calamentũ armoniacum: ⁊ spica: ⁊ infusum filtrũ frequenter applicet: ⁊ est rasis.

Trocis. ad splenem.

¶ Cõfectio trocis. ad splenẽ cũ caliditate. ℞. razerich. ʒ. v. lacce reu. succi eupatorij anisi spice mast. añ. ʒ. j. detur cũ decoctione radicũ: ⁊ sunt rasis.

Empla. ad splenẽ.

¶ Confectio emplastri ad splenẽ cũ caliditate. ℞. ligni salicis et folia eius tamarisci extremitates mirthi ⁊ cypressi: ⁊ ꝯtere ⁊ misce cũ aceto vini: ⁊ est rasis.

Empl. ad duritiem sple.

¶ Empl̃m ad duriciẽ splenis ⁊ ventositatẽ. ℞. folioꝝ ru. ʒ. x. nitri mẽtastri sicci añ. ʒ. iij. armoniaci. ʒ. vij. armoniacũ dissoluat in aceto vel vino: ⁊ cũ cera cõpressa fiat emplastrũ ⁊ superponat: ⁊ est almansoris.

Decoctio experta ad sple.

¶ Decoctio Serapionis ad splenẽ experta. ℞. folioꝝ capparis: ⁊ terant cum aceto: et exprimat ex eis quãtitas. ℥. ij.

Pro pueris. que bibant: et detur tribus diebus. Sed pueri sumant ex eo postquam expressum fuerit sine aceto. ¶ Alia sagassara et est alselesit equalis ei teratur et exprimatur: et detur ex succo eius equale ei et detur in potu etiam. ʒ. ß. armoniaci cum aqua raphani et misceantur cum aqua raphani quod expressus fuit quod sit equale ei de sisamo et teratur: et fiat emplastrum ex eis super splenem tribus diebus: expertum enim est. ¶ Dimach Serapionis valens ad duritiem splenis et stomachi: et confert ad reliquas exituras et apostemata calida in eis. ℞. bdellij armoniaci ana. ʒ. j. caricarum. v. fabarum: passularum enucleatarum ciceris: melliloti: fenugreci: et seminis lini: camomille: aluminis: farine lupinorum ana. ʒ. ß. olei rute et camomille quantum necesse est. Infunde ficus in meibutegi et aceto die et nocte: et teratur valde et misceatur cum medicinis: soluatur que soluuntur cum meibutegi in quo infudisti ficus: et rectifica illud et administra ipm. ¶ Aliud. armoniacum soluatur cum aceto forti donec fiat sicut alcac: line ipm super pannum et epithima. ¶ Aliud. sumatur myrrha bdellium armoniacum thus equali pondere et soluatur cum aceto forti epithimentur. Similiter abscindatur charta secundum quantitatem splenis: et liniatur super ipsam fauus mellis: et pulueri zetur super ipm sinapi humectatum non tritum: et epithimetur cum eo nocte vna. ¶ Unguentum expertum ad dolorem et oppilationem splenis et duriciem eius et dolorem matricis. ℞. bdellij: masticis: galange: armoniaci: aloes: colophonie: mellis comis ana. ʒ. j. terebenthine. ʒ. ij. serapini: storacis liquide ana. ʒ. viij. cere citrine. ʒ. iij. succi ciclaminis et absinthij ana. lib. j. olei camomillini li. ß. terantur terenda et conficiantur et emplastrentur continue: mollificat enim et resoluit et rectificat complexionem eius.

Empla. ad sple.

Unguentum expertum ad dolorem splenis et matricis.

¶ Dixit Diosco. ciclamen secundum omnem modum administrationis est medicina probatissima in soluendo oppilationem splenis et mollificat et resoluit et attenuat. Et succus eius cum tantundem aceti mollis: et cere partes. iiij. bulitis usque ad spissitudinem est medicamen expertum valde in antiquis oppilationibus. etc. ¶ Antidotum ad splenem probatissimum. ℞. radicis enule campane: raphani maioris ana. ʒ. ij. mediane corticis tamarisci. ʒ. ij. foliorum eiusdem. ʒ. ß. betonice: sisimbrij ana. ʒ. ß. limature ferri. ʒ. iij. mellis quod sufficit: sumatur bis vel ter in die adde spice. ʒ. j. nemine fefellit vnquam: et puluis tamarisci cum spica et cinamo. etc.

Electuarium expertum ad sple.

¶ Capitulum. iij. de apostematibus splenis et tumore eius.



Apostema splenis est tumor preter naturam eueniens ei. Eius autem species sequuntur numerum materierum ad modum apostematum contingentium in epate et similibus membris: sed plurimum est melancholicum durum propter causam superius in principio dictam. Et quandoque est phlegmonicum quod est: quia in eo sunt arterie et vene continentes sanguinem qui preter naturam influens et in substantiam splenis collectus phlegmonem facit. Et aliquando est phlegmaticum molle: sed raro propter phlegma grossum aggregatum in epate ex indigestione: vel membro catarrizante illi per poros occultos: ad eius molliciem adiuuat substantia eius mollis: et cum calefiat simul cum melancholia a tepida caliditate accidente ei fit ventosum si colligatur. Si vero in vacuo sit diffusa vel interclusa facit inflationem. Cholericum vero rarissime accidit: cholera enim si superexcrescat in epate transmittitur ad cistim non ad splenem. Oppilatione vero in poro cistis contingente: vt non possit transmitti habilius transit cum sanguine per venas quam in splenem mittatur splene repugnante illi et natura sui ignea que de centro ad circumferentiam semper mouetur. Et si per venas et arterias transeat in illis obtunditur et alteratur: inspissaturque splenis frigiditate et humoris melancholici in eo contenti: quare non remanet cholericum: sed transmutatur in durum. Cause eius sunt note ex dictis hic et supra de apostemate epatis cui delatorie seruit. Et ex causis eius est flebotomia plurima: et conuenientia circumstantiarum est causa exterior. Et quandoque fit permutatione apostematis epatis cum eius materia transfertur in splenem: et est melius quam si econuerso fiat. Et quandoque confortatur splen subito et educit eius materiam feculentam et euadit infirmus. Et eius eductio est quandoque per fluxum sanguinis naris sinistre: quandoque per vomitum: quandoque licet raro per vrinam: et quandoque per secessum. Et signa eius absolute sunt signa oppilationis superius numerata: sed sunt cum dolore grauatiuo propter tensionem suspensorij: quare extenditur vsque ad furculam: et compatitur diafragma: ex quo sequitur malitia in anhelitu: et fit velox frequens et interceptus: sicut accidit pueris quando plorant: et est cum melancholia: et quandoque cum risu. Et cum est phlegmonicum est minus durum cum inflamatione et fe. et maiori dolore. Et magis cum est cholericum: et est cum alienatione: eius autem quod est phlegmaticum signa sunt predictis opposita. Ventosi vero signa sunt absque grauitate: et cum premitur tactu resistit illi et sonat. Cura apostematum splenis ex cura oppilationum ipsius et apostematum epatis innotescit. Curam ergo illorum prosequere secundum illorum intentiones et modos. Et compleas cum appropriatis simplicibus et compositis que sunt descripta ibidem. Et ex appropriatis in apostemate calido est alumen: in eo enim est incisio aliqua cum qualitate equali et stipticitas et virtus frigiditatis: quare oportet vt misceatur cum medicinis eius apocrusticis et resolutiuis. Et acetum etiam est ex illis: et aqua foliorum salicis et foliorum algarab: et aqua portulace et capil. vene. humidi. Et sumere in potu de semine portulace. ʒ. j. cum aceto arnoglosse exiccate et puluerizate omni die coclear. j. et alia que a proprietate operantur frigida supius numerata.

Cause.

Signa.

¶ Capitulum. iiij. de speciebus icteritie.

Icteritia: vt dicit Abo. est alteratio coloris corporis feda. Est autem triplex: citrina nigra mixta seu viridis. Et causa eius est quadruplex secundum quatuor actus interuenientes ad eius causalitatem seinuicem ordinate habentes sicut causa ad causam et sunt immediata mediata: magis mediata: et remota. Immediata secundum Gale. est effusio cholere in toto corpore et precipue in cute: nec mirum cum cutis secundum eum sit membrum ordinatum ad receptionem superfluitatum corporis totius: est quoque illius effusio quandoque cretica: quandoque syntomatica: et siquidem sit cholere citrine: facit citrinam: si vero nigre: facit nigram: si vero vtriusque mixtam seu viridem operatur. Cum enim miscentur duo humores citrini coloris et nigri viridis resultabit color: vt dixit Abo. nec erit tertia species simplicis icteritie: licet sit tertius humor qui naturaliter per venas vadit cum sanguine: phlegma scilicet albo colore dicente Hip. in apho. Si albo phlegmate. Tale enim phlegma est naturale quod a sanguine non sequestratur: nec sub propria forma in alteratum transeat in cutem: vt proprium imprimat colorem in ea sicut color vterque facit. Et si phlegma innaturale a sanguine separetur: quandoque illud tamen propter sui viscositatem et grossitiem non bene est effusibile per vniuersa corporis membra et cutem sine sanguine: quare totam cutem dealbare non potest: licet interdum diuersus et circumscriptus in aliqua parte cutis illam dealbet et morpheam albam operatur sicut melancholia nigram: que differt preter hoc ab icteritia: quoniam morphea ex errore tertie digestionis fit et membrorum eius. Icteritia vero ex errore secunde et membrorum ipsius. Et si quandoque colorem pallidum et plumbeum in vniuerso corpore imprimat innaturale facit superexcresces in sanguine: et effusum cum eo in totum et cutem illud est: quia in sua superexcrescentia non separatur a sanguine: vt transiens in cutem proprium: et per se colorem imprimat in ea: sed mixtus cum eo ipsius calorem obtundit ita quod alteratum cum eo in natura membrorum cutis colorem pallidum et plumbeum reddit: qui et si non sit naturalis: tamen non est fedus: vt color icteritie cum non tantum a naturali recedat: quare icteritiam facere non est dictum. Et in summa phlegma quodcunque non efficit icteritiam albam: licet sit album cum icteritia: vt dictum est: sit alteratio coloris corporis et cutis totius feda: ipm phlegma corpus totum et cutem alterare non potest: et si alterat totam ipsius alteratio non est feda. i. multum recedens a naturali: sicut est citrina et nigra: vt possit icteritia dici. ¶ Causa mediata eius est effectus mundificationis illorum humorum a sanguine in venis et epate: vt superius dictum est. ¶ Causa magis mediata est debilitas in membris: et oppilatio in vijs: et in materia cholere multitudo in membris. s. cisti quantum ad citrinam: et in splene quantum ad nigram: et in vtrisque quantum ad viridem. Remota causa est quelibet egritudo debilitans ipsa in attractione et epar in expulsione et proprie mala complexio quelibet: vt supius dictum est in epatis debilitate et apostemate. In poris oppilationis causa est nota ex causis predictis in materie quantitate multa seu illorum humorum: et magis quam per illa membra mundificari possit. Talis secundum Gale. est duplex interior scilicet et exterior. Interior est duplex. s. materialis. s. cibi et potus: qui sunt acuti vnctuosi et dulces in vtraque vel melancholici et grossi et terrestres in nigra. Et efficiens: vt complexio calida multum epatis multiplicans choleram citrinam in citrina vel calida multum a dures valde et choleram nigram multiplicans in nigra: vel complexio totius corporis et membrorum calida multum sanguinem in choleram citrinam permutans in citrina: vel in nigram per adustionem suo superexcessu

Icteritia triplex.

Cause.

Quare non fit a phlegmate.

Phlegma non facit icteritiam albam.

suo superexcessu in nigra icteritia vel frigida valde totius z epatis ipm sanguinē cōgelās z denigrās: q̄ veniēs ad cutē nigrā icteritiā opat̄:lȝ causa hec sit rarissima:z cū adsit in epate poti⁹ egestionē nigrā qualis ē sanguis nigrescēs q̄s icteritiā operat̄ ꝑpter grossitiē sui nō bene effusibilē in circūferentias cutis:sed petentē potius centrū:z intestinorū intimū ꝑpter grauitatē. Et cū acciderit: nō resoluitur eius materia cito:z est timorosa. Exterior est coadiuuans z est per se z per accidens:per se oīs circūstantia cōsiſis calida vel frigida cooperās ad generationē illoꝝ humoꝝ:ꝑ accidens est dispō tpis aeris regionis z similiū:frigida et sicca que calorē remittūt z fortificāt in interiorib⁹ ignēdo: vnde humorū predictoꝝ sequit̄ ex predictis cibis gn̄atio z poros cutis constipāt non tm̄ q̄ per hoc intranspirabiles illos reddat humores:q: sic febrē accenderet: sed quod ad eorum retentionē in cutis substantia operet̄: vt in hyeme z borea z in regionibus silibus est videre. Uel est sumptio veneni seu morsus aīalis venenosi:et proprie ipū sanguinem z humores corporis z mēbroꝝ corrūpentis z in citrinum colorē z viridē cōuertētis:qui peruenientēs ad cutim citrinā operat̄ vel viridē icteritiā. vn̄ Gal. ait. Redeamus igitur ad epar:z videamus:an in omni tpe epar icteritia existente patiat̄:z an sit ad hoc accidēs operās. Dico ergo q̄ multotiēs epate salubri existēte: videm⁹ cholerā rubeā diuidi z extra cutim exire hoc est ꝫm chrisim. Itē sine chrisi sanguinē cōspicimus in cholerā mutari cū ex pessima et aliena corruptione corrumpit̄ sicut ex morsu reptiliū venenosorū:quēadmodū vidi regis ministrū:cuius officiū erat tyros capere quondā tpe a tyro morsum fuisse qui tardās sumere medicinā solutiuā mutatus est in colorem prassij. ¶ Signa. species icteritie vnaqueq̄ per se visui nota est: cū sit mēbri exterioris coloratio feda:cuius visus est iudex proprius. ¶ Causarū ꝟo signa que sunt occulte opȝ subiungere distincte z ꝑprie remotaꝝ interioꝝ:que lȝ sint posteriores in ipsius impressione:priores tn̄ sunt in curatiōe. Eis em̄ ablatis ꝓmpte fit mūdificatio sanguinis:cessatq̄ effusio cholere:z feda cutis coloratio fiens necnō et facta

Galenus. cessabit facile. Inquit em̄ Gal. Qđ prius est in intētione posterius est in operis executione:z ecōuerso recto curationis ordine ꝓcedendo. Hoc aūt dixit:q: inutilr̄ q̄s ꝓuidebit febribus z etiā alijs dispōnibus:nisi prius meminerit cause:cuius cognitionē cura cōfestim sequit̄: vt dictuȝ est. Si igit̄ cā ei⁹ sit egritudo quelibet:z maxime oppilatio quecūq̄ mala z debilitas z frigida z humida z attractiua cistis:z etiā splenis ꝯiecturādo cognosces ex signis predictis dispōnes epatis:quas plurimū sequit̄ cistis:ꝓpter affixionē et splen ꝑpter colligantiā : et vtraq̄ ꝑpter seruitiū egritudinis debilitātis epatis expulsiuā. Signa ibidē habuisti:ipsius ergo p̄ntia cū priuatione signoꝝ subsequētium causaꝝ indicāt illā. Signa ꝟo distinguētia inter debilitatē attractiue ipsoꝝ z sequestrationē epatis sunt:nam debilitatē attractiue illoꝝ absq̄ debilitate expulsiue epatis significat pauca tinctura egestionis z minor solita naturali:z minor tinctura vrine cū precessione egritudinum cistis z splenis z absq̄ egritudine epatis. Debilē sequestratiuā epatis absq̄ debilitate attractiue illoꝝ mēbroꝝ significat antecessio egritudinū epatis cū lesione in alijs operationib⁹ eius z tinctura in egestiōe:z vrina minor solita. Et qn̄q̄ sūt sanguinolēte sicut lotura carnis: z sequit̄ cacesia: deinde hydropisis. Si ꝟo sit cā eius oppilatio in poris ꝑ quos trahūt z transmittūt supfluitates:signa erūt egestio alba z ꝯstricta in citrina nō necessario in nigra: et vrina citrina vel nigra:et color obtusus in icteritia et subito euenītes. Signa ꝟo specierū z modoꝝ oppilatiōis ex p̄dictis in epate z splene sunt manifesta. Signa quoq̄ distinctiua oppilatiōis poroꝝ ex dictis in oppilatione epatis sūt manifesta cū predictis oppilatiōis ipsoꝝ signis que pcipies absq̄ signis precedētis z sequentiū causaꝝ. Si ꝟo in causa sit materia:z multa quātitas cholere cuius cā materialis sit cib⁹ z potus scies ex relatione infirmi z astantiū. Si ꝟo in cā efficiēte sit culpa que est alia cōplexio calida multum epatis multiplicās cholerā citrinam vel nigrā: signa erūt que supius dicta sunt in mala cōplexione epatis calida:z est paulatim eueniēs:z cum hoc videbis in citrina citrinitatē maiorē: z in nigra maiorē nigredinē vrinā quoq̄ rubeā vehemētis rubedinis donec ad rubedinē trahat:et pannū taliter tingat:vt vix remoueri possit:z silr̄ egestionem. Et oīa exeūtia per nares z sudores quasi citrina in citrina vel nigra in nigra vel mixta ex vtrisq̄ seu viridis in viridi z cōmixta. Et si quidē sit ex mala cōplexione multū calida totius corporis z mēbroꝝ ex tactu mēbroꝝ corporis z cutis calido inflāmato et venaꝝ rubore z pruritu: z erunt in colore icteritie:z modo veniēdi mediocres tūc z vrina z egestio naturales vel quales in pricipio. Cholera em̄ multiplicata in mēbris tēdit de sui natura ad circūferētias cutis nō regurgitat ad interiora cū epar cū suis emūctorijs saluū existēs egestionē et vrinā naturales tūc operet̄:lȝ in processu cōtingat mutari:z est significatio bona:q: epatis sanitatē ostēdit:quare hydrops nō timet̄. vn̄ Hip. Icterici nō valde inflati fiunt. Et ex his specierū causaꝝ ipsius icteritie nigre z citrine sunt note. Et erūt cū priuatione signorum precedentiū causaꝝ. Et silr̄ si sit causa mala cōplexio epatis frigida vel totius corpis z mēbroꝝ ex signis ꝯtrarijs predictis cognosces. ¶ Causaꝝ ꝟo exterioꝝ que per se sunt:sunt manifesta cognitis eis etiā que ꝑ accidēs cāe fiūt. Et siquidē sit venenosa si ab aīali est morsus ostendit seu pūctio:si ꝟo assumptiōe veneni significat ipaȝ pterita suspitio:z sanitas et bonitas humoꝝ aduētus illi⁹ subito cū priuatione predictaꝝ causaꝝ:atq̄ egestiōis: z cū vrina mordicali vel fisticali:sicut ireos proprie vel in colore sili eruginis eris vl̄ succo porri ꝫm diuersitatē cōplexiōis ipsi⁹ veneni z specierū icteritie. Signa ꝟo ipsaꝝ ex cretica vel syntomatica effusiōe cholere ꝓuenientiū sumi p̄nt ex precedētibus cōcomitātib⁹ z sequētib⁹. Ex precedētibus quidem:nam creticā precedit egritudo acuta epatis vel splenis apta terminari per eā nec sit subito sed precedentib⁹ signis digestiōis:z alijs signis bone chrysis. Ex cōcomitantibus:q: est eū bona tolerātia:cū fit ante statū: sed in statu z in die cretica q̄ post. vij. nō ante nisi in corpore calido:et regione calida vt est regio Auer. Et non cū duritie hypocūdrij dextri:immo cū bona dispōne ipsi⁹. vn̄ Hip. Icteritia añ. vij. mala. in. vij. ꝟo z. xj. bona si dextrū hypocūdriū nō dur̄ fiat. Ex ꝯsequētib⁹:q: cesset egritudo:z vt⁹ ꝯfortet̄. Inqt Hip. Si q̄lia opȝ purgari purgent̄ ꝯfert:z bn̄ ferūt:si ꝟo non:ꝯtrariū. Sed syntomaticā ꝯtraria predictis signa ostendūt. ¶ Cura icteritie syntomatice:vt ex predictis est habitū est due res. prīa est causaꝝ ablatio. scđa est ipius alterationis cutis fede facte ad naturalē ꝑmutatio. ¶ Primā rē cōplet ꝑprie que cās debilitatis cistis et splenis attractiue auferūt. Causas quoq̄ debilitatis sequestratiue epatis z venaꝝ siue sint de genere male cōplexiōis cōpositiōis solutiōis vel apostematis:q̄ oīa in cura epatis z splenis tradita sunt. Inqt aūt Abo. si fuerit cā icteritie i epate z felle curet̄ cū regimine p̄dicto in debilitate epatis: naȝ cura ipius fellis est illa vel ea:q̄ oppilationes poroꝝ cistis fellis aperiūt cās eaꝝ auferēdo: quecūq̄ sunt q̄ oīa supi⁹ in cura oppilationis epatis z splenis tibi nota fecim⁹. Et ex ꝑprijs est cuscuta q̄ fellis oppilationē aperit et epatis: z etiā oīa amara que q̄m aperiūt z abstergūt curant icteritiam. Dixit Abo. ex cōuenietibus attenuatorie ex siccitate quā significat corporis ariditas est administratio lenificātiū z subalterantiū calidā sicut mucillagines frigide z sicut sebesteu:z similia cum oleo amigdal. Si ꝟo fuerit ex nascentia rei alicuius non extimo q̄ sit cura:si ꝟo fuerit ex apostemate cura est cura illius. In coartatorio azinitar ē ex meliorib⁹ medicinis icteritie. Et debilior ista est in qua oppilatio est in meatu cholere. Et qn̄ cū oppilatiōe ē feb. tūc atriplices sunt boni valde:q̄m sunt aperitiui:et extinctiui:et silr̄ radix lactuce de q̄ sumant̄. ʒ. ij. cū melle:silr̄ aq̄ cuscute endiuie lactuce z myrti cū rotulo casief. z oleo amigdalaꝝ dulciū z amaraꝝ. Et ex appropriatis in oppilatione eius est reubarbarum. hypericō capil. veneris olibanū rubea tinctoꝝ añ. partes equales. de q̄b⁹ det̄. ʒ. j. cū aqua fenicu. gentiane:aristologie. costi:polij:cētauree: z similiū si nō sit fe. ¶ Serapio ait:z ꝯfert in hac specie icteritie vomitus:fortasse em̄ aperit̄ oppilatio ꝑpter motū ei⁹ impetuosum. Clysteria quoq̄ ex polipodio epithimo et thimo in nigra z absinthio endiuia malua:z violis in citrina vel ea q̄ malā epatis cōplexionē calidā vel frigidā valde alterāt z ꝑmutāt:q̄ etiā supra in cura ipius diximus vel toti⁹ corporis z membroꝝ cōplexionē malam calidā adurentē que ibidē etiā tetigimus. Et ex eis ꝑprie est balneum vnt

Balneū.

5. Apho. 32.

4. Apho. 63. et. 64.

Cuscuta fellis oppilationē et epatis aperit.

uersi corporis cū aquis dulcib⁹ ex frigidis mollificātibus
⁊ rarefaciētib⁹ nō stipticis q̄ densando poros inflammāt
qualia sunt viole malue lactuce attriplices mellilotū co-
riandrū solatrū acetosa: ⁊ silr̄a. Ex eis est alterare epar cū
ceroto vel epithimate de sandal'. Et cū syrupo de endiuia
trociscis de cāphora de seminib⁹ cōib⁹: et frigidis. Ex ele-
ctuarijs diarodō ⁊ triasandali: ⁊ cū seminib⁹: ⁊ succo frigi-
daꝝ herbaꝝ: ⁊ alijs frigidis aperitiuis appropriatis q̄ su-
peri⁹ dicta sunt: ⁊ alterare etiā cū frigidis appropriatis su
Galenus. pra: in cura ipius enarratis: ait em̄ Gal'. cū cor et epar est
frigidū: totū corp⁹ frigidū erit. Et vrina rectificabit' ⁊ icte-
ritia cessat: vel q̄ frigidā cōplexionē toti⁹ corpis mortificā
tem alterāt ⁊ calefaciunt: ⁊ etiā epatis: que sunt ex calidis
numeratis ibi in cura epatis interi⁹ ⁊ exteri⁹ approximā-
dis. Opȝ aūt ne subito approximent': sed paulatim ⁊ cū ca-
liditate nō sup̄flua adustiua ⁊ talr̄ approximata calorē na
turalē debilē existētē i eis resoluūt. Regiminis quoq̄ re-
ctificatio in cibis ⁊ potib⁹: ⁊ alijs nō naturalib⁹ reb⁹ fit ita
ꝙ in ꝯtrariū vertat' dispōni materie ⁊ mēbroꝝ habētium
ipam gn̄are. Et caro ericij est iuuatiua valde ꝓpter forti-
tudinē ꝓuocatiōis mūdificatiōis ⁊ ꝯueniētie sue ad epar.
Et ex regimine lauāte fel ⁊ remouēte putrefactionē eius ⁊
ingrossante illud qđ est in eo: ⁊ est vt cibet' in frigidis pane
nō azimo sale trito ⁊ endiuia plurima. vij. dieb⁹. Et si qdē
sit a cā venenosa: cura est ea ⁊ cū his que supra in cura egri
Qualr̄ cu tudinū cordis ex silr̄ cā diximus. Gal'. aūt dixit: cum aūt ad
ret' icteri- me veniret q̄ punctus fuit a tyro: ⁊ cām passionis narra-
tia ex mor ret: iussi eum tyriacā assumere: qua sumpta in pauco tpe in
su aīalis naturalē redijt colorē. Post ipam autē dixit Aboali: bibat
venenosi. patiens aquā maloꝝ macianorū granatoꝝ succū endiuie
portulace mucillaginū berberis: ⁊ oīa in qb⁹ est infrigida-
tio cū virtute tyriace ⁊ cordiali. Et in ipa iam expert⁹ sum
cum accidit in principio ⁊ proprie cū venenū est ibi bibitū:
⁊ bibat lac assidue cū oleo amigdalino. Et ex regimine cō
ueniēte ⁊ cōi syntomatica: quacūq̄ cuius p̄missa est cura.
Et est vt iuuet' cū ꝓuocatione fluxus vētris ⁊ sudoris ⁊ cō
Qualr̄ nō fortatione nature. Inqt Gal'. icteritia an̄. vij. mala nisi cū
oīs icteri- de vētre nimia humiditas exierit. Abo. quoq̄ dixit: icteri-
tia an̄. vij. tia an̄. vij. mala nisi succurrat' fluxu vētris: aut sudore natu
est mala. rali: ⁊ natura sit fortis: illud tn̄ ꝯsideratione indiget quē-
admodū de fluxu vētris in pleuresi: ⁊ vomitu in principio
Hippocr. dixim⁹. Si ṽo cretica sit dimittat' nature. Inqt em̄ Hipp.
ea quoꝝ crisi fit aut facta est nō mouere opȝ neq̄ nouū fa-
cere: sed sinere. ¶ Scđam rē ꝯplēt q̄ materiā cholericā in
poris ⁊ substātia cutis imbibitā resoluūt ⁊ abstergūt: ⁊ la-
uant: ⁊ sic ipm̄ ẜm naturalē colorē dimittūt. Quoꝝ quedā
sunt illā cōplētia a ꝓprietate: quedā a cōplexione: a cōple
xione resolutionē cōplent exercitia tēperata fricationes ⁊
ꝓprie cū aquis ⁊ oleis ex resoluētib⁹ materiā subcutaneā:
vt est camomilla: ireos: ⁊ ꝓprie anetū: ⁊ sudorē ꝓuocantia
que in cura epatis in vniuersali dicta sunt. Abstersionē cō
plent vnctiones cū fricatione ꝓprie ex acetositate citri aq̄
aceto: felle: se. melonis: ⁊ aq̄ cucumeris ⁊ aq̄ ⁊ aceto: ⁊ alio-
rum abstergentiū frigidoꝝ si adsit febris: vel calidoꝝ: si nō
adsit: quoꝝ summā in de decoratiōe infra faciem⁹ annuē-
te xp̄o. Lauationē cōplent balnea naturalia ⁊ artificialia
ex aquis dulcib⁹ ⁊ decoctione attriplicis sicle tribuli endi
uie capil. veneris cuscute aneti: ⁊ similiū in citrina. In ni-
gra ṽo cū epithimo thimo boragine et buglossa sene ⁊ si-
milib⁹ immixta cū vtrisq̄: verūtamē ante introitū balnei
opȝ vt sumat' aqua decoctionis sparagi: cicerū an̄. M. j.
que decocta sit in vase vitreato cū. v. vesij aque: ⁊ sit cū vi-
no mixta si nō sit fe. si ṽo adsit: sola bibat'. Et silr̄ aq̄ cuscu-
te cū se. apij et zuccaro tabarzet: ⁊ si bibat' ex ea sacratal. j.
est iuuatiua valde: verū particularia balnea seu lauatiōes
sunt cōueniētia oculis ⁊ citrinitati ipsoꝝ cū sup̄fluit cū sit
eis nociua. Et sint cū aq̄ feni. chelidonie: vsnee: rute: vel cū
aqua tribuloꝝ ⁊ memithe: solatri: coriādri: et fructuū frigi
doꝝ habentiū virtutē abstersiuā iā dictoꝝ: ⁊ submergunt'
De sternu etiā oculi in ea. Et ex cōueniētib⁹ eis est sternutatio ꝓuo-
tatione. cata ẜm diuersitatē dispōnis cū calidis: vt est succus folio
rum nasturcij prassij: aut ciclaminis sicut est vel coctū vel
infusum in lacte mulieris deinde i mane exp̄ssum: aut suc-
cus radicis raphani vel folioꝝ ei⁹ vel cū parū calidis: vt ē
succus sicle: vel cū succis frigidis: vt est succus semp̄uiue ⁊
acetū ipm̄ qn̄ sugit' naribus: ⁊ tenet' hora vna. Et stet infir-
mus in pila balnei: qm̄ est bona curatio: motu em̄ cholerā
de oculo excutit: ⁊ p̄ nares deriuādo educit. dicit Ga. Cō-
plētia ṽo a ꝓprietate sūt: vt sumant' nucis cip̄ssi. ȝ. j. casie
lignee. ȝ. iij. ⁊ bibant' cū vino antiquo: et deinde abluat' qm̄
minget icteritiā. Itē sumat' fel vrsi cuȝ vino: aut de cornu
cerui. ȝ. j. aut pulueris sulphuris. ȝ. ij. Et ex eis q̄ laudant' ē
vt sumat' in potu cum vino de lūbricis terrenis exiccatis:
qm̄ ipm̄ mūdificāt statim. Et ex exp̄tis est vt dent' radices
acetose: ⁊ stet patiēs in sole et ambulet in ipa hora vna do
nec calefiat: ⁊ sitiat: deinde sumat i potu decoctionē capil-
loꝝ veneris rubee tinctoꝝ ⁊ mēte. Et silr̄ si bibat' post bal
neū ꝯfert valde. Et ex solutiōis ꝓprijs est: vt p̄foret' colo-
quintida ⁊ expellat' illud qđ est in ea: ⁊ repleat' vino ⁊ bullat
sup̄ prunas: deīde colet' ⁊ bibat'. ¶ Syrup⁹ in materia epa Syrupus
tis calida siue refrigerās epar ⁊ mēbra sup̄calefacta auda optim⁹ ad
ciā fellis ⁊ acumē cholere extīguit ⁊ oēs morbos febriles. icteritiā ⁊
Et releuat īfirmū ab ethica ⁊ icteritia citrina: si xp̄s volue- ad multa
rit sanator oīm languoꝝ. ℞. berberis floꝝ boraginis: cico alia vtilis.
ree: semīs portulace: scariole: lactucaꝝ: papaueris: psilij cō
quassati i aq̄ frigida epatice an̄. ℥. j. plātaginis pimpinelle
semp̄uiue solatri an̄. M. ß. succi epatice: succi cicoree: sca-
riole siluestris ⁊ domestice: succi semp̄uiue: succi apij depu
ratoꝝ an̄. ℥. iij. spodij: sandal'. an̄. ℥. iiij. seminū cōium mun
datoꝝ. ℥. ij. cāphore. ȝ. j. zuccari li. ij. aceti. ℥. iiij. dosis. ℥. ij.
in aurora cū aq̄ frigida: caue ne sit infirm⁹ cū oppilatiōe Ali⁹ syru-
epatis ⁊ splenis: ⁊ senex ⁊ debilis stomachi. ¶ Alexander. p⁹ ad idē.
syrup⁹ vtilis habētib⁹ epar sup̄calefactū ⁊ cholerā exube
rantē in felle extinguit ⁊ mūdificat. ℞. succi endiuie: succi
plātaginis: lupuli: fumiterre. an̄. li. iij. depurent': ⁊ buliant
Medicine appropriate in restringēdo et retinēdo vrinam sunt zarur: aque aluminose: ⁊ aque frigide oēs: merdasēgi si bibatur vel ꝓiciatur in aqua que bibit retinet vrinā. Fungi faciūt possidere difficultatē vrine. Usꝰ comestionis carniū eritii facit vt vrina cū difficultate egrediatur. Et q̄ assuete vtitur enula: nō indigebit vt mingat oī hora. Cortex scerbin bibita cōstrigit vrinaʒ ⁊ scoria ferri: ⁊ est vltima in retinēdo. Mumia mixta cū farina: ⁊ supposita vel dissoluta in sambucina ⁊ distillata in virgā cōfert paucitati tolerātie vrine: lutū ar. bibitum in ouo retinet vrinam. Et omnia pōtica de se sunt cōia diureticis cū sanguinē ingrossent: sicut lētes: ⁊ lȝ p accidēs cōtrariū opant: qꝛ ꝓuocāt restringēdo: illud tm̄ per eoꝝ postpositionē cibi vl ꝑmissionē alterius lenitiui tollitur: vt supra in diabete ē dictū. Inqt princeps Abo. oīs q̄ deficit ī tolerātia vrine iuuatur a medicinis desideriuʒ coeūdi prouocātibus que dicētur infra.

Nota de enula.

¶ Cōfectio medicaminis experti ꝭm Abo. ī frigida. ℞. myroba. chebu. torrefactorū multū sandarace: myrrhe olibani: ciperi: an̄ partes. iii. gariofi. ptē. ß. enule aduste: granorum macalebr. an̄. partes. ii. Cōficiant cū melle emblicoꝝ: ⁊ reseruentur: ⁊ bibatur doß. ʒ. ii. ¶ Aliud ad frigidā. ℞. castoree: myrrhe: alhasce: copulaꝝ glandiū: piretri an̄: partes equales. Cōficiātur cū aqua myrthe humide: ⁊ sit doß. ʒ. i.

Confectio ad dissuriam.

Aliud medicamētuȝ ad idem.

Alia cōfectio ad idē.

¶ Confectio medicaminis ad calidā. ℞. coriādri sicci: rosarū ru. an̄. ʒ. ii. spodii. ʒ. x. seminis lactuce: portulace an̄. ʒ. xv. boli armeni. ʒ. v. cāphore. ʒ. ß. gūmi pondus. ʒ. ii. ꝯficiātur cū aqua granati acetosi. ¶ Aliud. ℞. charabe boli ar. myrobalanoꝝ nigroꝝ: medulle glandiū: ⁊ lentiū excorticatarū an̄. ʒ. ii. coriādri torrefacti in aceto positi. ʒ. i. doß. ʒ. i. ⁊ oīa post premissionē lenificantium alicuius ministrētur.

Aliud medicamētū ad idem.

Aliud Jo.

Aliud ad idem. ¶ Aliud Jo. Serapiõis cõferẽs iuuamẽtũ manifestũ ℞. granorũ myrti: glãdiũ: corticũ thuris: cimini: carmeni: ⁊ ciperi aã. partes eq̃les: terant̃: ⁊ sit dos. ʒ. iij. cum vino antiquo.

Aliud ad idem. ¶ Aliud. ℞. extremitatũ myrti sicca. aluminis foliorũ alchãne thuris: myrrhe: balaustie: glãdiũ aã. partẽ. j. Coquãtur in vino: ⁊ det̃ ex eo. ʒ. j. in mane: ⁊ est iuuamẽtũ valde ad sãguinẽ qui currit ex renib⁹ ⁊ vesica.

Nota de menta. Dixit ymain: q̃ nõ possunt cõtinere vrinaꝫ vtant̃ menta hortulana: qm̃ cõfortat plus oĩbus herbis: ⁊ proprie stõachũ: ⁊ castoreũ magis ceteris carnib⁹: ⁊ mastix ceteris gũmis: ⁊ galãga oib⁹ aromatibus. ⁊ Abo. trociscus cõferens ad distillationẽ: ⁊

Trocis. ad diariã vrine. diariaꝫ vrine. ℞. castorei. ʒ. ij. sansuci rute: se. iusq̃ami albi aã. ʒ. ij. granorũ granatorũ grana. xl. terant̃: ⁊ fiãt trocisci: ⁊ sit dos. ʒ. j. de granis cucumeris mũdi: ⁊ cũ albumine oui.

¶ Capitulum. xiij. de stranguria ⁊ difficultate vrine.

Stranguria ⁊ difficultas vrine in gñere simul ꝯueniũt: vtraqꝫ eñ est vrine retẽtio cũ inconsiderate potentia expellẽdi: ꝯtra dissuria q̃ est vrine egressio cũ ĩpotẽtia retinẽdi: ⁊ tñ cõiter ab antiq̃s vna ꝓ alia sumit̃ indifferẽter: differunt ꝟo in quãto ⁊ spẽ: cã: ⁊ loco. Differũt ĩ quãto ⁊ specie:

Stranguria qd sit. est eñ in strãguria vrine retẽtio maior q̃ ĩ difficultate: qd̃ est q2 in strãguria vrĩe retẽtio presupponit virtutis potentiã cõtentiue existẽtis in collo: quã arguit supfluitatis retẽtio a q̃ ꝓcedit cũ positione oppilatiõis cãe. In difficultate ꝟo retẽtio ꝑsupponit virtutis expulsiue defectum in vesica ⁊ lacertis coadiuuãtib⁹ ventris: quã arguit dura expulsio ⁊ difficilis cũ priuatiõe oĩs cause impediẽtis existẽtis in collo eius: ⁊ via que statĩ dicet̃. In specie ꝟo differũt ꝓprie ⁊ essentialr̃: strãguria eñ est oĩs ⁊ absoluta ĩpotẽtia expellendi vrinã: difficultas ꝟo est impotẽtia facilis expulsionis vrine seu potẽtia debilis dura ⁊ cũ conanime ad modũ distillationis vrine: q̃ sicut ꝓueniebat vt supra ex debili retentiõe: ita etiã accidere possit ex debili expulsiõe ĩter que distinguit volũtas in emissiõe. Et cũ accidit ex debili expulsiõe ⁊ abstinẽtia eius: tũ ex debili retẽtione. In cã ꝟo differũt ⁊ loco: nã strãguria ꝓuenit ex peccato ⁊ supfluitate ꝯtẽtiue ꝓpter lesionẽ existentẽ in collo vesice ⁊ ei⁹ lacerto: vel q2 sit spasmat⁹ ex humore currẽte vel frigore: vl̃ propter cõitatẽ ad supiora vt in carabito vel apostemate nuche: vel in via eius: q2 sit oppilatio attenuatorie ⁊ caliditate ⁊ siccitate: vt in febrib⁹ adurẽtib⁹: vl̃ in frigiditate vt algoratis ex acre ⁊ aq̃ vel medicinis vel exp̃ssiõe vicinoruꝫ tumescẽtiũ: q2 repletorũ vel apostematoruꝫ vt matricis recti intestini pectinis peritoneonis testiculorũ vel ani. Etiã q2 patiat̃ tenasmonẽ ragadias vel emorroidas dolorosas vl̃ carnose vel coartatorie: qd̃ est plurimũ ex humore grosso ⁊ viscoso sanguie cõgelato: sanie grossa vel lapide vel vẽtositate torpẽte: ⁊ repugnãte. Difficultas aũt est ex debilitate ⁊ peccato expulsiue propter lesionẽ existẽtẽ in collo vesice vel ꝓpriaꝫ: q2 alteratũ ⁊ alligatũ plurimũ vel vlceratũ aut apostematũ: vel ꝓpter cõitatẽ ad principium. s. epar lesum vel lacertis vẽtris coadiuuãtib⁹ ipsam in expulsione ⁊ magis cũ vrina est pauca: vt Gal. dixit patientib⁹ vel in se: q2 sint debilitati aliq̃ predictarũ causarũ: aut mollificati in se ꝓpter cõitatẽ ad superioreꝫ: vt cerebrũ in stupore vel lytargia ⁊ nuchã apostematã vel cõpressaꝫ in dissolutiõe spondiliũ: vnde lacerti illi mollificati existãt. Et qñqꝫ ambe conueniunt in loco: vt est in virga ⁊ via ei⁹: vel in vritidib⁹ est oppilatio aliquo triũ modorũ: ⁊ fit difficultas etiã nõ propter cãm existentẽ in mẽbro tm̃ vel loco: sed etiã ꝓpter caꝫ existentẽ in locato vt vrina: q2 fuerit pauca: a cui⁹ compressione deficit virtus expulsiua: aut q2 multa supra quã non valet: que diu collecta ⁊ retẽta existit ex duricie sensus ꝓpter somnũ sopientẽ ꝟtutẽ in nocte vel occupationẽ in die distrahentẽ ipsam vel verecũdiam cõpescentẽ: quare villi ei⁹ diu remanẽtes extẽsi debilitãtur in ꝯtractione necessaria expulsiõi: sicut Ga. dixit. Aut q2 fuerit acuta faciẽs dolorẽ cũ transit per vritides ⁊ ꝓprie per collũ vesice: ⁊ virgã maxime si nõ fuerint vlcerata: cuꝫ eñ sentiãt ardorẽ: tunc refugit vesica a cõpressione: ⁊ stringit̃ lacert⁹ colli: ⁊ etiam lacerti vẽtris ꝓpter dolorẽ cessant a cõstrictione: q̃re retinet̃ vrina: ⁊ difficilis fit exitus vrine. Et cũ stridet patiẽs ⁊ ĩ se stringit̃: mingit vrinã: ⁊ cessat dolor ⁊ ardor. Et cã earũ exterior in qua ambe cõueniũt est sicut ꝑcussio casus aeri expositio frigida: ⁊ vẽtus septẽtrionalis: si eñ valde fortis sit ꝑ se egestionẽ retinet̃: ⁊ vrinã ꝯstringẽdo mẽbra: et vrinã ꝯsumẽdo ꝓfundatione sua: si ꝟo paru⁹ sit: stringẽdo ventrẽ ꝓuocat vrinã: ⁊ sic per accidẽs illud facit: ⁊ balneatio ĩ frigida aqua. Ex quib⁹ signa distincta ipsarũ sunt manifesta.

Cũ eñ retẽtio vrine ꝓpter stranguriã sit ⁊ causis ei⁹ retẽtio ⁊ multiplicatio vrĩe in vesica maior erit: ⁊ sic tumor maior apparẽs in pectine cũ oĩ impotentia expellẽdi: quãtũcũqꝫ exprimatur pectẽ ⁊ patiens exprimat̃. Cuꝫ ꝟo ꝓpter difficultatẽ ⁊ causas ipsius ecõtra: ⁊ siquidẽ cõtingat retentio vrine in strãguria seu difficultate cõiter sumptis ex oppilatiõe in collo vel multitudine vrine ꝓpter duritiẽ sensus ꝫ Gal. difficilis est cognitio eius. Cognoscitur tñ ex p̃dictis causis ⁊ eo. s. qꝫ per cõpressionẽ pectinis si retẽtio fuerit et multitudo ꝑꝑ duritiẽ sensus vrina emittit̃: si ꝟo ꝓpter oppilationẽ nequaqꝫ sicut alibi ipse ponit ⁊ maxime si sit dura. Et ẽt signa cãrũ sũt: nã siquidẽ retẽtio vrine cũ impotẽtia expellẽdi ꝓuenit ex cãis strãgurie: vtputa ex cã ĩ lacerto colli vesice: vt q2 fuerit spasmat⁹: ⁊ ex spasmo attenuatoria in eo peruenit oppilatio. Signa distinctiua inter talẽ oppilationẽ ⁊ alias oppilatiõis species sunt: nã ĩ attenuatoria est precessio: ⁊ inuẽtio cause cuiuslibet: ⁊ inuẽtio iuuamẽti cũ medicinis cõuenientib⁹ vnicuiqꝫ illarũ q̃ dicent̃: in coartatiõe etiã silr̃: sed differũt in grauedine: qd̃ est cõe et generale signũ in oĩ specie ei⁹: q2 in attenuatoria plurimũ grauedo nõ inuenit̃ semꝑ rõne oppilantis cause: differũt etiã ĩ tp̃e euent⁹: nã coartatoria est quasi coartatorie: ⁊ subito euenit semꝑ: sꝫ attenuatoria qñqꝫ subito: ⁊ qñqꝫ paulatim. Et silr̃ in exeuntib⁹: qd̃ est q2 in coartatoria cũ vrina egredit̃ aliq̃d mixtũ: q2 humor grossus: vel aliq̃d sanguinis: vel aliq̃d saniei: vel arenula q̃ ẽt forte p̃cedere ꝯsueuit. In attenuatoria ꝟo nihil erit nec in carnosa: nisi ex apostemate fuerit: nã tũc cũ vrina qñqꝫ egredit̃ aliq̃d ꝫm qd̃ ab alijs distinguit̃: q2 qd̃ egredit̃ virulẽtũ est cũ est ĩ p̃ncipio: ⁊ postmodũ fit saniosuꝫ: ⁊ dolor est vehemẽtior: vel ꝓpterea iuuamẽtũ a medicinis ĩ carnosa est inuẽtũ nequaqꝫ: ⁊ ꝓprie cũ ex verruca vel cicatrice fuerit: ⁊ fortasse nõ curat̃: et qñqꝫ est p̃cessio cãe vel inuẽtio: vt cũ ex cicatrice p̃cesserit: ⁊ qñqꝫ non est: vt cũ ex verruca fuerit.

Gale. Gale. ꝟo dixit qd̃ inter tales spẽs oppilatiõis ⁊ ẽt cãs earũ ĩmissio argalie distinguit: nã immissio ei⁹ inuenit resistẽtiã in carnosa absqꝫ dolore nisi ex apostemate fuerit: in alijs ꝟo cessionẽ ⁊ cũ dolore: maxĩe si attenuatoria ex spasmo fuerit: vel apostemate: vel vlcere ꝑtiũ vicinarũ. Et coartatoria ex sanguine ꝓcedẽte ab vlcere cõcreato ibidẽ. p̃terea in coartatoria cessio maior est q̃ in illa: ⁊ est cũ minori dolore: nisi cã lapidis fuerit. Et cãs etiã ipsarũ distinguit ⁊ ꝓp̃e coartatorie ⁊ carnosa: nã cũ extrahit̃: ex ei⁹ infectiõe qñqꝫ virulẽta infecta apparẽt: qñqꝫ humore muscoso: qñqꝫ sanguine: qñqꝫ sanie: ex qb⁹ cãs distinguim⁹; ⁊ qñqꝫ mũda: ꝑ qd̃ distinguim⁹ attenuatoriã a predictis. Et inter cãs attenuatoria hoc mõ distinguẽdũ q̃ sunt in collo vesice: nã siquidẽ fuerit spasmatum spasmo humido ex humore currẽte: tũc precedẽs regimen indicabit: ⁊ eius euent⁹ subit⁹ ⁊ siccantib⁹ ⁊ resoluẽtibus iuuat̃: ⁊ diuti⁹ manet. Si ꝟo a siccitate p̃cedẽs inanitio ⁊ febris absentia illã faciet manifestã: ⁊ paulatin⁹ euenies cũ maiori ꝑdurãtia: ⁊ fortasse iuuabit̃ humidis. Silr̃ si ex frigore ꝓcedẽs cãs ⁊ sensus frigoris: iuuamẽtũ a calidis cũ vrina in colore remissa ⁊ pallida. Silr̃ si ex cõitate ad cerebrũ: vt in carabito: vel ad nuchã apostematã: p̃cedẽs illorũ passio hoc mõstrabit: vel illi⁹ p̃ñtia: ⁊ si est a cerebro: spasm⁹ erit vniuersalis. Silr̃ ⁊ si talis oppilatio in collo vesice attenuatoria ex quacũqꝫ sp̃ali sit cã cã ostẽdet p̃cessio cãe cũ iuuamẽto a suo ꝯtrario ⁊ nocumẽto a silĩ: vl̃ ẽt si fuerit a repletiõe interiorũ inuẽtio repletiõis ipsorũ ostẽdit: ⁊ iuuamẽtũ euacuatiõis illorum: etiã si apostemosa repletio fuerit; vel alia passio eorũ occulta vel manifesta. Et silr̃ ĩter cãs carnose oppilatiõis est distinguẽdũ: ⁊ cãs q̃ꝫ coartatorie: vt ex p̃dictis est notũ. Si ꝟo vrine retẽtio cũ impotẽtia expellẽdi ex cãis de difficultate ꝓcesserit vesice debilitantib⁹ expulsiuã cõcauo ei⁹ ꝓprijs: q2 fuerit alteratũ vl̃ algoratũ: qd̃ est plurimũ: tũc signa cõsiderabis cũ p̃dictis similis cause in ei⁹ ꝓueniẽtis collo que est dicta: ⁊ si fuerit solutũ vlceratũ vel apostematũ: signa solutiõis vlcerũ vel apostematũ p̃narrata superi⁹ demõstrabunt. ¶ Si ꝟo nõ ex cã ꝓpria in cõcauo existente: sed ex cõpassione ⁊ cõitate ad ei⁹ principia: vt est epar patiẽs ⁊ debile: signa debilita-

tio epatis vt cacesia ꝛ hydrops: vł mittētia: vt sunt renes signa debilitatis ipsaꝝ videbis precedere q̄ sunt dicta: ꝛ si cā fuerit in lacertis vētris coadiuuātib⁹ ad expulsionē et in seipis: signa debilitatis ipsoꝝ sunt de genere male cōplexionis solutiōis ꝛ eoꝝ apostematis q̄ infra dicenť adesse prima estimabis: ēt debilitas expulsiōis erit ꝑprie cū vrina pauca: cū ꝟo multa est vrina: nō erit manifesta: si aūt nihil in se ꝛ in cōitate ad principia supiora vt cerebrū vel nuchā patiētia: vt est dictū impressio passionū illoꝝ vł intentio demonstrabit. Silr si ex cā in meatib⁹ existat vt oppilatiōe in vritidib⁹ vel virga. Signa erūt paucitas vrine vel ei⁹ priuatio ī vesica: si ex oppilatiōe fuerit in vritidib⁹: vel ei⁹ multitudo ꝛ abūdātia in vesica quā tumor ondit: ꝛ inflatio pectinis: si fuerit in collo vesice vel virga ꝛ etiā cū fricatiōe ꝛ in nutritiōe educeť fortasse: nisi carnosa extiterit oppilatio. *De cura.* ¶ Cura stranguríe et difficultatis vrine est due res: ꝛ vna cōis ei⁹ ꝛ dissurie ac distillationi: ꝛ est cause abscissio seu ablatio. Alia est cōis strāgurie ꝛ difficultati: ꝛ est vrine ꝑuocatio ꝯtraria existēs accidēti: qđ est vrine retētio siue strāguria ꝛ cure dissurie ꝛ distillatiōis. s. opposita: quāadmodū ꝛ in illis cura est vrine retētio: sic econtra in istis cura est vrine ꝑuocatio. Inquit eñ Hip. in apho. *Hippocrates.* Cōtraria cōtrarijs sananť: ꝓpria cura est vrine ꝑuocatio. In stranguria cū mollificatione: ꝛ ꝑuocatio cū siccitate ꝛ moderata stipticitate in difficultate. Cōstrictio eñ ꝛ coartatio mēbri in oppilatiōe strāgurie indiget mollificatiōe: debilitas ꝟo in difficultate stipticoꝝ ꝯfortatione. Sed ne retineāt debēt esse tēperata. Abscissio aūt interioris cāe: ꝛ exterioris ablatio ex dictis supra iā est manifesta: ꝛ repetemus: vt aliqua huic dispositioni ꝓpria adiūgam⁹. Si igiť cā sit in lacerto: q: fuit in se spasmat⁹: cura est cura spasmi in suo dicto caplo cōmixtis ei aliquib⁹ diureticis ꝛ ꝓprijs mēbro q̄ ꝯtrahāt medicaminū virtutē ad membrū: ꝑut in cura vlcerū recolim⁹ nos dixisse. Si ꝟo spasmatus fuerit non in se: sed ex cōitate ad supiora vt ad cerebū patiēs carabitū: cura illius erit istius cāe abscissio: ꝛ silr si ex apostemate nuche. Cū siquidē in cā fuerit oppilatio ex caliditate ꝛ siccitate feb. abscindeť: ꝛ curabiť cura febris. Et ex ꝓprijs sunt semina cōia frigida: vt est semē lactuce cuꝫ vino subtili ꝑmixto cū aqua granati acetosi: ꝛ regimē humectatiuū. Et si in cā fuerit oppilatio a frigiditate extrīseca coangustāte ꝛ cōgelāte: qđ inuiscatū est oppilās meatū colli ipius abscindeť: ꝛ curabiť cū oleis calidis ꝛ ꝯfectionibus que superius habuisti: ꝛ breuiter cura cōplexionis frigide etiā si sit a cā interiori. Et ex cōuenientibus illis ꝛ approꝑriatis est vt sumať fimi colūbini siluestris. ʒ. j. ꝛ bibať cū vrina pueri: qm̄ cū hoc ꝙ calefacit etiā prouocat: ꝛ stercus muris auř. j. in pōdere cū aqua decoctiōis aneti: ꝛ qñqꝫ sumiť cū mumia aut vētris arahamati pōdus. ʒ. ij. cū ea mēsura salis indi aqua calida ꝛ tertia ēt ase in lacte asinino: ꝛ hoc ꝯfert ei q̄ est ex humore grosso et etiā in paralysi. Si etiā sit in cā oppilatio ex cōpressione facta in collo vesice a repletione partiū vicinarū: earū curatio cause erit abscissio. Si ꝟo ab apostemate ipsoꝝ ad cause abscissionē premittere opꝫ flebotomiam basilice: deinde flebotomiā saphene: qm̄ ꝑuocať cū ea vrina: ꝛ iniūgať ei abstinētia duobus dieb⁹: deinde cureť apostema ₛm sua tꝑa: ꝛ mollificeť ꝛ liniať cū administratione tyriace in balneo calide aque: ꝛ cū oleis calidis inunctis notis ꝛ emplastris: ꝛ ex leniētibus ꝛ clysterib⁹: silr in ano imissis: ꝛ virga: q̄les sunt caules altea: fenu. ꝛ semē lini: cepe ꝛ porri decocti et elixati: qm̄ cū lenificatū fuerit apostema: cū descēdet vrina cū cōpressiōe ꝛ minoreť aque frigide pot⁹ ꝛ dimittat stiptica. Et siquidē in cā fuerit dolores ipsoꝝ egritudine puta vlcerib⁹ emoroidibus ragadijs vel tenasmone: cureť cura illoꝝ cū premissiōe mitigatiuoꝝ doloris: vt supius dictū est in ꝓprio loco de eis. Si ꝟo in cā eius oppilatio fuerit a verruca vel carne callosa in collo vesice: tūc cura ei⁹ erit ī tinis ex herbis seminib⁹ mollificātibus: ꝛ oleis lenificātib⁹ scriptis supra hoc: ꝛ in cura oppilatiōis epatis: ꝛ cū fricatiōe ī loco ꝛ abstinentia ab acetosis ꝛ stipticis: ꝛ fortasse ꝓderit ꝛ fortasse nō: vt supra in cura oppilatiōis epatis dictū est: si ēt oppilatio carnosa talis sit ex apostemate in loco vesice curabiť cura p̄dicta apostematū partiū vicinaꝝ: sed si in ei⁹ cā fuerit oppilatio coartatoria: ex q̄cūqꝫ fuerit cā curabiť et cureť cura oppilationis renū ꝛ vesice supra in principio tradita: ꝛ cura cōgelationis sanguinis in vesica: ꝛ breuiter cū diureticis calidis fortib⁹ simplicib⁹ abscindeť ꝛ cōpositis que supra in lapidis cura sunt dicta: ꝛ infra subiungeť huic ꝓpria. Porro si cā sit in vesica debilitās expulsiuam: ꝛ sit ꝓpria q̄ sit alterata ꝛ infrigidata: qđ plurimū auferetur: ꝛ curabiť cura oppilatiōis frigide hic superis enarrate. Et si sit vlcus debilitās: cura vlcerū abscindeť supra iaꝫ dicta. Uel q: sit apostema: cura apostematis abscindetur: ꝛ curabiť que est dicta. Et si sit non ꝓpria: sed ex cōitate ad principiū. s. epar aut renes: cura debilitatis ipsoꝝ abscindetur in ꝓprijs dicta caplis: ꝙ si cā debilitatis expulsiue sit in lacertis coadiuuātibus ventris curabiť et abscindeť cura illoꝝ que diceť: et si mollificati fuerint: cura paralysis abscindeť. Si etiam ex cōitate sit ad cerebrū vel nuchā vel spondiles dislocatos: cura illaꝝ egritudinū abscindeť. Et si contentū fuerit in cā: vt paucitas vel multitudo vrine vel eius acuitas inducēs ardorē abscindať cura paucitatis młtitudinis ꝛ ardoris vrine: ꝙ si cā fuerit debilitas sensus abscindať: ꝛ cureť ei⁹ principiū: ꝙ si cā fuerit in principio. s. in cerebro vel nucha: aut ipse lacertus ꝛ collū vesice cū medicinis habētibus acutū obezeꝫ: vt est tyriaca: mitridatū: ꝛ inunctiones cū oleo sambucino de lilio narcissino: de croco: de balsamo. Et administrenť emplastra ex folijs arboꝝ fructuū ꝛ oleū dilectoꝝ spiritui aīali vt allioꝝ: mēte ꝛ rute: ꝛ misceanť cū eis medicine exaspergefacientes valde: sicut est semē armelis: rute mōtane: deinde emplastreť cū eis pectē. Et si in cā fuerit longa retentio: cura est cum tinis mollificātibus: deinde cū stipticātibus supradictis: ꝛ cū cartamo ꝛ silibus: et emplastris factis ex illis: deinde vtere eis q̄ sunt vehemētis ꝑuocatiōis: vt siringa: et oleū balsami est maximi iuuamēti in hoc casu. Et si cā fuerit casus ꝛ ꝑcussio apostematiōis: ꝛ nō apostematiōis: sed remaniet aliq̄d: tūc p̄mittēda est flebotomia; deinde tine ꝛ mollificātia tēperate: ꝛ stude vt mingat: qđ si minxerit sanguinem plurimū: retinebis cū trociscis de charabe ꝛ de terra sigillata. Prouocatio vrine q̄ est accidenti ꝯtraria: ex quo cāe p̄cessit ablatio oppilātis fit facilis: ꝛ sequiť statim si sola cā retētiōis oppilatio sit in collo. Cessante eñ cā oppilante cessat oppilatio ois: cū fiens et factū in oppilatione taliter sint cōnexa: ꝙ cessante fiente cessat ꝛ factū: vt supra in apostemate dictū ē: ꝛ cessante oppilatiōe statim tale accidens cessat: cū ex ea depēdeat velut vmbra: ꝛ maxime cū remaneat vesice potētia in cōpressione. Qđ si cā retētiōis sit debilitas in vesica: cā abscissa prouocatio nō statim fiet nisi vesice cōfortatio subsequať: cessante eñ cā defectionis adhuc debilitas remanet ꝯfortatione indigēs: vt ꝑuoceť vrina. Sic quoqꝫ ꝑuocātia cū cōfortatione potius abscindentia cām sunt administranda. Silr si in cā retentionis vtraqꝫ cā concurrat: cessante eñ altera retētio remanebit. Et qñqꝫ vrina presui multitudine in retentione minando periculū doloris grauedinis ꝛ crepationis ꝓsternētis virtutem absqꝫ eo ꝙ det spaciū ad cause ablationē: adhuc eo manēte cuiuscūqꝫ generis fuerit ꝑuocatiōe indiget. Sicqꝫ in omni cā retētionis vrine est necessaria ꝑuocatio: fiet aūt manēte cā retētionis nō certe nec penitus: sed adulatorie: ꝛ ad presens cū his que naturā alliciēdo ꝑuocant ad expulsionē vrine: vt est intromissio pediculi: vel tescellis in capite virge: vel orificio vulue: ꝛ ex illis est immissio nascalis in ano de sale tabarzet: qm̄ soluendo ventrē ꝑuocabit vrinā ad emissionē vrine. Et etiā linitio allij: vel cepe: vel alterius rei acute super virgam pectinē et peritoneomenon: qm̄ trahendo calorē ꝛ naturā ad locū ꝛ dissoluēdo ꝛ resoluendo oppilatiōis cām ꝑuocabūt vrinā. Et ex illis est administratio diureticorū mollificantiū: vt supra hoc dictuꝫ est: cū lenificata fuerit causa oppilans: cuiusuis fuerit generis: ꝛ mēbrū constrictū ꝛ coartatū in ea mollificatū ꝛ relaxatū: ꝛ mitigatus dolor quasi in modū adulationis cedent vrine egredienti cū cōpressione virtutis potētie vicaria in expulsione: talia sunt aūt supradicta. Sūt ꝛ alia leuem virtutē habētia: ne sua fortitudine faciant distendere materiā plurimā: q̄ magis debilitet et oppilet. Et ex reb⁹ magis cōuenientibus eis est lac calefactū cū nō est febriēs per oēm administratiōis modū. Et ex illis est īmissio argalie simplr immisse vel cū predictis mollificātibus ꝛ lenientibus medicinis ꝑ eā iniectis: vel alijs cāe cuiuslibet approꝑriatis: que dicta sunt in capitulo oppilationis ꝛ lapidis: *Notandū de imissione argalie* quoniā cum

quã cũ cõprimit mẽbrũ: et cã in dissoluat seu repellat: puocat vrinã: τ hoc in mare: in muliere ꝟo vice ipius supponatur cũ radice dauci: iuniperi: vł narcissi cũ oleo sambucino vel laurino iuncta: postq̃ sederit in aq̃ decoctiõis raphani cicerũ nigroꝝ: folioꝝ dauci siluestris. ¶ Cauendũ autẽ ne argalie imissio inferat dolorẽ vel nocumentũ vel ex sua ineptitudine vel ex malo immissionis mõ: q̃ qualr debeat esse: τ quõ immittẽda sit: docet princeps Abo. in difficultate vrine capi. Si quoq̃ in cã debilitas expulsionis vesice adsistat cã ablata ipius vel in manẽte fuit vrine puocatio cũ diureticis siccis τ moderate stipticis q̃ puocãdo cõfortẽt: τ nõ retineãt: qualia sunt q̃ supra dicta sunt i cura lapidis τ oppilatiõis: τ infra dicenĩ: vel saltẽ cũ cõpressiõe pectinis cũ manu ducta a superiorib⁹ ad inferiora trahẽdo corpore stãte vel situato recte: talis eñ cõpressio vicaria et pportionabilis existit naturali vesice cõpressioni in pducendo vrinã: vt Gale. ait.

Olea.

Et ex puocãtib⁹ expertis in oppilatione ex hũorib⁹ grossis est oleũ de aneto vel delilio τ decoctionis fabasulaꝝ scarabeonũ amicũ vel cãtaridis pectini applicatũ. Et ex illis est si sumanĩ folia hedere vł succus eoꝝ cũ vino vel aqua decoctiõis acrimonie vel abrotani. Et ex externi⁹ applicãdis sunt folia sambuci parietarie τ petrosilini τ dauci decocta in aq̃: τ cataplasmata pectini. Et ex exptis est qđ circa instãs posuit: τ ẽ vt teranĩ folia parietarie: τ bulliãt in oleo antiq̃ vel camomillino in frixorio τ cataplasmeĩ pectini. Et ex illis est vt sumaĩ matassa vna filati crudi τ bulliat cũ cinere et calida sufficiẽter pectini applicet. Et aq̃ tribuloꝝ marinoꝝ distillata ẽ experta. Et aq̃ cicerũ nigroꝝ ex oppilatiõe ex hũorib⁹ vel lapide. Et oẽs medicine q̃ ad lapidẽ sunt cõuenientes τ potẽtes valẽt i hoc casu.

Cõfectio ad retẽtionẽ vrine.

¶ Cõfectio electuarii ꝯtra retẽtiõnẽ vrine τ ex oppilatione viaꝝ vrine ex hũorib⁹ grossis vel lapide. ℞. ant. feni. seminis apij vitice saxifragie ana. ʒ. ij. se. sparagi brusci milij solis petrosilini macis se. genestre se. lini spinachis meu. fu. asari. añ. ʒ. j. liquiritie. ʒ. iij. se. cotũ mũdatoꝝ. ʒ. j. pulueris capil. ve ʒ. j. teranĩ et cribellenĩ: et fiat electuariũ cũ melle vł zuc. Et si vis laxatiuũ facere: addaĩ turbith hermodactyloꝝ añ. ʒ. j. cũ zinzi. τ piperis lõgi. ʒ. ij. diagridij cocti. ʒ. iij. dosis. ʒ. ß. cũ calida.

Cõfectio alia diuretica.

¶ Cõfectio diuretica fortis ad idẽ fm Abo. ℞. sauich asari amomi ameos petrosi. se. apij rubee tictoꝝ: amigdalaꝝ amaraꝝ spice añ. ʒ. xx. se. melonũ. ʒ. x. corporũ cãtaridaꝝ abscissis capitib⁹ τ alis. ʒ. j. armõiaci. ʒ. iij. resoluaĩ armõiacũ cũ triplicato subtili: τ fiãt ex eis auellane vł pilule: de q̃b⁹ sũanĩ vsq̃ ad. iij.

Alia confectio.

¶ Cõfectio alia fm eudẽ. ℞. castorei: euphorbij: zinzi. pi. lon. olei balsami qđ sufficit: τ quã addunĩ opij se. iusquiami albi cã doloris: se. vitice puluerizati. ʒ. j. cũ vino subtili stati puocat.

Puluis educens lapides et humores grossos de renibus.

¶ Puluis educẽs lapides τ hũores grossos de renib⁹ τ vesica. ℞. anisi apij se. fenugre. añ. ʒ. ij. sq̃nãti. ʒ. j. nigelle rubee tictoꝝ añ. ℈. ij. dosis coclear. j. cũ vino subtili.

¶ Capitulum. xiiij. de ardore vrine.



Ardor vrine est not⁹: q̃ est nocitu⁹ sensus ipius vrine: vł sensus ardoris apud emissionẽ vrine. Et cã ei⁹ ex predictis est manifesta: aut ex parte vrine: aut ex parte mẽbroꝝ vrinaliũ τ ppie colli vesice: τ virge in q̃b⁹ percipiĩ vt plurimũ. Et apud emissionẽ magis ex parte vrine: non autẽ ex se: q̃ sit acuta rõne materie acute ciborũ. s. τ potuũ. Et caliditatis membroꝝ generantiũ τ trahentiũ vt epatis τ renũ: vel alioꝝ influentiũ illis aliquid accidentiũ vt humorẽ vel saniem: aut ex defectu humiditatis apte ad tẽperandũ ipam τ currendũ super meatus: vt eos leniat et glutinosos reddat que generanĩ τ pcedit a carnibus glãdulosis que naturalr sunt illic. Cũ ergo deficit remanet ibi vrina acuta naturalis: τ in mẽbris deficit lenificatio τ glutinositas: q̃re mordet τ vrit mẽbra illa neruosa τ discoopta: τ puenit dolor. Et cã τ ardor defectus ei⁹ est ieiuniũ τ abstinẽtia coit⁹ diminuẽs hũiditates τ egritudines eliquãtes τ labor plurimus τ silia ex cõplexione etate et humiditate et alijs circunstãtijs. Ex parte ꝟo mẽbroꝝ vrinaliũ: q̃ differentiũ et producentiũ acuitas puenit: q̃ sint vlcerata vel scabiosa quecũ attingat vrina de se naturalr acuta: et ꝑpter colamẽtũ hũoꝝ τ cholera cũ ea ẽ apta trãsire mordet et accidit ardor. Cã ꝟo ei⁹ est ex parte vrine pcessio regiminis acuẽtis vrinã. Ex parte materie cibi potus acutoꝝ et efficiẽtis vt inflãmationis epatis renum: et alioꝝ mẽbroꝝ: vel corporis vniuersi τ sensus acuitatis ipsi⁹. Ex colore q̃ citrina fuerit valde: τ ex mordicatione causatur apud egressionẽ absq̃ signis vlcerũ τ scabiei τ pcessione ieiunij plurimi laboris: τ etiã cuiuslibet egritudinis eliquãtis corp⁹. Ei⁹ ꝟo qui est ex parte defect⁹ humiditatis cõtẽperantis cum lenitate est pcessio causarũ ipsi⁹ cũ macredine corporis precedẽti: τ sensus asperitatis in loco añ horã vnctionis: τ iuuanĩ humidis: sed ei⁹ que est ex parte mẽbroꝝ vrinaliũ vel q̃ vlceratorũ vel scabiosorũ signa sunt precessio signorũ vlcerũ vel causarũ ei⁹ τ signa vlcerũ pñtium τ scabiei ipsorũ dicta: q̃ saniosa fuerit vrina vel furfuracea. τ dixit Aboa. multotiẽs primũ perducit ad scdm: τ nõ ecõuerso: sicut ergo egestio cholerica ad vlcerationẽ intestinorũ: et tũc añcedũt signa acuitatis: τ sequunĩ signa vlcerũ: qđ te scire opꝫ ne deuenias in errorẽ. — Aboa.

De cura.

¶ Cura ei⁹ q̃ est ex parte vrine est due res: pma est humorũ corporis τ mẽbroꝝ adequatio. secũda est glandularũ circa collũ vesice τ radicem virge existẽtiũ humectatio.

Vrina qd.

Prima est humorũ corporis τ mẽbrorũ adequatio in cõplexione. Cũ eñ vrina fm Gale. sit colamẽtum sanguinis τ humoꝝ de epate per renes τ vritides veniẽs vel vesicã adequatis humorib⁹ et mẽbris vrina colata reddeĩ innocua τ suauis maxĩe si humiditatẽ habuerit permixtã obtũdentẽ ei⁹ naturalẽ actum τ lenientẽ superficiẽ vie. Sicq̃ scda res erit ipsaꝝ glãdularũ humectatio τ restauratio. ¶ Primã cõplent regimẽ. Regimẽ aũt est vt fiat ei⁹ cõuersio ad cõtrariũ dispõnis pcedẽtis cũ ꝑtermissione oĩs cibi τ pot⁹ acuti τ salsi: amari: dulcis valde: τ acetosi τ diuretici τ lacticinosi τ laboris τ coit⁹: τ ministratiõe frigidi τ humidi atq̃ insipidi: ex quo insipidi generanĩ humores τ inspissante sanitatẽ τ minorãte vrinã: quorũ mentionẽ iam fecim⁹ in cura vlcerũ τ lapidis. Medicine autẽ sunt que sunt alicui⁹ acuti humoris superexcrescentiã educẽtis si adsit: q̃les sunt lenietes τ suauiter educẽtes: vt mel casia tamarindi mãna succ⁹ violarũ: τ aq̃ lactis τ folliculorũ sene in adustis. Caueat autẽ ab attractiuis τ dissolutiuis: sua eñ acuitate vrinã acuũt: τ mẽbra exasperãt. Quedã ꝟo sunt alterãtes infrigidãtes: τ humectãtes simplices τ cõposite intus τ extra τ p oẽm modũ administratiõis: q̃ corporis τ mẽbrorũ τ ꝑpie epatis τ renũ caliditatẽ τ inflammationẽ remittãt: de quib⁹ est dictũ supra in stõacho epate τ renib⁹ sufficiẽter. ¶ Scdam rẽ cõplent etiã regimen τ medicine. Regimẽ inquantũ. s. humectatiuũ cũ cibis τ potib⁹ τ alijs necessarijs reb⁹ τ dimissione exiccantiũ: qđ supra in cura meri stomachi est predictũ. Medicine ꝟo sunt inũcte τ iniecte ex humectãtib⁹: quales sunt mucillago psilij: semẽ citonioꝝ: dragagãti: albuminis oui: lactis mulieris vel asine: vel capre: oleũ ros. τ vio. amigdalarũ dulciũ de cucurbita τ melonũ: iniectis singlr vel cõmixte τ approximate tepide aq̃. Et q̃nq̃ dꝫ ei misceri aliq̃d stupefactiuũ: τ ꝑpie cũ dolor vel ardor est vehemẽs: vt est semen iusquiami albi vel lac seminis papaueris: vł ẽt opij. Eius ꝟo q̃ est ex vlcere vel scabie vulnerũ mẽbroꝝ cura est cura vlcerũ τ scabiei antedicte. Et ex appropriatis medicinis ei⁹ simplicib⁹ est liquiri. per oẽm administrationis modum τ assumpta ꝑpie τ iniecta: valet enim ardori vrine vlcerib⁹ renũ τ vesice scabiei ipsius τ myrrha τ citoniũ ꝑpie: τ succus ei⁹: aut oleũ cũ distillaĩ in virgã: τ grana pini: τ semina cõia τ ius galline mediocriter pinguis τ lactis grano predicta. — Nota de liquiritia.

Syrupus expert⁹ ad ardorẽ vrine.

Et ex cõpositis est syrupus expert⁹ ad ardorẽ vrine ex vlcere viarũ vrine vel scabiei vesice remittẽs ardorem τ cõsolidãs vlcera. ℞. vngule caballine virge pastoris cõsolide mi pimpinelle grassule capilloꝝ veneris buglosse añ. M. j. liquiri. violarũ malue. añ. ʒ. j. iuiubarũ sebestẽ añ. xj. papaueris vł seminis lactucarũ portulace añ. ʒ. ß. seminũ cõium: ordei añ. ʒ. iiij. zucari libras. ij. zuccari violati. ʒ. iiij.

Trocis. ad idem.

¶ Trocisci ꝑpij ad idẽ sunt nři alchechẽgi: τ alij experti quoꝝ descriptio est. ℞. seminũ cõium purgatorum papa. amigda. amidi dragaganti. seminis altee: portulace: lacce lote rubi añ. ℈. ij. τ. ß. terresigillate. ʒ. v. pinearũ purgatarũ alchechẽgi macis añ. ʒ. iij. succi liqritie psilij integri añ. ʒ. x. Conficianĩ cum lacte asine: τ fiãt trocisci. ʒ. j. dosis eorum ʒ. iiij. cũ predicto syrupo. Prius tamẽ premittitur mũdificatio vlcerũ cũ stipticis τ vnctis sicut sunt ꝑpie aqua mellis vel zuccari cum aqua cicerũ: τ deinde lac q̃ mũdificat τ incarnat. ¶ Cauendũ autẽ ne stomachus sit intẽperat⁹: vel adsit feb. deinde vtatur predictis: deinde incarnabis τ

Alii trocis.

sigillabis: sicut sunt trocisci de charabe supradicti ⁊ vncti cū lacte: ⁊ trocisci de cera: ⁊ sicut sunt tales quoꝝ cōfectio est. ℞. sarcocolle amili ceruse thuris albi añ. Conficiant̄ cū lacte ⁊ misceantur cum eo: ⁊ adde si vis lutū sigillatū: ⁊ bdelliū mechiū: q̄ leniēdo ꝓhibet exasperationē: ⁊ minorat vrinā: ⁊ lapidē frāgit.

Empl̄m cōsolidatiuum.

¶ Emplastrū cōsolidatiuū quo deinde emplastret̄ virga: ⁊ peritoncon acuūt. ℞. dactyloꝝ passularū gallarū acatie aluminis hypoq̄stidos hyssopi: storacis merdasengi ceruse. Confice cū oleo rosa. et succo caude eq̄ne: ⁊ emplastrent̄ cū eo corrosio. Si v̄o nō tūc sufficit vt fiat cerotū ex cera ⁊ adipe galline vel capre et oleo rosarū ⁊ sisamino retēte: ⁊ vngat̄: ⁊ iniiciat̄.

Troci. experti.

¶ Trocisci experti. ℞. hypoq̄stidos terre sigillate charabe coralli amili semen citonioꝝ seminis altee: se. melonis indi apii dauci añ. Conficiant̄ cū lacte asine: dent̄. ʒ. ii. vel. iii. cū aqua frigida.

Tragea vtilis ad ardorē vrine.

¶ Tragea Almāsoris ad mitigandū ardorē ⁊ dolorē cui opꝫ instare prius. ℞. papa. seminis melonis indi liq. se. citonioꝝ mūdatoꝝ añ. ℥. i. pinearū fisticoꝝ añ. ℥. i. psilii integri vel iusquiami: q̄d est securius: eiꝰ em̄ substātia nō vrit sicut substātia psilii: nisi sumat̄ mucillaginis ipiꝰ. ʒ. iii. amisi. ʒ. ii. zuccari tabarzeth: q̄d sufficit.

Puluis ad idē.

¶ Puluis ad idem. ℞. caude equine siccet̄ ⁊ puluerizet̄: ⁊ da. ʒ. ii. in mane cū syrupo myrtino ⁊ mucillaginis psilii. ʒ. i. cū aqua liquiri. Et si videbis ibi lapidē: adde bdelliū mechiū. Itē si dolor intolerabilis sit ꝑducēs ad resolutionē fiat enchatisma. ℞. seminis malue ⁊ folioꝝ eius se. lini vio. melliloti ro. grassule añ. floꝝ camomille ⁊ fenugreci parū bulliāt in aq̄ fontis: ⁊ sedeat in ea tepida dū mingit: ⁊ post emissionē infundant̄ filtrū vel spōgia seu coriū: ⁊ applicent̄ pectini virge ⁊ peritonconi: deinde etiā iniiciat̄ in virgā lac mulieris nutrite ex frigidis ⁊ humidis in quo sit dissolutū aliq̄d opii: et ex eo vngat̄ virga cū oleo ros. Potus extinctiuus sitis eoꝝ: potet̄ hora sitis de syrupo violato vel myrtino cū aq̄ ordei simplici vel dilatatis in ea seminibꝰ cōibꝰ ⁊ melonis indi: ⁊ post cibū digesto cibo in meridie vel nocte mane: poterūt etiā sumere de lacte caprino mulieris vel asine: ⁊ est bonū: caueat aūt ne habeat stomachū intemperatū: abstineat a vino ōino. Itē inungat̄ epar de ceroto: de sandal. nr̄o: ⁊ etiam renes: ⁊ vtat̄ frigidis ⁊ humidis herbis: ⁊ fructibꝰ stipticis ⁊ ꝑ interualla si cōstipat̄ fit q̄dē plurimū clysteribꝰ lenitiuis cū frigidis ꝑdictis: ⁊ iuuet̄ natura. Cōtingit plurimū q̄ ꝯpositio fiat ex ardore vrine vlcere lapide. Ex aliis itaq̄ difficile est inuenire q̄d multū ꝓsit: obsit autem nihil: quo casu cū ardorē habeat actu molestantē alia impotētia: ⁊ nō sentiat̄: alia ꝯtinue sicut ardor: imo nō nisi ꝑ ipm ardor plus ꝯtinue attēderet aliis ꝑ interualla ⁊ localiter: ⁊ si nō simul q̄n̄q̄ vni: q̄n̄q̄ alteri ē instādū.

Iniectio vtilis ad ardorē vrine.

¶ Iniectio magne efficacie ad ardorē vrine: ⁊ ē Gualterii. ℞. psilii ꝑtē. i. decoquat̄ i aq̄: ⁊ accipiat̄ ēt mucillago: ⁊ decoquat̄: ⁊ in oleo vio. dissoluant̄: ⁊ cū lacte mulieris puellā nutriētis: ⁊ adde pulueris cāphore. ℥. i. ⁊ iniiciat̄ totū ꝑ siringā: et si sumat̄ mucillago cū cāphora est ꝓpria: vt dixit Serap.

¶ Capitulum. xv. de multitudine vrine ⁊ mictu in lecto.


Ultitudo vrine aut est cum quāto ꝯtinuo: aut discreto. Siquidē cū quāto ꝯtinuo q̄n̄q̄ est sola: ⁊ cāe ipius ꝯtrarie sūt causis diminutiōis ipsiꝰ ꝑdictis: ⁊ q̄n̄q̄ ē cū dissuria vel diabete: ⁊ ꝓuenit ex causis ipsaꝝ supiꝰ enarratis. Si v̄o sit cū quāto discreto erit ꝑ modū distillationis: et defectu ꝯtētiue accidit vel expulsiue: vel cā in vrina vel aliis in cā distillatiōis ꝑdistinctis: ⁊ ipa q̄dē est cā mictꝰ i lecto: ⁊ etiā debilitas colli vesice ⁊ lacertoꝝ eiꝰ: necnō reuocatio v̄tuis sensibilis cū q̄ete a partibus vesice: vt nō sentiat mēbrū vel grauedinē q̄ in pueris vel infantibꝰ cōueniūt simul. Cum em̄ in gulositate ⁊ multa cibi ⁊ potꝰ assumptiōe ꝑsistāt: vrina in eis multiplicabit̄: ⁊ cū debilē habeāt ꝯtētiuā oēm ꝓpter ꝯpositiōis hūilitatē: ⁊ ꝓinde sunt ꝓfundissimi somni certe grauata ꝯtentiua vesice ⁊ vrine multitudine: tunc vt virtus sensibilis ⁊ reuocata ad ꝑicipiū ⁊ sopita nō sentiet vt ipceret motiue ⁊ retineat: deficiet ꝯtētiua cū lacertꝰ mollificat̄: nec vrina egredit̄. Et q̄n̄q̄ coadiuuat acuitas eius cū ex gulositate aliquā rē acutā sumpserit acuentē vrinā q̄ etiā in maioribꝰ crapulatis q̄n̄q̄ ꝯcurrūt vt vrinā in lecto mingāt brutoꝝ naturā: ⁊ ifectionē sui corpis fetidā ēt nociuā ꝑtermittēdo verecūdiā attingētes. Cāe v̄o multitudinis vrine sunt note: ⁊ cura etiā ex his q̄ dicta sunt in capitulis predictis ⁊ cura diminutiōis ipius.

Cura.

Inq̄t Hip. cōtraria cōtrariis curant̄. Et ex simplicibꝰ medicinis sunt q̄ a ꝓprietate hn̄t minorare vrinā: vt lētes: ⁊ alia q̄ a ꝯplexione: vt sūt bdelliū mechiū dactyli passule pingues penidii: ⁊ alia lenientia q̄ leniēdo vētrē minorāt vrinā. Et caro ericii trieni ꝯfert puero q̄ migit in lecto: ⁊ renes leporis exiccati ⁊ cerebrū eiꝰ ⁊ enula: cū quis assuete vtit̄ ea: et excusabit̄ a frequēti mictura: et oleū de been inunctū est vltimū: ⁊ thus est cōueniēs myroba. ciperū coriandrū gallia myrtha ⁊ alia pōtica: ⁊ ꝓprie si pretermittant̄ eis aliq̄ lubrica: vt supra in dissuria dictū est. Et opꝫ vt ante introitū lecti cōmoueat se ad mingēdū: ⁊ imaginet̄ in lecto suo eē aliq̄d sanctū: ⁊ i camera in qua sit oratoriū aliq̄d: nā cū talis imaginatio remaneat in somno retinebitur fortassis vrina: ⁊ si verberet̄: tūc timēdo retinebit. Et de medicinis cōpositis sunt q̄ ex predictis cōponunt̄ ⁊ que sequunt̄.

Cōfectio ad multitudinem vrine.

¶ Confectio medicaminis ad multitudinē vrine cōueniēs. ℞. Castorei myrrhe alhasce: copulaꝝ glādiū piretri añ. partes equales: fiāt ex illis pilule cū aq̄ myrte humide: de q̄bꝰ sumatur ad mansionē. ʒ. i.

Clystere ad idem.

¶ Clystere ad illud bonū ⁊ ꝯfortat renes ℞. succū alhasce decoctū donec inspissetur ⁊ vitellū oui: ⁊ adipē renū caprarū: colent̄: et reseruent̄ oīa illa equal̄r aggregent̄: ⁊ assumat̄ de lacte recēter mulso ⁊ butyri ⁊ adipis gibbi cameli et olei alhasce alchāna ꝑtes eq̄les: dosis sit is prime: ⁊ cōquassent̄ inuicē: ⁊ fiat ex eis clystere.

Alia confectio ad idem.

¶ Confectio cū vino iuuatiua eius qui mingit parū et frequēter in modū distillationis. ℞. vniuscuiusq̄ myroba. añ. ʒ. x. glandium infusarū in aceto die ac nocte torrefactoꝝ sandarace ciperi: thuris mas. enule sicce: storacis sicce: coral. omniū añ. ʒ. v. myrrhe. ʒ. iiii. Conficiant̄ cū melle: dosis. ℥. ß. cū vino.

Allud expertū ad idem.

¶ Aliud expertū. ℞. glandiū thuris myrrhe añ. ꝑtes eq̄les: decoquant̄ oīa in vino q̄titatis. ℥. i. colent̄ ⁊ ponantur cū. ℥. i. olei: ⁊ dent̄: ⁊ ꝯferunt. Trocisci ꝯfecti ex massa in qua posita est virtus fimi colūbini cū aq̄ frigida: sunt em̄ vltimi. Et clystere cū medicinis retinētibꝰ vrinā: ⁊ iniectio eaꝝ quas supra diximus.

Aliud medicamen ad idem.

¶ Aliud Serap. sumant̄ glādes ⁊ infundant̄ in aceto die ⁊ nocte: deinde frixant̄ i patella: ⁊ terant̄: ⁊ sumant̄ ex eis. ʒ. x. myroba. emblicoꝝ ⁊ belliricorum torrefactoꝝ añ. ʒ. vii. croci thuris añ. ʒ. vii. gra. myrti. ʒ. x. terant̄ ⁊ cribellent̄: ⁊ dent̄ ex eis. ʒ. iii. in aq̄ in q̄ submergit̄ ferrū ignitū.

Remediū pro illis q̄ mingūt in lecto.

Remediū ad mictū i lecto vbi ꝓhiberi nō possit. ℞. vesicā: ⁊ imitte i ea oleū: ⁊ dimitte ꝑ horā vt madefiat eo bn̄: deinde imitte virgā i eā euacuato oleo ⁊ parū dimisso i ea: ⁊ liga eā ad caput v̄ge ⁊ anchas: ⁊ dormiat cū ea: si em̄ miget: nō miget i lecto s; i ea: et remanebit i lecto.

¶ Incipit summa tertia quarte particule sectionis prime continens capitula specialia. xxi.

Princeps medicorū Galenus.

PRinceps medicoꝝ Gale. inquit: q̄ multis enim existētibus dogmatibus naturalibus: et ꝓpter generationē ⁊ corruptionē animaliū sanitates ⁊ egritudines: ⁊ cura in ea solū vnū nutritur: id Erisistrato et viris huiusmodi. i. alicuius gratia omnia facere naturā inaniter nihil. Et q̄r illud cuius gratia oīa fecit natura homo esse dignoscitur: qui cum sit periculo nature resolutioni suppositus nō stet semp̄: sed deficit in termino ei naturali ꝯstituto: ⁊ plurimū infra abbreuiato preuidit ne deficiente eo: ⁊ sic oīa inaniter egerit vt semꝑ permaneret in vita: q̄d vel quādiu disponit diuina sapientia quoquo modo. Et proinde in corpore hominis vltra nutritiua mēbra ad conseruationem: sic prefiniti ex esse ipius sunt necessaria ꝓcreauit alia eis que v̄tutes imposuit desideratiuas cū delectatione grādi qua inclinaret̄: ⁊ ꝓuocaretur homo plurimū ad coitū et effectiuas ad sui filis generationē per q̄d successiue ꝑduret in vita: q̄d ex seipō semper non valuit permanere; q̄d Auer. ⁊ Arist. voluit cū dixit. Omnia em̄ illud appetūt: ⁊ ꝓpter illud esse agūt. Et q̄r generatio hoīs fit imisso spermate in matricē velut semen plantaꝝ in terrā: ⁊ aliqua ꝓcreauit mēbra: que ad spermatis generationē etiā faciūt ⁊ in maribꝰ ⁊ feminis testes. s. ⁊ seminaria vasa: ⁊ in seminantibꝰ maribꝰ ad emittēdū virgā: ⁊ ad receptionē ipius ex quo emissum est scꝫ matricē in feminis tanq̄ locū propriū cōseruationis ne pereat. Et in quo suā facit actionē: necnō generatiōi longiꝰ ꝓuidēdo in eis vbera ꝓuocauit ꝯtiguata matrici per quasdā intermedias venas per quas sanguinē ad matricē imissum tēpore cōceptionis post partū reassumerent vbera ipsa retrahente natura;

hēc natura: vt sua virtute ɔuersus in lac valeat nutrimētum idoneū pstare fetui donec mādere dura possit. Sublimis itaq; Deus in marib⁹ et feminis creauit testiculos generatiōis pricipalia instra: in marib⁹ manifestos pēdētes in bursa: in feminis vo occultos ī duob⁹ matricis cornib⁹ collocatos: ex carne glādosa alba inter mēbra principalia nūeratos ad generādū sperma: qḋ generatiōis existit pn̄cipiū effectiuū ex mare: et materiale ex femina ex hūiditate delata ad eos in venis: q̄ est quasi superfluitas q̄rti cibi in corpore toto. Et est sanguis magis digestus et magis subtilis quē alterāt ppria cōplexiōe: et ɔuertūt in albedinē et similitudinē suā: ad qḋ adiuuat cōmotio acreitatis ī ipo per spm̄ et formantē ip̄m sicut māmille sanguinē venientē ad eas ex venis: et queadmodū ecōtra: epar chilū albū ad se tractū cōuertit in rubedinē sanguinis: vis em̄ agētis est assimilare sibi patiens. Creauit quoq; duos ppter cām dictā supra in renib⁹ et rotūdos: vt essent salui a nocumento: et a siphac maiore ptēdūt duo meat⁹ vocati didimi venientes ad testiculos quos cōprehēdūt et aperiūt: vt duo folliculi intra bursam cū meatib⁹ illis: venit quoq; ad duos testes de venis pulsatilib⁹: et quietis plurimū ramificatis ex vena pulsatili et vena quieta: q̄ illarū sunt radices ramificatiōes plurimorū et inuolutiōes cū anfractib⁹ mltis deferētib⁹ hūiditatē illā sanguineā q̄ est materia spermatis: in qb⁹ aliquā recipit alterationē virtute carnis glādose in qua inuolute sunt iuxta testes ex qb⁹ infundit in testes: et ibi fit sperma cōpletū. Etiā ibi generant duo foramina q̄ ad virgā vadūt: cui⁹ euacuatio fit cū illa replent vētositate grossa: et vene arterie eius sanguinē et spm̄ et calorē. Cū em̄ virt⁹ imaginatiua imaginat coitū ex se pncipalr vl ex sensibili a natura appetēte cōmota cū sit vna de virtutib⁹ superiorib⁹ pcipit ɔcupiscibili q̄ est in corde vt mittat spm̄ et calorē ad genitalia mēbra: et calor illi fortiter veniēs dissoluit hūiditates ɔtētas in venis et arterijs in motu q̄ erigit virga ad iniectionē semis in matricis cōcauū: alter em̄ nō possit imitti: sicut Gal. declarat. Et tunc nō q̄escit ab estimatiōe sua virga q̄diu vasa spermatis tensa fuerint: q̄ qḋ in eis est expellere appetūt: siue sit sperma multū: siue acutum: ad qḋ adiuuat caput vge cū fricatū fuerit: q̄re a vasis illis attrahit et effundit sperma: et ex ea mittit in matricē. Et ī coitu naturali cui obuiat matrix cū orificio suo apto: et trahit illud desiderās sua ppria vtute valde. Et ex testiculis suis p dilectiōe etiā pcedit sperma qḋ generat in eis ad matricis ɔcauū: cū ergo ɔcurrūt ambo: et oīa sibi inuicē pmiscent tēperant: generatio pcedit. Vasa vo spermat⁹ dicta sunt velut duo meatus pcēdētes ab vnoquoq; ouo non generati ab eis: sed ɔtigui eis apud ipa oua: seu testes dilatati manifesta dilatatiōe: deīde cū pcedāt ad vgā stringunt ɔstrictiōe lacertorū generatorū sup ea: et in mulierib⁹ ramificant iterū apud statū suū. Et in pcessu sunt ascēdētes vsus inguina post principiū: deinde descēdētes vsq; ad collū vesice sub meatu virge: vt etiā et qḋ est inter ipa digestio spermatis ɔpleat: donec redeat ad meatū: et expellant in virgā: donec opz ip̄m perfici illo tpe breui cū coitus celebratur. Virga vo est membrū viri tale generatū et institūtū ex carne ligamēti orta ex carne pectinis plurime ɔcauitatis et venis et neruis ortis a spōdilib⁹ caude: et sunt ligamētales nō priuati sensu submersi in ea. Et nerui cū qb⁹ erigit sunt alij s̄m Gal. a neruis cū qb⁹ mollificat: ex qb⁹ cū carne ɔficiunt lacerti pprij ipi virge: qḋ Gal. in li. de anatomia dixit. In virga quoq; sunt meat⁹ tres: meatus vrine: meat⁹ spermatis: et meatus humoris q̄ egredit cū aliqs tāgit mulierē. Et scias q̄ virge aduenit vtus erectiōis a corde et desideratiua ipius a quo puenit et spūs per arterias: et aduenit sensus a cerebro et nucha p neruos: et ab epate p venas sanguis: et vētositas grossa et ventosus spūs. Ex qb⁹ per anatomiā collectis circa medicinas tā necessarias egritudinū mēbrorū generatiōis in marib⁹ ponēdas per ordinem est ɔsiderare: pmo disponēs testiculorū tanq̄ principaliū inter ea. scdo ductuū canaliū seu didimorū a siphac a q̄ pcedūt. tertio orei seu burse in qua ɔtinet. quarto vasorū spermatis. quinto virge vt instrumentaliū. Et q: ex talib⁹ egritudinib⁹ enumerādis mēbrorū taliū ledunt actus vnitōis talib⁹ necessarius generationi. s. coitus lesionū ipius oportet subiūgere medicinas quas scire nequibimus nisi ip̄m prenoscimus actū s̄m Gal. Et q: talis act⁹ fit cū erectione virge: iō opz de nocumēto ipsius actus et medicinis ipsi⁹ tractātes simul perquirere cām erectiōis et coit⁹: vt p eas scitis nocumētū et cās ipsarū medicinarū valeam⁹ vnicuiq; distincte subiūgere pprias. Et s̄z hoc hec tertia sūma q̄rte particule sectionis prime cōtinebit capla spālia. xxj.

Marginalia (left): Quare creauit duos testiculos. — De virga. — Qualr in virga sunt tres meatus. — Qualr fit erectio virge.

Cap. j de mala complexione testium.



Mala complexio testium inuestiganda est sollicite vt sanet: gñationē em̄ circa quā exequendā sic natura ingenia ta est studiosius ledit: cū in essentia virtutis que est ipsius initiū maxime inferat lesionē ac pcreationis spermatis siue naturalis: siue preter naturā sic ipsum reddēdo: sicut Hip. dixit in apho. generationi ineptū cuius principiū est et esse pōt ois generis: sed frigidū plurimū: et sicca pura vel ipura: et est plurimū pter naturā et substātiā spōgiosiorē ipsorū humiditatē et materiā colligentē: ad quā societas eorū ad mēbra superfluitatū adiuuat et sit⁹ eorū: cuiusq; inuestigatio est in causis et signis. Et cā ei⁹ est aut interior: aut exterior. Interior aūt est ppria et naturalis lapsus ei⁹ adeo vltimat⁹ vt noceat actū gñatiue pprīū virtutis in aīali: aut humor: et cib⁹ et pot⁹: et ea que accidētalis est: et est pter naturā: aut est ex colitate ad superiora: vt epar cerebrū et cor. Exterior vo vt est aer aqua et cōsimilia. Signa cōplexiōis testiū generationis nociue si naturalis sit et a pncipio generatiōis pueniēs sunt signa gñationis eorū siue egrorū in natura consimili q̄ Gale. ponit: sed in quāto: tamē differētia ab illis q̄ sunt vltimata seu magna excedētia: sicut cuius sunt ɔplexio naturalr lapsa quādiu lapsa fuerit q̄ stet cū natura actioni nō nocet sensibilr. Cū vo modū excesserit vt vltimet: ledit manifeste actū pprie vtutis: queadmodū ea que pter naturā: sicut Gale. dixit. Et proinde signa vtriusq; erūt similia specie a signis naturalr lapse in quāto dria est intra se: vt infra dicet. Cū ergo vene q̄ in oreo et vga sūt fuerint valde late eminētes et manifeste: et raritas cutis eorū multa: et pili etiā pectinis multi et spissi fuerint in eis anchis et coxis appetēs et multū desideriū coit⁹: et velocis coit⁹ cōsecutionis in emissione spermatis: ip̄mq; spma albū fuerit ad citrinū vel fuscū tēdēs rectificato regimine cōplexionē ipsorū cognosces naturalr calidā vltra q̄ generatiōi expediat. Si vero illis ɔtrariū: frigidā iudicabis. Si aūt in pdictis mēbris sentiat asperitatē in tactu: et in pilis crispitudinē nō ppter formā pororū: et in spermate paucitatē et siccitatē: dicas cōplexionē esse siccā eorū. Si vo cōtraria vt sperma multū humidū et filosum humida erit conplexio. Et oīs coit⁹ signū intēperātie sumit ab effectu: q: sperma dimissum ab eis gñatū oīno erit: vt Hip. dixit. Et signa cōplexionis cōmixte ex permixtiōe pdictorū signorū colligi hñt. Signa vo cōplexiōis pter naturā ipsorū sunt silia signa naturalis cōplexiōis que pri⁹ nō fuerūt inuenta

Marginalia (right): Cause. — De signis ɔplexiōis testiculorū

nec percepta: τ qn̄q₃ sunt cū dolore: qn̄q₃ cū pruritu: qn̄q₃ cū mollicie et paruo sensu q̄ in naturali nō sentiunt. Cura ei⁹ est cura male cōplexiōis in alijs mēbris dicta τ ꝓprie in renib⁹ epate τ vesica. Et siq̄dē fuerit naturalis: īcurabilis, Gale. Inq̄t em̄ Gal. alterare em̄ vtiq₃ alicubi τ trāsmutare possibiles sum⁹: τ vertere semp in meli⁹ malas ꝯstitutiōes corporis: sic est curabilis: s₃ difficilis: qđ em̄ naturale est semper ē aut ꝑm plurimū: vt Auic. dicit. Si ꝟo sit accidētalis τ noua: facilis. Si ꝟo habituata: difficił. Inq̄t Gale. mala cōplexio si ꝑfecte mēbro dn̄eł dure sanał. Et si fuerit sine pruritu: cura īfra diceł: τ si cū pruritu: erit cura prurit⁹ ꝟge.

¶ Capitulū. ij. de mala cōplexione τ magnitudine τ paruitate eorum τ malo situ τ eleuatione ipsorum.

Magnitudo testiū nota est. Fit em̄ aut ꝓter naturā ꝑ modū apostemat₃ vł elephātie: de q̄b⁹ infra diceł. Aut ē naturalis ꝑm semitā augmēti τ ēt īpugnatiōis sicut mamillis ꝯtingit. Et signa distictiua sunt manifesta: q̄ l₃ nō sit egritudo: tñ ei cura debeł: q₂ inter egritudines noiatur: vt ait Abo, q̄ ad particulā decoratiōis et ornatiōis ꝑtinet ħ grā ordinis seruādi locata: sic etiā mamillaꝝ cura: ē em̄ simul in vtrisq₃ τ īfra tp̄s naturalis augmēti possibilis ꝯmode. Et est tres res. ꝓma debilitat nutritiuā ꝟtutē vt augmētatiue nō ministret materiā. scđa partes eoꝝ coadunat: coartat: τ ꝯstringit: vt extēsionē nō suscipiāt τ augmētū sed diminutionē. tertia subtrahit materiā augmēti τ impugnatiōis. ꝓriā τ scđa ꝯpleł cū frigidis τ stipticis: q̄b⁹ curanł mamille ꝟginū stātes vt nō cadāt: sicut est cerotū ex iusquiamo albo epithimo τ cera. Et empl'm de herba cicute cum suo semie suppositū qđ māmillaꝝ in puellis τ testiū ī pueris est cōe: vel fractura plūbi ꝯfracti adinuicē cū aq̄ coriandri hūidi vł ꝯfracti cotis τ lapidis molēdini. Et de appropriatis ꝯtēꝑātib⁹ illos τ ꝟgā est inūctio olei sambucini. Tertia res ꝯpleł cū subtractiōe cibi: sicut em̄ ꝑm Gał. augmentū sine fluēte τ applicato cibo nō potens est fieri: ita eo abstracto τ diminutio τ ꝗ̄litas. Et deinde cū applicatiōes resoluētiū supra τ circa testes vt nutritiu⁹ cibus tractus ad eos nō ꝑmaneat: sed resoluał: resoluentia tñ nota sunt ex dictis τ dicēdis ꝓprie in cura egritudinū iūcturaꝝ. Post tp̄s ꝟo augmēti est īpossibilis nisi ꝑ modū īpinguatiōis existat: de cui⁹ medicina infra in decoratiōe diceł: sed remedio eget q̄ toleret τ meli⁹ deferat τ absq₃ impedimēto mot⁹. Paruitas ꝟo eoꝝ ex ꝯtrarijs causis existit magnitudini: aut em̄ est naturalis: aut ꝓter naturā: τ tūc aut est ꝑm semitā phthysis τ ethice: de q̄b⁹ dictū ē τ diceł: aut ē ex causis exteriorib⁹ frigidis τ stipticis corrugātib⁹ τ ꝯstrigētib⁹ ipos τ suspēsoria eoꝝ: q̄re retrahunł et eleuanł ad mirach vētris τ inguina: τ occultanł ibidē τ ꝯstringūt collū vesice vel vesicā: adeo vt difficultas accidat vrine τ distillatio τ dolor cū mingił. Et signa ei⁹ ex ꝓñtia vł ꝓcessiōe cāꝝ habētur. Cura ei⁹ nō ē necessaria cū naturalis est: ad pulchritudinē em̄ spectat eoꝝ paruitas vt paruitas mamillaꝝ: nisi tāte diminutiōis fuerit ꝙ actionē ꝓpriā ledat: tūc em̄ cura est necessaria: quēadmodū τ si ꝓter naturā sit. Est tñ possibilis īfra tp̄s naturalis augmēti: post ꝟo īpossibilis: nisi ꝑ modū īpinguatiōis ꝓcedat: q̄ augmētū nō est ꝓprie. Impiguari em̄ post macredinē de q̄ ī decoratiōe diceł nō ē augmētū. De cura. ¶ Et cura q̄dē ē q̄tuor res. ꝓriā aufert cā₃ ꝓter naturā si adsit vt possibile ē: τ ex dict₃ τ dicēdis ē nota. Scđa dilatat coartata τ ꝯtracta. Tertia ꝯfortat ꝟtutē nutritiuā τ augmētatiuā: τ ꝓbet materiā. Quarta trahit illas ad ꝓꝓ₃ locū. ¶ Scđam rē ꝯplēt fomētatiōes balnea calida q̄ ꝟtutē mollificātiū τ dilatātiū hñt: vt sūt flores mellilotī camomille fenugreci altee τ calamēti. ¶ Tertiā rē ꝯplet calida τ hūida ex cibis τ potib⁹ τ medicis interi⁹ et exteri⁹ ꝑ oēm modū approximatis: q̄s supra dixim⁹ ī cura stomachi: τ in cura īpinguatiōis dicem⁹. ¶ Quartā rē ꝯplet ꝯpressiões desup τ fricatiões de subt⁹ trahētes inferi⁹ cū adipe anatis vel oleo masticio τ pice actōe ꝑdurās: deīde cū myrtio rosaceo: τ đ citōijs: vt tract⁹ cibi ꝑmaneat ī eis τ ñ resoluał.

¶ Capl'm. iij. de vlceribus testium τ eleuatione ipsorū.

Sed sciendū qđ eleuationis τ ꝯtractiōis testiū ad superiora preter dicta est alia cā: sc₃ virtutis debilitas. Et est ex signis mortis in acutis egritudinib⁹: prout Hip. dixit pronosticoꝝ secūdo. Ulcera testiū sunt multe putredinis: trahunt em̄ multā materiā propter dolorē a mēbris supfluitatū eis vicinis vltra illā quā pre debilitate illoꝝ generauit: τ influit a supremis: quā ꝓpter infimū situ recipiunt: τ propter raritatē colligūt: ac propter eorū cōplexionē calidam τ humidā τ coartationē in loco occulto priuato aere: quare non transpirał: corrumpił et expandił multitudine sua ad vicinas partes: τ fiunt vlcera ambulatiua τ corrosiua difficilis curationis sicut vlcera mēbroꝝ superfluitatum. Et multotiēs corrodił testiculus: τ indiget vt castretur: ne corrosio ambulet: τ multotiens corrosio in oreo incipit pricipalr: τ cadit τ īcarnał: τ causał chistis dura adherēs testiculo nō subtili distincta vt prius. Et multotiēs ꝓcedit a chisti ad testiculū: τ sunt nota: τ curanł cura vlcerū virge: de quibus infra dicetur hic τ in sectione scđa.

¶ Capitulum. iiij. de apostematibus testiculorum: τ quia omnes ledunt eorum propriam actionem que est generare sperma: necnon τ dolorē in eo inducit.

Apostema qn̄q₃ fit in testiculis: qn̄q₃ in oreo: et qn̄q₃ in vtrisq₃: τ oīs generis eē pōt. Et causa eius plurimū est per modum influxiōis fiens: quā ꝓuocat plurimū cā exterior: vt cōpressio τ percussio τ casus. Et qn̄q₃ est interior causans dolorē. Et qđ est in oreo visu cognoscił τ colore τ tactu: et factū in testiculis difficile cognoscił: τ est ꝙ oreū est subtilius tractabilius τ extensum subtiliatū nō ingrossatū: sed cū eo est qn̄q₃ febris: q₂ est nobile mēbrū arterijs ꝯtinuatū cū corde. Et si est in vtroq₃: est difficilius. Sed febris difficilior erit distinctiua si calidū fuerit: τ grauedo τ dolor fortior. Et qn̄q₃ delitescit apostema testiculi: τ cu₃ fuerit calidū τ magnū ꝑmutał ad partes pectoris τ cordis: epatis τ cerebri ꝓpter ꝯtinuitatē cū eis: τ ē signū mortis. ¶ Cura apostematis calidi testiū in quatuor rebus cōsistit sicut cura apostematū renū. s. in euacuatione totius: τ in euacuatione partis: in regimine: τ in sedatione accidentiū. Euacuatio aūt totius est faciēda eodē mō sicut in apostemate renū. Euacuatio aūt partis cū particularib⁹ remedijs applicādis testib⁹ τ repercussiuis τ stipticis et resolutiuis et vtrisq₃ ꝑmixtis: ꝓut tēꝑorib⁹ eius cōgruūt τ debenł ex appropriatis ipis testib⁹ apostematis: qualia sunt ex repercussiuis simplicibus approximādis in principio: oleū ro. aqua rosa. acetū: mucillago psilij: aq̄ τ succus endiuie: succus solatri: et aqua cucurbite: aq̄ carue hūide: positione farine ordei: farine lētiū excorticataꝝ: alchechēgi: τ silia epithimata τ emplastrata singularia vł permixta. Et si fuerit caliditas multa τ dolor: addanł predictis semē iusquiami albi: et cāphore parū. Cūq₃ pertransierit principiū manifeste: tūc op₃ vt eis admisceanł resolutiua: vt est ꝓprie farina fabaꝝ: ciceꝝ nigroꝝ flores camomille: τ mellilotū cum melle vel caricis τ bdellio vel berbenā τ folia caulis et vitella ouoꝝ. Et ꝓcedēte tp̄e addanł ꝑdictis ciminū τ passe enucleate pingues cocte τ aggregate cū vino: τ emplastrētur. Cū aūt ꝓuenerit ad statū: admīnistrabis predicta resoluentia simpł'r τ ꝑ se: τ emplastrabis cū stercore vaccino cū pauco aceto τ cinere caulis cū vitello oui τ radice cucumeris agrestis cū vino τ fece vini antiq̄ vel melle lilij hyssopi: qđ si nō resoluał τ matureł: τ ministrent maturatiua: q̄lia sunt folia maluaꝝ: radix lilij albi: radix altee: et mucillago fenugreci τ se. lini cū axūgia porcina corrupta: et cepe albū decoctū cū butyro ad frigidū. Deinde cū fuerit dubelatū: fiat aptio cū medicinis sup oreū applicatis q̄ aperiēdi hñt virtutē: q̄les supius habuisti. Caue tñ ne occulteł vt sequtur anū: τ ibi aperiał: q̄m sequeł fistula mala: īmo cū illud accidit: op₃ vt assidueł positio farine risi cū aqua ros. vel myrhe: vt ꝓhibeat ibi eruptionē: resoluat τ exiccet: et. mēbrum dimittat innocitū. Ex his q̄ expertus sum est vt primo emplastreł ex myrta balaustijs rosis camomilla τ galla decoctis in vino: q̄m resoluit exiccat et ꝓhibet eruptionē: deinde cū emplastro diaqlon: deinde facta aptione mūdificeł vlc⁹: exicceł τ ꝯsolideł cū medicinis simplicib⁹ τ cōpositis: quales infra dicem⁹. Regimē autē op₃ qđ sit subtile cum vino rōne cibi τ pot⁹: τ subtractione carniū et vini τ cū quiete τ alijs ꝯsimilib⁹. Accidentiū correctio sicut doloris faciēda est: vt in ꝓmissis est dictū: τ etiā in ꝓpiio est dicendū cap. τ ꝯfortatio principaliū cū frigidis stipticis τ aromatibus vt nō recipianł si materia delitescat: τ ad ipa superiora eorum propellatur: τ cum trahentibus ad ipsos testes emplastris. De cura.

testes emplastris. Et siquidē fuerit frigidū: in principio ex
predictis resoluētibꝰ cū stipticis calidis aliquid ministra:
bis: vt est farina fabarū cū camomilla blacte bizātie ⁊ squi
nāti passule cū nucleis myrrha ⁊ thus ⁊ similia simplicia vł
cōmixta: deide cū ꝓcessit ad augmētū: calida resoluētia mi
norabis: ⁊ augebis calida: ⁊ procedēte ad statū: multo ma:
gis augmētabis calida resoluētia cū processit: ⁊ minora:
bis stiptica q̄ eliges ex p̄dictis. In declinatiōe fortiora q̄:
lia sunt rubea tinctorꝫ addita p̄dictis ex olei nardini parū
tincti p virgā. Et si fuerit vētosum: emplastreł cū farina fa
barū thymo, oleo nardino ⁊ melle. Et inijciał aliq̄d olei
de enula vel sambucini cū musto in virgā: vel de cherua q̄
sūt vltia priꝰ tñ fomētatiōe p̄missa cū aq̄ decoctiōis se. apij
rute spice anisi fenugreci ⁊ carui: ⁊ aliarū exterminātiū vē
tositatē. Et cū est in oxco apertio flebotomo resoluet eā: et
siq̄dē fuerit aquosum silr. Silr p̄io cū tētabis ipam mate
riā aquosam resoluere ⁊ exiccare cū fomētis ex aq̄ maris
vel salsa: seu sulphurea ⁊ aluminosa: ⁊ ex emplastris ex re:
soluētibꝰ ⁊ exiccātibꝰ dictis in cura emorroidarū exiccāda
rum. Et furfur emplastratū cum vino ⁊ sale est efficax. Si
ꝟo puenerit ad sclirosim: aut q2 tale a principio fuerit: mol
lificetur: ⁊ resoluał distincte vel cōmixte: vt superius est in

Empla. ad apostemata testiculorum.

alijs dictū. Deinde addamꝰ cōpositas medicinas. ¶ Em
plastrū resoluēs apostemata testiculorꝫ ⁊ ētorei calidū et
frigidū. ℞. granorū viridiū elixatorꝫ. ℥. j. ß. passularū enu:
cleatarū. ℥. v. cimini. ℥. j. caulis. ℥. ß. glutinis pini. ℥. iij. Cōfi

Aliud ad idem.

ciantł cū melle ⁊ emplastrentł. ¶ Emplastrū aliud frigidū
⁊ vētosuꝫ. ℞. ciceris ni. staphisagrie añ. ℥. j. cineris scorpio
nis partē. ß. Cōficiantł cū melle ⁊ emplastrentł: ⁊ adde olei

Aliud ad idem.


sambucini cū myrtino ⁊ cū nardino: ⁊ inijciantur in virgā.
¶ Emplastrū efficax ad resoluendū sclirotizatū. ℞. ficuū
adipis anatis añ. ℥. j. foliorū oliuarū ⁊ cipressi añ. ptes eq̄:

Cerotum ad idem.

les: aggregentł cū vino ⁊ butyro vaccino ⁊ hyssopo. Cerotū
nr̄m ⁊ diapēte est solēne cerotū ad apostemata cū vlceribꝰ.
℞. scoriā argēti decoquał cū oleo roß. donec fiat sicut spis
situdo: deinde addał cere ⁊ gūmi pini: ⁊ reponatur. Abo.
fiat emplastrū ex ruta ⁊ folijs lauri supra apostema testi:
culorū: vel cum altero eorum aliud conficiatur.

¶ Ca. v. de spmate ⁊ nocumētis accidētibꝰ i gñatiōe ipiꝰ.

Prima causaq̄ est materialis.



Spermatis quatuor sūt cause: materialis: forma:
lis: efficiens: ⁊ finalis. Materialis est vt iā dictū
est humoralis humiditas seu sanguinea delata
p venas ad testes ex corpe toto: qi ex omni mē:
bro per resudationis modum: ⁊ ex principalibus proprie
⁊ ex cerebro plurimū ꝟm Hip. nō cōuersa adhuc: sed apta
cōuerti. Est eñ supfluitas quātitatiua digestionis quarte
multe aereitatis ⁊ pauce terrestreitatis: que fit cū dispar:
titur in mēbris resudatio de venis tertia digestione iā cō:
pleta in eis: ⁊ digesto sanguine ⁊ subtiliato: ⁊ recipit alte:
rationē in ipsis mēbris: ⁊ fit propinquus alteratiōi ⁊ assi:
milatiōi mēbrorū spermaticorꝫ: q2 iā iunctꝰ est ipsis ⁊ actꝰ
nutriētes venas ⁊ arterias: ⁊ reliqua mēbra dura cū carēt
cibo alteratiōe nō interueniēte multa sꝫ sola assimilatione
succedēte digestio erit pfecta ⁊ de suaui illiꝰ: ⁊ ꝓprie q̄ vni:
tus est principalibꝰ mēbris pars separał q̄dā: ⁊ mittił per

De cā formali.

venas ad testes vt ibi spermatis naturā assumat. Cā for:
malis seu forma eiꝰ duplex est. s. substantialis ⁊ accidenta:
lis: substantialis est geominiū esse. i. gñationē: ⁊ hoc p spm̄
gignitiuū receptū in spumoso eiꝰ habēte potētiā triū virtu
tum vnitarū in ipso quas defert ad testes a triplici princi:
pio: ⁊ spiritꝰ triplex ab eo procedēs vnitꝰ in spū ipso qui re
cepit alterationē in testibus ⁊ cōpositionē aptaꝫ ad exer:
cēdum actꝰ generatiue virtutis qui in esse nostro sunt prio
res alterādi. s. ⁊ informādi: quos nō ex materia diducit: sꝫ
circa materiā principaliter oñdit gñando ex ea triplex mē
brū i quo q̄d virtutū de virtutibꝰ erit i spū gignitiuo: ⁊ i eo
disgregał: discernił: ⁊ appropriał ꝟm exigētiā ꝟtutꝫ cuiusli
bet inherētis illi: cuiꝰ apd medicū basis fons ⁊ p̄ncipiū dr.

De cā efficienti.

Accidētalis est albedo: quā recipit virtute cōplexiōis ele:
mētaris ipsorꝫ testiū. Efficiēs est virtꝰ gñatiua cū cōplexio
ne testiū: q̄ duplex est: vna immutatiua: ⁊ alia informatiua.
Immutatiua est vna q̄ ex humoribꝰ corporis sperma gene
rat in corporibꝰ generantibꝰ masculos. s. ⁊ feminas, primū
de qua p̄mꝰ sermo p̄ponił. Alia q̄ virtutes diuertit q̄ sunt
in spermate: ⁊ pmiscet tēperādo ꝟm q̄ vnicuiq3 cōuenit mē
bro dās parti cōuertende in neruū cōplexionē neruo pro:
priā ⁊ parti cōuertende in arterias cōplexionē ꝓpriā arte:
rijs: ⁊ sic de alijs: ⁊ illd scdo postq̄ spmata vtraq3 cōcepta
fuerint in matrice ⁊ pmixta simul in ea. Informatiua est q̄
p̄cepto sui creatoris vnūq̄dq3 mēbrū iformat ꝟm diuisiōes
ꝯueniētes illi. ¶ Finalis est ad ꝯseruādā spēm p īdiuidui

De cā finali.

gñationē ꝓcedētē ex cōmixtione duorꝫ seminū receptorꝫ si:
mul in matricis ꝯcauo seipā ꝯtēperātiū masculini se habē
tis vt principiū intrinsecū effectiuū in gñatiōe vt sic calidū
digestum ⁊ spissum velut grādo: ⁊ feminini se habentis vt
materiale p̄ncipiū: cū sit frigidū īdigestū ⁊ aquosuꝫ ad mo
dū sanguinis mēstrui: ⁊ ꝓinde debite ⁊ passiuū ꝟm propor:
tionē mixtiōis coaguli ⁊ lactis in gñatiōe casei. Coagulū
eñ cū calidū sit digestū ⁊ spissuꝫ sua virtute intrinseca agit
in lac frigidū īdigestū ⁊ aquosuꝫ: ⁊ coagulādo ꝯuertit in ca
seū: vt supra in mamillis est dictū. Et quēadmodū coagu:
lū nō ingredił i substātiā ⁊ corporeitatē casei: sꝫ virtualiter
tm̄. Et carpētariꝰ agēs i lignū efficit scānū: ita q̄ nō igredi
tur substātialiter: sed corpaliter est distinctꝰ ab eo: eodēq3
mō spma virile substātialiter ⁊ corpaliter i embrionis sub:
stātiā nullatenꝰ intrat. Sꝫ in gñatione embrionis est sicut
actor ⁊ gubernator in naui q̄ in nauis substātiā nullatenꝰ
corporaliter ⁊ materialiter intrat: sꝫ ligna cuiꝰ materiā in
seipso nō habuit: sꝫ ab extrinsecꝰ ꝓcurauit: nec in se ꝓcura
tiua ꝯuertit i corporeitatē ⁊ substātiā nauis: qm̄ simul i ea
cōtētꝰ nihil existēs de substātia eiꝰ efficit ⁊ gubernat: vnū:
quodq3 aūt exercere facit eiꝰ ꝯplexio eiꝰ calida ⁊ humida.
Cibꝰ ⁊ potꝰ ⁊ calidꝰ ⁊ humidꝰ multiplicās sanguinē cū si:

Qui emittāt se. plisicū: q̄ non

milibꝰ circūstātijs: ⁊ eiꝰ ꝯtrariū facit decrescere: cuiꝰ natu:
rā ⁊ ꝓprietatē seruat. Et cū fuerit pfectū suis p̄narratꝫ cau
sis gñabit q̄le ipm̄ est. i. a quo procedit: cui mater pro posse
assimilare masculinū actiue: femininū ꝟo dispositiue: nisi
aliud ꝯtradicat: q2 ꝯstellatio ⁊ imaginatio q̄ i gñatiōe ha:
bēt impressionē lꝫ extrinsecꝰ p̄ncipij effectiui ⁊ matricis in:
dispositio receptātis. Si ꝟo imperfectionē i se habeat ali
quā p̄dictarꝫ causarꝫ oim: vel pluriū seu a corpe toto a quo
ꝓcedit: vł rōne etatis: q2 ꝓcedit a decrepito vł infante. In
q̄t ei Gal. Infantes nō emittūt semē fecūdū: decrepiti ꝟo
male fecūdū emittūt. vel ꝓpter rōnē regiminis: q2 ꝓcessit
ab ebrio ⁊ patiēte nauseatiuā satietatē: vel ab eo q̄ multū
coiuit: vel rōne praue dispōnis: q2 ab egro et hn̄te mēbra
debilitata: qd raro gñat marle si p̄ncipalia fuerit vel rōne
ineptitudinis vie ⁊ instr̄i q2 ab habēte virgā lōgā: nā ꝓlō:
gato spacio motꝰ eiꝰ ad matricē venit ad eā calore eiꝰ iam
tracto ⁊ spū exhalato: quare nō generat sicut Hippo. dixit
⁊ silr si nimis breuē habuerit. Inq̄t eñ Gal. Etem hoc. s.

Galenus.

sperma tpe nullo oportet permanere extra ꝓpria organa si
debeat suam custodire virtutē: sed aut in particulis esse vi
ri vel in particulis femine copulari quare ad matricis cō:
cauum nō potest puentre: sed alterał ⁊ corrūpił prius: a tpe
vero q2 paruo vel lōgo tpe fuerit retentū fuit imperfectū:
vel naturā veneni assumpsit: vł a materia q2 a cibo ꝓcessit
cōplexionabiliter vel a proprietate generationi cōtrario.
Hec sunt p̄missa vt eis scitis q̄ ex parte spermatis vtriusq3
impedimēta in gñatione tā sollicite a natura intēta euenī
re sūt possibilia dignoscantł: ⁊ meliori mō possibili fugatio
ne fugentł ⁊ corrigantł. Quatenꝰ generatio fiat vsq3 ad ste
rilitatis capitulū postponał. ¶ Cap. vj. de dolore testiū.



Dolor testiculorū est ex malitia cōpositionis di:
uerse ⁊ vniuscuiusq3 simplicis vel cōmixte pu:
re vel cum materia plurimum: ⁊ q̄nq3 ventosa
⁊ solutione continuitatis: vel vtraq3 ex aposte:
mate est: sicut in soda dximꝰ ⁊ alijs mēbris. Et causa eiꝰ
est aut interior: aut exterior. Interior est humoralis. Exte:
rior ē aeris q̄litas pcussio casus ⁊ cōpressio. Et breuiter cā
egritudinū predictarū ipsarꝫ. Et signa sunt signa predicta
rū egritudinū: ⁊ cura est cura earum.



¶ Cap. vij. de egritudinibus didimorum.
E qualitate ⁊ ruptura didimorum dicere re:
seruamus vsq3 ad curam ramicis ⁊ rupture si
phae.

¶ Cap. viij. de mollificatione oxei.



Xeum in aliquibꝰ mollificał: ⁊ plōgał plon:
gatione feda ⁊ nociua testibus. Facile eñ cō:
primił cum percutiunł: quare incurrit dolorē
tumorē ⁊ apostema. Et causa est humiditas
humoralis frigida ⁊ humida mollificans te:

xtur ī villoꝝ eius. Cū ergo pōderent testes sua grauedine
tendūt deorsum: ⁊ trahūt oceū inferiꝰ ⁊ ꝓlōgat: ⁊ est nota.

¶ Capitulum. ix. de varicibus ⁊ duritie ocei.



Cura eiꝰ est duplex: leuis ⁊ p̄ma: alia est fortis ⁊
vltima. Leuis quidē est cū infrigidātibꝰ et sti-
pticis ⁊ emplastris ⁊ sumptis: ⁊ omittunt̄ ta-
ctus ⁊ fricatio motꝰ ipsoꝝ: ⁊ coitus fortis: ⁊ vl
tima est vt si p̄ma nō sufficiat: incidat̄: deinde
suat̄. Cauendū aūt ne ex neruis venis ⁊ arterijs testiū ali
quid abscindat̄. Et ꝓinde tutius est vt suat̄ prius superius
eleuatis cū inclusione illoꝝ in eo qđ remanet in eo tanq̄
vtile ꝯseruandū: deinde qđ extra suturā remāsit vt supfluū
incidatur: deinde cōsolidatio fiat. De oceo varicibꝰ infra
dicetur cap̄lo de ramice: ⁊ de duritie fiat prout supra di-
ctum est de apostemate duro testium: quorum est bursa.

¶ Capitulum. x. de gonorea.



Gonorea s̄m Gale. nomē grecū cōpositū ex go
no grece: latine germine: ⁊ rea grece latine flu- Gonorea vnde.
xus: vñ gonorea grece latine inuolūtarius flu
xus cum est absq̄ verctri erectiōe. Sed exitus
spermatis multꝰ duobꝰ modis fit: aut q2 in mē
bro in quo est expellitur multū ⁊ volūtarie vt ī coitu natu- Exitꝰ spermatꝭ multusfit duobꝰ modis.
rali ⁊ pollutiōe multa: aut q2 ꝑ se erit inuolūtarie cū ꝯtine
ri ab eo nō possit: vt ꝯtingit in gonorea. Et p̄mi cā est sup-
excrescētia spermatis ⁊ subtilitas aut ipsius acuitas: aut
vtriusq̄ excessus in ꝟtute expulsiua imprimēs nocumētū:
quare mouet̄ natura: ⁊ virtus expulsiua vasoꝝ ad expellē
dū ip̄m frequētius solito. Et scđi cā existit duplex iterior ⁊
exterior. Et interior duplex est: aut defectio ꝯtentiue vaso
rū spermatis: quare inanitio fit ipsius: intm̄ em̄ s̄m Gale.
euacuatio s̄m naturā ꝓcedēs ab eo qđ est extra naturam
differt: silr̄ ⁊ retētio ꝙ semꝑ a fortitudine sunt ꝟtutis ꝓce-
dentes: a defectione ꝟo si extra naturā mutat̄: vnaq̄q̄ em̄
virtꝰ s̄m naturā se hñs opus quidē qđ suū est ꝑficit: expul
siua euacuationē ⁊ retētiua retētionē. Cū ꝟo extra naturā
mutent̄ ⁊ debilitent̄: ꝯtrariū operant̄: defectio em̄ ꝯtētiue
oꝑabit̄ euacuationē: ⁊ defectio expulsiue retentionē: nō ꝙ
virtꝰ expulsiua ⁊ retētiua aliqđ ibi operētur: lz euacuatio ⁊
retētio fiat: sicut nec cū naturalr̄ ꝓcedūt ꝯtētiua vel expul
siua deficit: sz quiescit potiꝰ vbi sua ꝯtraria operant̄: ⁊ ecō
uerso natura sic ordināte. Et cā defectiōis ꝯtentiue ipsoꝝ
aut est essentialis in se: ⁊ est mollificatio ipoꝝ vasoꝝ ꝓpter
maliciā cōplexionis frigide ⁊ humide coopante ei excessu
spermatis ꝑdistincto: aut cā eius erit ipsoꝝ ꝯtētiue defe-
ctionū nō in se: sed ꝓpter vehemētiā expssiue lacertorum
ipsoꝝ vasoꝝ spermatis: cuiꝰ cā est spasmus ꝯtrahēs vehe-
mēter lacertos ipsos supra ipsa vasa: quare cōprimunt̄: et
qđ in eis est sperma ꝯtentū exprimit̄ ⁊ educit̄: sicut in spas-
mo ꝯtingit: ⁊ epilepsia in qua retētio fit stercoris ⁊ vrine:
⁊ euacuatio spermatꝭ: cuiꝰ rei cā est: nā cū epilepsia sit q̇dā
spasmus corꝑi ꝯtingēs toti subito vniuersalr̄ quo ꝯtrahū
tur nerui ⁊ lacerti corꝑis totius in ea: ⁊ tñ lacerti ani ⁊ col
li ⁊ vesice creati sint ad ꝯtinendum supflua intestinoꝝ ⁊ ve
sice: lacerti ꝟo vasoꝝ spermatis ad exprimendū qđ in eis
ꝯtentū est: quēadmodū lacerti mcri in exteriori eiꝰ tunica
situati ⁊ vētris: ⁊ oīs actio sit ꝑ ꝯtractionē q̄ in spasmo erit
necessaria: nō est incōueniēs vt illoꝝ retētio fiat: sperma-
tis ꝟo euacuatio in epilepsia vel spasmo vniuersali. Exte-
rior ꝟo cā coadiuuās: ⁊ est sicut visio vel auditꝰ coitus vl̄ co
gitatio vehemēs ī ipso: vt desideret̄ coitus valde: q̄re mo-
ueant̄ ad oꝑationes suas vasa sꝑmatis motu fortis: ⁊ de-
scēdat sperma sicut cū mouet̄ motu debili: ⁊ mittūt hūorez
paucū ꝑ se vl̄ añ vrinā: qđ in mulierībꝰ accidit ꝓpter eandē
cām. ¶ Signa p̄mi modi cuiꝰ cā est sperma: sunt q2 egredi
tur cū erectione. ¶ Sz signa scđi modi cuiꝰ est cā defectio De signis
ꝯtētiue: sunt q2 egredit̄ absq̄ erectiōe ⁊ inuolūtarie: ⁊ cum
signis multiplicatōis p̄ter eā: cuiꝰ cā est spasmus lacertoꝝ
vasoꝝ spermatis: qm̄ illa est etiā cū erectōe. Sed differt a
prima: qm̄ lz fit cū erectiōe: nō tñ fit cū voluptate ⁊ sensu vt
illa: sicut nec pollutio: etiā hic est cū spasmo vniuersali ma
nifeste: illa vero sine. Sed signa eius cuiꝰ cā est multitudo
spermatis sunt: qm̄ ad expulsionē eiꝰ non sequit̄ debilitas
ēt cū multuz sit: nisi sit corꝑꝰ debile. Et signa eius cuius cā
est ipsius tenuitas est exitꝰ eius cū tenuitate ⁊ aquositate:
⁊ signa eius cuiꝰ cā est acuitas spermatis sunt q2 sentit̄ in
egressione mordicatio: ⁊ ardor vrine seq̄tur: ⁊ color corpo-
ris ad citrinitatē tendit: ⁊ significāt ipsum cause preterite
ex cibis ⁊ potibꝰ cōplexione corporis ⁊ circūstantijs consi
milibꝰ. ¶ Cura gonoree que est fluxꝰ spermatis p̄ter na- De cura.
turā est q̄tuor res. prima mollificationē vasoꝝ tollit: ⁊ vir-
tutē contētiuā cōfortat: scđa intēperantiā spermatis ade-
quat: tertia spasmū lacertoꝝ soluit: quarta accidētia cōse
quētia corrigit. ¶ Primā rē ꝯplēt siccarū ⁊ stipticarū me-
dicinarū simpliciū ⁊ ꝯpositarū calidarū resoluētiū mistra
tio intus ⁊ extra s̄m oēm modū: q̄les sunt q̄ dicte sunt in
cura dissurie ⁊ male cōplexiōis testiū frigide ⁊ humide pu
re ⁊ cū materia ⁊ cū paralysi. ¶ Scđa3 rē cōplēt vite ordi-
natio in cibis ⁊ potibꝰ maxīe ⁊ in alijs rebꝰ cōsimilibꝰ eis
vt siquidē superexcrescat q̄titate sperma minoret̄: cibus et
potus calidus ⁊ humidꝰ auferat̄: necnō ⁊ que habēt a pro-
prietate sperma multiplicare: frigidꝰ ⁊ siccus: vel calidꝰ et
siccꝰ multiplicet̄: indicet̄ etiā ille q̄ a ꝓprietate sperma hz
multiplicare ⁊ exiccare: mltiplicātia sperma: vt. G. ait: sūt Agnus castus multiplicat lac ⁊
etiā multiplicantia lac preter agnū castuz qui multiplicet minorat sperma.
lac ⁊ minorat sperma: ⁊ ex eis quedā sunt cibi: vt cepe dul-
ce: cicera: fabe: ⁊ grana pini: ⁊ piscis noiatꝰ multoꝝ pedū.
Quedā sūt medicine vt stincus ⁊ testiculi vulpis: quedā fa
ciūt illud: ⁊ sunt cibi ⁊ semē lini vt medicine ⁊ eruca: ⁊ alia
q̄ infra in cura diminutiōis coitus dicemꝰ. Minorantia ⁊
exiccātia sperma sunt cōtraria multiplicātibꝰ ip̄m: vt frigi
da sicca: siue sint cibi: vt lētes ⁊ acetosa ⁊ stiptica vt sumach
siue medicine vt calide ⁊ sicce vt mēta q̄ ꝯtrariat̄ spermati
a ꝓprietate vt agnus castus: calamētū mōtanū ⁊ siluestre:
ruta ⁊ similes: siue frigide sint ⁊ sicce: vt semē lactuce: coriā
drū: radix ⁊ semē nenufaris: cāphora: optū: iusquiamꝰ: so-
latrū ⁊ sil̄es que a ꝓprietate nō tm̄ a cōplexiōe habēt sper
ma minuere ⁊ exiccare. Et in ematithite est ꝓprietas recisi
cādi gonoreā ⁊ ireos auferēdi eā: ⁊ in mēta cū cōtrarietur
spermati a ꝓprietate vt nenufar. Et si corpꝰ toleret: ⁊ regi
mē nō sufficiat: minoret̄ sanguis a tēperātia vl̄ supfluitate
sua: vt ꝓuocet̄ vomitꝰ si necessitas vocat: nō aūt ē ꝯueniēs
euacuatio ꝑ solutionē nature nec per diuretica: cū talis at-
trahat materiā ꝓpter ꝓpinquitatē ⁊ vicinitatē vt exerci-
tet̄ multū: ⁊ vigilet eger. Si ꝟo peccet in subtilitate substā
tie cibet̄ cibis stipticis ⁊ grossis inspissantibꝰ san. qualia
sunt q̄ dicta sunt ī cura doloris stomachi ⁊ ardoris vrine: ⁊
approximent̄ que ip̄m inspissando habēt cōfortare a pro-
prietate: vt coriādrū ⁊ mēta: que cū hoc ꝙ ingrossat cōfor-
tat a ꝓprietate vasa sꝑmatis. Si ꝟo peccet qualitate acu
ta stimulāte naturā cibet̄ frigidis et humidis: q̄les sunt q̄
in cura ardoris et vlceris dicti sunt. Et vngat dorsum re-
nes et inguina vsq̄ ad alchati ex frigidis: sicut oleo rosa.
aq̄ coriādri humidi ⁊ solatri lactuce ⁊ portulace: et iaceat
supra stratū frigidū sup latus dextrū: et illis cibet̄ et simi-
libus. ¶ Tertiā rē cōplēt in cura spasmi superius dicta.
¶ Quartā rē cōplēt que ī virtute releuāt siccitatē corꝑis
extenuationē et inanitionē humectāt: restaurāt et replēt:
vt est resumptiua dieta. Exitū ꝟo naturalē sꝑmatis quā-
diu ad defectionē adduxerit nō opz retinere. Inq̄t Gale.
sperma diu retētū in corpore efficitur venenū. Cū vero ad
defectionē et corporis cōsumptionem adducere incipiat:
obuietur et curet̄ cura eius quē ledit superfluus coitus:
de quo dicetur infra si Deus annuat qui sit benedictus.

Capitulum. xj. de pollutione.

Pollutio est expulsio spermatis in somno ꝓpter
hora noctis in etate adolescentie sentit̄: q̄ ma-
xime superabundat: q̄ aūt erit cōtingēs: et per
interualla tꝑis facta: ⁊ cā eius erit motus natu
re et virtutis expulsiue solꝰ naturalis vasoruz
spermatis tūc ꝯfortare ad expellēdū nocumētū supfluuz
tertie vel q̄rte digestiōis. s. spermatis q̄titate vel qualita
te vel vtraq̄: qđ plurimū fit in somno: et ecōtra expulsione
superfluoꝝ prīe et scđe digestiōis que in vigilijs viget ma
gis cū sit cōposita ex naturali et aīali: et illud ꝑꝑ occupa-
tionē nature ī digerēdo tūc cibū: quare multiplicat semē:
et maxīe si supra dorsuz et ceruicē fiat somnꝰ: qm̄ calefiūt:
et dilatant̄ ꝑtes ille: quare facilius expellāt multiplicatā i
eis materiā: ad qđ adiuuāt fumi r̄soluti ab ea petētes cere
brū: q̄s imaginatiua ꝯponit ad mulierꝭ formā s̄m nature
necessitatē: ad qđ mouet̄: ac si in ea ageret vt expelleret: nec
est morbꝰ sz accidēs signū. Qđ si ī p̄ncipio morbi materia-
lis fuerit: lōgū significat morbū ⁊ multā materiā. Si ꝟo in
fine vel

fine vel declinatiõe morbi:digestã materiã τ nature poten tiã. Si vero fuerit multa τ frequẽs:τ quasi quotidie erit mor bus in vasis spermatis ad modũ gonoree ex cõtẽtiue ipso rũ defectiõe:τ signa τ cura erũt q̃ illi⁹. ¶ Curatio. Ex cõue Uenete ãt ad scholas se ɔferũt. niẽte cura est dormire supra solatrũ: folia salicis τ agni ca sti sup q̃ sedent mulieres athenẽses sm Auerroym in die bus festis:qm̃ reddunt eas castas:τ semen lactuce τ ireos sumptũ:exiccãt em̃ sperma τ prohibẽt pollutionẽ. Et Gal. laudauit laminã plũbi supra dorsuʒ applicatã τ ligatã: qm̃ eius ẽ in hoc impressio magna : prohibet em̃ pollutionẽ:et sedat desideriũ coitus:sed nocet renibus ppter frigiditatẽ quare oportet vt hic attẽdatur:et proinde melius est cũ sti pitibus agni casti sternatur supra dorsũ:qm̃ prohibet pol lutionẽ τ vge erectionẽ absq; nocumẽto ppĩetate sua. Et inũgere mẽbra spmatis ex altea τ semine ei⁹ vl' emplastra re. ¶ Medicina Joã. Serapio. ad gonoreã τ pollutionẽ. Medicina ad gonoreã. ℞. radi cãne. psice sic .calamẽti mõtani τ iusquiami. semi. rute semis agni casti:rosarũ rubea℞ añ.ʒ.ij.terant̃ τ cribel lent̃:τ det̃ i potu ex ea cũ aq̃ frigida τ cũ aceto pmixto. Do sis.ʒ.ij. ¶ Aliud Joãnitij. ℞.se.ru.ani.ʒ.ij.castorei.se.ius: Aliud medicamẽad idem. quiami albi añ.ʒ.ij.rosarũ rubea.balaustiarũ añ.ʒ.iij.ß.te rant̃ τ cribellent̃:τ dent̃ ex eo in potu cũ aqua frigida. Do sis ei⁹.ʒ.ij. ¶ Aliũ. G. ℞.se.lactuce.ʒ.ij.se.ru.ʒ.j.sedegeni. Aliud ad idem. ʒ.iij.ß.terant̃ τ cribellent̃.dosis ẽ.ʒ.ij.cũ secanìabin ¶ Aliũ hebrei. ℞.se.agni casti:rute añ.ʒ.terant̃ τ cõficiãtur cũ ace to pmixto:τ post illud vtant̃ egri exercitio donec astringat̃ corpus ei⁹:τ locis eius sit virtus. Isaac. Accipiat ex farina glandiũ cũ acerbo vino oĩ die τ sil'r semẽ lactuce cũ succo portulace. ¶ Itẽ fiat emplastrũ. ℞.farine glãdium τ pistẽ Emplastrum ad idem. pera cum albumine oui τ pone super pectinem. ¶ Itẽ fiat electuariũ. ℞.balaustiaruʒ se.portulace.añ.ʒ.iij.aneti.se. rute:se.arnoglosse añ.ʒ.ij fac puluerẽ d̃ quo stomacho ie iuno da bibere cũ aqua frigida. Ruta et iusquiamus cũ sy rupo de myrta τ aceto ɔsunt spermati τagni casti rute añ ʒ.ij.balaustiarũ.ʒ.j.da bibere cũ aqua frigida:τa cibis ca lidis et potibus se abstineat. Rasis cõfectio ad diminuen dum sperma τ destruendam erectionẽ. ℞.se.agni casti.ʒ.x. se. portulace tantũdẽ foliorũ calamẽti exiccatorũ: foliorũ rute añ.ʒ.v.cimini:ciperi:balaustiarũ añ.ʒ.ij.sumantur in puluere.ʒ.iij.τ nolatur so dograna corporis.

¶ Cap.xij.de pruritu τ dolore virge.



Pruritus in virga accidit ex materia acuta salsa τ baurachia descẽdẽte a superiorib⁹ partib⁹ vi cinis ad ipsam:τ refusa ad ptes cutis ipsi⁹:qñq; tẽdit p canalẽ ei⁹:et tũc accidit titillatio in vir ga:τ fit erectio ei⁹ ad modũ prurit⁹ matricis ex quo mulie rib⁹ accidit priapism⁹:τ immoderati coit⁹ desiderium. Et plurimũ est causa doloris cũ valde acuta fuerit τ pũgẽs: τ vlcerãs:τ fit dolor in ea τ ex vẽrositate iterclusa in cõcaui tate neruorũ venarũ τ arteriarũ τ carnis ei⁹ vel ex aposte mate vel ex retẽtiõe vrine mulre vel acute vel vtriusq;. Et De signis pruritus τ doloris vge. qñq; ex causa extrinseca vt cõpressione casu τ percussione. ¶ Signa prurit⁹ acute materie salse τ baurachie nota sunt ex pcedẽti regimine τ ex pcedẽti pruritu τ dispositiõe mẽ bri:qr rubet cũ siccitate τ adustione: τ resoluunt̃ quasi fur fures cũ fricat̃ τ scalpit̃. Et qñq; est cũ virulẽtia τ hũidita te cũ est phlegmatica salsa materia:τ est sine erectione: et titillatiõe cũ resudet ad cutẽ. Cũ vero tẽdit per canalẽ cũ ti tillatione τ erectiõe fit τ sequitur dolor. Et cũ fuerit dolor ei⁹ ex vẽtositate est tẽsio τ inflatio virge τ sine grauedine si sit pura vel cũ grauedine si sit ibi humorũ permixtio. Et si sit ex apostemate signa apparebũt ipsi⁹:sil'r si ex vrie retẽ tione τ acuitate pcesserit retẽtio vrine: τ sequit̃ pũctio vel ardor in emissiõe. Et si in causa extrinseca fiat dolor est ma De cura. nifesta quidẽ. ¶ In cura eius est duplex regimẽ.s. vniuer sale τ particulare. vniuersale est tres res. Prima est mate rie euacuatio:τ est vt corp⁹ euacuet̃ τ purget̃ si expediat vt materia ab ipso nõ influat nec descẽdat ad illam. Et illud complent flebotomie τ purgationes appropriate humori adusto τ salso cũ premissione digestionis ipsi⁹ que sunt iã note. Scđa est diuersio ipsi⁹ τ est vt facta euacuatiõe si ex pediat fiat vẽtosatio ab anteriori parte iuxta radicẽ virge aut ponant̃ ibi sanguisuge. Tertia est regiminis τ vite or dinatio:τ est vt abstineãt ab acutis salsis τ baurachijs:et vtant̃ regimine humectatiuo pdicto alterãte. Particulare est vt balneet̃ virga:τ adiacẽtes ptes sedẽdo i semicuplo

a que dulcis decoctiõis violarũ aceto se:mellilotí τ fumi terre in qua sit aspersum oleũ ro℞.τ acetũ:vt materia fluxa o btũdat̃:resoluat̃:τ deinde sugant̃: τ vnguant̃ ex oleis re soluẽtib⁹ τ notis vnguẽtis disiccãtib⁹ ad scabiẽ τ pruritũ. ¶ Et ex illis ppriũ est hoc. ℞.acatie:memithe.añ.ʒ.j.sa Unguẽtũ ad illud. lis armoniaci:aloes au a.ʒ.vij.croci.xij.pars.ʒ.vni⁹: vsnec quãtũ oĩa sunt:terant̃ τ cribellent̃:τ cõficiant̃ cũ oleo sam bucino. Et sil'r inũgatur donec in balneo stat ex albumine oui τ melle cũ oleo ro℞.τ aceto. Et si materia sit phlegma tica:addat̃ alumẽ τ staphisagrie parũ τ sal cũ terebẽthina τ abluant̃ cũ aqua maris pri⁹. Et siqdẽ fuerit ibi corrosio. lenificet̃ virga cũ lenitiuis ex oleis τ sisamino τ adipe gal line τ anatis τ medullis crurũ vituli: τ cerui:τ cera:τ resi na i balneo. Et cura doloris ei⁹ est cure doloris testiũ pri ma τ pportiõabilis:τ cura vniuscuiusq; cãe est nota. Et q De cura doloris virge. dẽ si prurit⁹ sit ex materia tẽdẽte p canalẽ ei⁹puluerizet̃ cã phora τ croci parũ τ distẽperent̃ cũ aq̃ ro℞. vl' lacte τ cũ sy ringa iniiciant̃ τ titillatiões q̃ accidẽt sicut in mulierib⁹cõ tingit:τ matricib⁹ ea℞. Cura dicta in apostematib⁹calidis τ gonorea calida ex papismo calido est ɔueniẽs. Et opʒ vt frigida supra dorsuʒ τ mẽbra coit⁹ applicent̃. Et ex appro priatis est radix nenufaris τ radix lilij:τ iniiciãt̃ τ equent̃.

¶ Cap.xiij.de magnificatione virge τ paruitate ipsius.

De magnificatiõe aũt virge dicere posiponem⁹ vsq; ad capitulũ eorũ que delectatione faciunt in coitu:τ ibi patebit ad plenum.

¶ Ca.xiiij.d̃ apostematib⁹ vge τ corrosiõe ei⁹.



Ulcera virge τ apostemata sunt pportiona bi lia vlcerib⁹ τ apostematibus testium:sunt em̃ ex humorib⁹ descendẽtibus a corpore τ supe riorib⁹ membris:τ deteriora sunt que fiũt in lacerto qui est in radice virge τ ano:eo q, sit in capite:quod est qi indiget exiccatione forti:τ dolor cũ hoc est vehemẽs:τ plurimũ veniũt ad corrosionẽ τ putrefactio nẽ:τ min⁹ malum est qđ sit in pelle: et siquidẽ sint in parte exteriori sunt nota τ sensui manifesta. Si vero in via τ du ctu vrine cognoscunt̃ ex dolore magis in vrine egressiõe τ sanie egrediẽte añ vrinã. Et si sit apostema in via τ ductu vrine:dolor erit cũ strãguria pri⁹:deinde facta sanie τ eru pta soluit̃ pustula:τ strãguria sicut hip. dixit i apho. ¶ Cu De cura vlcerũ virge. ra vlcerũ virge si sũt intrĩsecа est cura vlcerũ vesice. Et ex appropriatis eis sunt trocisci de chartis papyri τ de pãno cõbusto alumine adusto i chimolea abluta post ei⁹adustio nẽ:cortices arboris pini: merdasengi:τ thuris ministratis i tralectorio. Si vero sunt extrinsec⁹:aut sũt recẽtia:aut anti qua. Ex recẽtib⁹ sũt medicine pprie simplices τ cõposite. Et ex simplicib⁹ melior est aloes puluerizat⁹ sup ea: τ fo lia glãdis puluerizata τ ligata: folia rorismarini pulueri zata:plũbũ vstũ climia abluta cũ vino:tutia: et margarite noue τ aduste sũt mirabiles τ cineres ouo℞ τ epithimata cũ aq̃ frigida: si aũt humidiora illis ministrent̃ sicciora: vt est os vstũ: ciner corticis pini habẽtis grana parua,adu sta. Et si idigẽt gñatiuis carnis misceant̃ eis thus sarco colla:τ mastix. ¶ Et ex ɔpositis ẽ medicamẽ exptũ ad ea q̃ idigẽt exiccatiõe vehemẽti cũ icarnatiõe. ℞.tutie:sarco. Unguen. ad hoc vtile. aloes thuris cor.idiani.algarab adusti:gallarũ: balaustia rũ:acatie añ.ptes eq̃les: floris eris ptẽ.j.ß. Et capitũ gra nato℞ acetosorũ ptẽ.j. τ fiat ex eis vnguẽtũ ex oleo rosarũ. ¶ Descriptio alia. G. ℞. scorie ferri:plũbi vsti.san.dra car Emplastrum ad idem. the cõbuste aluminis adusti añ. partes equales: terant̃ et misceãtur cum oleo ro℞. τ fiat emplastrum vel vnguentũ. ¶ Unguentum expertũ ad virgã vlceratã. ℞.mellis quã Unguen. expertum ad virgã. tum vis τ vnge ferrum ignitũ in eo toties q, deducatur ad spissitudinẽ sape τ cõserua eũ: τ vtere ponẽdo super vlce ra:qm̃ expertũ est. Uel siquidẽ fuerint antiqua: addat̃ pre dictis minutum thuris:τ corticis eius τ aloes añ.equaliũ partiũ: pri⁹ tñ abluant̃ vlcera cũ aqua cineris ligni ficus. ¶ Qđ si illic fuerit corrosio:τ ambulãtia fiãt: tũc opʒ vt p hibeatur corrosio τ ambulatio cũ pprijs:vt sunt: vt abluã tur τ epithimentur:τ fricentur cũ vrina hoĩs antiqui pro prij vel asini:vel aceto:deinde cum succo rubi: deinde su perasp ergatur puluis glandiũ:τ rubi succi:deinde empla strentur cũ radice pẽtaphilõ τ sumach decoctionis vel cũ alumine τ fece vini: τ salis gemine:vel ex affodillo cũ fece vini. Et si fiat ex eis dolor emplastret̃ cũ emplastro facto ex farina lupinorũ:τ ordei cum oleo oliuarũ siluestriũ: vel

Trocis. ad hoc expti. salte onfacino. Et ex expertis est vt sumat cinis capilloꝝ hois aniuden: ꝛ lentes montane: ꝛ fiat emplastrū ꝛ suppo natur. ¶ Et vltimū est vt sumat de vnoquoqꝫ arsenicoꝝ .ʒ. vij. calcis nō extincte lapides. xx. ꝛ acatie. xij. cōficiantur cū aceto ꝛ succo alexius humidi: ꝛ fiant trocisci in vmbra: ꝛ administrenf. Est enim cauterizatiuum: ꝛ phibēs ambulationē vlcerum ꝛ corruptionē cum potētia: actualis autē ꝑpter neruositatē membri est inconueniens. ¶ Receptio alia fortior. ℞. vtrūqꝫ arsenicū: ꝛ calamētū: staphisagriā: ꝛ cineres aneti ꝛ piper: de qbus fiant trocisci. Si aūt cessent a corrosione: ꝛ ambulatione: tunc emplastrenf cū allio siluestri: q̄ facit ea coherere: ꝛ cū testiculo vulpis: q̄ incarnat ipsa. Si aūt fuerint fraudulēta: ꝛ maligna: ꝛ denigrent: tunc melius est ſm ꝓceptū Hip. vt abscindat totū nigrū: ꝛ deinde curenf cū vnguēto carnis generatiuo ꝛ cōsolidatiuo. Et ad ragadias ꝑge cura est cura ragadiarū ani. Et ex ꝓprijs est vt sumat tutia: chimolea: ꝛ alchāna cōtrita ꝛ dragagantū: ꝛ cū vitello ouoꝝ ꝛ cera fiat vnguētū.

¶ Capl'm. xv. De apostematib᷒ virge ꝛ medicinis eorum.

E cura apostematū ei᷒ est ꝓpinqua cure apostematū testiculoꝝ: magis tñ tolerātia sunt stiptica in principio ꝓpter naturā ꝓpriā: ꝛ ꝓpter humiditatū decursū. Et ex appropriatis apostematibus calidis eius est vnguentū: qd ℞.

Unguētū ad apostemata ꝑge. corticū granatoꝝ: ros. siccaꝝ: lentiū. añ. partes equales: ꝛ decoquanf in aqua: ꝛ crocus in decoctione soluatur: ꝛ teratur cū oleo ros. ꝛ administrenf. ¶ Aliud exptum et fortius. ℞. chimoleā cū aqua solatri vel bolū armenū lentes ꝛ alchechengi terantur: et fiat vt supra. ¶ Aliud Isaac. ℞. cadimie argenti: ceruse litargiri: memithe. ana .ʒ. j. ꝛ ℈. croacatie balaustiaꝝ. añ. ʒ. j. fac puluerē: ꝛ vnge cū oleo ros. ꝛ aceto. ¶ Aliud. ℞. thuris. ana .ʒ. j. ceruse. ʒ. iij. tēpera cū aq̄ vł albumie oui: oleo ros. ꝛ croco: myrrha: fac vnguentū. ¶ Aliud. ℞. cinerē frōdiū vitis myrrhā: tempera cū aq̄ ro. ꝛ inūge. ¶ Aliud exptū ad apostema frigidū: ꝛ est ꝓpriū. ℞. ossiū dactyloꝝ ptes. ij. altee partē. j. conteranf cum aceto ꝛ emplastrenf. ¶ Aliud cū est ibi apostema durū.

Ad aliud apostema durum. ℞. furfuris partē. j. armoniaci. ʒ. j. ꝛ est dictū supra in apostemate testiculoꝝ: sed hic est magis cōueniēs ad verrucas virge: ꝛ eradicat eas squilla linita cū oleo: ꝛ gūma pini: elleborus cū aceto: lac ficus siluestris lacticiniū acutū: cātarides linite cū aceto: aut incidat ꝛ ponat sup medicina retinēs sanguinē: deinde liniat cū aliq̄ ꝑdictoꝝ. Et si fuerit ibi moꝝ sumat baurach adustū: ꝛ cinis ligni fic᷒: ꝛ misceanf cū aqua: ꝛ ponāt sup moꝝ. Aut decoctio ficus alumē: aut fel asini: q̄m eradicat ipm: ꝛ silr capita sardelarū adusta: aut lacticinia: q̄m delet ipm. Et ex exptis ꝛ ꝓbatis est vt pulueriset cortex granati acetosi: ꝛ ponat desup ꝛ ligef: q̄m infra diē cōsumit. Et q̄n nō sufficiūt incidat: et pulueriset desup atramentū et arsenicū: ꝛ silr si fuerit deterius illo: nō erit excusatio q̄n cauterizetur.

Puluis expertus.

¶ Cap. xvj. De coitu naturali ꝛ ꝑter naturā ꝛ signis eius.

Coit᷒ q̄d. Oitus not᷒ est. Est em̄ act᷒ nature ad expulsionem spermatis ad quē ex seipsis aialia furiose mouenf ꝛ agūt absqꝫ doctrina. Et q̄dē duplex est. s. naturalis ꝛ innaturalis: ꝛ vterqꝫ a fine denominationis assumit exordiū: si em̄ ad ḡnationē quā intendit natura sit naturalis dicef simplr: si quoqꝫ ad euitanda nocumēta q̄ ex seminis retētione ꝓueniunt: naturalis dicetur ſm q̄d cū prosit indiuiduo ꝛ nō spēi. Si v̓o ad aliud vt delectationē vel opprobriū vel ꝛ nature nō solū innaturalis: sed oīno ꝑter naturā ꝛ simplr detestādus merito cōprobaf: ꝛ tñ naturalis sua hꝫ indicia ei᷒ q̄ est ꝑter naturā quoꝝ q̄dā sunt ex pte coeūtiū subiectoꝝ: q̄dā ex parte causaꝝ: q̄dā ex pte fiēdi tpis atqꝫ hore: q̄dā ex pte q̄litat̃: q̄dā ex pte q̄ntitatis: q̄dā ex parte modi: quedā ex pte ordinis. Ex parte quidē subiectoꝝ coeuntiū: vt puta q̄ sit masculi agētis ꝛ femine patiētis sanoꝝ ꝛ boni regiminis eiusdem spēi perfectoꝝ in etate vt adolescētie ꝓprie ꝛ sexu: vt q̄ habebant ꝓpria instr̃a sexus distincta: nō cōfusa seu pmixta vel debilia: vt habēt hermofroditi. ¶ Ex parte causaꝝ vt fiat a desiderio sano. s. multitudine spermatis cōmouētis naturā quā nō excitat imaginatio: nō cōmouet aspectus: nō vētositas: nō stimulat prurit᷒ fluētis alicui᷒ hūiditatis vel seminis ardor: nō multitudo fecis ꝯcitat: nō mora mingendi. ¶ Ex pte tpis vt fiat tpe maioris appetit᷒ ipsi᷒: qui

De tēpore coeundi.

est in mare tpe hyemis ꝛ veris: ꝛ ī mulierib᷒ estate: q̄ sperma earum frigidū estate acuitur: ꝛ digestio fortificatur in hyeme ꝛ vere: vt in apho. dixit Hip. multiplicās sperma: ꝛ vt ex tātis interuallis q̄d sperma sit ḡnatiuū ꝛ ī vasis spermatis aggregatū: nec sit tāto tpe retētū vt frigiditate corrūpatur. ¶ Ex pte hore vt non hora repletionis stomachi nec inanitiōis mēbroꝝ fiat: q̄m vtroqꝫ inō est valde nociu᷒ sed p̄ia digestiōe stomachi ꝛ scd̓a epatis cōpleta: ꝛ tertia mediata mēbroꝝ q̄ est post somnū: vt q̄ sit cib᷒ missus appositus ꝛ vnitus mēbris: ipsis v̓o nō coagulat᷒ ꝛ assimilatus ꝑfecte: sitqꝫ sperma sic iā generatū: ꝛ hora sic propinqua q̄ superfluitatē digestiōis tertie sequaf euacuatio: sitqꝫ hora tēperata ꝛ tēperatū corp᷒. Et Ga. dterminare interualla tēpoꝝ docuit p effectū dicēs: dūmō ex tātis interuallis fieret vt neqꝫ dissolutionē sentiat: ꝛ seipso leuior factus sit: ꝛ melius dormiēs salubrior erit venereoꝝ vsus. Ex parte q̄litatis vt cōmisceanf ꝓprijs instrumētis ꝑut natura instituit: vt virga immittaf in vuluā tanq̄ in vas ꝓpriū: ꝛ concutiēdo fricētur: ꝛ delectētur donec perficiaf coitus: ꝛ emittatur semē ad generationē. Ex parte q̄ntitatis vt fiat nō multū nec frequenter: sed p interualla sicut dictū est: ꝛ totiēs vt cōplexio toleret: ꝛ habitudo et etas quoqꝫ ꝛ regimē suppetit atqꝫ vsus ꝛ intētio regulat. ¶ Ex parte modi fiēdi vt masculus supra feminā nō ecōuerso. In tali ei mo do timef ex labore in emittendo sperma: ꝛ ne aliquid currat in virgā de spermate mulieris. ¶ Ex pte ordinis vt nō subito misceanf: sꝫ p̄cedēte delectatiōis actu ex amplexibus osculis tractibus vberū ac genitaliū q̄ādiu agēs ꝛ patiēs auida videanf: ꝛ se mutuo ꝓuocent ex delectatione ad coitū. In quo igitur hec cōuenerint indicia et ꝓpleta tes naturalis simplr est dicēdus. Innaturalis vero est cū omnia vel plura deficiūt. ¶ Signa coitus in se ꝛ absolute cōsiderati sunt q̄m in vrina coeūtis iam apparēt sicut fila pmixta ex reliquia seminis remanēte in virge meatu ꝛ in expulsiōe quidē spermatis quā in coitu maior delicia sequtur q̄ in expulsione aliarū superfluitatū ex duplici causa. Prima est diuina ordinatio ad genealogiā seruādā. Scd̓a est spermatis materia q̄ est tēperata suauis bona non mala ꝛ acuta vt aliarū. Sciēdū quoqꝫ q̄d aialia post cōceptū non appetūt coitum preter mulierē: eo q̄d appetūt ꝓpter naturā: nō propter voluptatē et delectationē vt mulier: ac etiā q̄ nō abundāt spermate ꝛ mēstruo q̄d molestet sicut mulier: eo q̄d transit in eoꝝ additamenta si superfluat.

De hora cōueniēti ad hoc.

De ordine.

De signis.

Nullū aīal post conceptionē appetit coitū preter mulierem.

¶ Capitulum. xvij. De erectione virge ꝛ nocumento ei᷒ et de diminutione eius ꝛ multitudine ipsius.

Irge erectio est ꝓpria actio eius cū animal mouetur ad coitum. Fit aūt propter plenitudinē cauernosi nerui ipsius paulatim factā: q̄ pleno penitus erigit virga tēditur ꝛ dilatatur: et firmatur: ꝛ cā eius est coit᷒ cā: lꝫ possit esse erectio absqꝫ coitu et nō ecōuerso. Et est materialis et efficiens: et vtraqꝫ est duplex mediata ꝛ imediata. Materialis imediata est vētositas grossa quā impellit cā efficiēs: immediata q̄ est natura et spūs libidinis missus a virtute concupiscibili: deferēs sanguinē et spiritū grossum trāseundo ad virgā: vt erigatur ad coitū: q̄d efficit absqꝫ doctrina: sicut cetera mēbra ꝓpriā actionē ad quā exercēdam ordinauit ea natura sicut matrix ꝛ vbera sua et stomach᷒ ꝛ alia. Et plurimū fit post somnū: ꝛ in supine iacētib᷒ quoꝝ femora calefiūt: vt Ga. ait. calefact̃ em̄ eis ꝛ arterijs calefiūt magis et earū ora magis largiora efficiunf: q̄b᷒ sic existētib᷒ non minimū cōcitatur vētosa substātia: et ad neruū dirigif: vt impleat ipm et erigat. Mediata ꝛ materialis est causa ex cibis ꝛ potib᷒ calefaciēs ꝛ humectās in qua est humiditas extranea apta ad vētositatē ꝯuerti: in qua p̄ima ꝛ scd̓a digestio agēdo ꝛ cōuertēdo neqt finire velociter: immo figit et transit vsqꝫ ad digestionē tertiā: et illic inflatur: vt sunt cicera fabe ꝛ vue. ¶ Mediata et efficiēs est oē q̄d mouet naturā et spiritū desideratiuū ad coitus actū: et illud est aut quātitas spermatis grauās sua multitudine naturā aut acuitas qualitatis illi᷒ ꝛ mordacitas naturā molestās quare mouef ad ei᷒ expulsionē et erigit v̓gā ad coitū: et tūc est coit᷒ ꝯueniēs: aut est vētositas existēs in sanguine quo nutrit virga testes et seminaria vasa: aut mordicatio materie stātis in glādulis positis in duob᷒ lacertis orificij vesice vel materie subtilis venientis ad virgā de renibus: aut imaginatio: vel

Causa efficiens erectionis.

imaginatio: vel aspectus coitus vel mulieris q̄ mouet ꝯcupiscibilē existentē in corde vt mittat spm̄ ꝛ calorē ad ꝟgā: qui impellit spiritū ventosum ad ipsam quo erigit̄: ꝛ tūc coitus nō est conueniens. Inquit em̄ Abo. nam plus obedit anime q̄ꝫ cōtrarijs qualitatibus in ipsam aut alibi agentibus. Et alibi. mouet em̄ sanguinē res ītueri rubeas. Et si quidē vsus coitus cōfortat hoc mēbrū: ꝛ ipm̄ reddit lacertosum ꝛ grossum ꝛ ad exercēdū ipm̄ potēs ꝛ forte: ꝛ dimissio eius extenuat: ꝛ debilitat. Inq̄t em̄ Plato. quies cum defecerit labor ꝛ exercitiū ꝑprie actoris eius virtutē et sanitatē augmētat: qđ etiā in vberibus est videre manifeste: cū q̄ꝫ supfluat ꝓm naturā nō est nocumentū: ſꝫ poti⁹ virt⁹: nec est supfluitas: sed fortitudo magis. Nocumentū ergo si quod accidat in erectione ex quo coitus leditur dimittitur vel aufertur: necnō generatio quoq̄ꝫ ꝛ diminutione seu defectu vel ablatione alicuius predictarū causarum eius vel oīm procedit necessario si debilis sit: vel auferk: vel ex superfluitate alicuius ipsaꝝ vel pluriū preter naturam si superfluat vt in priapismo. ❡ Signa causaꝝ immediataꝝ sunt: nā si nocumentū in erectione sit ex defectu materie. s. ventositatis in mēbris inferiorib⁹ cognoscit̄ ex cōplexione genitaliū: q̄ frigida nimis vel nimis calida ꝛ sicca sit: ꝛ regimen silr ꝛ circunstātie cōes ꝛ ars et exercitiū: vt longa equitatio calefaciens: ꝛ ars fullonū infrigidās illa. Si vero ex defectu eius in superioribus ex fortitudine digestionis prime ꝛ scđe: quā robusta dispositio superiorū ostēdit: ꝛ datis inflatiuis iuuatur. Si vero sit ex defectiōe sanguinis ꝛ spiritus generati ex debilitate corpis ꝛ ariditate scietur. Si vero in cā efficiente. s. in spiritu desideratiuo nō mouente ꝛ in natura nō impellēte: aut erit ex cā in principijs superioribus: aut in via: aut in virga ꝛ genitalibus: aut in adiacētib⁹ mēbris. Et cā in principijs aut erit in corde: ꝛ plurimū est q̄ sit sicce ꝛ gelide nature vl̄ aliquā egritudinē passum: cuius signa superius habuisti: quare abscinditur desideriū: ꝛ desideratiuus spūs non ꝓcedit: aut erit in epate: q̄ fuerit frigide ꝛ sicce cōplexiōis ꝛ pauci sanguinis ꝛ spiritus: quare materia spermatis abscinditur: vel q̄ passum aliquam egritudinē fuerit: aut erit in cerebro: q̄ sit naturaliter discrasiatū frigidū ꝛ humidū: vl̄ q̄ fuerit aliquā passum egritudinē abscindentē virtutē sensibilē vt stuporē vel lytargiā: aut cōpressionē ꝑpter casum ꝛ percussionē: vñ cōmotio cōfricatiua vt descēsus spermatis nō sentiak: ꝛ horū oīm dicta sunt signa. Aut q̄ immediatiua causa fuerit occasio: vt cum verecūdus fuerit: vel ratio ꝛ intellect⁹ retraxit spiritū desideratiuū causa seruādi castitatē: vel metus pene propter peccare: aut quia meditat⁹ est feditatē ꝛ immundiciā aliquam mulieris seu turpitudinē: quare natura retrahit spiritum ꝛ nō impellit. Et causa in via est oppilatio: aut in venis q̄ sunt post aures ꝛ neruis: q̄ sunt abscisse vel ēt oppilate: aut in arterijs vt in oppilationib⁹ cordis ex sincopi: aut in venis vt in oppilatiōibus epatis. ❡ Et cā in virga est mollificatio ei⁹ ꝑpter malitiā cōplexionis frigide ꝛ humide: cui⁹ signū est: q̄ posita in aqua frigida nō cōtrahit̄: aut erit in testib⁹ ꝛ vasis spermatis: ꝛ difficilis sensus ipsi⁹: ꝛ ei⁹ defectus vel aliā egritudinē fuerint passi: quoꝝ signa sunt p̄missa: ꝛ causa in vicinis erit aut ꝑpinquis: vt accidit ei cui emorroides incidūtur: aut habentib⁹ anū dolorosum ꝛ vesicā que sunt manifesta. Nocēt em̄ illa neruis cōib⁹ inter anū ꝛ lacertos virge. Aut remotis vt habēs renes frigidos vl̄ egrotātes aut totū silr corp⁹: signa cui⁹ habita sunt in p̄missis. Et signa cāꝝ mediataꝝ ꝛ occultarū sūt hec: nā si sit ex paucitate spermatis vel ei⁹ obtusiōe q̄litatis et cū mordicatione ipsi⁹ habētiū inducere mot⁹ in spermate cōmouēdo naturā ad ei⁹ expulsionē signa erūt ꝯtraria illis q̄ dicta sunt in gonorea. ❡ Cui⁹ cā existit in spermate: ꝛ ex illis est q̄ egredit̄ apud coitū res pauca: ꝛ illud est plurimū ꝑpter cōplexionē frigidā ꝛ siccā. Et cōtingit q̄ꝫ sperma sit plurimū ſꝫ sit quietum cōgelatū: ꝛ post coitū descēdit: qui calefacit ꝛ tribuit ei motū dissolutiōis ꝛ fluxus: ꝛ signa defect⁹ ventositatis in sanguine nutriēte virgā sunt: q̄ nō sentit̄ ibi tēsio nec iectigatio. Et signa defect⁹ materie mordicātis q̄ circa glādulas existit sunt: q̄ ibi nec punctio nec mordicatio nec pruritus adest. Mediatiua causa est nota: ꝛ similiter mediata materialis: quia mediatio nec est cibi et pot⁹ sumptio inflatiui.

❡ Capitulū. xviij. de nocumentis ꝛ iuuamētis proueniētibus ex coitu.



⁊ sunt glutinosa ⁊ viscosa: quales sunt spēs ꝯsolide: corri-
giola: mumia: terra sigillata: grana nasturtij: millefoliuȝ:
decoctio nucis cypssi: ⁊ hypoq̄stidos ꝓprie cū balaustia: ⁊
silia ex cibis ⁊ potibꝰ: ⁊ ex decoctiōe eius sumptis ⁊ exteriꝰ
approximatis ⁊ emplastris simplicibꝰ dictis ⁊ alijs: vt est *Nota de cētaurea.*
centaurea cui inest ꝓprietas vniēdi frusta carniū q̄n cum
eis simul decoquit̄. Et ex eis sunt ꝯfectiones ⁊ emplastra
cōposita q̄ ifra dicent̄ cū ligatura ⁊ strictiōe forti. Et q̄nq̄
sufficit sola ligatura i dilatatiōe infantiū. Qd̄ si ruptura
supra vel circa vmbilicū affuerit: reductio fiat intestinoꝝ:
vel zirbi fiat facile: q̄r sola resupinatiōe infirmi ⁊ manus
cōpressione. qd̄ si addat̄ in ruptura: ⁊ incipiat̄ in desiccādo
illud qd̄ dilatatū est ꝓpter humiditatē adunādo qd̄ fixum
est: ⁊ ingeniet̄ in ꝯsolidatiōe eius: ⁊ regat̄ vt supra. Et q̄dā
nitunt̄ in hoc dilatādo fimbrias suas: ⁊ eoꝝ efficacissima
cura gn̄alizando supius in superioribus oībus: cū nō videa
tur possibile nisi in cura infantiuȝ existēte parua. Et illud
est apponere supra in loco rupture emplastrū ex rubificā-
tibus: ⁊ trahētibus sanguinē ad locū primū. Quale est ꝓ-
prie qd̄ fit ex passulis nigris enucleatis caricis ⁊ vino ni-
gro pontico an̄. ⁊ bulitoꝝ simul in olla ad inspissationem:
deinde cū administratiōe emplastroꝝ ex stipticis ⁊ ponti-
cis sanguinē illū tractū ispissantibꝰ ⁊ sclirotizantibꝰ: q̄ sua
grossitie ⁊ duritie obturabūt. Quale est ꝓprie factū ex gi-
pso ⁊ lapide marmoreo cerusa gallis luto sigillato ⁊ silia:
⁊ qd̄ scribitur infra. In abscissione ꝟo cause ꝓprie ramicis
aquose aut vētose due res sunt necessarie .s. extractio eius
quod in osseo est contētum: ⁊ materiei prohibitio regene-

ratiõis ⁊ multiplicatiõis ei⁹. Extractio aũt fiet cũ resolutiõe vel incisione vel pforatiõe ei⁹ cũ ferro vel cauterio ad modũ extractõis aq̃: aut võtositatis hydropicoꝝ: talẽ aũt cõplẽtia sunt dicta supra in cura hydropisis: ⁊ sunt ex emplastris suffumigiis ⁊ balneis siccis ⁊ vnctionib⁹ resoluẽtibus. Incisio aũt cõplet cũ ferro ⁊ cũ medicinis acut; adurẽtib⁹ ⁊ exiccãtib⁹ ⁊ ꝯstringẽtib⁹ illud qd̃ ruptũ vel dilatatũ est ex sip hac ⁊ foraminib⁹ ei⁹: ne vlteri⁹ descẽdat ⁊ trãseat. Et mod⁹ pforatiõis vel icisionis cũ ferro est vt resupinet patiẽs in lecto vel scãno: ⁊ sedeat post ipm aliqs q̃ extendat virgã eius ad supiora: ⁊ eleuent testiculi ad supiora pectinis: ⁊ elõget ab osseo: ⁊ pforet cũ flebotomo osseũ a pte dextra vel sinistra recedẽdo a cõmissura: deinde stude in euacuatiõe toti⁹ aquositatis: ⁊ egressione võtositatis. Et mod⁹ aptionis cũ cauterio est vt sumas ferrũ subtile i q̃ sint vncini: ⁊ igniat sicut ignit cauteriũ: ⁊ sepa testiculos q̃tũ possibile ẽ a loco cauterizatiõis: ⁊ reuolue cauteriũ ab osseo: ita vt nõ inueniat testiculũ: ⁊ inueniat osseum et alberiteron: ⁊ ꝯstringat ⁊ calefaciat ipm vt nõ egrediat post ipm aq̃ post illud: est eñ meli⁹ q̃ ꝯstringat meatũ: deinde incidas crustã: ⁊ ꝯsolida. Et fortasse icides ex alberiteron aliqd: ⁊ cauteriza: ⁊ pone supra scissurã stiptica: ⁊ ꝓhibe egrũ potare aquã. Prohibitio gñatõis materie multiplicãtis eã fit cũ euacuatiõe ⁊ equatione cibi ⁊ pot⁹. Et regimẽ i võtosa est regimẽ iflatõis stomachi vel timpanitis qd̃ supi⁹ dictũ est. Regimen vero carnose ⁊ varicose est regimẽ duroꝝ apostematũ: ⁊ illd̃ est cũ mollificãtib⁹ ⁊ resoluẽtib⁹ alternatim approximatis. Mollificãtia sunt pinguedines: medulle: olea: mucillagies. Resoluẽtia sũt granorũ spẽs vt resina: terebẽthina: bdelliũ: aloes: storax liq̃da: armoniacũ: ⁊ sisia: ireos: croc⁹: ⁊ camomilla: spica ⁊c. ¶ Cõposita sunt ex eis est emplastrũ basilicõ cerotũ hyssopi et sisia. ¶ Emplastrũ leue ad crepaturas ifantũ ẽm grecuz. ℞. corticũ thuris: masticis: sarcocolle: dragagãti: aã. terãtur ⁊ aggregent cũ vino de passis dissoluta in eo mumia: ⁊ aliq̃ addũt aloen: ⁊ gluten piscũ: ⁊ aliq̃ solũ faciunt ex balaustiis psilio: ⁊ radice lilii siluestris: ⁊ lẽticulis aque: ⁊ fortassis sufficit vt liniat loc⁹ cũ bdellio dissoluto in vino thure ⁊ colophonia. ¶ Aliud forti⁹ Oribasii. ℞. balaustiarũ: granoꝝ nasturtii: granoꝝ granatoꝝ: gallaꝝ immaturaꝝ. aã. ʒ. v. decoquant cũ vini stiptici. ℥. viii. decoctõe vehemẽti. Et reductis itestinis ad supiora embrocet loc⁹ cũ frigido: ⁊ apponat emplastrũ: nec remoueat donec p se cadat. ¶ Aliud efficax ẽm Ioãnitiũ. ℞. aloes dissoluat gluten i aceto vini ⁊ aggreget medicina cũ eo: ⁊ fiat ex eis emplastrũ. ¶ Emplastrũ pape Ioãnis ad crepaturã exptũ. ℞. litargiri: opii: lapidis emathitis: sang. dra. sang. hois recẽtis: galbani masticis: thuris: costi: boli armeni: iscuili: mumie armoniaci. aã. ℥. iiii. picis naualis: colophõie: cere albe ⁊ rubee. aã. ℥. ß. myrrhe cardamomi: aloes aã. ℈. v. coloquintide: palme marine aduste: gallaꝝ: balaustiaꝝ: aristolo. lon. radicũ ꝯsolide maioris ⁊ minoris aã. ʒ. i. visci quercini. ℥. i. fac decoq̃ pellẽ hedulinã in aqua donec tota pellis dissoluat: deinde colet cũ expssione. Et cũ colatura illa tere q̃ sunt terẽda: ⁊ liquefac q̃ sunt liquefaciẽda: incorporent isculi: ⁊ bene ꝯtriti in visco fortiter misceant cũ pdictis: donec mixtũ reducat ad modũ emplastri: ⁊ pcedente balneo cũ aqua pluuiali decoctiõis balaustie: myrte corrigiole: ꝯsolide: ⁊ radicũ lini apponat: ⁊ supliget brachale: ⁊ portet p tres mẽses seruato pdicto regimine. ¶ Puluis quo vtatur cum cibis. ℞. nucis musca. ℥. ß. gariofi. ℥. iii. cinamomi dulcis. ℥. ß. boli armeni. ʒ. ii. se. nasturtii. ¶ Itẽ aliud emplastrũ scdm iudeũ. ℞. picis: hiere: cere rubee aã. ℥. ß. lytargiri: armoniaci galbani: masticis: terebenthine: ꝯsolide maioris ⁊ minoris aã. ℥. i. visci quercini: gypsi: ⁊ myrte olibani aã. ℥. i. aloes aristolo. lon. et rotunde: isculi aã. ℥. i. boli armeni. ℥. i. piloꝝ leporis minutim icisorũ tantundẽ: ꝯficiant cũ melle: ⁊ applicet: trahit eñ sanguinẽ ad locũ: ⁊ cũ stipticis ꝯsecutiue appositis condenset in lapidẽ: ⁊ oppilet ruptura. ¶ Aliud ad idẽ. ℞. picis naualis lib. i. colophonie lib. ß. galbani serapini: armoniaci: oppo. aã. ℥. ß. cere. ℥. iii. aceti lib. ß. fiat aũt ex eis cerotũ in stagnata liquefactis: ⁊ q̃ liquefacta fuerint parum de ipsa in aqua frigida imponat: ⁊ cũ se tenuerit: pix greca puluerizata cũ mastice ⁊ thure: cũ pdictis incorporet in stagnata: ⁊ cum spatula semp agitãdo bñ incorporet: fac decoqui: ⁊ cũ cocta fuerint adde terebẽthine. ℥. i. deinde sup aquam frigidã cola: ⁊ manib⁹ inũctis oleo laurino collige: ⁊ fortiter malaxa: vt aq̃ inde exeat: ⁊ fac magdaleones: ⁊ cũ vino eoꝝ ẽplastra. ¶ Linimẽtũ ad crepaturã aq̃sã ⁊ võtosam: dissoluat bdelliũ i oleo sãbucino aploꝝ vl nardino: ⁊ vino antiq̃: ⁊ addito castoreo pluere ⁊ ordei pluere vl milii fiat.

Inciđẽdi modus. — Empla: strũ ad crepaturas ifantium. — Aliud ad idem. — Aliud ad idem. — Aliud expertum. — Puluis ad idem. — Emplastrũ aliud ad idem. — Aliud ad idem. — Linimentuz ad crepaturam.

¶ Cap. ii. de augmento vmbilici.

Contingit vt egrediat vmbilic⁹ ⁊ emineat extra: ⁊ illd̃ est in ifantib⁹ ꝓprie. Et cã ei⁹ est aut ꝓpter rupturã in ipso nata superius pueniẽtem vel ex plãta vel ortu: q̃ egredit zirb⁹ vel intestinum: ⁊ inflat sicut etiã ꝯtingit in osseo: aut ex cã hydropisis: ita vt mollificetur ⁊ aggreget in eo aquositas vel ventositas ꝯtenta in cõcauo ventris replẽs ⁊ extendẽs ipsum: aut ꝓpter cursum supfluẽtis sanguinis ad ipm ex aptione vene ⁊ arterie ipsius: quare cutis eleuatur in altum. Signa cause prime sunt: q̃m calor natura lis nõ mutat. Et est locus diuersitatis alicui⁹ ⁊ ꝓprie vbi egrediũtur intestina: ⁊ est cũ dolore aliquo: ⁊ tumor cum mollitie: ⁊ occultat cũ premitur. Et q̃nq; in occultatione rugitus percipitur ⁊ administratione mollificantiũ ex balneis ⁊ vnctiõibus: ⁊ motus augmẽtatur. Signa eius que est ex aggregatione humiditatis sunt q̃ cũ cõpressione cedit: ⁊ est leue respectu pcedẽtis colore cutis nõ mutato: et etiã si ex ventositate fiat: ⁊ est leuius ⁊ magis resistẽs compressioni ⁊ sonitus in eo: ⁊ vox existit si pcutiat. Signa vero tertii sunt mutatio coloris cutis ad colorẽ sanguineũ: ⁊ nigrescentẽ. Et signũ est q̃ ex additiõe carnis nate aut apostematis est: q̃ est graue durũ qd̃ cõpressio sicut alia nõ occultat. Cura autẽ ei⁹ est prima cure rupture ⁊ spẽꝝ hernie supradicte. Et modus eius in pueniẽte ex ruptura est duplex. Unus cũ glutinãtib⁹ stipticis interius ⁊ exteri⁹ ex emplastris approximatis possibilis in infantib⁹: ⁊ in egrediẽtibus post partũ cũ ligatura quã faciũt obstetrices: in qb⁹ ex apertione venaꝝ ⁊ arteriaꝝ ꝯtingit. ¶ Alius est incisione sutura ⁊ cõsolidatiõe chirurgica in corpibus duris ⁊ augmẽtatis. Conglutinãtia ⁊ stiptica: qbus primus cõpletur modus sunt charabe: thus: balaustie: glans: galla: antimoniũ: acatia: alumẽ: terebenthina: terra sigilla. ⁊ similia simul ꝯfecta vl diuisim applicata cũ ligatura stricta: ⁊ q̃nq; additur cerusa ẽm mẽsurã vnius illoꝝ. Et sic est si sumatur tẽta: ⁊ inuoluatur supra ipsum pãnus: ⁊ accipiatur minutũ thuris: ⁊ conficiatur cũ albumine oui: ⁊ liniat cũ eo super vmbilicum: ⁊ repleatur eo. Modus vero incisionis est talis: pcipiat infirmo vt stet ⁊ tendat ventrẽ suuz: ⁊ ꝯtineat anhelitum donec appareat q̃tũ possibile est ipsi⁹ augmẽtum. Et tũc fac in circuitu huius cũ atramento signũ distinctiuũ: deinde cõprehende qd̃ eiciat cũ vncino supra mirach solũ: ita q̃ nõ accipias qd̃ est sub eo de zirbo vel itestino: deinde fac resupinare eũ supra collũ: ⁊ deinde liga cuz filo sub vncino: ita q̃ cadat ligatura in signo: nec cõprehendat aliquid ex eo qd̃ est sub mirach: sed solũ ipm ex tunc vero incide cutem: ⁊ sue locũ descriptũ cuz filis duris extensis adinuicem: ⁊ stringe ipsum supra ventrem: et dimitte cutem: ⁊ consolida prius lacertos: deinde consue cutem: et consolida sicut oportet. Reliquarum vero cura cum exiccantibus ac resoluentibus notis completur. ¶ Ad exitum vmbilici fiat emplastrum probatum infantibus quibus accidit magis. ℞. granorũ lupinorum. M. i. peciam vnam panni linei combure que conficies cum vino nigro ⁊ pontico: ⁊ buliant donec inspissetur: ⁊ intinctã spongiã liga supra locum: postea in aceto ⁊ aqua ros. ⁊ in eo inuolue stupas: ⁊ applica supra vmbilicum: ⁊ est Rasis. ¶ Aliud forti⁹. ℞. aluminis aur. xv. gallaꝝ aur. iii. terant ⁊ cõficiant cum vino calabrensi nigro donec inspissentur: ⁊ infundantur spongia post in aceto ⁊ aqua rosa. Itẽ ponatur super aliquem pannum gluten de coriis: ⁊ tepidum vmbilico applicet: ⁊ supponatur puluinar de bõbice ⁊ pãno lineo: ⁊ ligetur cũ fascia. ¶ Itẽ aliud. ℞. aquã aluminis: vinũ calabrense: aã. in quibus buliant rose: ⁊ spongia intincta supponatur: ⁊ si vis efficacius buliant cũ ros. galle: masticis: thus in fascia. Itẽ ad eius exitum aquosum vinum in cinere infunde: ⁊ ex eo supemplastra: valet etiã ad ventosum: ⁊ cõfricatio cum compressione ex saliua ieiuni ⁊ famelici curat eam si ex leui fuerit causa.

Cause. — De signis — Emplastrũ ad exitum vmbilici. — Aliud ad idem.

¶ Cap. iii. De dolore ventris ⁊ iliorum.

Dolor ventris et

Dolor vētris ⁊ iliorum ex dictis i dolore īteſtinorū in pte notꝰ eſt: qm̄ accidit ex cā exiſtēte ītus mirach lacertis ⁊ pāniculis ventris. Et qn̄qꝫ ex cōitate ſupiorū vt diafragmatꝭ: pleure: pulmonis ⁊ aliorū vꝉ ſubteriorū mēbrorū vt īteſtinorū: vel aliorū mēbrorū ꝓfundorū corrīſpōdētiū illis: vt ſtomachi: epatis: ſplenis: renū: ⁊ ſiſiuꝫ. Signū diſtinctiuū eſt qm̄ cū paſſio eſt ꝓpria in mirach dolet ꝯtinue apud tactum: ⁊ qn̄qꝫ alteratꝛ color ⁊ tumor ſi adſit: ⁊ ſeqtur lacertorū figurā. Cū aūt paſſio eſt ex cōitate interiorū dolet ꝓpter tactū: nec ſemper apparet tumor: niſi cū apoſtema in eis fuerit magnū: ⁊ eſt pieter lacertorum figurā: nec color cutis mutatur: ⁊ additꝛ ⁊ diminuitur additione ⁊ diminutione paſſionis illorū que precessit. ¶ Cura eſt: nā ſiqdem ex ꝓpria paſſione fuerit ⁊ ex malitia cōplexionis frigide que eſt plurimū ex cā exterius accidēte: aut ex ventoſitate intercluſa cum calefactorijs balneis ⁊ electuarijs ex diacimino diatrion: ⁊ alijs calidis ⁊ ꝓprie ſticados medicetꝛ. Et ex medicinis appropriatis ei ſimplicibꝰ eſt armoniacū bibituꝫ vel epithimatū cū melle aut aqua ordei: ⁊ alhaſce cocta ⁊ trāſglutita cū melle ⁊ malabeb: ⁊ ciperū: ⁊ fenugrecū: ⁊ ſemen lini: ⁊ ſticados: ⁊ abſinthiū: ⁊ reliqua anodina. Hippo. ꝟo dixit. Quibuſcūqꝫ dolor circa hypocūdria ſine phlegmōe fuerit febris ſupueniens curat egritudinē. Attendēdū tn̄ qr dicit ſupueniens: vt qr ſpōte vel caſualꝛ ꝓuocata ſit: venienſꝟo artificialiter ꝓuocata ſemp niſi corpe mundo ⁊ ꝯſumptioni inepto. Aliter aūt diſpoſitio ſi ꝓcurabis forſaſſe accidet tibi ac ſi nequam ⁊ te fortiorem introduxeris domū tuam hoīem te adiuuandi gratia: qui cum inuenerit aliqd ex ꝯtinētibus vel ꝯtentis cui innitatur firmabitꝛ in eodem: nec poteris ipſum expellere cū volueris: ſed fortior exiſtēs expellet te ita vt qꝺ vocaſti in auxiliū: ⁊ nō auxiliuꝫ cōuertetur. Sed ſi fuerit ex ſolutione ꝯtinui cū exhibitiōe mumie ſumpte: ⁊ cū cōpreſſiōe inunctē p̄cedēte flebotomia curetur ⁊ granis naſturcij: ⁊ ſucco citoniorū ꝑnutricis nō fractis: ⁊ cū emplaſtro ex ꝯſolidantibus notis ⁊ cōueniēti regimine. Et ſiquideꝫ ex apoſtemate fuerit: curetꝛ cura reliquorum apoſtematū que indicationem a patiente particula nō ſuſcipiunt. Et ſiquideꝫ ex cōitate ad ſuperiora fuerit vel ſubteriora mēbra ⁊ ꝓfunda: curetꝛ cura doloris pectoris: ⁊ pleureſis: vel cura doloris epatis vel ſplenis ⁊ inteſtinorū dicta. Et ex ſimplicibus medicinis cōueniēs ⁊ exptū eſt: betonica cū tenetꝛ ſicut eſt ⁊ emplaſtetꝛ aufert em̄ dolorē ⁊ inflationē ventris. Et ſumpte ex ea .ʒ.iiij. cū aqua dolorē epatis ⁊ cū melle ⁊ aceto dolorē ſplenis ſedat. Et abſinthiū emplaſtratū cū oleo de alchāna fetō ceroto aufert dolorē ſtomachi epatis ⁊ iliorū. ¶ Et ex cōpoſitis eſt hoc qꝺ ſedat dolorē vētris ⁊ iliorū in īfantibꝰ ⁊ ꝓbatis. ℞. ſucci parietarie: ſucci herbe feniculi an̄. guttas. iij. ⁊ cū lacte ī coeleari da ei poſt balneū in aq̄ decoctiōis ipſiꝰ parietarie. ¶ Aliud. ℞. feniculi: granorū naſturtij: ſe. apij: ameos: ʒinʒi. cinamomi an̄. ptes equales ſerapini ad pōdus oīm ex eis: fiāt pilule vt auellane: ⁊ miniſtrentur.

vi. Apho. xl.

Nota de abſinthio

Aliud emplaſtrum.

¶ Incipit pticula .v. ſectiōis p̄me finalis ⁊ vltima q̄ eſt ꝺ medicina egritudinū iūcturarū ꝯtinēs ſummas quatuor.

Abſeqtur particula .v. ſectiōis prime finalis ipſius: ⁊ vltima de medicinis egritudinū iuncturarū: ꝯtinens ſummas quatuor: quarū Prima eſt de medicinis doloris ipſarū. Scd̄a de medicinis diſlocatiuis. Tertia de medicinis ſolutionis ⁊ ſeparationis. Quarta de medicinis apoſtematum earundem. ¶ Prima vero ſumma eſt p̄ſentis conſiderationis continens capitula decem.

¶ Cap̄.j. p̄ambulare ⁊ eſt ſermo generalis in iuncturis ⁊ diſpoſitionibus earū ⁊ doloribus cauſis ⁊ ſignis earum.

Eſcire opꝫ ꝙ dolor iūcturarū eſt nocuꝰ ſenſus ipſarū: ⁊ eſt recipiēs diuiſiones penes ſuas cāſ eſſentiales ipſarū atqꝫ accidētales: quibus variatur ſua diſpoſitio atqꝫ cura. Cauſe ꝟo eſſentiales doloris ſunt duplices: res pcipiēs: ⁊ res imprimēs: nihil em̄ aliud eſt dolor q̄ ꝯtrariū impreſſorem ſubito ſentire: vt dixit Abo. Penes cām pcipiēteꝫ q̄ eſt membrū iūcturis ſpecificationē recipit: ⁊ diuiſionē hoc modo. ¶ Sciēdū p̄mo ꝙ iūcture paſſiue ſūpte oſſiū mēbrorū corporis extremitates alternatī adinuicē ſūt ꝯiūcte. Actiue ꝟo ptes extrema ipſorū ꝯtiguatorū ad ſeiuicē ꝯtigētes: ⁊ ex ligamētis de extremis ad extrema oſſiū ꝓtēſis: ⁊ cordis lacertorū in eorū circuitu alligātibꝰ cōpoſite: ⁊ cōmixte venis ⁊ arterijs ſupcurrētibꝰ atqꝫ cute a natura ordinatis. Et ꝑ eas mēbra flexionē ⁊ reflexionē recipiāt eorū opatiōibꝰ et motibꝰ oppoſituna. Que oēs ſenſibiles valde ſunt: qr neruoſe dure: ne ī motu eorū q̄ſi ꝯtinuo rūpantꝛ: ⁊ ne calefiant frigide: ⁊ ꝓinde debiles vtriqꝫ ipſarū: qr a p̄mo p̄ncipio ſūt remote īter ſe ꝯcauitatē ⁊ cauernoſitatē h̄ntes: vt colligāt ⁊ ꝯſeruēt humiditatē ne exiccetꝛ in motu: q̄ ſi nō ꝯtingat ī q̄to vꝉ in q̄li excedere eas exiccari ⁊ calefieri eſt neceſſe ac debilitari magis: venas q̄ꝫ ⁊ vias ad ipſas ex mēbris ⁊ corpore dilatari: quapropter ſuperfluitates ⁊ humores corporis trahere ad ſeipſas īfluxas recipe: ⁊ illas ꝯſeruare ꝓpter ſpiſſitudinē ⁊ frigiditateꝫ. Et ꝓinde egritudines ois gn̄is icurrere plurimū reumaticas: ⁊ dolorē ꝓpter eāꝫ inferiꝰ aſſignādā: q̄bꝰ egritudinibꝰ nūc ꝑtermiſſis tāq̄ ad ſectionē ſcd̄aꝫ ptinētibꝰ q̄ de medicinis egritudinū vniuerſaliū tractat tm̄ de medicinis dolorū ipſarū hic dicēdū q̄ gn̄alibus oībꝰ egritudinibꝰ eſt ſyntoma ſibi ꝑiudicās ſanationē ſua fortitudine īter oēs ⁊ curas ipſarū vniuerſalꝛ cōprehēdēs: necnō a mēbro ſeu iūcturis denoiationē recipiens ī genꝰ ⁊ ſpēm variato. ¶ Dolor em̄ iūcturarū aut ē vniuerſalis oībꝰ iūcturis: ⁊ ſic artetica nūcupatꝛ ab articulis dicta q̄ gn̄alꝛ iūcture dicuntꝛ: aut aliqbꝰ ꝓprius: ⁊ hoc ſm̄ varietatē iuncturarū varie noīatꝛ: qr variā ab eis ꝓprietatē aſſumit: vt īfra patebit: iūcture em̄ in ventre ſunt bifarie varietatis. Quedā em̄ ſunt corpis: ⁊ tales ſpondiliū dorſi eſſe noſcūtꝛ: qꝺ baſis eſt corpis vniuerſi: ſicut carina nauis: q̄dā ſunt membrorū extremorū de corpe ꝓdeuntiū: ⁊ hec diſtinguuntꝛ dupꝉr: q̄dā em̄ ſunt ſupiorū extremorū: vt manuū generalꝛ acceptarū: q̄dā īferiorū vt pedū ſilꝛ gn̄ali mō ſumptorū. Et vnaqueqꝫ ipſarū totidē recipit ſectiōes q̄tidē in ſe cōtinet iūcturas: a quarū q̄libet ꝓprīā denoiationē recipit: q̄ gn̄alꝛ iūcturarū dolor dr: ⁊ ꝓpter naturā earū variā ⁊ diuerſam curationē denoiationē ꝟo recipit: nā ex eis eſt dolor q̄ dr humeri ⁊ ſpatule: humero em̄ ſpatula ⁊ adiutoriū cū furcula ꝯiūgunt: aliꝰ cubiti: aliꝰ raſcete manꝰ: ⁊ ceterarū iūcturarū ipſiꝰ quē chiragra Joānitius appellauit: a chiros grece latine manus. Alteriꝰ ꝟo q̄ eſt pedis q̄dā dictꝰ eſt dolor anche vꝉ ſciaticus: alius poplitis: aliꝰ raſcete pedis: ⁊ aliarū iuncturarū eius podagricus noiatus ſeu doloris quilibet in loco vel iunctura ꝓprio pceptus atqꝫ diſtinctus: curationē quoqꝫ diuerſam de qua infra dicetꝛ recipit a varia naturā ipſarū. Alique em̄ ipſarū ſunt magis vicine principio: vt humeri ſpatule: aliq̄ ꝓfunde lacertis groſſis ⁊ pellibus inuolutis: vt ſcie ⁊ anche. aliq̄ ꝟo magis diſcopte a p̄ncipalibuſqꝫ remote: vt manꝰ ⁊ pedes: cetere ſm̄ magis ⁊ minꝰ: ⁊ ꝓinde ipſarū dolores in corpꝰ diuerſimode impumentes ⁊ cās ſalubres curatiuas plurimū variātes. Penes cāꝫ ꝟo imprimente recipit dolor iūcturarū notificationē ⁊ diuiſionē ſic. Cā ꝟo ipāꝫ imprimēs quedā eſt iterior: ⁊ quedā exterior. Interior eſt in ſe ⁊ ex cōitate ad mittentia mēbra ⁊ materialis plurimū q̄ phlegmatica ꝓpter earū naturā ⁊ digeſtiōis defectū. Omnes ſūt mēbrū complexionis frigide actiōes defectas hꝫ ex neceſſitate dixit. G. In ſe quidē mala cōplexio quelibet plurimū frigida. In gn̄e em̄ ꝓportionabili facilior eſt trāſitus: dixit Abo. Ex cōitate ꝟo eſt quilibet humor eſſentiā doloris variās ſeu ſpēm: ⁊ eſt plurimuꝫ phlegma cum cholera: deinde phlegma crudū: deinde ſanguis: deinde cholera: ⁊ rarius melancholia. Et qn̄qꝫ ventoſitas operās ipm̄ acutū vel obtuſum continuū vel interpolatū: a corpore toto: vel epate et

Cauſe.

De anotomia iūcturarum.

Galenus.

cerebro:⁊ qñꝫ itestinis patiētib⁹ ꝓpter ꝓpinquitatē missus:⁊ influēs ꝑ modū reumatismi ad ipa vł ꝑmutatione. In dolore ṽo ipaꝝ reumatis cause oēs freqñter ꝯcurrūt: quaꝝ q̄ dā est gñalis ⁊ imediata:alie sunt spāles ⁊ mediate. Gñalis est quā Gal. in suo libro de ṽtutib⁹ dixit:cū ait. queadmodū eñ mēbra ad seinuicē trahūt escā:ita ad scinuicē ꝯponūt.supfluitates:⁊ hec cā vocatoꝝ reumatū. Speciales ṽo sunt q̄s Joanniti⁹ in suo itroductorio nūerauit: cū inq̄t. Modi ṽo morboꝝ ex inaturali malitia cū aliq̄ humore decurrēte ad ifirma mēbra quatuor sunt. Prim⁹ est virt⁹ mēbri ipellētis:⁊ debilitas recipiētis. Scd̄s est multitudo humoꝝ dictoꝝ. Tertius est debilitas ṽtutis nutritiue. Quart⁹ est largitas vie poroꝝ.

Nota hos quatuor modos.

¶ Fortitudinis toti⁹ corpis ⁊ epatis respectu iūcturaꝝ cā satis est nota. debilitatis iūcturaꝝ duplex est cā:naturalis q̄ supi⁹ est narrata: ⁊ accidētalis ex tpe:vt casus ⁊ ꝑcussio: vel aliq̄ egritudo. Accidētalis debilitatis nutritiue cām supi⁹ in stomacho hūisti. Ex q̄ ꝓncipalr̄ cū malitia regiminis humoꝝ multitudo ꝓcedit:errat eñ inter alias plurimū mala nutritiuorū mēbroꝝ cōplexio ⁊ corpis vniuersi intantū ꝙ exaucta tpe ꝓcedēte qñꝫ malos ⁊ supfluos humores gignit ad iūcturas currētes dolorē ꝑstātes:q̄ tūcunꝫ bonitas regiminis subsequat̄ coadiuuāte largitate ductuum ⁊ viaꝝ que ab humiditate cū caliditate humoꝝ frequēter currētium ꝑcreant̄ ⁊ motu. Sicꝫ deinceps sibi viuere si velit saluus a dolorib⁹ tūc nō possit:qđ equidē verbū ab admiratione multos eripiet ꝯsueta:hi eñ humores reumatizātes taliter ad iūcturas doloris eaꝝ multiplicati cause fiūt alterādo equidē subito malā cōplexionē diuersam inducūt: ⁊ replēdo cōcauitates eaꝝ chordas:neruos ⁊ lacertos extendunt:⁊ illoꝝ quasi ꝯtinuitatē soluūt:totāꝫ iuncturā eleuant in tumorē. Et qñꝫ apostemādo vtrūꝫ inducūt lꝫ raro ꝓpter soliditatē ⁊ duritiē substātie partiū:ob quā humoralis materia collecta vel fluēs de facili nō subintrat: sed interiectas vacuitates apti⁹ ⁊ multiplicata in eis parte alterat ⁊ extēdit. Cū ergo dolores iūcturaꝝ ꝑtractam⁹ ⁊ ei⁹ curā arteticū:chiragricū ⁊ podagricū dictū sic creatū itelligamus.

¶ Cā ṽo exterior est ex primitiuis ⁊ plurimū veris frigiditas ꝯgelans ⁊ siccitas indurās priuādo humiditatē eius naturalr̄ ordinatā siue sit tpis: siue sit ꝯstitutionis borealis vel calida dissoluēs ⁊ humectans vt tpis vel ꝯstitutionis australis:sicut Hippo. in suis apho. nobis retulit:aut est casus vel ꝑcussio extendens vel scindens:vel dislocās partes vł iuncturaꝝ:⁊ silia que inter cās accidētales seriosius numerant̄. Penes cās quoꝫ accidentales seu dispōnes diuisionē recipit iuncturaꝝ dolor vꝫ penes naturā corpis:ꝯsuetudinē:sexū: etatē:tpˢ:ꝯstitutionē:artēꝫ ⁊ dietā. Hec eñ sunt cause doloris accidētales: ⁊ circūstantie corporis dispositionē variātes ipsi⁹ atꝫ euētū curā quoꝫ determinātes ⁊ auxilia:vt sequet̄. In corporibus enim cōplexiōis debilis naturalr̄ lapsis vt frigidis ⁊ siccis vel ex etate vt senibus:q2 pueri nō podagrizāt ante afrodisiā: vł sexu. s. masculino q2 mulier nō podagrizat vt dixit Hip. nisi ei mēstrua deficiāt:lꝫ masculus ex lapsu sexus magis illud icurrat q̄ femina:lꝫ q2 ex malitia regiminis queadmodū pueri ex imoderata dieta vel accidētaliter ex malitia regiminis frigidis discretis: vel ex egritudine aliq̄ maxie chronica debilitatis vel ꝯsuetudine patiēdi dolores ipsos: vł quoꝝ parētes pati ꝯsueuerūt cū sit ex morbis q̄ hereditant̄ in semie tpe autūnali acveris:⁊ ꝯstitutiōe cōsilī:dicēte Hip. in apho. Podagra ⁊ maniaca vere ⁊ autūno mouent̄ vt in plurib⁹:arte laboriosi mot⁹ ⁊ exercitij vt viatoꝝ ⁊ portātiū onera. Et dissolutis cibi et potus maxie vini puri i ieiunio sumpti ⁊ ꝓprie circa venerea dicēte Hip. in apho. Eunuchi podagrici nō fiūt neꝫ calui.

vj. Apho. xxviij.

Predicti iūcturaꝝ multiplicant̄ dolores ⁊ dispōnes ꝓpter nature defectionē ⁊ digestiōis corruptionē: ⁊ in eoꝝ ꝯrarijs minuunt̄:vel nullaten⁹ fiūt ꝓpter ꝯtrarias cās. in primis q̄ꝫ dictis corpib⁹ dolores accidētales curant̄ tardi⁹:et auxilijs min⁹ recipiūt iuuamēta:⁊ citi⁹ redeūt:lꝫ ꝑiculi sint minoris. Et i eoꝝ ꝯtrarijs sunt ecōtra:⁊ in iūcturis eorū remanet sicut gipsū:cū eoꝝ materie sint crude:sup quoꝝ iūcturis orit̄ ēt multoties caro:q̄re torquent̄ digiti ⁊ ꝯfrāgunt̄:⁊ dolor fort̄:cū materie ipsoꝝ sint calide ⁊ humide.

De signis

¶ Signa causaꝝ iprimentiū interioꝝ hic opꝫ subiūgere tm̄:cū dolor ⁊ loc⁹ eius. s. iūcture sint manifesti ex dict̄. Si quidē eius cā doloris sit mala cōplexio pura ex quacunꝫ manifesta cā dolor erit in iūcturis absꝫ tumore grauedine,⁊ dolore coloris mutatiōe. Si ṽo fuerit cū materia qđ est plurimū:ecōtra se habebit. Et siq̄dē fuerit phlegmatica:⁊ est plurimū:dolor erit grauatiu⁹ paru⁹:locus alb⁹: tumor magnus ⁊ mollis:tactus frigidus absꝫ pulsatiōe. Si ṽo cholerica fuerit:econtra se habebit: lꝫ tumor in ea qñꝫ sit maior ⁊ grauedo:ex eo ꝙ est plurime effusionis vice vna:⁊ iuuat̄ frigidis:ledit̄ ṽo calidis:lꝫ in tali ex iuuantibus ⁊ nocētib⁹ sumpto:ex seipso ṽo ⁊ certo sup cognitionē hñdaꝝ cause ⁊ morbi:cū sit ex posteriorib⁹ sumptū:⁊ effectu a quo oīs actio cōprobat̄:possit accidere error: q̄ nisi sciat̄ qualr̄ accidat:nō poterit euitari:malū eñ nisi cognitū non euitat̄:vt Boetius ait. Accidit q̄dē duplr̄:⁊ ex ꝑte doloris:⁊ a ꝑte rei approximande. Ex ꝑte aūt doloris: q2 aut dolor est tm̄ inflāmans ⁊ nō resoluēs:aut ad resolutionē ꝑducēs.

Malū nisi cognitū non euitatur.

Primo eñ modo res frigida ministrata dolori ēt si ex frigida cā accidat:ꝯferre videt̄:calida ṽo nocere. Scd̄o modo res calida applicata dolori:etiā si ex cā ꝓuenerit ꝯferre videt̄:frigida vero nocere. Ex ꝑte rei ministrāde:aut rōne ꝓprietatis:aut cōplexionis:ꝓprietatis:q2 nō fuerit ꝓpria dolori ⁊ mēbro cuius est: quare nō imprimet iuuamētum:sed nocumentū ꝓpter cōplexionē poti⁹:inest eñ vnicuiꝫ corpi ⁊ mēbro vt ab vna medicina patiat̄:nō ab alia:vt dixit Abo. rōne ꝯtrarij:aut eñ est calida:aut frigida. si calida vel trahēdo ⁊ replēdo auget dolorē:⁊ sic videtur nocere:⁊ si ex frigida cā accidat:vel resoluendo minuit dolorē:⁊ sic videt̄ cōferre:etiā si ex calida cā accidat. Si vero sit frigida:aut stupefacit:⁊ sic minuit dolorē:et in hoc iuuare videt̄ etiā si ex frigida cā accidat: aut claudendo poros retinet materiā maxime si stiptica fuerit:⁊ sic dolorem auget:quare videt̄ nocere etiā si ex calida cā fiat:et sic calida estimabit̄ frigida:⁊ frigida calida:qđ etiā accidere pōt ex qualitate accidētali:vel imp̄ssione accidētali: vt ponit Abo. Ad hūc aūt euitandū errorē nō pōt hoc signū cōsiderare tm̄ in cause cognitiōe ⁊ morbi:sed ipm cū alijs ꝯiungere signis quib⁹ est deuenire in cognitionē illoꝝ circa que posuit ꝓprie Hippo. in apho. cū dixit. Contēplari aūt opꝫ naturā:etatē:ꝯsuetudinē:dietā: tpˢ:regionē ⁊ artē. Hec eñ est doctria Gal. quā docuit ad talē euitādū errorē. Si ṽo materia sit sanguinea:color erit rub⁹: ⁊ dolor medi⁹ inter p̄dictos ⁊ cū pulsatione:⁊ durities mediocris ⁊ caliditas tact⁹:si ṽo melācholica:dolor erit minor:et tumor cū duritie ac liuiditate. Si ṽo materia sit ventosa:tēsio erit absꝫ grauedine:⁊ dolor cū vnitiōe. Et si mixta erit materia:erūt signa ꝯfusa. Et siq̄dē sit paulatim aggregata:tūc dolor minor cū icipit ⁊ paulatim auget̄. Si ṽo subito iflixa:dolor maior erit ⁊ repētinus:⁊ siq̄dē a cerebro sit iflixa:p̄cedēs passio ipsi⁹ idicabit̄ ⁊ catarr⁹:⁊ materia erit plurimū frigida:⁊ qñꝫ acuta ⁊ salsa i sapore ipso ꝑcepta. Et incipit a spondilib⁹ colli ⁊ ꝓcedit iferi⁹ ꝑ humeros ad mēbra man⁹:⁊ ꝑ anchas ad iūcturas pedū. Si ṽo ab epate ei⁹ egritudo sit ꝓcedēs:demōstrat̄ cū signis repletionis ipsi⁹:⁊ venaꝝ materia est calida plurimū. Silr̄ si a stomacho:aut itestinis:aut corpe. Fortitudo aūt mēbri ipellēt̄ ex natura sui:⁊ ex trāsmissione supfluoꝝ cognoscit̄ ⁊ alleuiatiōe sui:debilitas recipiētis. s. iūcturaꝝ ex natura ipsa colligit̄ supradicta. Et si est naturalis ex mala figura ⁊ cōpositiōe q̄ cōplexionē sequunt̄ malā:debilitatē ex ꝑte parētū q̄ silr̄ passi fuerūt. Si ṽo accidētalis ex āncedēte casu ⁊ ꝑcussione aut aliq̄ egritudine quā sunt passe. Multitudo humoꝝ ex signis repletiōis notis vł cachochimie debilitatis nutritiue ex mala dispōne mēbroꝝ nutritiuoꝝ oīm ⁊ ꝓprie ꝑ toto opantiū:largitas viaꝝ ex amplitudine venaꝝ accipit̄ grossitie inflatiōe ipsaꝝ si manifeste sunt. Si ṽo occulte:ex frequēti passiōe pōt ꝯiecturari. Si ṽo materia doloris in iuncturis fuerit ꝓfundis ⁊ in manifestis: vt sunt anche:⁊ sciatice atꝫ geniculis alijs dignoscet̄ signis que in ꝓprio dicētur capitulo coadiuuāte Christo.

¶ Ca. ij. de medicis iūcturaꝝ ⁊ cura doloꝝ ipsaꝝ i gñali.

Sermo noster erit deiceps de medicinis dolorū iuncturaꝝ in generali q̄ artetica dr̄. Sunt aūt ꝑm alterū triū modoꝝ. Quedā enim sunt cōseruatiue:quedā p̄seruatiue:⁊ quedā curatiue. Conseruatiue aūt ipsarum sunt ex similibus:⁊ ex iuuātibus ꝓprijs sumpte:q̄ in medicinis neruorum supra

rū ſupra ſunt dicte: ⁊ dicenẜ alie īfra ſimplices ⁊ cōmixte. Preſeruatiue ꝟo cauſis accidētib⁹ debenẜ abſcindēdis ⁊ euacuādis: ſi humorales exiſtāt: vel alterādis: ſi cōplexionales. Cōpoſitio em̄ copie cū ſit triplex ẜm Gal. Pria eſt ꝯſimiliū ex humoꝛib⁹ vt materia ⁊ ex cōplexione ſimul cuꝫ virtute vt efficiēte ꝓcedār. Scđa eſt officialiū: ⁊ ex pꝛima vel tertia fit ſcđa q̄ eſt totius: vnde Gal. cōpoſitio ſeqtur cōplexionē rem diuinā. ¶ Cura ꝓpꝛie egritudinib⁹ ſoluē diſꝯuenit aut accidētibus ex ſe impꝛimētibus vt doloꝛi: ⁊ ſilibus ſequētibus illas: ⁊ cauſis ꝯiunctis abſcindendis inquātū egritudines dependēt ex eis ⁊ ꝯſeruanẜ. ¶ Pꝛimis itaq̧ ꝑtermiſſis vt ſupius notis ⁊ in ambab⁹ ſequētibus neceſſario attendēdis de ꝓſeruatiuis ⁊ curatiuis doloꝝ ipſaꝝ dicendū: ars em̄ ẜm Gale. pꝛius inſurgit in cām que magis viget. Eſt aūt in eis triplex intentio: vt ſupra ī cura ſode doloꝛis ſtomachi ⁊ īteſtinoꝝ eſt dictū: ſcꝫ cauſe abſciſſio: doloꝛis ſedatio: ⁊ ſimul ꝓſecutio vtriuſq̧. Vez qꝛ ẜꝫ rectū cure oꝛdinē ꝓcedēdo cura circa cauſe abſciſſionē ꝑmo ꝟtiẜ doloꝛis ipſi⁹ cū ſit cōis ⁊ gn̄alis in oī: ipſi⁹ ꝟo doloꝛis ſedatio nō ſemp ſit ꝓferēda niſi in caſu: put ſupra in doloꝛe īteſtinoꝝ eſt dictū: ꝑ tāto ī hoc capl'o de cura q̄ eſt ipſi⁹ cauſe abſciſſiua ī gn̄ali dicem⁹. Eſt aūt triplex: mala cōplexio diuerſa: ſolutio ꝯtinui: ⁊ vtraq̧ ī apoſtemate ſiſis ꝯſiſtēs: plurimū tn̄ mala cōplexio diuerſa eſt cū materia: ꝓinde ſcđa ⁊ vltima ꝑtermiſſa de ꝑma hic tm̄ eſt dicēdū: q̄ cauſe īpꝛimēꝫ hui⁹ ſit abſciſſiua. ¶ Si ḡ ſit mala cōplexio pura ex q̄cūq̧ cā altereẜ cū ꝓpꝛiis iūcturis ⁊ cōib⁹ eis oīb⁹ in artetica cōpꝛehēſis. Cui⁹ curā hic ꝓſeq̄mur ꝓpꝛie: ⁊ ſiqdē ſit frigida q̄ eſt plurimū altereẜ cū calidis ⁊ patis ſemp ſtipticis q̄ in doloꝛe doꝛſi nō cōpetunt: niſi debilia ſint: ſꝫ poti⁹ agitiua: cū materiā ꝓpter viciuitatē ad ꝓncipalia nō opoꝛteat retinere nec repellere: ſꝫ vt fluat inferi⁹ opoꝛtet: atrahi ⁊ exteri⁹ ⁊ reſolui. Qualia ſunt ex cōibus oibus ſticados: ſanſuc⁹: betonica: hyſſop⁹: camedreos: camepitheos: herba dicta artetica: pes coꝛuinus: ſaluia: ꝫarur: acoꝛus: oꝛiganū: ſandaraca: alumē: myꝛrha: ſulphur: ⁊ ſal: grana pini: nux īdica: ⁊ ipſoꝝ olea: ⁊ vinū ſquille: acetū ei⁹: ⁊ oximel interius ⁊ exterius: ꝑ oēm modū appꝛoximata. Sive ro calida: altereẜ cū frigidis tēperatis ⁊ ſtipticis interi⁹ et exterius: ⁊ ꝑ oēm modū appꝛoximatis: q̄ alterādo diſcraſiam iuuāt partiū ⁊ iūcturaꝝ ſubſtātiā ⁊ vias ꝯſtringūt ne recipiāt ſupfluitates. Qualia ſunt roſe: citonia: ſumach: myꝛrha: folia cannaꝝ: lenticula aque: rubus: virga paſtoꝛis: ⁊ memithe: tribuli eaꝝ aq̄: olea: lutū ſigillatū: ⁊ armenū. Et ſiles ⁊ cōpoſite ex eis q̄ in noſtro antidotario ſunt deſcripte. Si ꝟo ſit ſicca: altereẜ cū oleis .ſ. viol. amigdal. dulciū: ſiſamino: de fenugreco: ⁊ le. lini: ꝺ pineis nucis indice: vel viol. aq̄ ſimplici tepida: epithimata: vel maluaꝝ: ⁊ ſiliū. Si ꝟo humida ⁊ eſt plurimū cū materia q̄ alterādo ⁊ replēdo ⁊ extendēdo ptes iūcturaꝝ doloꝛes inducūt. Et ſiqdē paulatim ſit aggregata: tres res expediūt .ſ. alteratio ⁊ cōfoꝛtatio: euacuatio ⁊ regiminis oꝛdinatio. Euacuatio cōpleẜ dupliciter: modo ꝑmo cū flebotomia de nigra oppoſite partis: deinde de vena reſpiciēte ꝓpꝛiū membꝛū iūcture: vel cū ſanguiſugis ſup iuncturā poſitis ſi ſanguinea fuerit materia: ⁊ ex toto ceſſauerit a fluxu. ſi ꝟo humoꝛ ali⁹ a ſanguie fuerit: purgeẜ pharmacia ꝓpꝛiū humoꝛē educēte de iūcturis ſimplici vel cōpoſita: quas ī antidotario dixiimus ꝓcedēte digeſtione. Et in medio tp̄e ſi opꝫ doloꝛē ſedātia miniſtrenẜ q̄ narrabimus īfra. Scđo vero ⁊ vltimo cū reſolutiuis iūcturis applicatis q̄ etiā inferius deſcribemus. Et ſi ventoſa cū eis ⁊ extenuātibus. Alteratio ꝟo ⁊ ꝯfoꝛtatio ſequaẜ cū ꝓdictis calidis vel frigidis ſtipticitatē hn̄tib⁹. Regiminis aūt oꝛdīatio ſit ad tenuitatē ⁊ ſiccitatē tēdēs plurimū ⁊ ꝯtrariū materie gn̄ate ⁊ gn̄ande: qđ ſerio ſi⁹ ꝓſeruatiōis capl'o ꝺſcribem⁹. Si ꝟo ab aliis influx⁹ ⁊ ſubito cū foꝛte ⁊ repentinū ꝓinde intolerabilem ꝓſtēt doloꝛē: tres res ſunt neceſſarie. Pꝛimo em̄ opꝫ doloꝛē ſedare: put infra capl'o de diſſoluētib⁹ doloꝛē dicemus. Scđo opꝫ fluxū curare: ſeu ꝓhibere. Tertio egritudini iūcturaꝝ ꝑ eū impꝛeſſe puidere: vt ſupra autoꝛitate Alexandri in cura tuſſis dixiimus. Supra q̄ꝫ oſtēdimus etiam ex dicto Gal. ꝙ ad curā fluxus tria cōcurrūt. Opꝫ em̄ pꝛimo puidere mēbꝛis mittētib⁹ vt fonti nō vtis: nec recipientib⁹ mēbꝛis. Mēbꝛis aūt mittētib⁹ multipleẜ puidem⁹ cū cōfoꝛtātib⁹ nō cū ꝺbilitātib⁹: lꝫ em̄ ꝓpter foꝛtitudinē mittāt: nō eſt puidēdū cū debilitātib⁹ tm̄: ꝟtus ei mēbꝛoꝝ nō eſt debilitāda: ⁊ cū ſint mittētia maxīe ꝓncipalia: poti⁹ ꝯfoꝛtāda: vt cū pie foꝛtitudiſe ſua diminuta mittāt ꝑ poꝛos occultos ad iūcturas: ⁊ mēbꝛa debilia ītra coꝛp⁹ foꝛtia ſufficiēter facta ꝑ poꝛos ꝯſuetos ⁊ amplos extra coꝛp⁹ ſupfluitates excludāt: quā adiuuāt ſi ꝯfoꝛtantib⁹ cibis vel medicinis poros illos expurgātia miſceanẜ: ⁊ naturā iuuātia ad expellendū ꝑ eos: qualia ſunt mercurialis folia: polipodiū: tartarū: infrigidātia pꝛuna ⁊ tamarindi ⁊ viole in materia calida: ⁊ cibis mixta vel ꝓaſſumpta: ⁊ ſilia ex medicinis ⁊ clyſteribus ad expurgationē inteſtinoꝝ adiūcta ⁊ alia abſterſiua: vt carice mellis ſpēſq̧ ſalis note: ⁊ diuretica calida vel frigida ẜm neceſſitatē materie ad expurgationē viarū vrinaliū: ⁊ fricatio rarefaciēs poꝛos ꝓpe cū oleo camomille de apio: calamēto. Et ſudoꝛē ꝓuocātibus: vt aq̄ oꝛdei ⁊ ſilia intus ſumpta: ⁊ balneū ſiccū ad expurgationē poꝛoꝝ cutis ⁊ ꝓuocationē nature ad materiā expellēdū ꝑ dictaꝝ regionū alterā ad quā magis apparēt inclinari: q̄ ⁊ ſi non ꝯfoꝛtāda ſint: neq̧ diminuēda ī ſe: diminuenẜ tn̄ ꝑ ꝯfoꝛtationē patiētis ꝑticule cū ſtipticis miniſtratis. Cū em̄ virtus foꝛtis ſit reſpectu mēbꝛi recipiētis: qꝛ debilis foꝛtificato mēbꝛo recipiēti virt⁹ mittēs reſpectu ei⁹ non remanebit foꝛtꝫ: qre nō mittet vlteri⁹ illi. Scđo ꝟo cū euacuationib⁹ ⁊ purgationib⁹ minoꝛatiuis in ꝓncipio: ⁊ cū eradicatiuis ꝓcedēte digeſtiōe: ⁊ tertio cū extenuatiua dieta ⁊ abſtinētia ⁊ purgationib⁹ vt nō habeāt qđ imittāt: ſꝫ inanita fctā poti⁹ trahāt: talia aūt ꝯfoꝛtātia ⁊ purgātia in capl'is de cura vniuſcuiuſq̧ ſūt dicta ſiue cerebꝛū: ſiue epar: ſiue vētre: ſiue ſtomach⁹: ſiue imittētia: ſiue inteſtina: vel alia: ⁊ extenuatiua dieta: ⁊ cura ſtomachi eſt narrata. Quarto cū alterātib⁹ inſpiſſantib⁹ materiā: ne ſui acuitate ⁊ ſubtilitate fluat: q̄lia ſunt q̄ ſupra ī cura catarri dixim⁹. Et ꝓpꝛiuꝫ eſt coꝛiandrū: ⁊ ex illis eſt balneū dulciū aquaꝝ eucrataꝝ: qđ Gal. cōmendauit in ſua terapētica: vbi cerebꝛū mittat qđ equat diſcraſiā capitꝫ: materiā ꝑ poꝛos reſoluit: ⁊ reliquū ei⁹ inſpiſſat. Et vltimo cū deriuātib⁹ ad oppoſitū ptis patiētis: ⁊ ſiqdē vltra regreẜ ꝑ magnitudinē diſcraſie ipſius mittētis: q̄ ſunt multa ſupi⁹ enarrata. Ex qb⁹ eſt in frigida materia mittēte cerebꝛo: emplaſtrū ex ſinapi ⁊ tapſia ⁊ maxime ſupra cōmiſſurā coꝛonaleꝫ capitis: vt ibidem docuit Gal. vel cauteriū actuale in cōmiſſura appoſitū qđ in vltimis opꝫ ꝙ fiat ⁊ ꝯditionib⁹ obſeruatis q̄ reqrunẜ lꝫ paruꝫ ꝓdeſſe appareat: etſi actiōes in eo cōueniāt. Et ex eis que maxime ſumus experti ſunt duo: vnū interius ſumptū: aliđ exterius applicatū in hac materia frigida fluente de capite retinēda. Pꝛimū eſt diapꝛaſſiū ẜm Nicolaū in ſuo antidotario vbi ſuas laudes enumerat. Secunduꝫ eſt tractio foꝛtis vnius capilloꝝ exiſtentiū ſupra cōmiſſurā tā foꝛtiter ſupius vt cutis ſepatio ſonet: ſicut ſupra in cura vuce docuimus. Et expertū eſt ſacellū ſupra cōmiſſurā capitis ex exiccātibus in calida materia vt panico: milio: roſ. myꝛto: ⁊ radice ſolatri ꝓpꝛie. In frigida ex pulegio: oꝛigano: ⁊ ſerpillo: pipere: ſpica: cubebis: ⁊ ſale: ſtercoꝛe columbino: ⁊ granis lauri: ⁊ myꝛrha: que ꝯfoꝛtando habēt foꝛtiter deſiccare: ⁊ ī vtraq̧ ex illis cōmixta cū ſandaraca. In eo quoq̧ vt aliis mittētibus mēbꝛis deriuamus cū ventoſis applicatis membꝛis extremis oppoſitis fricationibus cōpꝛeſſionibus: ⁊ ligaturis doloꝛoſis fomētis ⁊ rubificātib⁹: qualia ſunt vitica: tapſia: calamētū: ⁊ ſilia decocta in aqua feruenti: ⁊ cauteria actualia ⁊ potētialia: ex cantaridib⁹: arſenico: ⁊ calce ⁊ ſilibus cū ſucco flamule cōfectis ⁊ ſilibus q̄ fluentē materiā trahēdo ad oppoſitum a particula vel iūctura patiente diuertunt. Viis ꝟo per quas fluit materia varie ꝓuidemus: aut em̄ ſunt manifeſte: vt vene apparentes tendentes ad iuncturas: ⁊ tunc tripliciter ꝓuidemus. Pꝛimo cum ſtipticantibus ⁊ conſtringentibus ſuperius appoſitis: qualia ſunt myꝛrha: alumen: litium: galle: gipſum: citonium: terra ſigillata cuꝫ ouoꝛum albumine emplaſtrata et ſimilia. Et cum coadiuuantibus ductus ⁊ venas ſumptis: qualia ſunt que deſcripſimus in libro conſolationis medicinarum: cum ſuperfluit inanitio. Secundo cum ligaturis ipſarum cum filo vel pilo pꝛecedēte cutis apertione quatenus valeat appꝛehendi: cum inſtrumēto eneo ⁊ vncino: ⁊ vltimo cum cauterizatione ipſarum: vt per calloſam carnem ⁊ poꝛum generatum in loco cauterizationis oppilentur ⁊ claudantur vie ipſaꝝ: nō tn̄ omniū

De cura.

De regiminis oꝛdinatione

sed eaꝝ que plus videntur influere: ne nutrimentū subie-
ctū particulis subtrahatur. Et ideo in ea est regimē necef
sariū qđ infra dicemus vbi de cauterizatione loquemur.
Aut sunt vie occulte ⁊ ꝓfunde a sensu remote: ⁊ tūc coad-
iuuātib⁹ ⁊ ꝯfortātib⁹ dictis ibiq; narratis solūmodo ꝓcede
mus. Mēbris ꝟo recipiētib⁹ ⁊ iūcturis ac impssioni facte
in eis ex fluēte materia ꝓuidebimus cū ꝑticularib⁹ reme-
diis applicatis exteri⁹ ꝺm diuersitatē tꝑis varietatū ⁊ dis
positionū. In ꝑncipio qdē dū fluit materia: cū materiā re
pellentib⁹ defendentib⁹ iūcturas ⁊ ꝯfortātib⁹ ne recipiāt:
⁊ sedātib⁹ a cōplexione vel ꝓprietate opantib⁹ illud ꝑter q̄
in iūcturis scie ⁊ anche ꝓpter cām quā in suo capło reser-
uamus a cōplexiōe: q̄lia sunt stiptica calida frigida vł cō-
mixta ꝺm ptes: vel tꝑa ꝺm exigentiā dispōnis ⁊ cause: seu
materia sumpta ex his q̄ supius sunt narrata: ⁊ aliis q̄ in-
fra dicem⁹. A ꝓprietate ꝟo vt bolū armenū: sanguis dra. ⁊
lutū sigillatū cū aceto supinūctū qđ sua ꝓprietate cōser-
uat mēbra in casu: ⁊ ꝓhibet effusionē materieꝝ ad man⁹ ⁊
pedes: ⁊ sedat dolorē. Nec est dubitandū in approximatio
ne dictoꝝ: vel eis ēt fortioꝝ de recursu materie ad iteriora
⁊ membra principalia ꝓpter quatuor: ꝑncipalr aūt ⁊ maxi
me ꝓpter euacuationē prius subtrahentē materiā: ꝓpter
fortitudinē ꝑncipaliū repellentē ipsam: ꝓpter extenuatio
nē dicta denegantē: ⁊ ꝓpter recurrēdi modū: nō eñ recur
rit vnita ex iūcturis ad ea queādmodū ex emunctoriis ad
eosdē: sꝫ dispꝑtita in ꝑtib⁹ adiacētib⁹ q̄ debiliora sunt illis.
Festinādū ergo ad euacuationē ⁊ minorationē materie i
ꝑncipio cū flebotomia partis opposite: si materia sit san-
guinea: ⁊ in alia cū vomitu in dolore iūcturaꝝ inferioꝝ et
pedis: ⁊ clysteri in dolore supiori ⁊ manus: vel cuꝫ vtrisq;
in vtraq; eaꝝ: vel cū pharmacia leui anteq̄ ad applicatio
nē vie ⁊ iūcture ꝓcedas stipticoꝝ ⁊ dietā subtilissimā in-
iungēs ⁊ abstinētiā sine eoꝝ ꝓcessiōe repellēdo ad ꝑncipa
lia ꝓduceret ad ꝑniciē: vel si ad alia in tumorē ⁊ interi⁹ do
nec exerceas talia ad mitigādū doloris acumen cui prius
opꝫ intendere: sis ꝯtentus in administratione sedantium
anodinoꝝ: vel frigidoꝝ leuiū ⁊ effusionis aque ipsoꝝ sup
iuncturas tēperate caliditatis vel frigiditatis si expediat
que feruorē obtūdat: ⁊ contēperet: ⁊ non repellat: nisi acu-
men doloris ꝓducat ad intolerantiā ⁊ debilitatē: quo casu
opꝫ trāsire ad fortiora ⁊ narcotica ꝺm regulā supius assi-
gnatā. Est eñ minus malū corpus ꝓhibere ⁊ resolui ⁊ ma
teriā repellere ad ꝑncipalia q̄ eius ꝯtrariū: cū illud citi⁹
iferat mortē: ⁊ aliud possit habere remediū: ⁊ ꝓinde illud
est eligendū magis. Remedium aūt est vt illis applicatis
fortibus frigidis statim recurras ad deriuātia trahentia
a principiis ⁊ ad oppositū cū euacuatione ⁊ sine: ⁊ cū con
fortātibus ipsa ⁊ repellētib⁹ ab eisdē que suo loco sunt no-
ta. Et quoq; in administratione doloꝝ in oppositis mem
ij. Aphoꝛ. xlvj. bris. Inqt eñ Hip. duoꝝ doloꝝ q̄ simul fiūt nō ꝺm eundē
locū vehemētior denigrat alteruꝫ. Et in ꝓuocatione cum
somniferis capiti applicatis ⁊ fricatione iuncturaꝝ: ⁊ mē
broꝝ patientiū cū tactu suaui. Et in exhibitione inspis-
santiū acumen cōpingentiū atq; infrigidantiū q̄ sensum
reddāt obtusum: deinde redi ad stipticoꝝ fortiorū appli-
cationē: si materia sit ꝑdurātis effusionis: sitq; frigida vel
calida: ꝓut dispositio exigit ex materia que dicem⁹. Caue
tñ ne sine cautela ministres: qm̄ valde frigida incrudāt: et
materiā subtilē ad principalia pellūt: ⁊ resolutionē cōge-
lando reddūt ineptā: ⁊ iūcturas debilitāt: indurant: ⁊ red
dunt nodosas: valde etiā calida subtile resoluūt: grossum
dimittunt lapideū: ⁊ plus attrahūt q̄ resoluāt: sicq; egri-
tudinē ambo ꝓlongant. Et qdem cautela est vt valde fri
gidis aliqua ex calefaciētibus ꝓpriis: calidis ꝟo valde ali
quid ex mollificantib⁹ misceaꝛ: vt infra diceꝛ. Et cū cepit
dolor alleuiari: ⁊ apparet iuuamentū auferaꝛ. Si ꝟo mate
ria nō sit multa: nec vehemētis effusionis ꝯtinue sꝫ perio-
dice inducēs dolorē iussit Gal. ꝯfortari patientē particu-
lā cū fricatione sicca: dixit eñ q̄ fricatio maxime sicca ꝓhi
bet dolores q̄ ꝑ periodos qbusdā gñantur mēbris in me-
dio tꝑe assumpta: ⁊ maxie ante ꝑ duas horas paroxismi:
ꝯfortanꝛ eñ cū eis mēbra: ⁊ min⁹ suscipiūt ea q̄ assuete in-
fluūt reumata: ⁊ hoc cōe oīꝫ est etatū: ꝓcedēte ꝟo tꝑe opꝫ
vt occuperis circa residuū materiei cū maturatiōe ⁊ eradi
catiōe cū pharmaciis educētibus dimittētib⁹ partibus ⁊
extrahentibus a iuncturis: q̄lia sunt ex simplicib⁹ turbith
cōfortatū hermodactyli granoꝝ spēs: ⁊ alia. Et ex eis cō-
posita q̄ in nostro antidotario sufficienter enumerauim⁹.
Deinde vtamur diureticis: qm̄ desiccāt materiā iunctura
rū doloris cū sit ex supfluitate digestionis epatis ⁊ venaꝝ
sint aūt ex lenib⁹: fortia eñ humores adurunt: opꝫ etiā vt
stipticis applicandis iuncture admisceanꝛ: q̄ tꝑate resol-
uunt. Cessante ꝟo fluxu ⁊ declināte dolore studeas mate
riei residuū resoluere ex iūcturis cū tēperatis primo ex fo-
mētis cerotis epithimatibus: vnctionib⁹: oleis: ⁊ empla-
stris q̄ in antidotario scripta sunt: cū eis enim resoluta to
ta materia q̄ fluebat cessabit mala cōplexio: ⁊ extēsio iun-
cturaꝝ ab illa impssa: sicq; finaliter ad ꝯfortationē ipsarū
opꝫ isistere. Et ad correctiōes accidentiū q̄ talib⁹ egritudi
nibus ꝯsueuerūt inseq: de qbus spāle capłm ifra faciem⁹
annuēte Christo q̄ sit bñdict⁹: tm̄ hic medicinas ad artetI
cam adiūgem⁹ simplices ⁊ cōpositas q̄s ꝑ capła ponem⁹
distincta ꝓprias ⁊ exꝑtas. Et reliquas simplices ex qbus
sunt dolores sedantes artetică digerentes: materiam eua
cuantes: resoluentes ⁊ cauterizantes.

Cap. iij. de dolore ipsarū in speciali: ⁊ primo de dolore
humeri ⁊ spatule: ⁊ medicinis eius in speciali.



Dolorē sedātia iūcturaꝝ plurimū dolorē nō tol
lūt: cū cām ei⁹ alterutrā totalr nō abscindūt: sꝫ
minuūt: ⁊ ꝓtractāt q̄ten⁹ cōmode toleranꝛ vsq;
ad oīmodā ei⁹ abscissionē. Ex qb⁹ sunt qdā ta-
lia ꝑ se: qdā ꝑ accidēs: ⁊ eoꝝ q̄ ꝑ se qdā sunt tales a cōple
xiōe: qdā a ꝓprietate: ⁊ qdā vtroq; mō. Et q̄ a cōplexiōe qdā
sunt calide: ⁊ qdā frigide: ⁊ iter eas est grad⁹ diuersi respe
ctus: sicut supra in cura doloris stomachi dixim⁹. Ibi eñ
ostēdim⁹ q̄ ex calidis qdā erāt tēperate caliditatꝫ oī dolo-
ri ꝯueniētia: ⁊ vtrāq; cām ei⁹ respiciētia: malitiā eñ cōple-
xionis oēꝫ ꝓpter eoꝝ tēperiē alterāt ⁊ remittūt: ⁊ materiā
ei⁹ temꝑata caliditate resoluūt: in ꝑte mēbri ꝑtes molliūt:
⁊ tractabiles reddūt maxie si lenitiua sunt: qre extēsionem
meli⁹ tolerāt ⁊ dolorē. Et si ex exiccātib⁹ sunt extēsionē ea
rū ꝯgregāt: ⁊ remittūt calorē: ⁊ sensum in mēbro ꝯfortant. Simplicia.
Et erāt qdā simplicia ibi enumerata: ⁊ qdā cōposita: ⁊ sūt
hec. Sumaꝛ fenugrecū: ⁊ teraꝛ cū aceto bñ: deinde fundaꝛ
sup ipm mel: ⁊ coquaꝛ donec coaguleꝛ ⁊ liniaꝛ: vel empla
streꝛ cū pāno lini: ⁊ dimittaꝛ duob⁹ aut trib⁹ dieb⁹: ⁊ succur
raꝛ exiccatiōi ipsi⁹ cū oleo ros. est eñ cōueniēs in ꝑncipio
doloris ⁊ ascēsione ei⁹: ⁊ ex illis est semē lini cū fenugreco
cōquassatū cū oleo sisamino: ⁊ ex eis qdā sunt fortioris ca-
liditatis ꝯuenientes in dolore facto ex materia frigida: ⁊
sunt vt emplastrenꝛ cū caulib⁹ recentib⁹ ⁊ apio: ⁊ si adhuc
fortior fuerit: emplastreꝛ cū oleo irino: farina fenugreci: fa
rina ciceris melle ⁊ pauco vino stiptico cū aliquātulo olei
de alchāna ⁊ cōi. Et iterū cinis lignoꝝ cauliū cōquassat⁹
cū oleo camomille qr ꝯueniēs est ⁊ exꝑtū. Et ex exꝑtis etiā
tēperatis est epithima ex vitello ouoꝝ cū florib⁹ camomil
le puluerizatis cū oleo rosato cōmixtis. Et ex illis est al-
tea cū adipe ⁊ terebētina toties abluta cū frigida donec
albescit: ⁊ deinde inūcta cū reiteratiōe. Et cū volueris eaꝫ
abstergere: inūgas man⁹ oleo: ⁊ frica locū qm̄ abstergetur.
Et ex illis est absinthiū ⁊ sticados ꝺm oēm administratio
nis modū. Et ex illis est emplastrū fctm̄ ex camomilla mel-
liloto fenugreco: semine lini: foliis lauri ⁊ harmel. i. herba
fetida: foliis caulium: radice aligath. i. herba de q̄ fit asa: ⁊
est aniudē gūmi albotin: ⁊ oleo nardino: ⁊ oleū masticinū
ꝺ storace ꝺ fisticis: ⁊ vulpinū: ⁊ laurinū de cerasis ⁊ granis
citri citrāguloꝝ: ⁊ alia i antidotario dicta. Et ex frigidis
qdā sunt simplicia ex qb⁹ erāt: qdā frigida stiptica apocru
stica: ⁊ qdā narcotica in gradu diuersa ꝺm plus ⁊ min⁹ in
dolore calido ꝯueniētia: hec eñ materiā calidam pellūt: ⁊
alterāt mēbri discrasiā: extēsionē ꝯgregāt: ⁊ sensuꝫ ipsius
obtundūt: ⁊ mediocriter stupidū reddūt: si mediocriter sit
narcotica: sic vtrāq; cāꝫ minuūt: nisi frigida fuerit materia
q̄ cāu ꝑcipiētē tm̄ minuit. Et qdā sūt cū friditate lenitiua i
materia sicca ꝓpria vt semia cōia: lac oleū vio. de cucurbita
ꝺ nenufare ꝺ melonib⁹: ⁊ aq̄ ipsoꝝ mucillago psilii: ⁊ oleū
ablutū: ⁊ silia q̄ ibi supra specificauim⁹. Et qdā sūt cōposi
ta: ⁊ sunt vt sumanꝛ oua cū itegritate sua ꝑter testā: et mi
sceanꝛ cū oleo ros. salute ⁊ modico aceto plurimū eñ no-
cet neruosa; ⁊ vnganꝛ: vel epithimētur. Et si dolor sit acu-
tior: fiat epithima cū succo cāne humide cū oleo ro. ⁊ ace-
to vel lenticulaꝝ a q̄: vel si adhuc intēdatur: fiat vt ponan-
tur iuncture

tur iūcture ī aq̄ tepida:deinde fundant̄ sup eas frigida:vł
epithiment̄ ⁊ ex psilij mucillagine oleo rosa. ⁊ aceto vł ex
succo solatri vel virge pastoris:vel semp uiue vel coꝛiādri
humidi vel endiuie vel blete vel cucumeris vel cucurbite
melonis ⁊ similiū:vel succi aut seminis iusq̄ami vtriusq̄:
⁊ pōa mādragoꝛe ī aceto bulita:vł succo ei⁹ cū butyꝛo vac
cino qđ infrigidat ⁊ lenit. Ex vltimis aūt est opiū cum la-
Remediū vltimum. cte hoīs dissolutū ⁊ oleo ꝺ cera ita tn̄ q̄ sit pauce quātitatꝫ:
multū em̄ ei⁹ est cura mēdosa ipsius ⁊ moꝛtificātiū non se-
dantiū:sintq̄ permixta ei que mēbꝛa a nocumēto eoꝛuꝫ de
fendūt ipoꝝ frāgēdo malitiā:vt est crocus thus ⁊ myꝛrha
stoꝛax ⁊ castoꝛeū postq̄ sequent̄ nocumētū eoꝛū coꝛrigen-
tia:vt est fomentatio ⁊ embꝛocatio cū aq̄ camomille vel ce
rotū ex oleo ei⁹:qm̄ frangit ⁊ coꝛrigit narcoticoꝝ nocumē
tum impꝛessum generaliter in oībus mēbris. Et interi⁹ mi
nistrent̄ diuretica frigida ⁊ simplicia vel solutiuis mixta:
qm̄ cōsumūt ⁊ exiccāt materiā. Et p̄ter has sunt alia p̄ter-
mixta virtutē habentia calidā ⁊ frigidā:quoꝛum quedam
sunt simplicia vt plātago:que facit penetrare medicinaꝝ
virtutē myꝛrha rosa ipā matura:⁊ oleū ei⁹ qđ ꝑm Gale. ca
lefacta infrigidat:⁊ infrigidata calefacit. Solatruꝫ: endi-
uia:rubus caulis rube⁹ ꝓpꝛie acetosus:⁊ aqua maris actu
frigida ⁊ similia. Et quedā sunt cōposita ex p̄dictis. Et ex
expertis ē cataplasma ex mica panis:vitellis ouoꝛū: lacte
mulieris ⁊ oleo rosato ⁊ cōquassatis in modū cere. Earuꝫ
vero q̄ a ꝓpꝛietate iuncturarū doloꝛes sunt sedantia sunt
lutum sigillatū:⁊ bolum cū aceto vel oleo rosa. inūctū qđ
etiā malā cōplexionē calidā alterat:⁊ solutionē vnit: que
est causa doloꝛis:sicq̄ plasma iuncturarū conseruat atq̄
cōfoꝛtat. Et ex sedantib⁹ simplicib⁹ vtroq̄ modo est infri-
gidatio cū aumeli:qđ est oleum dulce valde spissum ablu-
tum. anitudē quādo miscetur cū oleo irino vel de alchāna
cōfert doloꝛi iūcturarū ꝓpꝛie ⁊ stercus cameli oppopona
cū hermodactylus moꝛe emplastri superpositu⁹ est cōferēs.
¶ Tyꝛiaca oībus doloꝛib⁹ doꝛsi:⁊ ꝓpꝛie in hoꝛa flux⁹: me
hezechenegi cōfert oīb⁹ doloꝛib⁹ doꝛsi ⁊ anche: ius galloꝝ
cōfert: folia dulb sunt vtilia eis ⁊ ꝓpꝛie doloꝛi geniculi: ster
cus colūboꝛū desup inūctū est cōueniēs:⁊ stercus vaccaꝝ
emplastratū cū melle ⁊ puluerib⁹ alijs: harmel linitum est
bonū doloꝛi iuncturaꝝ: altit ⁊ andachocha est bona dolo
ribus iuncturarū ex vētositate ⁊ apud timoꝛē ꝯtractiōis:⁊
iam sanati sunt ex eo. Et semē raphani ⁊ gētiane expellūt
pulsationē:⁊ cōferūt doloꝛi earū ⁊ silr̄ enula. ¶ Inq̄t Dio
scoꝛides. Emplm̄ ex folijs chaunē. i. arboꝛis charabe con-
fert pulsationi podagre. Meu ꝯfert bibitū ⁊ linitū: aq̄ ma
rina ⁊ sulphurea cōfert embꝛocata vel fomētatione facta.
Et scamonea cū aceto inūcta: ruta bibita ⁊ emplata sata-
ragi. i. tapsia bibitur ad doloꝛē iuncturarum ⁊ cōfert: ⁊ silr̄
decoctio spine albe thesille inungit̄ ⁊ fel sup iūcturas fri-
gidas: aq̄ decoctionis vulpis embꝛocat̄: ⁊ oleum ei⁹ inun-
git̄ sup doloꝛes iūcturarū ⁊ sinapis. Et in calida oleū ablu
tū cū frigida: vel psiliū emplatū cū oleo ro. et aceto:⁊ oua
vel oꝛdeū cū succo citonioꝝ ⁊ aceto emplastratū: sedat em̄
⁊ ꝓhibet fluxū supfluitatū ad iuncturas: iusquiamus etiā
⁊ radix zabꝛoc. i. mādragoꝛe emplastrata:⁊ muscū embꝛo-
catū sup doloꝛes calidos ⁊ casiafi. linita. Et alia sunt com
posita ex predictis. Que vero ꝑ accidēs sedant: quedā se-
dant sensum reuocādo ad pꝛincipiū vt somn⁹: quedā deri
uādo ⁊ trahēdo ad oppositū: vt doloꝛ factus in ꝑte oppo-
ij. aphoꝛ. xlvj. sita ⁊ remouet: vnde Hip. duoꝛū doloꝛū qui simul fiunt nō
ꝑm eundē locum vehemētioꝛ denigrat alterū. quedam sen
sum obtusum ⁊ cām impꝛimētē reddēdo vt cibaria grossa
⁊ potus: qualia sunt q̄ supꝛa in doloꝛe stomachi diximꝰ: et
sunt pꝛouocātia somnū. Et ex illis est cimbalaria sub cer-
uicali posita q̄ est ꝓpꝛia: in q̄b⁹ oībus doloꝛis oꝛdo est ser-
uādus ⁊ mod⁹. Et oꝛdo est vt sedādo doloꝛē foꝛtē aut cau-
se ablationē impꝛimentis ipsius cum finaliter auferri non
possit ea manēte. Pꝛīo ministrent̄ a ꝓpꝛietate sedātia cū
sint efficacioꝛa ⁊ pꝛīa:⁊ preualeāt in virtute his q̄ a cōple-
xione illud agunt: vt supꝛa in cura epatis dictū est:⁊ nocu
mentū nō inferant etiā si in cognitione cause doloꝛis ꝓue
niat erroꝛ: cū em̄ cōueniat nec timoꝛ repellendi ad pꝛinci-
palia nec replēdi iuncturas magis: dūmodo in cōplexio-
ne sit tēperata: deinde ea q̄ a cōplexiōe vt anodina ⁊ tem-
perata ⁊ parū excedētia: cū timoꝛ p̄dict⁹ ex eis nō accidat:
⁊ in oī doloꝛe valeat sicut illa: deinde tēperata parū exce-
mitu vel ventris solutione cū enemate ex aqua ordei: oleo
violato ꝛ zuccaro violato:ꝛ infrigidāt humectādo. Cū ve
ro ex potu cū his que curare habēt ebrietatē que infra in
ephimera ex repletiōe dicētur: ex quibus pprie est crocus
cū rob bibitus:ꝛ pprie granatoꝝ ꝛ coriandro. Alteratio
quoq3 febris imprimis cōpletur cū his que ex medicinis
exterius approximatis infrigidare hñt cerebrū pncipalr
ꝛ ɔueniēter cor ꝛ epar: quales sunt infusiones ꝛ embroca-
tiones ex frigidis ꝛ aqua frigida sup caput rasum. Et cō
ueniens est effusio que fit cum vrinali pleno aqua frigida
summitati capitis applicato ꝛ diu retento. Et saccellatio-
nes ꝛ epithimata supra pectus ꝛ hypocundriū que supꝰ
in cura cordis ꝛ epatis sunt dicta: q̄ cōia sunt in ambabꝰ.
Et in ea que est ex tertia cā: puta ex igne vel balneo cum
his q̄ ex potibꝰ ꝛ medicinis exterꝰ sumptis habēt frigida
re ꝛ humectare: vt aque frigide pure: vel cū iuleb violato
de nenufare:ꝛ similibꝰ vt diuretica frigida:ꝛ declinante pa
roxismo cū balneo aq̄ tepide caliditatis. Cuiꝰ est effusio
vt sit multa super membrū principaliter passum: qm̄ etiā

i. aphoꝝ. xliij. soluit febrē ⁊ humectat. Inquit enim Hippo. Si febris nō
a calore habeatꝛ: aq̄ calida multa capiti infusa solutio fit fe
bris. Et deinde cū fricatione alicuius olei predictoꝝ. Et
deinde cum cibis ⁊ humidis dictis ⁊ potu vini bene lim=
phati q̄ cōta sunt enim ex quacūq; cā ꝓuenientē. Et si quan=
doq; coriza accidat ⁊ catarrꝰ deinde: iuleb cū aq̄ diagagāti
tribuas. Postea balneabis in aq̄ dulci eucrata q̄ inspissat
materiā. Et deīde diagagātū in ore teneat: ⁊ si expedit qꝛ
sit acutꝰ diapapauer: ⁊ q̄ eiꝰ ebrietatē corrigūt: ⁊ q̄ dicenꝛ
infra. ¶ Cap. xj. de febre ephimera q̄ fit ex dolore.


Dolor qn̄q; ephimerā febrē accendit. Cū enim
sit dispō q̄ sensibilibus mēbris innascitur ſm
quaꝫ ꝯtristatꝛ aīal ſꝫ Galꝛ. spūs sensibilis ī eis
existens cōtristationem percipiens subito ad
principiū virtutꝭ aīalis ex armonia nature re
trahitꝛ: vt referat illā ipsi: ⁊ tunc natura solicita circa regi=
mē corpis se munit: ⁊ ꝑparat ad loca dolentia defendēda
trahitq; ad se ex alijs ꝑtibꝰ corporis spm̄ carnē ⁊ sanguinē
ceu ꝓpria instra: vt transmittat ad illa: dicēte Hip. ī aph.
ij. aphoꝝ. xlvj. Duoꝝ doloꝝ q̄ simul fiūt nō ſm eūdem locū: vehemētior
denigrat alterū. Si ergo ex locis in q̄bꝰ est necessariꝰ con=
cursus ⁊ ipsoꝝ pn̄tia valde retrahit vt subueniat apparē=
ti necessitati maiori: q̄to magꝭ retrahit ex illis in q̄bꝰ neces
sitas nulla ꝯcursus existit q̄tenꝰ succurrat nouo dolori syn
tomati: q̄ tacta impetu quodā trāsmittit: ⁊ subito vt supe=
riꝰ dictū est ad defendēdū illā. Ex quo necessariū est illam
inflāmari: ⁊ durāte dolore in loco illo feruescere: ⁊ maxīe si
acutꝰ existit. Et exinde ad nature ꝓncipiuꝫ iteꝝ redire: et
alia corpis subiecta extēdi: ⁊ ledentē ⁊ contristantē: ⁊ sup=
accēdere febrē: ⁊ cū supfluit corpus in cōtrariam disposi=
tionē infrigidatiōis ex ipsiꝰ caloris resolutiōe reducere.
De signis ¶ Signa eiꝰ sunt que presentē febreꝫ demōstrant atq; do
lorē. Et sunt tactus corpis calidi ꝑter naturā: ⁊ sensus do
loris acuti apd̄ infirmū ī aliquo mēbro sensibili sui corpis
valde vt in lacertis stōacho villis iuncturis ⁊ capite ꝓprie
⁊ ꝑtibꝰ eiꝰ vt oculis: ⁊ dentibꝰ ⁊ auribꝰ cū calore augmen=
tato in ea ꝯtrahēte dolorē. Unde Abo. Dolor capitꝭ febrē
declinatā facit redire ad augmētuꝫ: q̄ ambo absq; infirmi
relatiōe medico possunt esse nota ex frequētia āhelitꝰ tun
cta mō cū paruitate ⁊ raritate: mō vero cū velocitate ⁊ ma
gnitudine. Un̄ Hip. in ꝓnosticis dixit. Spūs siquideꝫ fre=
quēs sit dolorē ⁊ successionē significat sup his q̄ sūt supra
diafragma que sil'is pulsus etiā indicat. In talibꝰ disposi
tionibus cū spiritu pulsus occurrit ⁊ est cū duricie ⁊ serri
nus: qm̄ acutꝰ dolor ꝓprie in neruosis existit. Et vigilie si=
tis ⁊ exeūtia colorata quādiu ad resolutionē calorꝭ ⁊ spiri
Decura. tus nō ꝑducat. ¶ Et cura eiꝰ est due res: pria est doloris se
datio: que supra in soda: pleuresi: stomacho ⁊ colica ⁊ iun=
cturis est dicta: scd̄a est alteratio febrilis discrasie. Cōplecꝛ
aūt cū his q̄ in cura ephimere ex labore sunt dicta. Et cuꝫ
vini ꝓhibitiōe oīmoda: ⁊ ꝓprie si ex dolore capitꝭ sit causa
ta. Unde Hip. cū ꝟo capitis dolorē timeas aut mētis ꝑ=
cussionē ab vsu vini summopere est cauēdū: dissoluēdo eīn
hūores ebulitione ꝑstādo eis ⁊ impetū vel effundendo: cō
mouendo dolorē: ⁊ auget simul ⁊ febrem: nisi dolor ipse a
crapula sit causatꝰ. Unde Hip. in libro de crapula: talē po
suisse apho. inuenies. Quē hesterna laborē infert thoresis.
i. vini potatio diluculo crastina rebibitio resoluit: nec mi=
ctū cū ex crapula multiplicatos vini vapores q̄ magꝭ q̄ ce=
teroꝝ mēbroꝝ capitꝭ dolorꝭ sunt cā: vel alteriꝰ ꝯsil'is eius
syntomatis nocte intermedia ꝑdigestos ī somno calor na
turalis vini moderata rebibitiōe dilucula cōfortatus dis=
soluat: ⁊ ꝑforādo mēbra extra corpꝰ statiꝫ excernat soluit
dolorē: concedēdū est em̄ talibus vinū hoc mō: nisi febris
obsistat: vel aliđ accidēs ꝯdicat: qđ nō cōtingit in ephime
ra ex seipsa: cū eiꝰ calor magnꝰ nō sit: nec attrahens synto=
mata: vt est dictū. Calor q̄q; vini sit debilis ⁊ remissus re=
spectu eiꝰ qđ est temperatū: qđ Galꝛ. ostēdit cū in q̄t. Uinuꝫ
cognosces vtiq; alibi dātē me. His vniuersis. s. ephimerā
patiētibꝰ: qđ aquosuꝫ visu ⁊ virtute meliꝰ em̄ est aqua hic
vinū ꝑ oīa digestiōi coadiuuās: vrinā ⁊ sudoreꝫ ꝓuocans
⁊ vniuersas excreatiōes. Uinū em̄ temperatū totuꝫ corpꝰ
calefacit: mēbra perforat: hūores cōtemperat: calorē natu=
ralē excitat: ⁊ vt digesta materia ⁊ aptis vijs vniuersas ex=
creatiōes vtilꝛ moueat: sicut ipse in cōmēto apho. ostdit.
¶ Cap. xij. de febre ephimera que fit ex vigilijs.


Vigilie nimie febrē accendūt ephimerā in spū
aīali gn̄alꝛ: quēadmodū ⁊ nimius motus cui
valde sunt silꝛes: alꝛ tn̄ ⁊ alꝛ. Exiccando eniꝫ
cōplexionē cerebri ⁊ ipꝫ aīalē spm̄ circa actio=
nē sensus ⁊ motꝰ cōmouēdo ⁊ agitādo efficiūt
vt in ea calor pꝛꝰ ⁊ facile igniat de cerebro ipso ad corpus
trāsiēs: ⁊ ad mēbra alia cōtristantē qm̄ febreꝫ accendit. In
motu ꝟo calorē īcipiēs ex lacertꝭ ⁊ iūcturis: ⁊ de eis trāsit
ad totū corpus. ¶ Signa eiꝰ sunt signa rememoratiua vi De signis
giliaꝝ an̄cedētiū: sicut ē palpebraꝝ grauitas: vt difficulter
apianꝛ: ⁊ inflatio eaꝝ ⁊ faciei ⁊ cibi indigestiōeꝫ multipli=
cātē vapores: vt citrinitas ⁊ ꝓfundatio oculoꝝ ꝓpter sicci
tatē ⁊ resolutionē. Et pulsus spasmosus durꝰ ⁊ tēsus sicut
chorda corrigiaꝝ tēsa vl' ꝯcta ⁊ debilis ꝓpter eādē causaꝫ.
Et vrina subtilis ꝓinde ⁊ alba nisi ꝓpter febrē inflāmātē.
Urine em̄ vigilantiū plurimū sunt albe. Et demōstratiua Urine vigilantiuꝫ albe.
eitā signa ⁊ caliditas preter naturā in corpore vniuerso cū
siti ⁊ priuatiōe seu īpotētia dormiēdi. Inq̄t q̄s Gal. Si q̄s
certa hora dormire cōsueuerit: ⁊ ea hora trāsierit sup vigi
lias cū deinceps velit dormire nō pōt: qm̄ vaporem q̄ cā ē De cura.
somni vigilie precedētes resoluerūt oīo. Et cura eiꝰ est ge=
neralis ⁊ spālis. Gn̄alis est cura ephimere ex labore ⁊ ni=
mio motu. Spālis aūt est due res. Ablatio cāe: ⁊ ē ꝓuoca
tio sōni. Cōplecꝛ autē cū his que exterius ⁊ interiꝰ approxi
mādis supra ī cura phrenesis doloris stomachi ⁊ iūcturaꝝ
sūt dicta. Ex q̄bꝰ est balneū: et post ipm̄ vinū limphatū et
multū: qꝛ magis inebriat: ⁊ humectat: ⁊ dormire facit. Et ci
bꝰ frigidꝰ et hūidꝰ nō expectata ꝑfecta decliatiōe cōcessus.
Scd̄a est alteratio febrilis discrasie: cū his que supra in ni
mio motu sunt dicta ⁊ ꝓncipalꝛ supra cerebrum applicata.
¶ Capitulū. xiij. đ febre ephimera que fit ex quiete.


Somnus ⁊ quies febrē ephimerā dn̄t accende
re ecōtrario motui ⁊ vigilijs cū sint illis ꝯtra=
rij: ⁊ inter se silꝛes dicēte Abo. Somnꝰ q̄eti ve= Aboalꝛ.
hemēter sil'is existit. Uigilia ꝟo motui. Sꝫ cuꝫ
per se tm̄ nō accēdat: quinīmo dispō corpis
operecꝛ: quas in accendēdo ipsam cōueniunt. Et lꝫ quies
de se sit infrigidās ⁊ hūectans: ꝑ accidēs erit inflāmās et
febrē accēdēs sil'is cū somno. Et si perdurauerit tp̄s eiꝰ ca
lefaciet corpus caliditate extranea: qm̄ dissoluit hūores ꝑ
corpꝰ ⁊ in calidos vapores cōuertit maxīe si cholerici sint
hūores: nec resolunꝛ maxime si quies succedat: qꝛ retinenꝛ
⁊ retenti inflāmant primo spm̄ naturaleꝫ: ⁊ alios: ⁊ ex eis
transit inflāmatio subiecta corporis reliqua: et ledendo ⁊
contristādo febrē accendit. ¶ Signa eius sunt signa reme De signis
moratiua somni precedentis ⁊ demonstratiua ipsius ⁊ fe=
bris pn̄tis: q̄lia habētur ex relatione infirmi ⁊ inuētiōe ca
liditatis preter naturā in corpore: ⁊ ꝑter hāc ex dispositiōe
oculoꝝ vt succlusiōe palpebraꝝ: ⁊ lippitudine: ⁊ habitudi
ne corpis humida ⁊ pinguosa plurimū: ⁊ turgiditate mem
broꝝ ⁊ pigritia aīe ⁊ corpis ⁊ decoloratiōe: et frequēter ex
denutricatiōe ac macrescētia corpis. Inquit em̄ Hip. De=
relinquētes exercitiū ethicā frequēter incurrūt. Et pulsus
repletio vaporosa ⁊ mobilis: et vrina spissa cū sedimine mlꝛ
to et crudo. ¶ Et cura eius est due res. Ablatio cāe: ⁊ al= De cura.
ratio febrilis discrasie. Pria ꝯriatꝛ prime que in cura feb. vi
giliarū est dicta. Et cū ꝯrijs hꝫ cōpleri. Scd̄a est similis se
cūde que in cura illius est oportuna. Differūt tn̄ in gradu
qꝛ dꝫ minus ad frigiditatē et hūiditatē accedere. Et bal=
neū magis resolutiuū et minus humectatiuū est ꝯueniēs.
Exercitiū tēperatū: et diminutio cibi et subtractio vini.
¶ Cap. xiiij. de febre ephimera que fit ex fame.


Fames ephimerā febreꝫ qn̄q; accendit. Qm̄ vt
Galꝛ. ait. Fames corpora exiccat ꝑ accidēs. In
tolerātia em̄ eiꝰ calori naturali subtracto pa
bulo alimēti calor ip̄e in hūores corpis agit:
eosq; depascit: et ꝯsumit: et sic corpꝰ exiccat: et
agēdo intēditur: nec obtundiꝛ: sed inflāmatur in naturali
spū primo. Deinde in alijs: et ex eis ad reliqua corpis sub=
iecta pertrāsit: et ledēdo et cōstringēdo febrem accendit.
Silr̄q; mō et sitis superaccendit illā. In tolerātia em̄ eius
potꝰ ⁊ frigida irroratiōe priuate particule arescūt: in quas
agēs naturalis calor incēdiꝛ. Nec obtūdiꝛ cū deficiat hu=
midū. Sed potius inflāmaꝛ in spū naturali p̄io: deinde in
alijs. Et de eis ad alias corpis partes trāsit: et ledendo ⁊
cōtristādo, febrē accēdit. Signa eius sunt esuries et sitis Signa.
presens: vel

presens:vel eaꝝ reliquie remanētes: defectio corpis:pulsus debilis ad duriciē tendēs cū frequētia:puatio somni. Urina rtanta ꝛ pauca:ꝛ siſr egestio adusta ꝛ squiballosa:cū calliditate preter naturā acuta in corpevniuerso extēsa. Et cura eiꝰest cū his q̄ hūectare hnt ex cibis ꝛ potibꝰ q̄ ex premissis sunt nota declinatione nō expectata pfecta paulatim exhibita ꝛ gradati mltiplicata:a multis eñ subito extinguit. Uñ Abo. Nihil deteriꝰ est fame in tpe sterilitatis: quā pcessit satietas in tpe fertilitatis. Sȝ illō ꝓtere est per peiꝰ. Est eñ eoꝝ natura fm. G. sicut lucerna extinctiōi parata:q̄ cū oleo non redūdat q̄dā suipabulo recreat:cū ꝓo modū excesserit:necesse ē eā extigui. Et cū his q̄ hnt hūectare sufficiēter:ꝛ paꝝ īfrigidare ex medicinis īteriꝰ ꝛ exterius ministratis:q̄les sunt iuleb vio.ro.aq̄ ordei ꝛ syrupus de cucurbita:ꝛ sitha. Balnea dulciū aquaꝝ tepidaꝝ vel nō veri frigoris:ꝛ oleū vio. frequēter inūctū ꝛ ro. si īueniant: ꝙ si nō simplex ꝛ dulce abluat cū frigida:ꝛ inūgat. De ephimera ex cibo ꝛ potu.c. de ephimera ex calore iā supꝰ dcm̄ ē.

De cura.

¶ Capitulum.xv. de febre ephimera que fit ex inanitione.

Euacuatio q̄n̄q̄ febrē accēdit ephimerā. Si eñ fiat cū pharmaco dupl'r febrē facit per se naturalē calorē ꝛ spūs primo īflāmādo. Omē eñ pharmacū calidū ꝛ siccū est fm se:vt Gal. ait. Et per accidēs cōmouēdo ꝛ dissoluēdo humores:ꝛ in hoc vim inferēdo:ꝛ soluēdo superflue: nec minus incitādo:vt frequēter surgāt ad sellā: ex quibus fumi calidi dissoluunt ppꝛie si calidi sint humores:ꝛ multi in cholericis corporibꝰ pre subiectis ꝛ dense cutis ex quibꝰ nō euaporāt:sed retinent:ꝛ calorē ꝛ spm̄ inflāmant prius. Ex quibus deinceps inflāmatio penetrat ad reliq̄ corporis subiecta:ꝛ ledēdo ꝛ cōtristando febrē accēdūt ephimerā. Si ꝓo cum flebotomia per accidēs illā accēdit dupliciter:vel cōmouendo humores ꝛ proprie si calidi sint ꝛ multi:vt predictū est. Flebotomia ꝓo pauca vel multa euacuatione multa ꝛ eradicatiua sanguinis q̄ frenū est cholere ante ipsius digestionē eā reddēdo effrenē q̄ ebulit ꝛ febrē accēdit i spiritibusꝛ corpore toto ephimerā si nō corrumpat:vel putridā:si ipa vel alius humor aptus ebuliēdo putrescat. Unde Abo. flebotomia multotiēs resoluit febres:ꝛ mul totiēs cōmouet ipas. Gal. quoq̄. Infelices ex cholera nō sunt flebotomādi. Caue eñ ne eos ad humorū ebulitionē perducas. Si ꝓo cū aliis lenitiuis cōpressiuis vel flebotomie ꝓportionalibꝰ raro:ꝛ nō nisi p accidēs altero predictoꝝ modorū febrē accēdet ¶ Signa eiꝰ sunt reliquie precedentis purgationis ꝛ sitis vehemētis:ꝛ caliditas corpis vniuersi acuta:vel flebotomia precedēs cū amaritudine oris precedente fastidio ꝛ cordis morsu:ꝛ signa cholerice ꝯplexiōis ꝛ pulsus debilis ꝛ frequēs:ꝛ vrina tincta et tāta q̄ cholerā dominantē ostēdit. ¶ Et cura eius q̄ est ex pharmacia est tres res. Ablatio cāe:alteratio febrilis discrasie:et correctio accidētiū q̄ in solutione eueniūt vel sequunt. ¶ Primā rē complēt quecūq̄ infrigidāt ꝛ humectāt:ꝛ hūores cōmotos quietāt:vt est somnꝰ ꝛ q̄es. Inq̄t eñ Hip. in apho. Cū ꝓo elleborū stare volueris somnū fac: et noli mouere. Sint aūt ante ipm pōtica exhibita ꝛ inspissan tia cū frigiditate vel ꝓprietate:vt est cōtrā diu:hec eñ humores cōmotos ex medicina reddūt q̄etos ꝛ retinēt:fumos reddūt obtusos ꝛ malā q̄litatē impressam a pharmaco alterāt simul ꝛ febrē:ac dissolutos educūt et medicinā cū suphuit in soluēdo sua refrenāt audacia:ꝛ sistūt solutionē:qualia sunt q̄ supra in ꝯsolatione medicinarū cū accidētibus que faciūt regimina resolutione medicine obuiare docuimꝰ sunt dicta. ¶ Scdam ꝓo rē ꝯplēt quecūq̄ ex cibis ꝛ potibꝰ ꝛ medicinis interiꝰ ꝛ exteriꝰ ministrādis ꝯfortāt et infrigidāt:et humectāt stipticādo vel lenīēdo: put exigit dispō que ex dictis ꝛ dicendis sunt nota. Sint aūt cibi magne q̄litatis substātie euchimee: ȝ pauce q̄titatis quā digerere possit. Eius ꝓo que accidit ex flebotomia minoratiua cōmouēte humores calidos ꝛ multos vt sunt sanguinei:cura est cum secundatione flebotomie,eradicatione:vt euacuetur q̄d de humoribus est cōmotū. Inq̄t eñ Aboa. flebotomia quidē multotiēs resoluit feb. Et si effrenitatione ꝛ ebulitiōe cholere accidat ꝓpter multā euacuationē sanguinis ex flebotomia in principio:q: fit eradicatiua:cura est que cholerā cōmotā ebulientē sistūt:infrigidāt et obtundūt: vt frigida ꝛ stiptica:sicut granata muza ꝛ acria:maciana: ꝛ rob de ribes:ꝛ de agresta:de myrto:de piris:de citoniis cū aqua frigida. Et deinde que leniēdo educūt: vt frigida lenitiua et aqua ordei prunorū ꝛ fructuū siracosi terenlabin casiafi. ꝛ similia. Et lambificādo mucillago psilij ꝓpꝛie. Dein de cū his que ex cibis ꝛ potibus ꝛ medicinis exterius cū moderamine ministrādis infrigidant:ꝛ cū stipticitate cōfortāt que superius nota sunt. ¶ Tertiam rem cōplent quecūq̄ in consolatione medicinarum docuimus seriose.

De signis

De cura.

¶ Capitulū.xvi. de ephimera febre que fit ex repletione.

Repletio si ex multis ȝ tēperatis fit cibariis et potibꝰ crapulātibus ex vinis: ȝ nō vinosis et antiquis ac mellicratibus cōditis ꝛ pluribus adeo vt ad satietatē nauseatiuā pducāt propter indigestionē ipsoꝝ ꝛ corruptionē que accēdit vapores oēs multiplicat ꝛ fumosos inficientes spiritum ꝛ calorē inflāmantes in epate:qui pueniens ad alios: ꝛ de eis ad alia corporis subiecta puenit ledēdo ꝛ cōtristādo febres accēdit nō verā ephimerā: maxime in corporibꝰ subiectis dense cutis:que nō se fouēt:nec sibi subueniūt cū opportunis remediis:immo supra repletionē exponunt laboriosis gymnasiis sub solis estu balneant se:ꝛ alia illicita celebrāt indistincte nutriēs supra nutriēs:q̄d nondū digestum est immittendo ex eo indigestio generat: ꝛ corrūpunt digesta:ꝛ vapores acuti ꝛ fumi multiplicant:ꝛ vētositas: ꝛ q̄ nō resoluunt:sed retinent ex q̄bus febris accendit:ebrietas generat:ꝛ in visceribꝰ calor:grauedo ꝛ mordicatio apparet extremia i pdictis corporibꝰ ex seipis raro: ꝛ nō nisi p indigestiōis modū ex malitia regiminis fiet:ꝛ cū fit nūq̄ vel raro febrē accendit:ꝛ cum accēdit: debilis est ꝛ parua. ¶ Signa eiꝰ sunt signa rememoratiua pcedētis repletionis:ꝛ ipius demōstratiua pn̄tis febris: qlia sunt stomachi grauedo cordis morsus satietasꝛ nauseatio remanēs eructuatio fumosa quam ante febris aduentū eructuatio acetosa pcessit:vt supꝰ dictū est. Et ppꝛie cū moueat ad exitū p supius. Uñ vomitꝰ sequit emittēs vapores fumosos ardētes oculos ꝛ nares infirmi et alioꝝ astantiū. Et cū iuuant diaria que fm Gal. sola est indigestiōis remediū emittunt indigesta ꝛ corrupta fumātia ꝛ accēdit grauedo ꝛ dolor pūgitiuus in visceribꝰ:ꝛ ardor ꝛ punctio in pudico:inflāmatio faciei ꝛ oculoꝝ:atq̄ rubedo terrēs sicut in irascētibus cū anxietate spūs. Pulsus tremēs frequēs tremulꝰ cū caliditate in corpe toto extēsa mordaci. Et vrina turbida indigesta quā pcessit subtilis ꝛ alba valde multa ꝛ subito emissa que repletionē ꝛ crapulā significat. Et accēdit ei piodi ex innouatiōe fumoꝝ quādiu euacuet repletio tota. Emēdet indigestio:ꝛ rectificet corruptio atq̄ crapula. Et plurimum illud est vsq̄ ad tres dies. Licet q̄n̄q̄ extēdat vsq̄ ad septimū vel quartū diē periodizans:quare addit et minuit quaq̄ die pauco sudore propter cutis densitatē. Et tñ est ephimera nō vera. Ephimera eñ vera febris est diei:q̄ nomē accepit vt retulit Isaac a pisce quodā: cuius vita diei vniꝰ existit:ꝛ hoc q: nō habeat in corpore cām cōseruantē: quēadmodū hȝ nō vera:sed ipius essentiā in q̄litate caloris ꝛ in ipius intētione sola cōsistat ex quo ad summū sue inflāmationis puenit paulatim deinceps deficiet:ꝛ dimittet subiectū ꝓpꝛiū cū vapore sudorali: ꝛ corpꝰ in febricitatione seu infrigidatiōe deueniat: quēadmodū lapis vel lignū cū calefactū ē quousq̄ tādiu remanet quādiu p se infrigidet:ꝛ paulatim ꝙ ad tardius ē infra diē in ephimera: cuius calor est accēsus in spiritibꝰ primū ab extrinseca cā que est facilis:sicut alterabilis et leptomeris substātie existens facile ꝛ cito calorē suscipiūt: et facile pdūt:nisi aliud sit impediēs vt cā interior:sicut in non vera: vt error medicorū venerantiū dieȝ tertiā in omni. ¶ Cura eius est tres res. Ablatio cēe:alteratio febrilis discrasie: et correctio accidētiū. Prima est repletionis sanatio:indigestionis emēdatio:ꝛ corruptiōis rectificatio. Complet aūt prima fame ꝛ euacuatione:vt in suis Hip. retulit apho. Que aūt est p se ventēs aut nō:q: materia sit detēta: aut virtute deficiēte natura sit restricta. Alterū eñ hoꝝ necessariū est inesse. Primo quidē modo euacuatio superfluens:siue spōtanea: siue syntomatica:siue superius per vomitū:siue inferius p secessum:aut est vtilis:q: indigesta ꝛ corrupta tm̄ mutatur donec perfecte euacuent replentia indigesta ꝛ corrupta:ꝛ interim abstineat si toleret:si nō:ciba illū cū his que facile digeruntur: et parū eoꝝ multū nutrit absq̄ stipticatione

Signa.

Pulsus et vrina crapulantiū.

Febris ephimera a pisce nomen accepit.

De cura.

declinãte quolibet paroxismo. In declinatione ꝟo vltimi paroxismi pręalneabis: vt resoluant fumosa q̃ ad venas ⁊ mēbra transierũt: ⁊ cibabis vlterius cũ predictis stiptici tatẽ habẽtib⁹ q̃ stomachũ roborẽt. Cui quoq; ministrabis ꝯfortãtia interius ⁊ exterius ſm cõem modũ: put supra in cura debilitatis eius est dictũ: ⁊ sic facies eum dormire. Si ꝟo sit efficiẽs: iuuet donec cõpleat cũ vomitiuis vel secessiuis: ⁊ suppositorijs: ⁊ clysteribus notis prout euacuatiõis regioni cõueniũt preincepte. Et abstineat quantũ possibile est cũ nõ fiat vt post predictũ. Si ꝟo superfluat: q: nõ solũ indigesta ⁊ corrupta: sed etiã vtilia emittant vt moleste feratur: nec conferat: sed deferat: retineatur cũ his q̃ dicta sunt supra in cura fluxus lienterici lubricatiui et diarici: vel alterius quã vtilia emissa specificãt ⁊ ostẽdunt: ⁊ cõfortet cũ cibis predictis stipticis. Et siquidẽ abscindat vel deficiat appetitus: qđ est plurimũ vel necessariũ: tum q: stomachus est principalis passus: tum q: influxit et recepit plurimum stomachus superfluitates que euacuant: vt dixit Ga. Stomachus ꝯtinuat oib⁹ mẽbris mediãte epate: ⁊ recipit superfluitates omniũ mẽbroꝝ mediãte ipso: ⁊ etiã q: virtus ex fluxu cepit deficere absolute: quare cõfortet ⁊ erigat cũ his q̃ supra in destructione appetitus sunt dicta: ⁊ proprie cũ citonijs ⁊ succo eoꝝ: ⁊ his q̃ ex his ꝯficiunt: ⁊ cũ emplastris ex his q̃ ꝯfortãt frigidũ ⁊ absq; caliditate multa aperiunt oppilationes inter ipm epar et cerebrũ si que sunt: q̃ ibi sunt supra notata. Scđo ꝟo mõ q: nõ sit superfluus p se veniẽs: sed restricta natura: tunc pculdubio necesse habes resoluere eã ⁊ educere: ꝙ si adhuc cib⁹ ⁊ pot⁹ est in stomacho indigestus ⁊ corrupt⁹: puocabis vomitũ donec pfecte euacuet si possibile est. Deinde ꝯfortabis balneabis ⁊ cibabis: vt supius dictũ est: ꝙ si nõ sit possibilis vomit⁹: vel sit difficilis valde: administrent p os q̃ ipm inferi⁹ faciũt lubricare ex mucillaginosis leniẽtib⁹ ⁊ lubricãtibus ⁊ lãbificãtibus notis: post q̃ sequent abstergẽtia ex aq̃ ordei vel passulaꝝ cũ melle vel suc. rubeo ꝓpter febrẽ. Et imittant clysteria ⁊ collyria naturã cõpellẽtia: vt illã trãsmittat inferi⁹: et ꝓpue si fuerit corrupt⁹: qđ ex fumosa eructuatione cognoscit: ꝙ si nõ corruptus fuerit: sed tm̃ indigestus administrabis tunc interius et exterius supra stomachũ q̃ digestionẽ ei⁹ ꝯfortãt cõplẽt absq; stipticitate ⁊ caliditate multa: q̃ supra in cura debilitatis digestiõis sunt dicta: ⁊ iniũgas abstinẽtiã: donec digestio sit cõpleta: ⁊ superfluũ ꝯsumet. Deinde balneabis ⁊ cibabis: vt dictũ est. Si aũt nõ sit in stomacho: sed subito descẽdit in vẽtrẽ: op; vt solutiõe vẽtris educas: aut cũ his q̃ ministrant inferi⁹ ex collyrijs ⁊ clysterib⁹: aut cũ his q̃ sumunt: ⁊ deponũt: aut digerũt: qđ equidẽ facere scies si vẽtris regionẽ ad quã subijt bene cognoscas: ⁊ dispositiões eius sup quã significare et distinguere docuit Gal. p eructuationẽ mordicationẽ ⁊ grauedinẽ circa regionẽ vẽtris perceptã. Si eñ circa regionẽ stomachi leuitas ⁊ grauedo: ⁊ mordicatio in sublimi pte vẽtris iuxta stomachi fundũ ⁊ supra vmbilicũ pcipiant: adhuc eructuatio aliqua hñs odorẽ ⁊ saporẽ cibi ⁊ potus: scies cibũ in intestina subtilia descẽdisse: ⁊ tũc si sit indigestus vel corrupt⁹ ex q̃litate eructuatiõis pcipies: nã si accidat sic: illũ indigestũ eẽ cognosces: ⁊ tũc fouebis hypocũdria ⁊ vniuersum vẽtrẽ: ⁊ ministrabis que digerũt magis ⁊ abstergũt: vt est pipereon simplex vel diatrion: vel aliud leuius ꝓpter febrẽ: post quã aqua ordei det. Si ꝟo fumosa et fetida aut oua corrupta: scies illũ eẽ corruptũ: ⁊ tũc q̃ deponũt ip; ⁊ lubricãdo ⁊ abstergẽdo subducũt supius ministrabis: q̃lia sunt q̃ hic supra sunt dicta. qđ si sub vmbilico grauedo ⁊ mordicatio sentiatur: ⁊ fortis rugit⁹ et eructuatio nulla: vel q̃ nõ afferat cib⁹ vł pot⁹ odorẽ: neq; saporẽ cognosces cibũ ad colon ⁊ grossa intestia subijsse: ⁊ tũc cooperari op; vel p collyria: vel p clysteria mitis vt expellat. ¶ Scđam rẽ ꝯplẽt q̃cũq; ex cibis ⁊ potib⁹ ⁊ medicinis interi⁹ sumptis ⁊ exteri⁹ applicatis ⁊ supra pricipalia ⁊ supra cor magis infrigidãt ⁊ humectãt: q̃ ex dictis in alijs nota sunt supra. ¶ Tertiã rẽ ꝯplẽt quecũq; accidẽtia interueniẽtia sedant: et siquidẽ extiterit mordicatio: grauedo: ⁊ ventositas modica ex melle rof. aq̃ ordei decoctiõe anisi: olei simplicis cõpositũ clystere imponas. Si ꝟo mordicatio fortior in eo fuerit eo: liq̃facies adipes anseris galli vel capre. Non inuẽtis aũt his: cere parũ immitte ⁊ olei rosati: sint aũt lota. Si ꝟo vẽtositas fuerit vehemẽtior: loco rof. rutaceũ vel nardinũ mistrabis: ⁊ seminã destruentia vẽtositatẽ vt apij ⁊ feniculi. Si ꝟo ebrietas curet ꝓpria cura. Si ꝟo defectus stomachi ⁊ oris ei⁹ deficiat appetitus masticẽ in nardino terẽtes vt glutinosum fiat: ⁊ deinde in eo positã spongiam infundentes applicabim⁹ ori vẽtris: hec autẽ stipticitatẽ habet ⁊ concauitates in quibus virtus medicaminis conseruat. Sit autẽ oleũ sufficienter calefactũ ſm primam immissionem: exoluũt eñ omnia tepida robur vẽtris: sitq; in vase duplici calefactũ ſm primã immissionem: cuius alterum plenũ sit aqua feruẽti: sicut consuetudo extitit Gal. Corrũpit enim virtus ei⁹ aliter calefacti: ꝙ si fe. caliditas ardẽs appeat: meli⁹ est ob h̃ cerotũ qđ p violaꝝ ⁊ p citõioꝝ oleũ fit ex cera: sit aũt tepidũ ⁊ nõ fridũ actu otiremie ꝟo eructuatiõi fumose vt p̃dictũ est istabis: ⁊ cũ rectificabit bonũ est ⁊ signũ salutis.

¶ Cap. xvij. de feb. ephimera que fit ex oppilatione.



Oppilatio faciẽs febrẽ q̃dã prebet causam materialẽ: vt est oppilatio viscerũ epatis et chistis fellis ⁊ splenis porie aggregat superfluitatẽ humoꝛ sicãs inflãmationem: et putrefactionẽ parãs. Quedam prebet causa; efficiẽtem: vt est oppilatio poroꝛũ capitum paruaꝝ venaꝝ ⁊ arteriarum ⁊ earum meatuũ contiguatorũ simul: phibẽt enim trãspirationẽ: caloꝛ enim naturalis spũs ⁊ hũores inflãmãtur: ⁊ a natura ꝓinde quasi derelicti q̃nq; putrescunt: cum imediata causa putredinis sit phibita transpiratio: vt Gal. ait: ⁊ sic diuersoꝝ generũ febriu; erit cã. Est enim ſm eũ multiplex: q: aut in poris cutis tm̃ ex se ꝓpter cutis terrestreitatẽ naturalẽ: vł ex cã exteriori densante ipsas vt ꝓpter frigiditatẽ aeris vel aq̃: vel propter caliditatẽ solis: vł ignis aduretis: vel ꝓpter stipticitatẽ aq̃ vel medicine stiptice in corpore toto inuncte: ⁊ tũc facit spẽs ephimere: de quibus subsequẽter dicet. Aut ex causa interi⁹ sumpta ex multis cibis calidis ⁊ superfluis multiplicãtib⁹ vapores grossos ⁊ fumosos oppilãtes poros ipsos: ⁊ tũc facit ephimera; ex repletione nauseatiua supius dictã: aut in capitibus dictarũ venarum: ⁊ arteriarũ: ⁊ eaꝝ ductib⁹: ⁊ est ex causa interiori humorali: que autẽ est fortis in illis tm̃ existẽs ⁊ multa vt ad poros cutis extẽdat: ⁊ tunc facit putridam maxime in corporib⁹ sanguineis calidis ⁊ hũidis que multa indigent transpiratione ꝓpter multas superfluitates in q̃bus abundãt a caliditate facile putrescibili: vnde eoꝝ corpora fetent sicut hirci. Aut est mediocris: ⁊ sic facit sinochã inflatiuam: eo ꝙ sanguis non pfecte transportat: quare inflatur nõ corrumpitur: q: cũ non sit magna aliqua licet insufficiẽtem transpirationẽ accepit: vt cum adhuc stet cum natura: aut est debilis ⁊ modica: vt in capitibus illaꝝ tantũ existens: et tunc facit ephimerã ex oppilatione cui nunc insistimus: eo quod retinẽtur fumositas ⁊ vapores: ⁊ caloꝛ naturalis: ⁊ omnes spiritꝰ inflãmãtur: q: nõ sufficienter transpirant l; magis q̃ sinocha dicta: ⁊ ꝓinde min⁹ caloris accendit q̃ illa: ⁊ minus durat: eo qđ causa oppilationis in eo est minor ⁊ in leptomera substãtia spiritus: ⁊ ꝓinde inflãmatio est minor. Et est in substãtia spũs q̃ est facilis alterabilis accensa: et istud est vsq; ad tertiũ plurimũ: ⁊ q̃doq; extenditur vsq; ad quartũ: ⁊ breuiter in eo qđ est infra tertium ſm varietatẽ oppilationis p̃dictam. Et ſm vnãquanq; dierum extenditur ⁊ remittit per modum periodi ꝓpter inouatione; fumoꝛũ oppilatione durãte: quapropter accẽditur cũ rigore precedẽte in stomacho putride: ⁊ cũ remittit quiescit inuocatione sudoris ꝓpter oppilationẽ detinẽtẽ. Cessante ꝟo oppilatiõe declinat ex toto cu; abundãti sudore. Et q: generatus sit ex calidis cessat: ita vt ad infrigidationẽ deueniat corp⁹. Et cũ ꝑseuerat eius inflammatio in spiritu feb. manet ⁊ ephimera: sed cũ inflãmatur in sanguine propter aptitudinẽ sui vel auctam oppilationẽ: vel mixtionem cu; cholera trãsit in speciẽ sinoche inflatiue: ⁊ est illa quã diximus mediã inter ephimerã ⁊ putridã: eo ꝙ de vtrisq; naturã sapit: eo etiam q: ephimera transit in putridã mediãte ipsa: si eñ aucta oppilatiõe ephimere inflãmatur sanguis ⁊ in ephimera trãsit in sinochã dictã ex aucta magis oppilatio: vt sanguis inflãmatus nullaten⁹ trãspiret: vel si nõ adeo de quo sit curãdũ: necesse est ipsu; sanguine; putrefieri: ⁊ febrẽ accẽdere putridam: ⁊ sic ephimera transit in putridã sinocha mediante: quapropter fit difficilis cognitionis ſm Gal. hec febris. ¶ Signa sunt signa eius cãe: sc; oppilationis ⁊ feb. De signis oppilationis.

oppilationis ⁊ feb. Signa oppilatiōis nō sunt signa oppilationis viscerū q̄ in prima sectiōe sunt dicta: sed signa oppilationis habitus corporis vniuersi: ꝭm quē diffusa sunt capita ⁊ oraficia venaꝝ ⁊ arteriaꝝ dictaꝝ: q̄ signa plectorie esse noscuntur vniuersalis in toto vel cacochimie humoꝝ sua viscositate vł grossitie habentiū oppilare: que sunt nota. Inquit em̄ Gale. Nequaqꝫ igiť mirabile est cū plectorias sequunť febres: etem̄ oppilationes multe et difficile est transpirabile totū corpus ꝭm tales dispositiones quēadmodū ⁊ alterā multitudinē que est ꝭm virtutē imbecillem incorruptionē cito deueniūt humores nō vltra possessi: ⁊ priuatio sudoris: ⁊ sordiciei vestigiū: ⁊ qđ ex oppilatione: ⁊ nō alia causa ephimeraꝝ sit fe. ipa: sicqꝫ distinguiť ab alijs speciebus ephimere signa sunt: q2 nō ab exteriori cā fit fe. vt vere fuerit: ⁊ q2 sit periodicās: ⁊ remittiť quaqꝫ die sine humectatione sudoris vaporalis qđ illud non venis alijs nō cōuenit: qđ etiā ipam distinguit a sinocha q̄ vni⁹ est paroxism⁹: ex his em̄ ꝯiecturabis fe. ex oppilatione ꝓcedere maxime predictis cōcurrētib⁹ signis: qđ est: q2 illa oīa in alijs nō occurrūt ephimeris nec sinochis: et distinguitur a putrida: q2 in eo nō apparēt signa putredinis ꝓpria que infra dicenť duce Christo: lꝫ aliqua cōia videanť: periodizat em̄ quaqꝫ die cū frigore: caliditas tñ eius nō est mordax: sicut putrida sic indigesta: nec in pulsu velocitas sistolis: q̄ ꝓprie sunt putridaꝝ. ¶ Signa ꝟo feb. fiūt proportionalia signis febris apostematū: ex qualitate caloris in vniuerso extensa corpore non mordaci: inflāmatione faciei maiori ⁊ rubedine cū magnitudine ⁊ frequētia pulsus absqꝫ alijs. Et cura ei⁹ est tres res. Abscissio cāe: alteratio febrilis discrasie: ⁊ correctio accidentiū. Abscissio cāe cōpleť cū flebotomia ⁊ purgatione: vt siq̇dē in cā oppilationis sit plectoria ⁊ multitudo ministrenť flebotomia eradicatiua totius ducens ad lipothomiā: hec em̄ flebotomia cām abscindit: ⁊ corpus in cōtrariā dispositionē febrilē adducit nullo auxilio mediante. Si ꝟo cā fuerit cacochimia grossoꝝ humoꝝ ⁊ viscosorum: aut erit cū peccato sanguinis: aut sine: sicū peccato sanguinis flebotomia precedat minoratiua: deinde sequanť pharmaca aperiētia q̄ subtilient ⁊ rectificēt humoꝝ grossitiē ⁊ viscositatē absqꝫ multa caliditate: quale syrupus acetosus simplex cū aqua endiuie: ⁊ feniculi: apij: ⁊ similiū equalitatē habētiū. Et deinde apparente digestione pharmaca solutiua ipsius appropriata que in nostro antidotario seriosius sunt monstrata: aliter aūt aperitiua aperiēdo venarū ductus: ⁊ dissoluendo humores sumpta interius transeundo ad locū oppilationis eorū abundantiā trahēt in ipam: ⁊ in eis aggregant ⁊ incuneāt: sic oppilationē augēt nō aperiūt. Si ꝟo absqꝫ sanguinis peccato: ministrabis a ꝑncipio enemata: ⁊ vomitus ipsoꝝ abundantiā minorātes: ⁊ deinde predicta pharmaca interius que subtiliāt: incidūt ⁊ abstergūt: euacuāt: ⁊ dietā extenuatiuā iniunges. Et deinde ad loca oppilationū deuentes cū approximatis medicinis exterius que rarificent humores oppilātes subtilient resoluant: qualia sunt fricationes temperate cū oleis tēperatis rarificantibus ⁊ resoluentibus ⁊ sudorē ꝓuocātibus: que superius nota sunt. Et cū alijs medicinis tēperate caliditatis ⁊ eaꝝ pulueribus qui abstergāt: vt est farina cicerū ⁊ fabarū vel ordei: ⁊ radicū lilij ⁊ amigdał. amararū: ⁊ similiū. Et si indiget fortiori: vtať aristologia spuma maris ⁊ baurach pulverizatis: si non obstet caliditas febris: ⁊ cū eis miscebis q̄ cū infrigidatione abstergant: ⁊ semina cōia puluerizata: ⁊ farina ordei: aqua melonis indi: ⁊ similia: ⁊ balnea aquarū dulciū eucratarū que aperiunt poros ⁊ humores in orificijs capitū venarū ⁊ arteriarū contiguarū horis obstruentes obstructos in vaporem dissoluunt: et fumum eosqꝫ ad se attrahunt ⁊ resoluunt. *Galenus.* Inquit em̄ Gał. Resolutio est cū humores corporis fumi facti per poros dilatati egrediuntur. Et hoc in fine totius egritudinis: ⁊ declinatione vltimi paroxismi: cum materia est tota digesta perfecte ac eradicata: que si perfecte digesta ⁊ post primū paroxismū adsit: balneare tūc in declinatione ipsius ⁊ nō timebis ⁊ post scđm: ꝙ si affuerint: nequaqꝫ balneabis. Accipit em̄ rigor ex dissoluta materia ⁊ indigesta ⁊ ex caliditate cū humiditate preter naturā corpori acquisita transpiratione prohibita putrefiet: ⁊ in febrē putredinis conuertetur.

De signis febrium. (margin, beside "sistolis: q̄ ꝓprie sunt putridaꝝ. ¶ Signa ꝟo feb.")

¶ Cap. xviij. đ fe. ephimera: q̄ fit a caliditate ignis vł soł.



Accidit in corporib⁹ laborātibus circa ignē vel sub sole: vt quasi arescat: ⁊ indureť cutis eorū adeo vt testa fiant: sicut bruta aīalia quedā habent: maxime si cōplexiōis existāt aduste: quare pori eoꝝ attenuanť ⁊ cōstringunť: vt superfluitates fumose generate in eis maxime ex calidis cibis assumptis resoluanť: sed retinenť: ⁊ nō resoluuntur magis transpiratione ꝓhibita q̄ spūs inflāmat: ⁊ de eis ad subiecta alia transeūt: ⁊ ledentē ⁊ contristantē febrē accendunt. ¶ Signa eius sunt signa cōplexionis naturalis: dispō cutis aris ⁊ regimē q̄ indicāt cām eius: ⁊ caliditas acuta in toto extēsa corpe vniuersas actiōes ⁊ passiones ledēs: sitis ⁊ angustia: ⁊ alia que in ephimera ex calore solis ⁊ cibi dicta sunt. ¶ Cura ei⁹ est tres res. Ablatio cāe: alteratio febrilis discrasie: ⁊ correctio accidētiū. Prima cōpleť cū correctiōe oīs calidi extrinsecus et intrisec⁹ ꝓpināda: ⁊ cū situatione corpis in aere parū calido ⁊ hūido magis cū ministratione balnei aq̄ dulcis eucrate ⁊ multe q̄ mollificēt cutē: ⁊ rarificēt poros ei⁹: ⁊ fumosas supfluitates resoluāt: ⁊ cū fricatione succedēte cū oleis frigidis hūidis: vt est violatū ꝓprie. Scđam rē ꝯplēt q̄cūqꝫ infrigidāt ⁊ hūectāt ex cibis ⁊ potibus ⁊ medicis īteri⁹ ⁊ exteri⁹ mīstratis q̄ spūs alterēt: multiplicēt: ⁊ ꝯfortēt: ⁊ cor īfrigidēt: ⁊ hūectēt ipꝫ ⁊ totū corp⁹. Tertiā rē ꝯplent q̄ sitim mitigāt ex ꝓprijs frigidis ⁊ aeris īspiratiōe: ⁊ q̄cūqꝫ angustiā curāt q̄ ex dictꝭ sūt manifesta.

De signis. (margin, beside "¶ Signa eius sunt signa cōplexionis naturalis") *De cura.* (margin, beside "sunt. ¶ Cura ei⁹ est tres res")


¶ Capitulū. xix. de febre ephimera que fit a frigore.



Accidit quoqꝫ simr vt predictis fumosorum vapoꝝ retētio in corporib⁹ calidis cū aeri frigido exponunť: et sub diuo dormiūt et maxie hyeme: ⁊ balneanť in frigida aqua niuea vel stiptica vel aluminosa vel gypsea ꝓpter constipationē poroꝝ accidentē ex illis trāspiratione ꝓhibita: ⁊ inflammať cum eis calor: ⁊ accendiť in spiritibus primū: deinde trāsiens ad alia corporis subiecta ledentē ⁊ ꝯtristātem feb. accēdit. ¶ Signa sunt precessio cause et catarrus ⁊ coriza ex exꝑssiōe accidēs: sicut illis q̄ extasim sunt passi ex dissolutione: differētes tñ signis: q2 color pallidus ⁊ pulsus durus pauce velocitatis: ⁊ frequēs difficultas anhelitus: ⁊ grauedo capitis ꝓpter fumos retētos. Urina ticta: ⁊ caliditas in toto corpe extēsa parua. ¶ Et cura ei⁹ est tres res. Ablatio cause: alteratio febrilis discrasie: et correctio accidentiū in prima imissione ⁊ acuta cū retineť. ¶ Primā rem cōplēt que primā rē cōpleuerūt in predicta. Opꝫ tñ vt ad caliditatē magis accedāt sicut ibi ad frigiditatē vel stipticā caliditatē: sintqꝫ paulatim non subito approximata: quare opꝫ vt loco olei vio. ministreť irinum: vel loco camomilli sambucinū ⁊ amigda. dulciū ⁊ anetinū et de lilio per se vel mixta vel narcisi que algorātis sunt ꝓpria: ⁊ stipticitatē cutis ac duritiē molliunt: ⁊ aperiunt poros: vt vapores expirent: ⁊ oleū de apio qđ ꝓuocando sudorē illos educat: ⁊ difficultatē anhelitus auferat. ¶ Secundā rem cōplent que secundā rem cōpleuerunt: ⁊ ibi predicta sint aut frigida minus vel tēperata. ¶ Tertiā rem cōplēt quecūqꝫ assumpta ex medicinis curant catarrū frigidū: que supius seriose ⁊ complete sunt dicta cap. ꝓprio: pectus ⁊ pulmonē dilatāt: ⁊ anhelitū reddūt facilē. Ex quib⁹ quedā sunt simplicia: quedā cōposita. Simplicia sunt vt artemisia ⁊ decoctio ei⁹ sumpta: radix ⁊ semē siseleos cū aqua mellis ireos: ⁊ oleum eius inunctū: ⁊ oleū balsami hyssopus sicca: ⁊ decoctio eius cum caricis gargarizata et bibita in aqua cicerum aristo. ro. ⁊ nasturciū ciminū galbanū et silia: q̄ quidē sunt calida valde misceanť cū frigidis dilatantib⁹: qualia sunt spinachia aqua ordei et silia: ob quā rem decoquunť in aqua ordei: vel cōministrenť cū aqua spinachiorū: ⁊ ciminum cū aqua bibitū si nō prohibeat tussis: apiū ⁊ feniculū: ⁊ silia que ꝓ cā breuitatis taceť. Composita sunt vt diairis diacalamentū ⁊ silia: vt syrupus de prassio tyriaca ⁊ silia ⁊ que grauedinē capitis sedāt et tollūt: q̄ supra in cura sode sunt sufficienter mōstrata: ideo nō hic amplius repetanť. Idem em̄ in omni loco repetere alienatio est dixit Gale.

De signis (margin, beside "tem feb. accēdit. ¶ Signa sunt precessio cause") *De cura.* (margin, beside "¶ Et cura ei⁹ est tres res")

¶ Capitulū. xx. de febre ephimera que fit ex apostemate.



Cum accidūt apostemata: in mēbris apparētib⁹ vt emunctorijs principaliū q̄ bubones Hip. appellauit ex supfluitatibus proprijs quas principalia ad illa mittere cōsueuerunt ⁊ mittūt: commota ꝟo ab aliqua ꝓcatarticarum cāꝝ: vt est ci-

bus plurimus: aut casus ⁊ ꝑcussio in aliquo princi paliū ta les multiplicās supfluitates in eis quas ꝯfortata mittūt postmodū ī emūctorijs ipsis: aut scabies seu vlcus inascēs eis: ex qb⁹ ꝓuenit dolor in illis ꝯtrahēs ⁊ ꝓuocās ꝑ pnci palia ad trāsmittēdū eis supfluitates ⁊ reumata: vl̄ in aliq̄ altero mēbro ad qđ via sit ꝑ emūctoria ipa transire seu eis associata: vt ī pede manu vl̄ collo: ita supflutas trāsmissa ad illū passum dolēs trāsiēs ꝑ emūctoria ī eoꝝ spōgiositatib⁹ colligaꝛ: ⁊ sic cōparanꝛ emūctoria illi: qꝛ sit illa via: vt dixit Abo. Et manēs ꝫm locū bubonis seu ī emūctorio col lecta ⁊ circūscripta intrāspirabilis putrescit ꝫm pⁱmū vel duos dies ꝯtinuos tota simul absq̄ intermissiōe ꝓpter cō clusionē ⁊ ꝯtinuitatis partiū ei⁹ ī illo eodē quoq̄ loco ma xime cū plurimū sit sanguinea: ex cui⁹ putrefactiōe ꝓuenit

Aboal. calliditas. Inq̄t em̄ Abo. Augmētū aūt ī q̄titate plurimū est infrigidās: nisi cū ex eo accidit putrefactio: queādmodū em̄ putrefactio ex calliditate: ita ex putrefactiōe ꝓuenit ca liditas: q̄ ꝫm plurimū de loco bubonis trāsit ꝫm ꝯtinuitatē intermedioꝝ mēbroꝝ ad cor absq̄ putredine seu fumo pu trido aliq̄ ꝓpter circūscriptionē: ⁊ īclusionē ipsius ⁊ in loco bubonis a q̄ nihil respirat: ex q̄ supcalefieri cor est necesse: ⁊ pⁱmo spūs existētes in eo cū sint magis alterabiles: vt su perius dictū est: ⁊ de eis deinde transeūdo ad reliq̄ corpis subiecta ledēdo ⁊ ꝯtristādo febrē accēdūt vni⁹ vl̄ duoꝝ die rū plurimū: ꝫm q̄ materia pōt plurimā effusionē habere. Et deinde paulatim deficit ⁊ cessat vt infebriēs remaneat corpus: q̄ ephimera erit nō putrida: lꝫ ex putredine fiat: eo videlicet qꝛ si putredo calliditatis accēse illi⁹ sit cā: vñ ephi mera nō vera dicaꝛ: ipa tñ nō plurimū cū calliditate ad cor nō accedit: sed calliditatis qualitas sola absq̄ infectiōe pu tredinis aliq̄: qđ si trāsiret: non ephimera sola maneret. sed etiā fieret putrida: vt dicet: ⁊ lꝫ calliditas in spiritib⁹ prius sit sola accēsa inquantū ephimera: tñ putredo supueniens calliditatē pñtis sī sola accēsa ꝑturbat ephimere ei⁹ signa cōfundit: ⁊ obtenebrat tanq̄ leuia: vt nō dignoscanꝛ bene:

Galenus. sed signa putredinis magis: ob quā cām dixit Gal. Ephi merā supueniēte putrida quiescere nō cessare: qđ equidē cōtingit ⁊ raro: ⁊ cum cōtingit est malū signū. Ostēdit em̄ nō solū supfluitatis in bubone collecte putredinē: sed etiā alteri⁹ antecedētis cāe existētis in venis vel viscerib⁹ cō putrescentibus illi: ex qua putrida fuligo ad cor vadēs ad

Hippocr. putridā calliditatē accēdit ⁊ febrē. Unde Hip. In bubonibus oēs fe. male exceptis ephimeris. ❡ Signa sunt signa

De signis demonstratiua ipsoꝝ apostematū et fe. ⁊ sunt ex relatione infirmi vel astantiū cognita. Et absq̄ relatiōe ipoꝝ ab ex perto medico ⁊ famoso: qđ est qꝛ videt dolore infirmū circa regionē emūctorioꝝ cū impedimēto mot⁹ man⁹ vel pedis ⁊ faciē ei⁹ inflāmatā: ⁊ rubeā vltra dispositionē sanitatis. Et ꝓprie cū fuerint apostemata magna: ⁊ sentit calliditatē febrilē in toto corpe extēsam pauce mordacitatis: qm̄ eoꝝ materia plurimū est sanguinea: ⁊ raro cholerica faciēs he risipilā. Cui accidūt ꝑiodi ꝫm materiā q̄ effundiꝛ ad ipa: ⁊ succedit ei hūectatio vaporosi sudoris ⁊ abūdātis ꝓpter repletionē corpis: nō ꝓpter materiā in apostemate inter clusam. Et pulsus in eis est frequēs: magn⁹: velox ⁊ vndo sus vel mollis ꝓpter repletionē sanguinis in corpe ⁊ ī mē bro carnoso. Et vrina clara ⁊ alba ꝓpter trāsitū materie ca

De cura. lide ad loca apostemata. ❡ Et cura ei⁹ est tres res. Abla tio cause: alteratio febrilis discrasie: ⁊ correctio accidētiū. Pⁱma ꝯpleꝛ cū his q̄ curāt apostemata q̄ supra sunt dicta: ⁊ infra dicenꝛ ꝓpria sectione Christo duce. Scđa qñ opꝫ vt in pncipio opponas remediū mēbris mittētib⁹ pncipalib⁹ cū flebotomia ex pte q̄ respicit mēbrū mittēs: ⁊ a mēbro pa tiēte deriuat. Et deide cū solutiōe si materia alia sanguini sit admixta ita q̄ ꝑ antipistasim fiat. In ꝓcessu ꝟo cū iā to ta fluxit materia ꝑ eādē vl̄ ꝓpiquā partē. Et subtilia regi mē: nec cibes nisi in declinatiōe ꝯpleta si poterit tm̄ tolera re: nec vinū dies oīno: q̄ si tolerare neq̄at: parū in q̄litate ⁊ q̄titate dabis vt ordeaceā ptisanā. Et pones remediū in via q̄ inter pncipalia existit ⁊ emūctoriū cū stipticātib⁹ ⁊ cō strigētib⁹ supra notis. Deide circa mēbroꝝ apostematū ꝑti culares opatiōes ī apostemate necessarias exercebis cū ca lidis tēperatis ⁊ paꝝ stipticis in pncipio: vt cū camomilla ⁊ oleo ei⁹ nō frigida: nec apocrustica cū repellāt ad pncipa lia: a qb⁹ opꝫ trahere magis q̄ repellere. Deide cū resoluti uis: si resolutio sit possibilis: q̄lia sunt ēplastra ex fenugre co se. lini. floꝝ camomille radicū altee: ireos: ⁊ silib⁹: que su pra sunt dicta in apostematū cura: qđ si nō sit possibile: ma tureꝛ: incidaꝛ: mūdificetur: ⁊ cōsolideꝛ deinde. ❡ Scđam rē cōplent q̄cūq̄ infrigidant ⁊ humectant ex medicis inte rius ⁊ exteri⁹ approximatis nō supra mēbrum apostema tū: sed supra pncipale qđ mittit: ⁊ etiam supra cor q̄ ipoꝝ alterēt spm̄: ⁊ virtutē eius ꝯforteut: que supra in cura cor dis seriosius sunt narrata. ❡ Tertiā rē cōplent que dolo rē: sitim: vigilias: ⁊ alia accidentia habēt corrigere: que ex dicēdis īfra sectiōe scđa sunt nota vbi đ cura bubonū age mus ꝓpe: si Christ⁹ annuerit q̄ sit ꝑ īfinita secula bñdict⁹.

❡ Cap. xxi. de sinocha inflatiua.



Et qꝛ sinocha inflatiua media est ꝑ quā transiꝛ de ephimeris ad putridas: ⁊ vtrisq̄ cōicans in natura: vt est dictū supra: iō cōpleto sermone de medicinis ephimeraꝝ: anteq̄ de medicis putri daꝝ ad ꝫmonē deueniam⁹: pⁱus đ medicis ipi⁹ dicam⁹: vt melius sit sermo de ipsa. Fit cū ex inflammato

Cause. sanguine absq̄ putredine in mō nō vere ephimere ꝓpter oppilationē accidentē mediocrē ex multitudine eius in lo cis ꝓhibētē eius trāspirationem: ⁊ multiplicātem eius va pores in corpe: quapropter accidētia ⁊ signa eius lꝫ ꝓpter cōuenientiā eius cū extremis sint dignosci difficilia: erūt

Signa. tñ signa cōplexionis sanguinee ⁊ plectoria cū vita delitio sa: ac cutis suauis ad modum corporis balneati extensa in vniuerso corpe plurimū ꝓtēsa vsq̄ ad quartū diem: ⁊ quā doq̄ vsq̄ ad septimū ꝑiodizās in aliquo: qꝛ vnus est paro xism⁹ tota: vt supius dictū est ꝑ id qđ ab vtroq̄ extremoꝝ distinguiꝛ generū in quo ꝓcedit augmētādo semꝑ: vel mi nuēdo: vel aliqualiter inflāmando ꝫm diuersitatē genera tiōū vaporū in sanguine: qꝛ aliqñ magis multiplicātur q̄ resoluanꝛ: ⁊ calliditas inflāmaꝛ oppilatione magis aucta: aliquādo econuerso oppilatiōe minorata q̄ hora: ⁊ tūc fit ꝑaugmastica. Et aliqñ multiplicātur ⁊ euaporanꝛ equalr

Tres huius fe. species. ꝑmanēte oppilatiōe in pⁱa dispōne: ⁊ tunc fit homotena. Et neq̄ in pulsu neq̄ in vrina signū existit putredinis: sed est magis velox ⁊ spissus. Et vrina digesta rubea: rosea ī co

De cura. lore substātia spissa cuꝫ circūstantijs silib⁹ sibi. ❡ Et cura ei⁹ est tres res. Abscissio cause: alteratio febrilis discrasie: ⁊ correctio accidētiū ꝑua de ꝟtute ex se ꝯtrariatiōe habita eo q̄ non se cōmittit nisi forti virtuti que vsq̄ ad terminuꝫ ꝑsignatū absq̄ cibo tolerare secure potest: nisi cōplexio na turalis ⁊ potētia corpis ⁊ rara stōachi dispositio: ⁊ alia ex

Aboal. terius cōtingētia contradicāt. Inquit enim Abo. Quedā corpa sunt q̄ nisi cibentur in principio pⁱmo ⁊ in deteriori hora ei⁹ cōsumūtur: ⁊ debilitātur: vl̄ in sincopiꝫ deueniūt: ⁊ moriunꝛ vt cholerica: ⁊ sunt de hoībus quidam qui sunt exuberātis carnis: q̄ cū absciditur eis cibus debilitanꝛ ⁊ extenuanꝛ: qꝛ non tolerāt ꝓhibitionem. Et oīs eius calor inat⁹ est fortis valde: aut debilis: vt nō possit dimittere ci bū: nisi em̄ esset virtus fortis in ea: tāta multitudo sangui nis in trāspiratiōe ꝓhibita nō posset gubernari ⁊ regi: q̄n in putredinē deueniat. Ultima em̄ cā putredinis humorū ꝑfectiua ⁊ ꝑ modum priuationis est derelictio a natura: lꝫ prima cā putredinis sit ipsius ⁊ per modū passionis oppi latio ꝓhibens transpirationē qua acquiriꝛ calor: ⁊ fumus extraneus in hūore: qui cā est vt a natura derelinquatur ⁊ putrefiat hūor. ❡ Pⁱmā rē cōplent flebotomia facta in pncipio nulla expectata digestiōe vl̄ hora: immo quacūq̄

Aboal. die vel hora ingressus fueris ad infirmū. Inquit em̄ Abo. cūq̄ flebotomia sit retentio sanguinis nō expectaꝛ dige stio: sed faciēda est vsq̄ ad defectionē ⁊ sincopim seu lipo

Nota de flebotomia. thomiā: que est defectio reꝑabilis. Inq̄t em̄ Hip. i apho. Et vbi opꝫ vsq̄ ad defectionē euacuationē oꝫ ducere. In maximo em̄ dolore: ⁊ in acutissimo apostemate: ⁊ ī febrib⁹ ꝑacutis nulla melior medicina hac eē pōt. Ga. ait. Est em̄ maximū eis auxiliū cū sit eis suaui⁹: ⁊ cū lipothomia corp⁹ statim in ꝯtrariā dispositionē adducat. Educēdo em̄ totā sanguis multitudinē oppilationē ac febres depēdētes ex ea tollit ⁊ etiā accidētia si qua comitētur: vt anxietas sitis ⁊ vigilie: sic oēm dispōneꝫ tollet ꝑter naturā: ⁊ maxime si tantū quātū supabundat euacuet. Et si aliq̄ requirendaꝝ intentionū nō ꝯtradicat seu intrinsecarū seu extrinsecaꝝ. Et ea dimissa in ꝑiculū multitudinis putrefactiōis ipius vl̄ suffocatiōis ꝑducēt infirmū: nisi virtutis potentia emo rosagia vl̄ sudore copioso iuueꝛ: post quā dabis lipotho

mie gratia

Regimen flebotomati.

mie gratia iuleb ros.cum frigida:et post vnā horā cibabis
ptisane succo:in crastinū vero fricabis:vt aperias ⁊ rarifices
poros:deinde balneabis:⁊ cibabis vberius. Qd quidē di-
ctū impugnat Auerroys trib⁹ rōnibus talib⁹:quarū prima
est talis:q est:q: medicus dз sequi naturā: et natura nullā
facit euacuationē sanguinis ducentem ad sincopim:ergo
nec medicus talē facere dз. Scda est qi cū in euacuatione
oporteat vt solū qd nociuū est ppēdat:⁊ naturale nō: imo
dimittat:vt sincopis nō sequat euacuationē: nisi qten⁹ qd
naturale est educat:ppterea in euacuatione ad eā nullate
nus veniendū est. Tertia rō qd est:q: in tali corpe est apt⁹
aliqs humor putrescere:si euacuatio pducat ad sincopim:
virt⁹ cadēs nō poterit resistere qn corrūpat hūor ille cū nō
regulet:⁊ ei⁹ corruptionē si sequat:nō erit qd emēdet. Qui
bus rōnib⁹ solutio pз: si distinctio pmittat.s.q duplex est

Duplex ē sincopis.

sincopis:reparabilis:⁊ nō reparabilis. Scdo si sciat qd ca
sus vtutis ⁊ sincopis reparabilis:de qua hic intelligit Ga
le.accidat non solū in euacuatione iuuatiui ⁊ ei⁹ qd natu-
rale est:sed etiā in euacuatione nociui dūmodo subito ⁊ si-
mul fiat sicut in flebotomia pnti. Tertio si sciat q facta re
sumptione cū cibo vel aliq nutritiuo:virtus q cecidit resu-
mat statim eo ilico post euacuationē dato. Nā cū sit sinco-
pis leuis q pprie lipothomia.i. apparēs casus est dicta ex
cibo resumpta vtus:vel reparata poterit regulare hūores
ne in putrefactionē deueniāt:⁊ etiā corrigere putrefactio-
nē si forsan cōsequat. ¶ Scdam rē si necessaria sit vt puta
q: flebotomia sit omissa:vl' qi facta nō totū qd supabūdat
sanguinē eduxit:vt infrigidet corp⁹ cōplet aq frigide pot⁹
vsq ad coloris mutationē.s.vt fiat pallidus et tremat. Et
illud est vt det ex ea vsq ad minā vnā:⁊ ē pōdus li.iiij. In-
uenit em̄ in tali corpe psubito oēs cōditiōes in ei⁹ admini-
stratione seruādas:⁊ sanguinē inflāmatū ⁊ subtiliatū a fe.
infrigidādo inspissat vt ad pncipalia nō discurrat: ⁊ febri-
lem inflāmationē statim extinguat:nisi corp⁹ sit accidētal'r
immutatū:quo casu ei⁹ datiōe opз desistere:⁊ alijs vti medi
cinis q obstructiōes aperiāt: multitudinē euacuēt:⁊ febrē
extinguāt:q sunt note infra. Et q tāte vtutis in cura hui⁹
feb.existit q si flebotomia celebrari aliquo modo nō possit
vel ppter medici tardū aduētū:seu ei⁹ inscitiā:aut laborā-
tis delitiā seu inobediētiā suspitionē vel timorē:vel astan-
tiū pteruiā ⁊ excitationū:quā medic⁹ euitare dз. Ipsa so-
la sufficiēs est ad curā maxime vel signa digestionis hūorū
obstruentiū si alij sint a sanguine videatur. Cōfortata em̄
virtus ex tēperantia subiectorū eius.s.spirituū ⁊ humorū ⁊
mēbrorū radicaliū ppter frigiditatē aque humoribus ob-
struētibus pre subtilitate obuiat:vt quousq benignos in-
ueniat ad se trahat:inutiles vero per vētrē vel sudorē excer
nat:⁊ plectoriā sanguinis p emorosagiā in regionē aptam
magis expellat:anxietatē auferat:sitim extinguat: et puo-
cet somnū. Ita vt hec duo ipius sinoche sint maxime sana
tiones.s.flebotomia omi tpe:⁊ frigide aq potatio apparen
te digestione siue sibijnuicē succedētes : siue ministrate di-
stinctim. Cōplet quoq cū alijs medicinis interi⁹ ⁊ exteri⁹
ministratis sup spūalia pprie maxime vbi cōditiones fle-
botomādi ac exhibēdi frigidā aquā desint:vel plures obsi-
stentes inueniant:que ex dictis ⁊ dicēdis sunt note. Et de-
inde cū balneis dulciū eucratarū aquarū q aperiant poros:
subtiliēt hūores grossos obstruētes: ⁊ eorū viscositatē abs-
tergāt multotiēs replentē in vapores couersam:⁊ sudorē
euacuāt ⁊ resoluūt. Cōplet cū cibis ⁊ potib⁹ frigidis ⁊ hu
midis q alterādo discrasiā fe.potentē in se virtutē.s.exolu-
tā ex corpis dispōne vel aeris exterioris siue extēsione dierū
maiori ppter magnitudinē oppilationis aut inscitiā medi
corū pforitēt. Sintq talia qlia supra hec i cura ephimerarū
sunt dicta. Correctio vero accidētiū ex dictis est manifesta.

¶ Incipit summa scde particule pme sectionis scde q est
de medicinis febriū putridarū continens capitula octo.



Sequitur summa secūda particule prime sectio-
prout est dictũ: ⁊ administret vomitus supra cibũ in forti=
tudine: ⁊ clysteria ⁊c. Et medicine euacuãtes cum eradica=
tione: vt sunt epithimũ: ⁊ agaricũ: sticados: lapis armenꝰ
⁊ lapis lazuli ablutus myro. nigri ⁊ pilule eoꝝ: ⁊ succus flo
rum cẽtauree cũ syrupo mellino: et fortassis est necessarius
helleborus niger: ⁊ alterãtia remisse ministrabis: et dieta
magis grossa cũ predictis sit diuturnior. Quartane ꝟo ex
melãcholia innaturali cũ sit magis calida ꝓpter calidita=
tẽ reseruatã ex adustione: regimẽ ꝓpriũ debitũ ab eq̃litate
declinare opꝫ a caliditate ad frigiditatẽ tẽperatã: differen
ter tñ ꝓm diuersitatẽ specierũ melãcholie. Si ergo fuerit ex
adustiõe naturalis melãcholie regimẽ eiꝰ ꝓpriũ ꝓpinquũ
est illi: sed si fuerit cuꝫ sanguinis adustione minuet cũ fle=
botomia ex basilica. Et cũ euacuatiõe: deinde subtilia cuꝫ
eo in quo ponunt mundificãtia sanguinẽ cũ tẽperamẽto ⁊
frigiditate pauca: vt ẽ succaha: bedeguar: borago: buglos
sa: fumusterre: ⁊ myro. chebuli: ⁊ alterãtia sint minus frigi
da. Et q̃ hec cito recipit curam: tenuior sit dieta. Et si ex
adustiõe cholere erit melãcholia: regimẽ eiꝰ est ꝓpinquũ:
vt in primis lenificatio fiat cũ vio. aq̃ lactis: syrupo ro. iu=
leb ⁊ casiafi. ⁊ tamarindis: deinde ꝓcedat ad digestionẽ cũ
his q̃ subtiliãt ⁊ incidũt: vt est syrupꝰ ace. cũ aq̃ fumiterre:
endiuie: chriso locanne: et andacoche. Digesta ꝟo materia
post vnã hebdomadã purget cũ decoctiõe de epithimo: et
fumoterre cũ miro bala. citri. ⁊ nigris ⁊ sene cũ aq̃ lactis: et
lapide lazulo: ⁊ armeno: ⁊ alterãtia sint ad frigiditatẽ ma
gis declinãtia. Et dieta cibi ⁊ potus magis attenuatiua: ⁊
magis frigida ⁊ hũectatiua. Et balneũ aq̃ dulcis tẽperate
calide est ei cõuenientẽs in fine: ⁊ sessio in ea. Et si ex adustiõe
phlegmatis fuerit necessaria lenificatio: lenificet in primis

cũ decoctione polipodij ⁊ turbith: deinde addat parũ aga
rici: ⁊ digerat residuũ cũ syrupo ace. de seminibꝰ ⁊ gelenla=
bin donec manifeste digerat materia: et deinde euacuetur
post tres hebdomadas: cũ predictis in quãtitate maiori: et
cũ myro. cheb. ẽbli. ⁊ belliricis cũ ꝯfortẽt stomachũ: et cum
oleis mũdificet vt opꝫ: ⁊ ꝓuocet si oporteat vomitꝰ cũ syru
po ace. in q̃ sit virtꝰ sinapis ⁊ electuarij albi: imo erit neces=
sariũ vt in potu det helleborus niger nõ albus: q̃m in eta=
te nr̃a est ꝓuocatiuꝰ: vt ꝓdiximꝰ in suo caplõ: aut ꝟtus hel=
lebori in raphano: aut raphanꝰ cũ dispõne: si nõ timeat vir
tutis debilitas: ⁊ alterãtia sint minꝰ frigida: ⁊ dieta medio=
criter grossa: ⁊ in fine balneabis: vt supius dictũ. ¶ Et cu= — De cura quartane continue.
ra ꝓpria q̃rtane ꝯtinue ẽ cura ip̃ꝰ iterpolate iã dicta: diffe
rẽs ab ea in quãto: nõ in specie: vt supra in q̃tidiana est di=
ctũ. Et est in ea declinatio ab eq̃litate ad infrigidationẽ in
illis quatuor dꝫ eẽ magis ꝓpter fortitudinẽ ⁊ adherẽtiã fe
bris. Sic in digestiõe eiꝰ ministret syrupꝰ ace. cũ seminibꝰ
⁊ gelenlabin cũ aq̃ de radicibꝰ equali. Et in minoratiõe ma
terie ip̃ius cũ ꝓprijs misceant viol. tamarindi: ⁊ silia. Et fle
botomia in hac est magis cõuenientẽs ꝓpter comprehẽsionẽ
materie eius in venis. Et subtiliatio regiminis maior cuꝫ
minori licentia in carnibꝰ ꝓpter breuitatẽ. ¶ Syrupus ex — Syrupus ad quartanam.
inuẽtione nostra efficax et expertus ad quartanã choleri=
cam: quo curauimꝰ plures ⁊ vnũ quinquaginta annorum
qui passus fuerat eã annis quatuor. ℞. calẽdule: lauẽdine
pimpinelle: lupu. quinq; folij trifolij lingue arietis: cap.
ven. endiuie cũ radicibus boraginis: fumiterre: radicũ bu=
glosse vtriusq; ⁊ floꝝ earũ: cicoree epatice: bedeguar: quer=
cule maioris: capparum recentiũ: radicũ eorũ corticũ: ⁊ cor
ticum seminis tamarisci: scolopẽdrie cum radice ana. M.
j. vio. florũ boraginis añ. ʒ. ij. prunorũ sebesten añ. xxv. sene
cuscute: thimi: epithimi ani. se. añ. ʒ. ß. liqui. passularũ stica
dos añ. ʒ. ß. ordei mundi. P. j. seminũ cõium corticũ citri.
añ. ʒ. ij. squinanti. ʒ. ij. quinq; radicum cõium residentiũ in
aceto. ʒ. ij. predicta buliant in aque libr. vj. vsq; ad mediũ:
deinde colent: ⁊ colature addat succi buglosse: succi pomo=
rum dulciũ añ. lib. j. ⁊ ß. Et dissoluant in eis zuccari lib. ij. ⁊
mellis ro. lib. ß. aceti predictarũ radicũ. ʒ. iiij. ⁊ aromatizet
cum sandalis. ʒ. j. gar. ligni aloes añ. ʒ. ß. dosis est. ʒ. ij. ma=
ne cũ tepida. Et seruato predicto regimine cũ digesta ma
teria apparuerit: purget cum pilulis de lapide lazuli ⁊ de
epithimo et fumiterre: et est efficax: si Christus voluerit.
¶ Aliũ syrupũ generalẽ ad quartanã opilationẽ splenis
⁊ oẽs egritudines melãcholicas quẽ supra caplõ de soda
descripsimus. Et pilulas efficaces capitulo de helleboro. — Pilule.
¶ Syrupus laxatiuus ad quartanã ꝓm descriptionẽ An= — Syrupus laxatiuus ad quartanam.
dromachi in antidotario suo magno cõueniens post dige=
stionẽ materie. Curat eñ in bina assumptione: et sumꝰ ex=
perti ip̃m. ℞. calendule lauẽdule pimpinelle: buglosse do=
mestice ⁊ siluestris lupuloꝝ boraginis: scariole cũ radice ca
lamenti cicoree epatice bedeguar camedreos: camepithe=
os: capparũ recentiũ cũ radice ana. M. j. agarici. ʒ. j. poli=
podij. ʒ. iij. anisi feniculi. añ. ʒ. ß. sebestẽ prunoꝝ añ. xl. papa=
ueris albi viol. floꝝ boraginis: liq̃ri. sticados ara. ana. ʒ. ß.
passulaꝝ enu. li. j. ⁊ ß. ordei mũdi. P. ij. se. cõium. ʒ. ij. radi=
cũ se. sparagi ⁊ brusci añ. ʒ. j. succi buglosse domestice ⁊ sil=
uestrꝭ depuratoꝝ añ. li. j. ⁊ ß. se. acetose portulace añ. ʒ. ß. ace
ti fortis li. ß. succi pomoꝝ dulciũ li. j. aq̃ li. iij. stent oĩa ista
in aq̃ ⁊ succis ꝓdictis simul ꝑ diẽ ⁊ noctẽ: deinde coquant
cũ facilitate vsq; ad ꝯsumptionẽ medietatꝭ: postea colent:
⁊ colature addant mellis dispumati li. iij. diaborigmati li.
ß. Et in decoctiõe eiꝰ buliãt i pecia rara epithimi: follicu=
loꝝ sene añ. ʒ. ß. hellebori nigri repssi cũ aceto aure. iij. lapi
dis lazuli loti cũ aq̃ buglosse vicibꝰ. xv. aur. j. cro. ʒ. j. lapi. ar
me. repssi ꝓm artẽ. ʒ. j. ⁊ ß. ligni aloes gar. añ. ʒ. ß. sãdali citri.
spodij añ. ʒ. ij. gallie mu. coralloꝝ añ. ℈. ij. dosis. ʒ. iiij. cũ ca
lida in aurora. Est eñ efficax in q̃rtana melãcholica. Si ꝟo
fuerit cholerica: loco mellis ponat zuc. li. j. zuc. vio. li. ß. suc
ci endiuie depurati. ʒ. viij. ⁊ ĩ decoctiõe addat myro. citri. ⁊
nigroꝝ añ. ʒ. j. Gal. in q̃: sanaui plurimã gẽtẽ a q̃rtana: de= — Galenus.
di eñ eis ĩ potu post digestionẽ solutiuũ: deide dedi ĩ potu
succũ absinthij: deĩde tyriacã. Et dico ala ⁊ piper, sumpta
cũ aq̃ calida singula sunt iuuatiuã valde: qñ apparet dige
stio: ⁊ ꝑuenit statꝰ. ¶ Itẽ pilule experte ꝓꝫ iudeũ ad ip̃aꝫ. ℞. — Pilule ad quartanã
tyriace noue ⁊ myrrhe electe quãtũ sufficit ad ꝯfectionẽ ty
riace: ⁊ ĩforma pilulas: de q̃bꝰ sumat patiẽs. v. ieiuno sto=

macho:⁊ post vini haustū boni omi die ante paroxismū sumat.s.cum incipit frigere:⁊ aliqui addunt nigellā ⁊ asam.

Potio ad quartanā.

¶ Potio experta ad quartanā:⁊ est Archig. ℞.fenu.liquir. zin.añ.ʒ.s.bulliāt in optimo vino vsq ad tertiā: de quo sumat patiēs omi mane ciathū.s. Et ex expertis est vinū decoctiōis diptami:⁊ ex electuarijs expertis ſm Nicolaū est diaciminū:mitridatū:⁊ musa:⁊ requies:⁊ cōfectio de musco dulci.

Electuarium ad quartanā.

Cōfectio electuarij ex inuētione nostra cōferens feb.quartane⁊ oībus egritudinibus melancholicis. ℞.doronici:macis:been albi ⁊ ru.cimini curati: cinamomi añ.ʒ.ij.spice gar.añ.ʒ.iij.se.acetose:buglosse: ⁊ melisse.se.tamarisci añ.℈.ij.folioꝝ ros.sandaloꝝ magazir:ligni aloes añ.ʒ.s.margaritaꝝ:coralloꝝ al.ana.ʒ.s.floꝝ boraginis et buglosse añ.ʒ.ij.croci.ʒ.s. ossiū de corde ceruí.ʒ.ij. Confice cū syrupo de cortice citri radi.feni. decoctiōis in aqua distillata scolopendrie:⁊ succo pomorū dulciū.añ. equaliū partium:zuccari tabarzet qđ sufficit. Et adde ambre crude.ʒ.s.folioꝝ auri numero.x. Et est expertū per Christi grām.

De feb.qntana.

Galenus ait. Si deinde quintana aliqua est febris:prout Hippo.dixit in epidimijs cū ait:ꝙ septena est plura ⁊ nō est mortifera: ⁊ nona est lōgior ea:⁊ nō est mortifera supple: q̄ est longioris quietis. Quartana est deterior febriū: eo ꝙ sit ante phthysim ⁊ ethicā:⁊ post ipam:⁊ illud q̄ cum fe.prolōgant minant ethicā. Et in hac febris q̄rtana precedēs multū ꝓlongata fuit:que humorē diminuit:⁊ sic facta fuit quintana:⁊ eā sequit ethica. Et q̄ hec cōsumit etiā ex se humores:ideo eā sequet in quintana. Ait inquā Gal. Ego nōdū manifeste vidi circuitionē hanc.s.qntanā:neq alia q̄dē vlteri⁹ q̄rtana. Si ergo nondū vidit eā manifeste non vidit. Et q̄ Hippo.eā posuit non negauit:sed potius affirmauit:cū positio eius sit certa:q̄ Hippo. diuinus.

Hippocrates diuinus.

Dicendū est ergo nec pretermittendū de eis causis ipsaꝝ signis ⁊ medicinis. Febris ergo que exacerbat ꝑ quintā diē dicta est per Hippo.quintana:⁊ q̄ per sextā sextana:⁊ que per septimā septena:⁊ q̄ per nonā nona. Accidentaliter tñ sicut de quotidiana tertiana ⁊ quartana est dictū nō essentiliter:⁊ illud q̄ cā ei⁹ et ꝓprie quartane interior hūoralis ⁊ immediata a qua essentiā sumit ⁊ speciē nō est in natura quinta:seu in hūore quinto a materia q̄rtane specie distinctis:cū nō sit dare illū in corpe.

Aduerte.

Oēs em̄ hūores naturales siue innaturales ad species quatuor reducunt iam dictas. Sed est materia melācholica ex adustiōe creata plurimū phlegmatis vitrei grossioris inter hūores q̄ nō efficit ipaz ꝓpter sui speciē ⁊ inquātū melācholica:sed ꝑ suā quātitatē:⁊ substātiā magis. Cū em̄ ſm suā speciē febrē facit cum quātitate sua sufficiēte:sine qua nihil efficit ſm Gal. quartanā febrē accēdet: sed cū ex adustione ꝯsumēte ⁊ exiccante facta fuerit pauca ⁊ grossa ꝓpter quartane longitudinē transiet in quintanā: quemadmodū phlegma vitreum faciens quotidianam cū deuenerit vt sit paucū et grossum: vt est crudū q̄ est grossior ei⁹ pars paroxismū faciebat tertianū vel quartanū:vt supra in quotidiana est dictum. Et quoq si ꝯtingat ipam melācholicā materiā ex aliqua cā superexcrescere et abūdare redibit ad circuitionē quartanā: queadmodū cholera cū abūdat facit paroxismū quotidianum omi die inuadēdo:⁊ exacerbādo:⁊ paroxismū tertianū vna die exacerbādo:⁊ alia nō:vt q̄ sit duplex:⁊ triplex: motus em̄ talis ⁊ circuitio nō inest huic febri ab humore a quo substātiā ⁊ speciē habēt:cū sit subiectū⁊ materia eius: ideo cū sit accidētalis opz ꝙ ab aliquo accidēte insit sibi:⁊ hec quātitas est ⁊ grossities ei⁹:⁊ ꝓinde raro est ⁊ raro visa nō frequēter sicut circūitio aliaꝝ.

Obiectio.

¶ Sed dices:quare pauca cholera ⁊ grossa suā circuitionē per tertiū nō dimittit vt transeat in quartanam:queadmodū phlegma ⁊ melancholia:⁊ cū etiā sanguis sit paucus sic motū sinochū nō ꝑmutat in periodicis interpolatis.

Rñsio.

Rñdet Falco illud equidem cōuenit cholere ꝓpter aptitudinē eius ad motū maiorē q̄ in alijs humorib⁹ sit. Et illud a caliditate cui q̄ntitas modica non ꝯtradicit in retardādo nisi multum:adeo ꝙ si mixtionē recipiat etiā i seipa hūoris alteri⁹ grossi ⁊ frigidi: vt est in citrina ⁊ vitellina:vel ex adustiōe grossitiē:vt est in aliq̄ vitellina prassina ⁊ eruginosa suū motū ꝓpriū nō dimittit. Caliditas em̄ vicit i ea:⁊ ꝑualet icitādo⁊ ꝯmouēdo eā:cui⁹ ad motū ꝓpriū paucitati et grossitici quā acq̄rit ex illis i retardādo ipaz ex illo:⁊ i sanguie illđ ꝯuenit:eo ꝙ locus sanguis est in venis. Si ergo ꝯtigat in eis corrūpi:illđ nō est nisi q̄ mlte q̄ntitat̄ existit:quā nā regulare nō valet: ꝙ ostēdit:q̄ in venis magnis est corruptio ei⁹ cū sinochā facit:si em̄ pauc⁹ sit:nā bene regulabit ⁊ corriget tāq filiū:sꝫ cū sit mult⁹ ⁊ in loco cordi ꝓpinquo sinochā faciet febrē: nō periodicā:nec interpolatā:⁊ ꝓprie cū totū insimul corrūpit ibidē a natura simul totalr derelict⁹:ob quā cāz etiā si extra venas ꝯtingat p̄ter naturā effundi vł corrūpi:⁊ in alijs ꝑuis venis extremoꝝ vnā cōtinuā ēt a p̄ncipio vsq ad finē febrē accēdit. Et q̄dē cū fiet qntana ex melācholia q̄ m̄a fuit quartane donec sufficiētis fuerit quātitatis nūc facta pauca ⁊ grossa ꝑꝑ lōgā putredinē ⁊ adustionē tpi⁹: q̄ raro est humor paucus ⁊ grossus quē nā nō regulet:nec deueniet in putredinē:propterea raro fit ⁊ rari⁹ alijs. Ob quam causam nō incōuenienter Gale.dixit seipsum nō vidisse manifeste.i.frequēter:nec alia vel quarū cā interior humoralis nō est putrida materia melācholica qntane diminute magis ⁊ ingrossata ꝓpter adustionē putredinis i quintana. Sed Gal.cū eas inordinate vagantes cōprehēderit propter tarditatē motus ⁊ cōtingentie raritatē illarū cām duplicē assignauit:scꝫ trāsitionē humoris in aliū ꝑ adustionē:vt dictū ē:queadmodū sanguis putrescēs in melācholiā ⁊ cholerā trāsit:⁊ diete delictū transitiōis hūoris in aliū:cāz ꝓpriam dare opz quintane. Delictum ꝟo diete sextane ⁊ alijs subsequētib⁹ assignare:nō em̄ hec ex humore ḡnato ex trāsitiōe fieri pñt:ꝙ natura humorē ad tantā paruitatē reductū atq grossitiem regulare cōsueuit taliť: ne i putredinē incidat: quinimmo prius resoluet ipsū ex corpe:vel digeret:vel manifeste expellet. Signa sunt oīm aliaꝝ p̄cedens quartana:⁊ alie fe.lōge:⁊ mot⁹:⁊ circūitiones dicte.

De cura qn tane.

¶ Et cura qntane in epidimijs est ꝓpinqua cure q̄rtane ex phlegmat̄ adustiōe:differēs tñ ab ea:qm̄ i hac indigem⁹ rectificatiōe regiminis:⁊ subtiliatione diete cibi ⁊ pot⁹ maiori:⁊ q̄ breuis est ꝓpter paucitatē materie. Et q̄ opz incitare naturā ꝯ ipāz digerēdā ⁊ resoluendā:lꝫ propter grossitiē ꝓlongantē oportere videat regimē ingrossare: ne deficiat virt⁹. Et q̄dē cū sit ꝯtectas inter hoc:docuit Abo.hāc viā ⁊ dietam esse tenendā:nec cū alteratiuis frigidis esse curandā ipsam ⁊ alias:ne resolutionē impediat. Et est:q̄ cū febris ipsa nocumēta nō faciat accidere in virtute subtiliemus regimen:⁊ faciam⁹ aliquādiu abstinere infirmū:⁊ vti ieiunio ad incitādū naturā ad materiā digerendā ⁊ resoluēdā. Et si virtus debilitat ex eo alio tpe succurramus cū cibatiōe:ita vt cibemus cum eo cuius nutrimentū est bonū facilis digestionis:nec est in eo additio materie:nec ingrossatio. Et de curationibus ꝯferētib⁹ ad resolutionē m̄ae ipsi⁹ ē vōitus cū helleboro:semine raphani:⁊ raphano:⁊ semie hellebori:⁊ semie attriplicis ex nuce vomica:⁊ digestiōe cū oximelle sq̄llitico ⁊ euatio:deinde cū hieris:⁊ post ipāz cū balneo:⁊ ministratio tyriace ⁊ aliorū silīū supradictoꝝ. Et tūc ꝯfert sudare sup medicinas et balneum absq administratione humectātiū p̄dictoꝝ. His ergo premissis ꝑ ordinē vt est dictum sanabitur patiens:si Christus voluerit qui sit benedictus.

¶ Cap.vj.de medicinis feb.pestilentiosaꝝ ⁊ earū que ex genere sunt illarum.

Superius dictū est ꝙ si putredo ab epidimia seu pestilēte aere in humorib⁹ corporis sit impressa feb.in putredine talis existens pestilentia dicetur. Cū em̄ triplex sit morboꝝ gen⁹:scꝫ diuersus vndimialis:⁊ epidimialis:vt ꝯmētator innuit G.⁊ Alexādrin⁹.

Morboꝝ genus triplex.

Diuersus morb⁹ ē q̄ ex malitia regimis ꝑuenit:q̄ cū i diuersis hoīb⁹ sit diuers⁹ q̄ ad diuersas res nō naturales ⁊ cibos ⁊ pot⁹ magꝭ diuersos ḡnabit morbos in eis:q̄les sunt febres dicte iā sup̄i⁹:⁊ alie egritudies multe. Undimialis est q̄ ex aliq̄bus dispositiōibus aque vel terre generat:⁊ gentibus commorātibus ibidē sunt ꝓprie:vt dixit Abo.sicut neapolitanis plurimis podagra ꝓpter humiditatē terre ⁊ austeritatē tpi⁹.

Morbus vndimialis quis.

Et eorū quibusdā nigredo dentium ꝓpter aquam salmastram. Et sicut ianuensibus tusses ⁊ catarri:⁊ messanēsib⁹ etiā ꝓpter borrealitatē terre ipsoꝝ:quare in via preuisionis ianuenses circundant veste eoꝝ colla ⁊ guttura:⁊ vtūtur papauere:⁊ messanēses coriādro ⁊ sisamo.

De nigredine dēțiū

Epidimialis est q̄ a mutatione aeris in qualitate vel substantia generat. Quem sic notificat Constantinus. Morb⁹ epidimialis est morb⁹ subito multis simul

Quid sit morb⁹ epidimialis.

eodēq tempore

eodẽq; tp̄e ingruens hoībus. Ex quo inter eos differentia
notatᷣ: dixit eñ ꝙ est morb⁹ ingruēs subito ad differentiā
vindimialis: qui plurib⁹ simul venit: nō tñ subito sed pau-
latim: ⁊ hoc ꝓpter debilitatē imprimētis cāe: fortioris eñ
Galenus. impressionis cōstat esse aerē ꝙ terrā ⁊ aquā: dixit eñ Gal.
maxime alterans aer est: dixit quoq;: multis simul eodēq;
tp̄e ingruēs ad differentiā morbi diuersi qui nō est multis
simul: neq; in codē tp̄e accidit: sed diuersus in diuersis ho-
Aeris mu- minib⁹ ⁊ tp̄ibus. Talis aūt mutatio in aere epidimicū fa-
tatio tri- ciēs ip̄m vel pestilentē tripliciter accidit. Uno mō a cā ma
pliciter ac- nifesta: vt a mutatione tēpoꝝ pluriū vel vni⁹: ⁊ magna: vt
cidit. Hipp. in. iij. apho. ostēdit cū ꝑm ip̄m annus sanus sit: cū tp̄a
Apho. j. sunt moderata ⁊ tēporaliter reddita: vt q̄ ver sit tempera-
tum ad caliditatē tñ subtilē parūper declinās sopitā ⁊ hu
miditatē: ⁊ q̄ sint pluuie temperate: estas calida nō valde:
neq; oīno absq; pluuia: ⁊ autūnus tēperat⁹ inter actiuas
⁊ pluuiosus. Multe eñ pluuie securos nos reddūt ab egri
tudinibus autūnalib⁹: dixit Abo. ⁊ hyems frigida: non tñ
plurimū: ⁊ in pluuia tēperata: si ꝓpter vētos ⁊ pluuias mu
tetur a sua natura ꝓpter aliquā cōstitutionē siccā vel aliā
ad cōtrariā nō emendās ⁊ perturbās: ⁊ distēperās magis:
vel q̄ sit vnū tp̄s inequale: vt autūnus: generabunᷣ egri-
tudines pestilētiales vl' epidimice: quas Hip. in. iij. apho.
dixit: vt sunt feb. acute dissinterie: ophthalmie apostemata
morbilli variole: desudatiões: pasticia: vlcera: ilion: ⁊ sil'es
alie quas narrauit ibidē. Scd'o modo accidit a cā occulta:
vt ex coniunctione stellaꝝ imprimentiū in aere qualitates
mortiferas: q̄ caliditatē sup̄fluā resoluentē vel frigidā cō-
gelantē et humidā suffocantē vel siccā cōsumentē naturā
nostri corporis. Quapropter deficiunt a regimine nostri
corporis humores: quare putrescūt: ⁊ febres accendūt plu
rimū ⁊ alias egritudines. Et q̄ nostris sensibus talis co-
gnitio est ignota: dixit Aboa. Pestilentia in aere accidit
qñq; ex formis celi quaꝝ euentus ignoratᷣ: cognoscitᷣ ꝟo q̄
volatilia cadunt subito mortua super terrā. Tertio modo
accidit talis mutatio epidimialis seu pestilēs in aere ex q̄-
busdā dispositionib⁹ terre vna manifesta: alia ꝟo occulta:
manifesta: q̄ sit terra ꝓfunda: lacunalis: lutuosa: et fetida:
q̄ sint ibi gurgites: ⁊ stagna: ⁊ herbaꝝ venenosaꝝ ꝓducti-
ua: vel in cui⁹ sup̄ficie remanserūt funera mortuoꝝ multa
in prelio nō cōbusta nec tumulata. Occulta ꝟo q̄ in cauer
nositatib⁹ eius lateāt minere male putredines: ⁊ aīalia ve
nenosa q̄ nr̄is sensib⁹ sunt occulta. Quare dixit Abo. ꝙ ac
cidunt in aere qñq; putredines et pestilētie ex causis terre
quaꝝ euēt⁹ ignoratᷣ. Cui⁹ cognitio est: q̄ aq̄ sunt infecte: ⁊
aīalia in eis habitātia ⁊ sub cauernis fugiūt supra terrā: ⁊
inueniunᷣ mortua hic ⁊ ibi. Ex q̄b⁹ oībus fumi ⁊ vapores
putridi resoluti aerē ascendūt tracti a caliditate solis vel a
distātibus partibus: aliqñ vētus portat ad ip̄m vt a parti-
bus ethiopie vsq; ad terrā Gal. tepiditate eius corrupti ⁊
mixti aeri ex sua natura imputrescibili ꝓpter simplicitatē
ip̄m inficiunt: ⁊ reddūt corruptū ad modū corruptionis aq̄
remollitiōis fetide: vt est aqua in qua remolliunᷣ ad matu
rationē canapes ⁊ lina: vt dixit Abo. et ꝙ istis duab⁹ vlti-
mis causis accidit aeri dispositio epidimiaca seu pestilēs
ait Gal. Quas ꝯstantinus aduertēs notificauit epidimiā
Definitio sic. Epidimia est mutatio aeris in putredinē vl' in pessimā
epidimie. q̄litatē: maxīe ꝟo ꝓpter vltimā cām ⁊ corruptionē substā-
tie: vt innuere videtᷣ Aboa. cū dicit. Pestilētia ē corruptio
adueniēs seu accidēs aeri sil'is corruptioni aq̄ remollitio-
nis fetide: q̄d equidē cōfirmauit: cū dixit ꝙ febris pestilen-
tialis plurimū est perdēs: si nō sit confirmata putredo: q̄ si
cōfirmata fuerit est mortalis oīno. Q̄d etiā cōfirmare vi-
detᷣ cōmētator Jo. alexādrin⁹ cū distinxit morbū epidimi-
cū in mortificationē ante: ⁊ in mortificantē: ⁊ cā est: q̄ talis
aer corruptus in substātia nō solū corrūpit aīalia: sed etiā
vegetabilia. Calefact⁹ ꝟo ⁊ infrigidat⁹ plurimū nō corrū-
pit: sed alterat ⁊ immutat: q̄re sapit de natura vndimici nō
epidimialis: sed pestilētis: sunt enim hec sinonima inter se
differētia sicut genus ⁊ species. Q̄d innuit cōmētator Jo.
epidimiaꝝ cū diuidit al's epidimicū morbū dicēs. Morb⁹
epidimic⁹ alius est salubris: alius pestilens. Cūq; aer sit in
substantia corruptus factus pestilens corpora nostra con
tingit: infra oīa q̄ disposita inueniunᷣ ei⁹ imp̄ssioni: q̄ sint
debilitata ex multo coitu ꝓprie: et malis plena hūorib⁹ nō
hñ trāspirabilia: q̄ dēsoꝝ poroꝝ dilatatoꝝ: m'te dilatatio-
nis ⁊ exercitij addētiū ad necessitatē ⁊ ad attractionē mul
tā aeris ꝓprius indisposita p̄mittens: ⁊ p̄uenit inspissatus
per anhelitū ⁊ p̄ poros attractus ad cor: ⁊ primo cōplexio-
nē sp̄ūs qui est in ip̄o: ⁊ putrescit sanguis ⁊ sp̄ūs q̄ est circū
dās ip̄m: vt qui est in arterijs ⁊ venis circūdās ip̄m ꝓpter
dispositionē suā. Inquit eñ Gal. nulla cārū actiuaꝝ age- Galenus.
re apta nata est sine patientis aptitudine: ⁊ aptitudo eius
est: vt q̄ ex malis sit generat⁹ cibarijs. Ait eñ ip̄e: nulli du
biū est malū cibū malū generare sanguinē: ⁊ malū sangui-
nem malū generare morbū: et cibarijs cachochimijs in eo
multiplicātibus aquositatē ⁊ humorē crudū: vñ Gal. dixit
abstinere aū t op; a cachochimijs edulijs: manet aūt in ve
nis diu ex eis aggregatus humor: qui cū aliqua occasione
in putredinē venerit febres operatᷣ mali humores q̄ ꝓprie
sunt pestilentes: ⁊ accenditur caliditas egressa a natura: ⁊
spargitᷣ in corpore toto cū cōtinuitate absq; intermissione.
Si eñ putredo que in venis ⁊ apostematibus continuā fe
brem accendit: q̄ continue putridā fuliginē mittit ad cor
multo magis hec cōtinuā faciet: cū sit fundata in sp̄ū cor-
dis in corpore ei⁹: q̄d circūdādo semp̄ attingit: ⁊ sic fiet fe-
bris pestilētialis a tali ꝯplemēto inter putridas numera-
ta: licet p̄ma cā sit ephimeralis ⁊ ꝓcatartica: vt est dictū su
peri⁹: ⁊ trāsit de corp̄e in corp⁹ dispositū: maxīe si in loco al
to vel sub lēto locetᷣ: sicut ⁊ alij morbi ꝯtagiosi: vñ Gal. ait:
⁊ demū vicinarijs his q̄ pestilētiā patiunᷣ fallax est. ¶ Si-
gna fe. pestilētialis sunt ei⁹ cāe q̄ sunt signa ip̄i⁹ fe. Signo- De signis
rum aūt pestilētie quedā sumunᷣ a cā: q̄dā ab effectu. A cā pestilētia-
nā a cā ꝓuenit intētio dispositiōis ⁊ febris: vt dixit Aboa- lis febr.
li. Et sunt: nā siquidē cā pestilētie sit manifesta ⁊ tp̄alis: vi
debis tp̄a mutata valde a natura sua: et ineq̄lia fieri: ⁊ au-
tūnalia: q̄d est: q̄ multiplicanᷣ in p̄ncipio autūni vsq; ad
ei⁹ plurimū: ⁊ videbis cursum stellaꝝ ⁊ flāmas ignis mul-
tas in aere cū multa ineq̄litate: cōsequēter in estate ⁊ in po
stremo ei⁹ magis. Et videbis paucitatē pluuie in vere pre-
cedēte ⁊ frigore: deinde multiplicabitᷣ auster: ⁊ turbabitur
aer aliq̄t dieb⁹: deinde clarificabitᷣ: ⁊ in die caliditas mul-
ta: ⁊ in nocte frigus: vel etiā si nō sit multe caliditatis: sed
est multe ineq̄litatis ⁊ turbatiōis ex nebulis exiccatis: ita
vt expectetᷣ pluuia: ⁊ nō pluit: ⁊ in aeris velaminib⁹ fiūt plu
uie sicut puluis ⁊ pruina: tūc eñ iudica pestilentiā. Et cum
hyeme accidet l; raro videbis multiplicare austrū ⁊ subso-
lanū dieb⁹ aliq̄t: ⁊ turbinē magnā donec expectetᷣ pluuia: ⁊
nō pluit: tūc eñ cōplexio aeris erit corrupta. Et cū accidit
in vere: l; rarissime qm̄ est sanissimū de se et minime morti-
ferū: vt dixit Hip. tp̄s erit australe: et multe caliditatis vel
frigiditatis ⁊ siccitatis: m'tiplicanᷣ variole ⁊ morbilli ⁊ ra
ro fe. ⁊ cū sit erit paruissima: vt Hippo. dixit. Si etiā sit pu-
tredo ⁊ corruptio terre in ea cū fetore videbis putredines
dictas supra: ⁊ erit ī eis feb. apprehēsa. Sed siq̄dē cā pesti-
lētie sit occulta signa ip̄ius ab effectu sunt sumēda: et sunt
q̄ videbis aīalia gñata ex corruptiōe multiplicari in ter-
ra vt vermes ranas et muscas: et si sit a causa subterranea
videbis reptilia habitātia i cauernis exire ad sup̄ficiē ter-
re: ⁊ dimittere oua sua: et aliqñ mori. Et si est a cā celesti si-
militer volatilia. ¶ Signa ꝟo ip̄i⁹ fe. p̄ma sunt q̄ ab essen- De signis
tia ei⁹ et a qualitate mutata ad tactū sumunᷣ. Et sunt qm̄ febr.
vt dixit Aboa. caliditas ei⁹ est vehemēs interi⁹ p̄turbās ⁊
inflāmās: exteri⁹ ꝟo suauis: eo ꝙ suā radicē h; intra cor vt
in spiritib⁹ ei⁹ ⁊ extra ip̄m: vt in hūorib⁹ circūdantib⁹ ip̄m
⁊ ꝓinde p̄turbatū est: ⁊ perdens plurimū: ⁊ ꝓprie cū putre-
do eius fuerit cōfirmata que ex fetore anhelitus habet co-
gnosci: tūc eñ cū deijciat ꝟtutē vite spiritū et calorē inna-
tum ad exteriora feb. expādi non valet: vt ea inflāmet val-
de. Et ꝓinde exterius est suauis adeo vt qñq; de his febri-
bus pestilētialibus sit a causa in qua nō percipit eger: nec
tangens ꝓpinquus multitudinē caloris. Et nō alteratur Pulsus ⁊
pulsus nec vrina alteratiōe: imo qñq; est vrina sana: ⁊ infir vrina.
mus ad mortē velocē tendit. Et hesitāt medici in esse eius:
q̄d equidē cōtingit ꝓpter debilitatē caloris ⁊ sp̄ūs in radi-
ce non potētis se extendere ad exteriora: in q̄b⁹ percipi ha
bet calor ⁊ pulsus: ⁊ ꝓpterea nō apparet multū alteratus:
q̄ velox ⁊ spissus: licet caliditas interi⁹ multa sit a qua plu
rimū pulsus ꝓcedit. Sed quare vrina in eo sana sit Aboa.
euidenter ostendit cū dixit. Et imparec non est virtus nu-
triēdi tantū: ita vt dicamus q̄ ; diu virtus nutriēdi affuerit:
erit viuū: ⁊ cum destruetᷣ: erit mortuū: qm̄ hoc ipsum verbū

si virtuti afferemus nutritiue: fortasse em̄ plerūq; remane-
bit eiꝰ opatio in epate ꝛ venis: ꝛ mēbrū .s. cor tēdit ad mor-
tem. Et quidē vehemētia eiꝰ interius cū impotētia expan
dēdi ad extra cognoscit cū respiratione grādi et caliditate
percepta in ea cū inquietudine ꝛ angustia. Qđ est: q2 ma-
gnitudo anhelitus ꝛ latitudo pectoris minorat ꝛ coartat:
et est sitis ꝛ siccitas lingue cū nigredine multa cū pustulis
in labijs ꝛ alcola in eis ꝛ lingua. Et ex signis eiꝰ duo sunt
q̄ ex actione lesa sumant cordis principalr patiētis in ipa:
vt est debilitas: tremor cordis; et pulsus: et anhelitus sm
plurimū fit frequēs ꝛ paruꝰ: ꝛ fit vehemēs in nocte: et au-
gmentat cū sua magnitudine febris huiꝰ ꝛ incēssione suoꝝ
accidentiū pducit ad sincopim frigiditatē extremoꝝ spas-
mū ꝛ alcuzez. Et ex lesione accidentiū alioꝝ mēbroꝝ cōpa-
tientiū illi ex vicinitate ppiqua: qđ est q2 accidit tussis sic-
ca: fortis malitia anhelitꝰ ppter cōpassionē pectoris ꝛ pul
monis ꝛ siccitatē. Et accidit dolor oris stomachi nausea: ꝛ
casus appetitus ppter cōpassionē stomachi: ꝛ pmixtio ra-
tionis vigilie vel subeth ppter vicinitatē ꝛ colligātiā cere
bri: et magnitudo splenis. Et qn̄q; accidit dispositio sicut
hydropisis ppter cōpassione splenis ꝛ epatis colligātiā ex
vicinitate lōginqua: qđ est q2 antecedit corporis mollifica-
tio: tepor ꝛ debilitas ipiꝰ in qua stat: vt nō loquat: nec sen-
tiat: ꝛ accidit vt plurimū pasticia. Et aliqn̄ bothor subalbi
da ꝛ rubea ꝛ liuida: quas papulas vocat vulgus: si in toto
corpore sit diffusa: ꝛ apostemata mala ꝛ fraudulēta: ꝛ qn̄q;
est velocis apparitionis: ꝛ velocis occultationis. Et ex si-
gnis eiꝰ tria sūt q̄ sumunt ex exeūtibꝰ: qđ ē q2 egestio est le-
nis nō naturalis: q2 spumosa fetida ꝛ liq̄facta ꝛ vnctuosa:
ꝛ qn̄q; est melācholica: ꝛ accidit qn̄q; fluxus vētris choleri
cus ꝛ alioꝝ hūoꝝ: ꝛ multotiēs euomit patiēs melācholiā
ꝛ cholerā post illā. Et vrina ē aquosa vel cholerica: vel me
lancholica in principio: ꝛ in pcessu sana: ꝛ sudor si adsit est
fetidus. Et sunt plurimū que emittunt fetida et corrupta.

De cura. ¶ Cura. Medicatio cōueniēs huic feb. sicut ꝛ alijs pestilē
tialibꝰ morbis est sm duplicē modū: scz preseruatiuū ꝛ cu-
ratiuū. Cū em̄ earū dispositio duobꝰ modis existat: q2 aut
putredo eiꝰ existit cōfirmata in corde: ꝛ tūc simpliciter est
mortalis: aut nondū est cōfirmata: sed est in via vt cōfirme
tur: ꝛ ppue q2 pestilentia non cessat imprimere: ꝛ dispositio
corporis sit apta recipere: quo casu est possibilis cura: vt su
perius dictū est. Et quidē cura cōueniēs morbo existēte in
fieri dr̄ esse cōmixta ex causa curatiua ꝛ preuisiua. Et Ga-
lenus ostendit pro tanto q medicatio cōueniēs ꝛ cōpleta
huic feb. opz q sit sm duplicē modū: curatiuū ꝛ preuisiuū:
maxime cū malitia pestilētie tā grandis sit vehemētis im-
pressionis q dn̄ij rerū necessariarū superexcedit impressionē
vt Gal. dixit. Opz ergo curando impressionē eius seu mor
bum impressum ab ea insimul preuidere periculū ipressio-
nis ipius: ne ad terminū cōfirmationis attingat. Inq̄t em̄
Hippocr. Hippo. nōne illius est vt futurū periculū oīno phibeat: vł
vt saltē competenti adminiculo tolerabilius fiat? Ut ergo
vtrūq; modū ꝯprehēdamꝰ insimul scias q medicatio taliū
febriū i q̄tuor rebꝰ ꝯsistit. In abscissiōe cāe: alteratiōe febri-
lis discrasie: in regimine cibi ꝛ potꝰ ꝛ aliaꝝ rerū nō natura-
lium: ꝛ in accidentiū correctione. Abscissio cause est pmi-
tiue antecedētis ꝛ cōiuncte. Pmitiue abscissio ꝛ antece-
dētis ad modū preuisiōis ptingit. Cōplet aūt dupliciter:
cū his q̄ auferūt cām pmitiuā ꝛ aerē pestilentē pmo: scđo
vero cū his q̄ abscindūt cām antecedētē ꝛ corporis disposi-
tionē. Cause pmitiue aeris pestilētis dupliciter fit abla-
tio. Uno mō mutatiōe patiētis de regione in regionē: vł de
ciuitate in ciuitatē: si possibile est: et ppue si ex formis celi
pueniat pestilētia: cū non cōmode possibile sit aliter reme-
diatio eiꝰ nisi rectificatiōe corpis ꝛ dispositionis eiꝰ amo-
tiōe: ob quā nō euadit oīno cū fortis ipressiōis est: vel saltē
vbi possibile nō sit fiat de loco in locū. Et siq̄dē ex cā celesti
euenerit: mutet a loco ad locū ifimū ciuitatꝭ vł domꝰ: si vero
ex cā terrestri manifesta vł occulta: mutet in altū. Et cū nō
sufficiat ad cautelā ē necessariꝰ modꝰ secūdus. Et ē vt cor-
rigat aer: ꝛ mūdificet: si est corruptꝰ: ꝛ alteret quoq; si i qua
Aeris cor- litatē pessimā sit mutatus. Mundificationis correctio hz
ruptiōi re- cōpleri cū his q̄ a cōplexione eiꝰ habēt substātiā rectifica-
sistentia. re ꝛ depurare: ꝛ q̄ a ppietate sił ꝛ ꝯplexiōe. A ꝯplexiōe sūt
solis ingressio in domū: ꝛ ignis accēsio. Inq̄t em̄ Abo. ipe
scz sol solꝰ est q̄ rectificat aerē calefactione et exiccatione;

hoc facit mlto magꝭ ignis. Et ex illis est vinū vinosuz anti
quū odoriferū: cū ex eo nares os manꝰ ꝛ facies abluit: ꝛ ali
q̄d sorbeatur: purificat aīam: spūs ꝯfortat vt ꝯtra fugent.
Sunt q̄z frigida ꝛ sicca oīa q̄ corruptioni resistunt aspersa
vallata ꝛ suspēsa in camera: ꝛ q̄quo mō locata: vt est acetū
ꝛ proprie acetosa oīa: ꝛ proprie cum aqua ro. mixta: ꝛ oīa
exiccantia aeris humiditatem atq; putredinem. A ppie
tate vero sūt odorifera oīa: ꝛ aromatica sił situata p eūdē
modum: ꝛ suffumigata ꝛ odorata bibita ꝛ comesta: si enim
corruptio vaporē emittat fetidum qui spūs inficiendo cō-
tristat: ꝛ deijcit: ꝛ mortificat: odorifera cū sint contraria illi
viuificāt ꝛ cōfortant. Sintq; cordialia pportionata spiri-
tibus virtutes nostras ꝛ calorē innatuz qui eius est instru
mentū cōfortātibus: cuiꝰ est superflua mūdificare: ꝛ aduc-
niente peste ꝛ qualitatis eiꝰ nocumentū repellere: vaporē
resoluere: atq; ꝯsumere materiaz eius: vt Gal. dixit maxi-
me ꝯuenientia erūt ꝛ propria. Et ex illis sunt frigida exic-
cantia: ꝛ proprie cū mutatio eius fit in pessimam qualitatē
calidā siue ex putrediē: siue absq;: vt sunt rose: myrte: folia
sandali: ꝛ cāphora. Et irroratiōes cuz aquis eorum mixtis
cum aceto ppue ꝛ emanationes ipsarum ꝛ aliarum: vt cō-
riandri: nenufaris: corticū granatorum: pirorum redolen-
tium ꝛ pomoꝝ ꝛ citrinoꝝ ꝛ ebani. Et alchechengi: tamari
sci: ribes: ꝛ siliū: ꝛ hoc in sanis ꝛ febriētibus proprie. Et ex
illis sunt calida ꝛ sicca: ꝛ ppue cū alteratio sit in pessimaz
qualitatē frigidā: vt sunt ex simplicibus xiloaloes, cruduz
thus: ambra: muscꝰ: costū dulce: storax: ꝛ sādaraca: alagar.
mastix: ꝛ glutē albotin: laudanū: mel: ꝛ crocus: iuniperus:
ꝛ cypressus: ciperum: ꝛ squinantum: sauine: acorus: et ga-
lia: amig. amare: pulegium: origanuz: ꝛ laurus proprie. Et
ex appropriatꝭ sunt poma citri: flores ꝛ folia eius: ꝛ q̄ illiꝰ
sunt generis: vt limones magni ꝛ parui q̄m rectificare ha-
bent corruptionē aeris: sicut dixit Abo. Et ex illis sunt cō
posita ex istis ꝛ sił'ia: ꝛ hoc in sanis ꝛ algoratis non calefa
ctis ꝛ febriētibꝰ. Secūda cōpletur cū his que abscindunt
cām antecedentem ꝛ corporis dispositionem. Cām antece
dētē vt humoꝝ est repletio cachochimicorū: sicut euacua
tio cū flebotomia: si cum peccato sanguis fuerit: vel phar-
macia: si absq;. Et cū clystenbus vomitiuis ꝛ digestiuis p-
prie cū syrupo acetoso ꝛ euacuationibꝰ cū medicinis alijs
sudorē ac vrinaz puocantibꝰ. Et dieta sicca ꝛ extenuatiua
in oībus quā infra Christo duce dicemꝰ. Corporis disposi
tionē abscindūt rarefactiua ꝛ aperitiua maxime q̄ reddūt
corpus bn̄ transpirabile spiritus ꝛ humores ne incidāt in
putredinē ab intranspiratione vēti: que est maxime causa
putredinis sz Gal. Et ex illis est vsus acetosoꝝ in cibis et
potibꝰ q̄ infra dicent et aceti proprie cum resistant proprie
corruptioni. Inq̄t em̄ Abo. aceto aūt in cibo ꝛ potu vti est
a nocumēto ipsiꝰ assecuratio: ꝛ hoc i sanis ꝛ egris: ꝛ febriē Maximū
tibus ac patientibꝰ ex corruptiōe proprie: preseruat eniz sa aceti iuua
nos a pestilētia oī: ꝛ egros qui ab ea sunt capti: ne pcedat mentum.
vlterius impressio eius. Et ex illis sunt cōposita que habēt
phibere putredinē: vt est mitridatū: tyriaca. Et ex parte cō
fectio ex aloe: croco ꝛ myrrha an̄. eq̄liū partiū: cuz ex ea su
mat quaq; die circiter .ʒ.j. ꝛ salis vsus cōmēdatur qđ sitim
nō puocet: ꝛ hꝰ i sanis: ꝛ patiētibꝰ ex frigida q̄litate ꝛ corru
ptione qn̄q;. Abscissio cāe cōiuncte ꝛ humoꝝ putredinis
pertinet ad modū curatiōis: eo quod pestilentia iam impsi
sit: ꝛ corrupit hūores corpis: a q̄bꝰ morbus pestilens ꝛ feb.
depēdet: cui ppue curatio cōpetit. Cōplet aūt cū pdictis
reddētibꝰ corpꝰ ꝛ humores bene trāspirabiles. Et cū his
q̄ corruptionē seu putredinē habēt mundificare a ꝯplexio
ne ꝛ a ppietate. Ex q̄bꝰ sunt simplicia ꝛ ꝯposita dicta su-
pra in cura fe. sanguinis ex putredine: ꝛ cinamomū: xiloa-
loes ꝛ sił'ia. Et ex compositis mel ro. ꝛ hierapigra ppue q̄
ex sanguine ducere hz humores putrescibiles: ꝛ alia simi-
lia superius dicta ex digestiuis ꝛ solutiuis ꝛ syrupo aceto-
so agarico ꝛ hmōi. Alteratio febrilis discrasie cōplet cum
rectificātibꝰ aeris putredinem ꝛ caliditatem: ꝛ cū medici-
nis frigidis cordialibus: cū principaliter cor patiat mini-
stratis interius ꝛ exterius sm oēm modū q̄ ex dictis in cu
ra generali febriū ꝛ causonis possunt assumi. Et ex appro-
priatis simplicibus his febribus est lutū armenum: plures
em̄ iam sanati sunt ex pestilētia magna ppter ꝯsuetudinē
bibēdi ipz in vino subtili vt deferat ipsum ad cor: sed sit mi
xtum cum aqua ro. ppter febrem. Regiminis diete ordīa- Dieta.
tio in cibis

tio in cibis ꝛ potib⁹ ꝛ alijs est vt cib⁹ eoꝝ sit ex exiccatiuis
in sanis ꝛ egris oībus. Qualia sunt ex granis ordeaceū: ꝛ
Carnes. ex carnib⁹ perdicū ꝛ auiū paruaꝝ montanaꝝ ꝓparatis cū
aceto: ꝛ cappares cū eo ꝛ siſes. Et si Hipp. in apho. dixit.
Obiectionis remotio. Humide diete oībus febricitātib⁹ ꝯferunt ꝛ nō sicce. dic ꝙ
hoc itelligere opꝫ grā exiccationis humiditatis sup̄flue ꝛ
aquose humoꝝ putrefieri apte nō naturalis ipsoꝝ spūuꝫ
Galenus. ꝛ mēbroꝝ: quā opꝫ dieta cibi ꝛ potus humida naturaliter
cōseruare ꝛ restaurare ex eis virtutē. Inqt em̄ Gal. vt virtus ꝛ nō morbus nutriaẜ dietātur infirmi. Premittantur
aūt lenitētia: sint vero ex acetosis in febritētibus ꝛ sanis ēt:
ꝛ ꝓprie vbi mutatio sit aeris in putredinē: vel in pessimā
qualitatē calidā: qualia sunt ex herbis vt acetosa: allelula:
andachoca: chrisolocāna: atriplices: bliti: portulaca ꝛ ble
Fructus. te. Et ex fructib⁹ vt limones ꝛ citri: acetositas agreste: pruna: ribes: acranee: zarur: poma acria ꝛ maciana: mora mediocriter matura: sumach: granata acria et muza: ꝛ siſia.
sint aūt in pauca q̄ntitate sumpta ꝛ sepe: nisi aliqđ ipediat
accidēs. Corruptiōi aūt necessaria est restauratio cū tēperamēto: dixit Ga. Sintq̄ꝫ rectificata cū aromatib⁹ ꝛ cordialibus dictis supra in corde qm̄ ex pestilētia sunt īfecta: sint
Potus. quoq̄ꝫ alijs ꝯditionib⁹: vt supra dictū est discussa ꝛ electa.
Potus siſr ex frigidis ꝛ acetosis dictis ꝓpue ex aq̄ ordei
frigida cū succis acriū p̄dictoꝝ: ꝛ ꝓprie granatorū vel aceto simplici. Sint aūt in quātitate multa: ne sua paucitate
inflāmēt: vt sitim augeāt: quare attrahēdi aerē necessitas
augmētetur: si nō fuerit qđ prohibeat. Et si indigeat vino
sit albū acerbū: ꝛ ꝯuenīēter mixtū: put feb. exigit: ꝛ tolerat
Motus. dispositio stomachi. Quiescāt vero infirmi ꝛ dormiāt: et
non moueantur oīno: neq̄ꝫ sani nisi tēperate nō superflue:
ne attrahēdi aerem necessitas augeaẜ: ꝛ dormiāt parū: ꝛ vigilent magis: vt caliditas iterior extrahaẜ: nō intus inflāmata longitudine somni amplius intendatur: inanlātur
superflua: ꝛ exiccētur humida ꝛ aquosa ꝛ cruda q̄ inficiendo sanguinē ad putrefactionem disponūt: ꝛ impleātur iuuantibus: put virtus ꝛ dispositio corpis exigit atq̄ꝫ morbi.
Et cōforteẜ verbis ꝛ cōfortantibus cite liberationis: ꝛ sonis cantilenis ꝛ ludis q̄bus animus suus letetur. Inquit
Abo. em̄ Aboaſ. Ex cognitis medicaminib⁹ ē stare cū his a q̄b⁹
delectaẜ. Correctio ṽo accidētiū cōpleẜ cū his q̄ vnicuiq̄ꝫ
ipsoꝝ ꝯueniūt: vt inq̄etudo ꝛ angustia corrigaẜ cū fricationibus fomētis ꝛ calefactionib⁹ extremis: ꝛ maxime si frigida sint: ꝛ ex alijs dictis supra in ephimeris q̄ ad exteriora
trahūt calorē. Siccitas ṽo oris ꝛ lingue atq̄ꝫ nigredo corrigatur: vt supra in caplo generalis curationis est dictum.
Et bothor eius cū aqua malue: lilij ꝛ ex inunctiōe ex axūgia galline vel oleo amigdalino et alchola eius corrigaẜ
cū ablutione ex aceto vel cū aqua geleniabin vel folioruꝫ
lingue arietis: deinde cū rob mori myrte lentisci ꝛ masticatione: ꝛ siſr debilitas tremor: ꝛ pulsus cordis ꝛ sincopis cū
cibis corrigatur potibus ꝛ medicinis hic supradictis ꝛ in
cura cordis. Nausea vero ꝛ casus appetitus cū medicinis
ꝯfortātibus stomachū itus ꝛ extra ꝛ per oēm modū supra
in cura stomachi dictis: ꝛ cū cibatione ꝛ ꝯfortatione illorum supra cibū. Et cām dixit Aboa. qm̄ plurimū eorū qui
viriliter agunt comedūtq̄ꝫ violēter saluantur: ꝛ viuunt: vt
intelligat viriliter ẜ virtutis potētiā digerētis: ꝛ violēter
ẜm corpis indigentiā: vt q̄ parū ꝛ sepe comedāt: vt est di-
ij. Aphoꝝ. ctū: ꝛ sic sustentetur nō refocilletur: nō pura enim corpora
quātomagis nutries magis ledes dixit Hip. Opꝫ aūt cibū esse delectabilem restauratiuū spirituū ꝓprie ꝛ cōfortatiuum cordis alterādo ꝛ confortando cōplexionem eoruꝫ
que principaẜr fuit corrupta nō substātia: q̄ tūc nō mane-
Uita est in spū vt ī radice. retvita: vita enim est in spiritu vt in radice: dixit Abo. qua
destructa per corruptionem vita cessabit ꝛ ꝓprie si corrupta sit totaliter. Dixit enim Gal. Mors non accidit nisi p
Mors nō accidit nisi p intemperamentū cordis. intemperamentū cōplexionis cordis: talis aūt est ex predictis carnibus ꝛ vinis ꝛ alijs cordialib⁹ supradictis in corde. Spasmatis vero ꝛ alcuzeꝫ cū inūctionibus ex oleis humectantibus vt ex viol. ꝛ amigd. dul. Et siſr tussis sicca et
malicia anhelitus cū retentiōe in ore humectantiū vt diadrag. cū seminibus cōibus penidijs rob. viol. cū aqua tutubarū ordeacea ꝛ similibus. Permixtio vero rationis vigilie ꝛ subeth sicut supra in capitulis proprijs dictum est.
Et similiter magnitudo splenis: ꝛ debilitas epatis: mollificatio quoq̄ꝫ corpis: tepor ꝛ debilitas in q̄ stat: nec loquitur: nec mouetur: nec sentit: corrigaẜ vt stupor: congelationis enim accidentia ꝛ stuporis eadeꝫ fiunt: vnde Gal. stu-
Stupor quid. por est cū eger nō sentit: nec moueẜ: nec loquitur: ẜ oculis
apertis tanq̄ꝫ timidus tacet. Papule vero cum rectificatione putredinis corrigantur: prout est dictum. Et similiter vomitus ꝛ fluxus: prout superius est dictum.



Sciuisti ꝙ variole pasticiū ꝛ morbilli ex genere
sunt pestilentiosorum morboꝝ ꝛ apostematū
paruorū: quia bothor. Et qđ eorum causa exterior seu euentus est plurimū in tēporib⁹ humidis ꝛ calidis valde: ꝛ ꝓprie i vere ꝛ autūno:
cū natura eoꝝ in austrinā fuerit permutata: ꝛ in alijs non
Cause. similibus circūstantijs in cōtrarijs quoq̄ꝫ rarius. Et causa
interior est duplex: materialis ꝛ efficiēs. Materialis est repletio sanguinis seu corpis plectoria. Efficiēs ē mutatio
aeris nō ī putredinē sue substātie magnā: sed poti⁹ ī qualitatē pessimā calidā valde ac humidā supradictā. Cū em̄
aer ꝛ ꝓprie supradictorū tēporū fuerit sic mutatus: attingatq̄ꝫ corpus repletū sanguine in eo ebulitionem ꝛ turbationem inducit: ꝛ q̄nq̄ꝫ putredinem accendentem sinochā
plurimū inflatiuam: q̄nq̄ꝫ putredinem: in qua grossum et
subtile qđ cuꝫ existit in eo: siue sit a gñatione ex menstruis
reseruatis in venis ꝛ poris: siue ex malis nutriētibus prouocatum sequestratur a puro eius. Queadmodū est videre in venis nouis ebuliētib⁹ ex caliditate ꝓpria: ꝛ maxime
exteriori reseruata in eis: in quib⁹ fex ꝛ spuma sequestraẜ
ab eis vt superflua illis remanētib⁹ depuratis. Cunq̄ꝫ talia sequestrata nature bñficio quodāmodo cretico expellantur de venis ꝛ sanguine effundentur per vniuersa cōsimilia mēbra corporis occulta ꝛ manifesta: ꝛ ꝓ parte ad cutē auxilio qualitatis aeris attrahētis ad ipsaꝫ: ꝛ ex grosso
sanguinis in ea ẜm diuersum ei⁹ diffuso: ꝛ in illis etiā mēbris ex eo vt in velaminib⁹ neruis collectio fiat: gñabunẜ
in eis variole: ꝛ ex subtili cholerico ꝛ spumoso morbilli: ꝛ ex
pte alia si q̄ corrupta sit in cute pasticiū. Et qđ nutriētia q̄
talem sanguinē gñare habēt ꝛ facere incidere in variolas
sunt gñaliter calida ꝛ humida: ꝛ ꝓprie q̄ rarificāt substantiā sanguinis: ꝛ eū faciūt ebulire: ꝛ ꝓprie cū administrenẜ
super ea cibi ꝛ medicina calefacientes: sicut lac camelarū
ꝛ equarū: ꝛ ꝓprie cū multū ex eo sumptū fuerit ꝛ insuctuꝫ
ꝛ super ipm bibunt vinū plurimū ꝛ medicinas calidas ex
Uariolaꝝ diuersitas multiplex. specieb⁹: vt electuaria tragena ꝛ similia. Et quidē diuersificanẜ variole rōne substantie: rōne coloris: rōne quātitatis: rōne loci: rōne exitus: rōne finis ꝛ terminatiōis. Rōne
substātie: nā quedā sunt dure ꝛ viscose: quedā tenere ꝛ molles. Rōne coloris: nā quedā sunt de eis rubee citrine ꝛ albe: ꝛ de eis sunt virides: ꝛ de eis sunt violate: ꝛ de eis sunt
declinātes ad rubedinē. Rōne quātitatis cōtinue scꝫ ꝛ discrete. Cōtinue nā de eis quedā sunt magne late ꝛ cōiuncte: ita ꝙ vna ingrediaẜ aliā: ꝛ de eis sunt parue rotunde ꝛ
distincte. Discrete nā de eis sūt multe ꝛ pauce. Rōne loci
nā de eis sunt q̄ sūt plus i capite facie pectore ꝛ vētre: ꝛ de
eis sunt q̄ fiūt in extremitatib⁹ magis. Rōne exit⁹ nā đ eis
sunt q̄ sunt velocis aptionis ꝛ exit⁹: ꝛ de eis sunt q̄ tarde:
ꝛ de eis sunt q̄ sunt diuerse: nā nūc apparēt: nūc occultāẜ:
nūc sunt vni⁹ coloris: nūc apparēt alteri⁹. Et de eis sunt q̄
semel exeūt ꝛ apparēt: ꝛ que apparēt bis: ꝛ de eis sunt que
apparent ꝛ exeūt in prima etate: quedā in scđa: vt in iuuētute: q̄dā in prima senectute lꝫ parum. Rōne accidētiū: nā
de eis ꝛ morbillis sunt q̄ sunt cū leui febre: ꝛ q̄ cū forti Et đ
eis sunt quas feb. antecedit: ꝛ de eis sunt quas feb. sequiẜ.
Et de eis sūt que sunt cū accidentibus bonis ꝛ fortitudine virtutis ꝛ appetitus bonitate: ꝛ anhelitus facilitate et
vocis: ꝛ absq̄ꝫ siti magna ꝛ angustia et cōtinua. Et cū pulsu forti et vrina sanguinea ēt rubea et absq̄ꝫ dolore gutturis. Et de eis sunt q̄ sunt cū accidentibus prauis cōtrarijs
dictis ꝛ ꝓprie: ꝛ maxime si fuerint cū malicia anhelitus et
angustia raucedine vocis ꝛ sincopi et extremorū frigiditate: qm̄ sunt ex deterioribus signis. Rōne finis et terminationis: nā quedā sūt que resoluunẜ: quedā que maturanẜ
ꝛ emittunt saniem ꝛ faciunt crustā: ꝛ cadunt: ꝛ de eis sunt
que vlcerant: de eis sunt que dimittūt concauitates vlcerum ꝛ vestigia: et quedam cito: ꝛ quedam tarde. Et ex eis
sunt que delitescunt ꝛ occultantur. Et quedā permutanẜ
ad phegmonē ꝛ sare. Ex quibus omnibus iudicia habes:
nam que in principio sunt molles et tenere: et in principio

apparitiōis sunt rubei colo⁊ ad modū phlegmōis: deinde dealbant⁊ ⁊ sanant⁊: nec variant⁊ i colore. Et q̄ sunt pue ⁊ rotūde distincte non multe. Et que ex eis sunt in extremitatib⁹ mag⁊: ⁊ pauce i facie: nec i oculis narib⁹ ore ⁊ gutture. Et q̄ sunt velocis apertiōis exitusq̄ cōtinui: nec occultātur Et q̄ semel apparēt ⁊ i p̄ia etate infantie vl' pueritie. Et q̄ sunt nō cū prauis accidētibus ⁊ similiter morbilli. Et q̄ cū leui febre: ⁊ antecedit feb. eos ⁊ cū apertione ipsorū minuit⁊: ⁊ sunt cū virtutis cōstātia: ⁊ bonitate appetit⁹: et cū bonitate ahelit⁹ ⁊ facilitate vocis absq̄ siti ⁊ angustia vl' magna ⁊ ꝯtinua ⁊ pulsu ⁊ vrina dictis: ⁊ absq̄ aliq̄ alio accidēte malo sunt bone: in q̄bus salutis fiducia expectatur. Significāt em̄ materie bonitatem cum subtilitate et obediētia ad naturam ⁊ nature ipsius potentiā in nocentibus expellendis. Que ℣o ex eis fuerint cū contrarijs: vt q: sunt dure ⁊ viscose ⁊ citrini colo⁊ vl' violacei vl' declināntis ad nigredinē vel varij coloris: ⁊ sunt magne late coniuncte: quarū vna ingreditur alteram: multeq̄ sunt in capite facie ⁊ ꝓpe in oculis naribus ⁊ gutture. Et q̄ sunt tarde aptiōis ⁊ exit⁹ ⁊ diuersi q: nūc appent: nūc delitescūt: ⁊ occultant⁊. q̄ plures eueniūt in scda vel tertia etate sunt male oēs. Ondūt em̄ materiā malā grossā ⁊ viscosā ⁊ diuersā et multū nature rebellē: ⁊ ipsam defectam si sint cū accidentibus malis: q: fe. ex eis nō minuit⁊: imo auget⁊: ⁊ qnq̄ succedit. Et q̄ sunt cū malitia anhelit⁹ ⁊ āgustia eius ⁊ vocis asꝑitate grauedine mixta: ⁊ cū siti ⁊ angustia ei⁹ magna ⁊ cōtinua inq̄etudine cū debilitate ℣tutis ꝓp̄ie casu appetit⁹ q: cū sincopi ⁊ frigiditate extremo⁊ ⁊ pulsu interfecto: ⁊ vrina q̄si nigra ⁊ fluxu vētris cū rasura sanguineo vel liuido: siue variole sint: siue morbilli pessime sunt: ⁊ mortis significatiue ꝑ magis ⁊ min⁹ ꝓpinque. ¶ Signa earū variola⁊ quedam sunt cōia eis ⁊ morbillis: quo⁊ quedam sunt pronostica: quedā demōstratiua: ⁊ quedā rememoratiua: quedā vero distictiua inter variolas ⁊ morbillos. Pronostica āncedētia illos ⁊ morbillos precedentia eos sunt signa plectorie ⁊ sanguis repletiōis cōturbati nō minorate more solito supius dicto in sinocha. Et sunt dolor dorsi: pruritus in naso cū rubore: ⁊ in facie ⁊ in oculis: ⁊ lachryme cū inflatiōe: ⁊ timor in somno: ⁊ phātasia⁊ rubea⁊ visio: grauitas cū pūctiōe in mēbris corporis: multitudo alicū ⁊ saltuū cū cōstrictione anhelitus: raucedo vocis: ⁊ grossities sputi: ⁊ grauitas capit⁊ cū dolore: ⁊ calefactio oris cū exiccatiōe ⁊ siti: āgustia ⁊ inq̄etudo: dolor in gutture: ⁊ tremor pedū apō resupinatione ⁊ declatiōe ad ipā⁊: ⁊ cū his fe. cōclusa. ¶ Signa ℣o demōstratiua ⁊ ostēdentia ipas: ⁊ in pn̄ti apparētia sunt: qm̄ cū icipiūt apparere faciūt accidēre pruritū: deīde apparēt res sicut capita acuū in cute: ⁊ deinde sicut mordicatiōes pulicū: deīde augent⁊: ⁊ fiunt siles millio: deīde egrediunt⁊ cū totalitate sua: deīde replent⁊ saniē ⁊ ꝓp̄ie variole: deīde exiccant⁊ ⁊ cadūt: morbilli ℣o resoluunt⁊ ⁊ euanescūt. Rememoratiā sunt ꝯcauitates remanētes in mēbris: ⁊ eo⁊ vestigia ⁊ ꝓp̄ie variola⁊: ⁊ qnq̄ dimittūt cecitatē: ⁊ i narib⁹ vlcera: morbilli ℣o nō dimittūt infectiōes necq̄ vestigia: cū mā eo⁊ sit āpta resolui: ⁊ ꝓinde nō sunt eo⁊ signa rememoratiua. ¶ Signa ℣o distictiua iter variolas ⁊ morbillos multipliciter sumi hn̄t ex materia: ⁊ ex parte apertiōis ex forma ⁊ quantitate ex situ: ⁊ cum cōicantib⁹ eorūdē. Ex materia quidē: nā generatio variolarū est ꝓpter multitudinē sanguinis grossi ⁊ corrupti: ⁊ ꝓinde dolor ⁊ grauedo in dorso maior propter venam magnam extinde tēsam in eo quā replet sanguinis multitudo. Generatio vero morbillo⁊ est propter vehemētē malitiā sanguinis corrupti vel nō corrupti: q: cholerici subtilis ⁊ acuti ⁊ pauci: ⁊ ꝓinde iflāmatio ⁊ fe. estuatio est in eis. Ex pte aptiōis ⁊ exitus: nā morbill⁹ egredit⁊ subito ꝑm plurimū: variole vero aliq̄d p⁹ aliq̄d: vt est dictū. Ex forma ⁊ quātitate nā variole sunt eminētes rotūde vel late: ⁊ magne in quātitate: morbilli vero sūt nō eminētes vt ptrāseāt cutē ⁊ i ea faciāt eminētiā: sed sunt diffusi i cute: ⁊ sunt sicut pūcture ⁊ pue quātitatis. Ex situ nā sunt in supiorib⁹ mēbris magis morbilli q̄ variole: l⁊ in oculis accidāt min⁹: ⁊ tñ lachryme sunt eis plures. Ex accidētib⁹ qm̄ angustia inquietudo ⁊ iflāmatio fortior est q̄ in variolis i ipsis morbillis: vt dictū est. ¶ In cura variolarū ⁊ morbillorū duplex ē regimē: cōe scꝫ ⁊ ꝓp̄iū. Cōe vtrisq̄ in tribus reb⁹ cōsistit. In abscissione cause in ordinatiōe regiminis: ⁊ accidētium correctiōe.

De signis variolarū ⁊ morbillo⁊ cōib⁹.

De signis dmōstratiuis.

De signis distinctiuis.

De cura variola⁊.

Operatio medicine ſm Joannitiū ꝯsistit in tribus. Jn exhibitiōe sex rer non naturaliū: potione ⁊ chirurgia. Jsta ꝓpositio scripta est a Joānitio in fine sui libri: ⁊ illa ꝯfirmatur ab Auicēna li. j. Opatio medicine est triū: nature tanq̄ agens pncipalis: medici tanq̄ ministri: q: ſm Gal. in tegni: natura oīm est operatrix: medicus vero minister: ⁊ medicina tanq̄ instrm opatur. Jsta aūt opatio ad corpus humanū refertur solū. vnde Auicēna. Medicina est sciētia qua humani corpis dispositiones ⁊c. Jsta aūt medicina est ꝓpter corpus humanū ꝓpter reparationē duplicis incōmodi cui subijcit: est eñ subiectū trāsmutationis ⁊ alterationis naturalr ⁊. s. repletionis accidētaliter supfluitatū: transmutationis: q: ſm Gal. in tegni. corpus humanū est trāsmutabile ⁊ alterabile. Jsta aūt alteratio et transmutatio inest ei duplici de cā. s. ex parte suor cōponentiū. ⁊ ex parte cōpositionis siue modi componēdi. Ex parte cōponentium dupliciter. s. pmor: vt sunt elementa que ꝓpter ꝯtrarietatē sunt trāsmutabilia: ⁊ reddunt transmutabile corpus ex eis cōpositū. Et secundor vt sunt vel est sanguis menstruus ⁊ spermata ſm Auicen. libr. j. et ſm Gale. lib. de elemētis. vnde si corpus humanū esset cōpositū ex vno elemento nō doleret: ⁊ ideo q: cōpositum est ex quatuor elemētis ꝯtrarijs iest ei dolor trāsmutatio ⁊ corruptio: ⁊ per ꝯsequens q̄tū ad scdm est corruptibile: quia ista spermata sunt liquida fluida ⁊ passibilia: ⁊ per ꝯseqns corpa ex eis cōposita sunt trāsmutabilia. Ex parte modi cōponēdi sunt transmutabilia ⁊ corruptibilia: q: corp⁹ humidū est rare substantie ⁊ passibilis. vñ Gal. scdo de cōplexionibus: ⁊ Auicē. li. j. Nos sumus creati in fine siccitatis ⁊ humiditatis: nec ad tantā coagulationē potuerunt corpora nostra deuenire vt sunt lapides ⁊ metalla. Silr incōmodo subiacet corpus humanū: vt est supflue repletioni accidētali. Jstius aūt duplex est cā. Una est cibor in medicina: q: ſm Jsaac in de febrib⁹: nō est aliqs cibus quin habeat multas supfluitates: ⁊ sup ista supflua natura agit modo tñ indebito. Scda est diete inordinatio: q: ſm Gal. in. vj. apho. filij huius mūdi sunt filij gule: homo eñ ex appetitu gule inordinate viuit. Dieta aūt que est cibi et pot⁹ exhibitio rñdet pmo incōmodo q̄tū ad restaurationem deperditi ſm Galeñ. j. apho. ventres vere ⁊ hyeme ⁊c. nisi eñ esset corpis deperditio: nō indigeremus cibo et potu: ⁊ q̄tum ad alterationem rñdet aer: ⁊ aliqua alia. Et q̄tū ad scdm incōmodum rñdet potio: chirurgia ⁊ euacuatio.

Alteratio ⁊ trāsmutatio inest corpi humano ex duplici cā

Filij hui⁹ mūdi sunt filij gule.

¶ Operatio ergo medicine cū sit ad reparāda incōmoda accidētia corpi humano ex indebita exhibitione sex reruz nō naturalium. ¶ Potio aūt et chirurgia differunt: q: per potionem euacuatur res que facile expellit. Et p chirurgiam q̄ de difficili expellitur. Potio hic sumitur large: ita ꝙ ipsa se extēdit ad oē illud qd assumit tam intra q̄ extra. Jntra vt syrupus electuaria medicine et opiata. Extra sicut emplastrum balneum ⁊ alia. ¶ Unde sciendum est ꝙ balneum est duplex. s. vniuersale ⁊ particulare. Particulare vt cū aliqs se balneat vsq ad ventrē tm sicut in dissinteria: aliqñ vsq ad genua: ⁊ illud dr ꝓprie encatisma. Uniuersale vero est triplex. s. aqueū aereū ⁊ igneū. aqueū est duplex. s. calidū ⁊ frigidū. Calidū fit triplici de cā. s. ad euacuandū: q: ſm Auic. ⁊. Ga. iij. apho. Balneū euacuat ea q̄ corpori ab exterioribus vicinant. ⁊ ad ꝯfortandum: q: ſm Jsaac cap. de amore ſm eos aliqui animant cū intrāt balneū: ⁊ ad ipinguandū: qd dat ethicis ⁊ ꝯsumptis post comestionē per sex horas. pmū facit. s. sua caliditate: scdm sua silitudine cū calido naturali: tertiū sua aptiōe ⁊ attractione: q: apertēdo viā ⁊ attrahēdo nutrimentū ad membra debilia ea impinguat. ¶ Frigidum vero balneū valet ad ꝯfortandum in eis in quibus est calor fortis: potēs resistere ne extinguat: vnde. iiij. apho. Juuene bene carnoso ⁊ terhano. balneū aqueum dr soliū. ¶ Balneū aereū est cū aliqs sedet in tina vacua coopta bene ⁊ a vase in quo sunt herbe decocte per quoddā canale fumus illius decoctionis ad tinā fert. Jstud aūt balneum aereum dicit stupha. Balneum igneū dicitur cum aliquis sedet supra lapides calidos: ⁊ istud balneū valet hydropicis cū ipsos desiccet ⁊ appellat pyria. Et nō tm balneum ab extra exhibet: sed quedā alia sicut epithimata cū succus herbar apponitur. Et cataplasmata cū apponunt succi ⁊ herbe simul cocte. Et embrocatio cū ab alto liquor aliquis infundit. Et emplastrū cum ꝯfectio dura super locum ponit. Et apozima est decoctio ex herbis sup locū posita. ¶ Medicine q̄ extra assumuut diuersificant ſm ꝙ ipe per diuersa foramina administrant: sicut per os ⁊ per nares: ⁊ p oculos: ⁊ per secessum: ⁊ per virgaz: ⁊ per os matricis. ¶ De dieta aūt ſm ꝙ ipsa est exhibitio cibi ⁊ potus ⁊ sex rer nō naturalium determinat Jsaac nō tm in suis dietis: sed etiā in libro de febribus. ⁊ Auic. De chirurgia aūt Rasis Cōstantinus et Auic. ¶ Sed potio siue medicina est duplex. s. simplex et cōposita. de simplicibus determinat Auic. ⁊ de cōpositis determinat Auic. Rasis ⁊ etiam Gal. ⁊ multi alij. Sed q: alij determinauerunt de medicina cōposita multū cōfuse ⁊ nō euidenter. Jdeo Nicolaus cuius librū exponere intēdimus de cōpositis medicinis cā facilitatis artis medicine determinauit sub compendio abbreuiādo que ab alijs prolixe sunt determinata: ⁊ etiam ipse docet modū dispensandi medicinas compositas ⁊c.

Potio et chirurgia differunt.

Balneum duplex.

Balneum vniuersale triplex.

Potio siue medicina est duplex.

Ego Nicolaus rogat⁹ a q̄busdā ⁊c. ¶ Jste liber diuiditur in duas partes. s. pheniū ⁊ executionem. scda incipit ibi. Aurea ⁊c. pma in tres. Jn quarū pma dat cām operationis. Jn secunda dat modū sue operationis. Jn tertia addendo cām finalē captat beniuolentiā. secunda incipit ibi. tria requirūtur. tertia ibi. predicte vero doctrine. Pma istaruz diuiditur in tres. Jn pma dat modū dispensationis. in secūda modū confectionis. in tertia modū cribellationis pulueruz. scda ibi. Conficiēdo. tertia ibi: puluer cribellatio. Secunda har in duas. pmo dat modū ꝯfectionis medicinarū cōpositar. scdo ostendit quare mel in eis ponit. Scda ibi. Trib⁹ nāq de causis ⁊c. ¶ Nota ꝙ bonitas mellis cognoscit ex sex. s. tpe. vnde mel vernale melius est q̄ hyemale: scdo ex colore. vnde mel rubeuz simile auro meli⁹ est alio. tertio ex situ eius: q: mel est terreū: ⁊ ideo cū mel qd est in ꝓfundo sit magis terreū q̄ mel qd est superius: ideo mel qd est in profundo est meli⁹: ⁊ ecōuerso est de oleo: q: oleū cum sit aereuz: ⁊ cū oleū quod est supius est magis aereū: ideo est melius q̄ oleū qd est inferius. Quarto cognoscit ex eius sapore vnde mel q̄to dulcius tāto melius. Quinto ex eius substātia: vnde mel q̄to magis densuz tāto melius. Sexto ex eius origine: vnde mel apum melius est q̄ aliud: ⁊ est melius q̄ mel de canna factū. ¶ Jtem nota qd cribellatio ⁊ puluerizatio idē sunt. Et fit puluis medicinalis subtilis duab⁹ de causis: vna est vt ad remota loca possit transire. scda est vt cito alteret. Silr puluis medicinalis fit grossar partiū duab⁹ de causis: vna est vt diu in stomacho remaneat: ⁊ ibidez diu operetur. secunda cā est ne virtus eius cito euanescat. ¶ Et q: mel est cōpositiuum medicinarum: ideo primo de melle queramus cuius complexionis sit: ⁊ videt ꝙ temperate. Gal. j. apho. supra illuz apho. que crescunt ⁊c. Dicit ꝙ illud quod ab alio decidit simile est ei a quo eleuat: sicut fumus eleuatus a iuuenib⁹ similis est eis: ⁊ fumus eleuatus a senibus similis est eis. Sed mel generatur ex rore celesti: ⁊ ita ab eo eleuatur: sed ros est temperate complexionis: ergo ⁊c. ¶ Jtem de rore duo generantur: scilz manna et mel: sed manna est temperate cōplexionis

Partitio.

Mellis bōitas cognoscitur ex. vj.

Mel cui⁹ sit complexionis q̄ritur.

De rore duo generantur.

rate cōplexionis: ergo ꝛc. ¶ Itē dicet forte ꝗs ꝙ apis facit mel sicut artifex: ꝛ vestigiū cause lucet in suo effectu: cū ergo apis sit terree ꝛ sicce cōplexiōis: mel erit sicr terree ꝛ sicce cōplexiōis: apis enī est terree ꝛ sicce cōplexionis cuȝ sit carēs sanguine: ꝛ cū sit aīal anulosum habens anulos. ¶ Sed ɔtra apis est terree ꝛ sicce cōplexionis: mel est calidū ꝛ siccū ꝫm Aristo. li. de aīalib⁹: ꝗ ꝛc. ¶ Solutio ad hoc ego dico ꝙ mel est calidū ꝛ siccū: ſȝ in quo gradu: ego dico ꝙ Isaac in dictis pticularib⁹ ipm ponit calidū ꝛ siccuȝ in scd̃o gradu: veꝝ est ꝙ ipsuȝ est magis siccū ꝗ̄ calidū: apes enī accipiunt flores ꝛ rorē maxime sup salices ꝛ quercus: ꝛ hec duo simul pistant: ꝛ ex hoc cōposito faciūt mel ꝛ ceraȝ: hoc cōpositum diuidunt in duas partes: vna pars est magis grossa ꝛ viscosa ꝛ est cera: de q̄ipse faciūt domū suā: et alia pars est magis subtilis: ꝛ est mel q̄d est nutrimētum apum: q̄d est sicē apibus in cōplexione. s. calida ꝛ sicca. vñ cū apis separat ab ista massa grossum ꝛ viscosum a subtili: grossum ꝛ viscosum fit cera de qua facit apis domū suā: de subtili aūt q̄d est mel facit nutrimētum suū: vnde mel ꝓpter subtilitatē suā fere hȝ totā naturā aereā illi⁹ masse. Cera enī est humida ꝛ tēperata inter calidū ꝛ frigidū: ideo suuȝ calidū parum resistit frigiditati aeris: ideo ipsa cera cito coagulatur a frigiditate ꝛ a sicco terre infuso vbiq̄ꝫ ꝑ ipsam ꝛ fortiter annexo humido aqueo eius: ꝓpter quam annexionē ipsa cera est viscosa. Sed mel est ca. ꝛ sic. liq̄duȝ vt sit nutrimētum: q: liquidū est cito passibile: ꝛ tale dȝ esse nutrimētum: ꝛ est calidū ꝛ siccū: vt sit nutrimētum apis q̄ est cali. ꝛ sic. Et est mel calidū ex tribus. s. ex materia: ex separatiōe: ꝛ ex artifice. Ex materia: q: massa in qua sunt pistati flores ꝛ ros est calida. Ex separatione: q: pars aerea q̄ est magis calida cadit in mel: ꝛ magis aquea cadit in ceram. Ex artifice: q: apis est calide cōplexionis. ¶ Ex istis tribus eisdē mel est siccū ꝛ est magis siccū ꝗ̄ calidū. ¶ Ad primū cū dicitur q̄d ab aliquo eleuaꝛ est sicē illi ꝛc. Hoc est verum de eo quod ab alio eleuatur sine alteratione: ꝛ per solam decisionē: sed hoc non est verum de eo q̄d eleuaꝛ ab alio per alterationeȝ ꝛ decisionē. ¶ Ad aliud dico ꝙ non est simile: nā manna fit de rore per artē hominis verberando ꝛ nihil miscēdo: sed mel fit de rore ꝑ artē innatam apis ꝛ per alicuius immixtionē. ¶ Ad aliud dico ꝙ duplex est calor viuētib⁹. s. calor cōplexionalis ꝛ calor anime. Calor complexionalis est de substantia corporis viuētis: sed calor anime fluit per corpus: ꝛ iste calor cum spiritu generatur in corde ex sanguine. Ideo loquēdo de ipso calore aīe habētia plus de sanguie hñt plus de illo calore: ꝛ sunt calidiora ꝗ̄ aīalia non habētia sanguinem. Loquēdo tñ de complexionali caliditate, aīal sonans in volando pōt esse calidius ꝗ̄ aliquod animal habēs sanguinē: apis enī sonat in volando propter spiritum percutiētem suū diafragma. Similiter apis inq̄ꝫ tū mixtuȝ multū hȝ de calore cōplexionali: propter quod apis hȝ pinguedinē ꝛ pūctionē calefacictem ꝛ maturanteȝ: vnde apis est animal frigidū: priuatū calore aīe: sed est calidū calore cōplexionali: ꝛ ecōuerso est de porco: ꝛ ideo apis caliditate cōplexionali calefacit: ꝛ maturat apostemata supra que ponitꝛ: calefacit pūgendo aculeo suo: ꝛ calefacit mel quod ipsa facit. ¶ Consequēter queritꝛ ꝓpter quid ponatur mel in medicinis cōpositis. Et ponitur in eis vt eas ꝓseruet ꝛ conseruet a putrefactione. ꝛ videtur ꝙ non sit verum: q: nullum consumptiuum ꝓseruat: sed mel est consumptiuum cum sit calidū ꝛ siccum: ergo ꝛc. ¶ Itē Isaac: mel est acutū ꝛ ita aperitiuū: ſȝ omne tale p̄bet calido extraneo ingressum: ſȝ omne tale est putrefactiuum ꝛ non cōseruatiuū: ergo ꝛc. ¶ Cōsequēter queritur cū quo melius conficianꝛ medicine: aut cū melle: aut cum zuccaro. ꝛ videtur ꝙ cum zuccaro: quia zuccarum est magis temperatum: cum sit calidum in fine primi gradus: ꝛ humidum in medio eiusdem: sicut dixit Isaac: sed mel est siccum in secundo gradu: ergo zuccarū est minus transmutatiuum medicinaꝝ ꝗ̄ mel ꝛ magis medicinale: ergo magis conseruatiuum. Oppositū vult vsus omnium. ¶ Solutio ad primū dico ꝙ mel ponitur in medicinis propter tria. ꝓpter palliationem: q: palliat horribilitatem medicine: sunt enim multe medicine que nisi cum melle conficerenꝛ nō solū inferrēt horribilitatē sensui gustus: sed etiam ceteris membris: quare ab eis nō attraherentur: sed potius repellerenꝛ: operaꝛ enī mel in medicina quod esca in hamo: mēbra enim attrahunt cum dulcedine mellis amaritudinē: ꝑ quam confortantur ꝛ depuranꝛ. Secunda cā quare mel ponitꝛ in medicinis est: vt ipsuȝ medicina mundificet: q: ipsum caliditate sua superfluitates cōsumit: resoluit: ꝛ expellit. Tertia cā est: q: mel conseruat species ꝛ medicinas: q: mel sua viscositate facit medicinas compositas viscosas: qua viscositate nō permittit eas intra euocari vꝛ inuchiri a calido extra. ¶ Ad primū dico ꝙ licȝ in principio cōsumaꝛ: in fine tamen conseruat sua viscositate sicut sal. ¶ Ad aliud dico ꝙ mel est puꝝ acutū: ideo sua viscositas plus valet ad conseruanduȝ ꝗ̄ sua acuitas ad consumendum. ¶ Ad secundum dico: ꝙ syrupus fact⁹ cum melle simpľr melius valet ꝗ̄ factus cū zuccaro: et cā quadruplex est. prima est q: multū viscosum melius cōseruat medicinas cōpositas in syrupo ꝗ̄ zuccarum. Secūdo q: mel est dulcius cū sit dulcius omni re. Tertio: q: mūdificat medicinas magis ꝗ̄ zuccarum: cum sit calidūȝ in secundo gradu: ꝛ zuccarum in fine primi gradus. Quarto: quia melius digeritur ꝗ̄ zuccarum. Et licet syrupus fact⁹ cum melle sit melior simpliciter ad digerēdum: tñ ad confortandum ꝛ infrigidandū melior est syrupus factus cum zuccaro ꝗ̄ cum melle: si tamē volumus digerere: dȝ cōfici cū melle: si volumus infrigidare: cum zuccaro: si volumus vtrunq̄ꝫ: cum vtroq̄ꝫ. ¶ Ad obiectum contra: dico ꝙ licet zuccarum sit temperatiuum: est tñ ꝓpter hoc passibilius ꝛ putrebilius: ideo ipsum minus cōseruat: ꝛ minus valentē reddit syrupum. Et dico ꝙ lȝ mel sit magis acutū ꝗ̄ zuccarum: nō tñ alterat ꝓpter suam actioneȝ medicinas magis nisi tñ quo ad dulcedinem reprimēdo amaritudinē: et nō quantum ad virtutis debilitationē: nisi debilitatio melioret materiam: ꝛ sic soluatur.

Syrupus rosace⁹ sic fit. Accipe rosas recētes ꝛ pone in vase ꝑ se: ꝛ in caldario pone aquam donec bulliat: ꝛ ebullientē supra rosas ꝑdictas infunde: ꝛ postea vas ipsum tege: ne exeat fumus ex quo aqua ibi refrigerat: rosas inde eiice: ꝛ aliis recētibus aquam eandē iteꝝ bullitā sup infunde mutādo rosas: donec illa aqua rubea fiat: de hac aūt aqua. iiij. lib. accipe: ꝛ ibi. iiij. lib. zuccari infunde: cū aūt bullire ceperit albuminū ouoꝝ aliquot cū aqua frigida donec spumescat ɔcutias: ꝛ illā spumā in syrupo bullientē spargēdo infunde: ꝛ cum nigrescere hec spuma inceperit suauiter cū cacia remoue: ꝛ iterū aliā infunde donec clarus fiat syrupus: ꝛ cū incceperit syrupus quasi filū facere: si cū digito tetigeris: aut ex cacia deprehēdas adhereat coctus est: valet calori feb. ꝛ siccitati: sitim reprimit: cōfortat ꝛ cōstipat. Eodē modo syrupus viol. fit: humectat: siccis febrib⁹ ꝛ phthysicis ɔuenit: ꝛ ɔstipatis vētrē laxat. Syrup⁹ nenufarin⁹ eodē mō fit: valet contra maximū calorem maxime in acutis ꝛ peracutis.

Non est possibile vt homo cognoscat medicinas cōpositas nisi pri⁹ cognoscat simplices: cū igitur Nicolaus determinet cognitionē medicinarū cōpositaꝝ: prius de medicinis simplicibus est vidēduȝ: ꝛ hoc quatuor de causis. Prima cā est ꝓpter noīm mutationeȝ: q̄d enī vnus homo vno noīe noīat: alter alio nomīat ꝓpter q̄d simplices medicine nō semp ꝑ noīa distinguunꝛ: tñ semp distinguunꝛ per virtutē. Scd̄a cā est ꝓpter vulgi opinionē de simplicib⁹ medicinis: q̄d enī dicit esse verū frequētius est falsum: ꝛ est opinio vulgi quod dicunt omnes: ꝛ etiam plebs: errant enī in pluribus qui eos sequūtur. Tertia cā est ꝓpter paucitatē experimenti: q: cum virtutes medicinaꝝ simplicium non sciamus experimēto: eas aliquādo scimus per doctrinā. ¶ Iteȝ si experimento non scimus que medicina iuuat: ꝛ que nocet: hoc aliqñ scimus per doctrinā. Unde de simplicibus medicinis volumus hic determinare: quedā vt per doctrinā cōpletius cognoscam⁹: que simplex medicina iuuat: ꝛ que nocet: q: per experimentum incōplete vel nullo modo cognoscimus: lȝ enim aqua frigida semel exhibita calefaciat: ipsa tamē toties posset exhiberi ꝙ frigefaceret. ¶ Circa medicinam simplicem tria videamus. primū est de hoc vocabulo simplex medicina. secundum est de eius complexione in generali. tertium est de eius complexione simpliciter in speciali. ¶ Circa primū sic ꝑcedo: ꝛ dico q̄d hoc vocabulum simplex medicina est equiuocum: habet enim tria significata: nam vno modo simplex medicina est

Uiuētib⁹ est duplex calor.

Propter q̄d mel ponitur i medicinis.

Queritur cū quo melius ɔficianꝛ medicie vꝛ cū melle vꝛ cū zuccaro.

Propter tria mel ponitꝛ in medicinis.

Propter q̄tuor syrupus fact⁹ cum melle melius valet ꝗ̄ cum zuccaro.

Mod⁹ faciēdi syrupum rosatū ex infusione.

Pri⁹ est videndū de simplicib⁹ ꝗ̄ de cōpositis ꝓpter quatuor.

Uocabulū simplex medicina ē equiuocū.

medicina cuiꝰ ſubſtātie nō eſt admixta aliqua ꝯtrarietas: ⁊ ita eſt ſimplex medicina: cuiꝰ ſubſtātia ⁊ ſuccus ⁊ cuiꝰ ps centralis ⁊ pars ſupficialis ſunt eiuſdē nature ⁊ eiuſdem opatiōis homogenee. Et ꝑ oppoſitū illa medicina cuius ſubſtantia ⁊ ſuccus ſunt diuerſaꝝ naturaꝝ ⁊ diuerſaꝝ operationum ſicut caulis eſt cōpoſita medicina. Siſr illa medicina cuius pars centralis ⁊ pars ſupficialis ſunt diuerſarum naturaꝝ: ⁊ diuerſaꝝ operationū eſt medicina cōpoſita. Scđo modo dicitur medicina ſimplex que tm̄ apparet ſimplex eſſe: lꝫ ſm veritatē ſit cōpoſita: ⁊ ſic oīs medicina producta a natura eſt ſimplex: ⁊ per oppoſitū oīs ſyrupus: ⁊ omnia electuaria: ⁊ omnia antidota: et oēs opiate ſunt medicine cōpoſite. Tertio modo dicit̄ ſimplex medicina: quia non eſt compoſita per artem: ⁊ iſto modo omnes medicine q̄ ſunt tales quales eas natura ꝓducit ſunt ſimplices: ⁊ per oppoſituꝫ ille ſunt cōpoſite que artificialiter cōfecte ſunt. ¶ Circa ſecundū ſic ꝓcedo: ⁊ dico ꝙ complexionū medicinaꝝ alia eſt actualis: alia potētialis. Actualis eſt illa que actu in illa medicina preſens eſt: ⁊ appello eſſe actu quod eſt in eſſe completo vltime perfectiōis ſue ſicut aqua calida eſt aqua calida actu: ⁊ huius cōplexiōis tactus eſt cognitor. Cōplexio potētialis eſt illa que eſt in potētia in medicina: ⁊ hoc eſt tribꝰ modis. Uno modo cōplexio eſt potentialis in medicina que hꝫ eſſe imperfecte: ⁊ ſub eſſe incōpleto complexionem ſiue virtutem aliq̇d faciendi: ⁊ ſic equus vnius anni aut mulus curſibilis dicit̄: q2 hꝫ imperfecte ⁊ ſub eſſe incōpleto potētiam ad currendum. Sic puer dicitur ſapiens non ꝙ habeat perfecte ſciētiam: ſed ſub eſſe incōpleto: ⁊ de hac potētia dicit Gal. in habente huiuſmodi potentiā habemus fiduciā vt fiat: lꝫ non ſit factum adhuc de potentia eſt agētis. Scđo modo cōplexio eſt in medicina in potētia: q2 hꝫ potentiam paſſiuam vt iſta cōplexio fiat in eſſe: ſicut panis hꝫ potentiam paſſiuam vt in eo fiat complexio carnis in forma carnis. Et ſiſr ſanguis eſt in potentia paſſiua vt in eo fiat forma: ⁊ complexio carnis ſimiliter: ſed differēter: q2 inter carnē ⁊ panē multa cadunt media: ⁊ inter carnē ⁊ ſanguinē non cadit mediū: ⁊ hec eſt potentia patiētis. Tertio modo cōplexio in potētia in medicina eſt qñ medicina eſt apta nata habere etiā ex ſuis principijs: ſicut medicina ex ſuis ꝓ̇ncipijs ꝓprijs eſt apta nata eſſe calida: ⁊ calefacere corpus humanū plus debito: ⁊ etiā ſicut aliq̇s ex ſuis ꝓprijs principijs eſt aptus natus eſſe carnoſus: ⁊ nō ex cauſis extrinſecis ſicut a balneo: ⁊ hec potētia eſt potētia q̄ eſt de ſecunda ſpē qualitatis. ¶ Scđo modo cōplexio medicine pōt diuidi ſic. Cōplexionuꝫ medicinaꝝ alia eſt tēperata: alia eſt lapſa: ſicut cōplexio corporis humani alia eſt temperata: alia eſt lapſa: ⁊ appello cōplexionem corporis humani tēperatā non q2 corpꝰ humanū ſit oīno temperatū: quia ſi ſic: tūc homo eſſet dignus decorari ſicut angelus: vt dicit Gal. ſed appello cōplexionē corporis humani tēperatam qñ homo nō indiget coopertorio vel cooperatiōe ad hoc qđ calefiat ad mitigandā ſuā frigiditatē: nec indiget ablatione veſtiū vt frigefiat ad mitigandam ſuā caliditatē. Similiter medicina alia eſt temperate cōplexionis: alia lapſe. Temperate cōplexionis eſt illa que nec calefacit: nec infrigidat: nec humectat: nec deſiccat plus debito: ſed ꝯſeruat hoīem in ſua naturali cōplexione. Lapſa eſt illa q̄ calefacit corpꝰ humanū plus debito. Illa aūt que calefacit corpus humanuꝫ plus debito eſt calida lapſa. Tñ aliq̇d pōt eſſe calidū quatuor de cauſis. Primo: q2 eſt calidū in fine caliditatis: ⁊ ſic ignis dicitur calidus. Scđo: q2 in eo dñatur calidū elementū: ⁊ ſic mixtū in quo dñatur ignis dicit̄ calidū. Tertio: q2 calefacit corpus humanū plus debito: ⁊ ſic acuta: amara ſalſa dicuntur calida: ⁊ ſic etiā quedā medicine dicunt̄ calide. Quarta cauſa eſt q2 illud quod eſt calidum reſpectu aliorum ſue ſpeciei temperatorum. ⁊ ſic multi homines dicūtur calidi ſicut illi qui ſunt lapſi in calido. Similiter illa medicina que frigefacit corpus humanum dicitur frigida lapſa: tamen aliquid poteſt frigefieri quatuor de cauſis ſicut calidū: ⁊ ſicut dicitur de calido et frigido quadrupliciter: ſic eodem modo de ſicco ⁊ humido poteſt cauſa quadrupliciter aſſignari. ¶ Tertio modo poteſt diuidi complexio ſic. complexionū alia prima: alia ſcđa. Prima eſt ea que fit in eo quod fit ex non habentibꝰ complexionem: ⁊ hec eſt complexio mixti in eo qđ mixtuꝫ eſt immediate ex elemētis que nō habent ꝓprie cōplexionem ſed puras qualitates non fractas. Scđa eſt illa q̄ fit in eo quod fit ex habētibus complexionē: ⁊ hec cōplexio reperitur in medicinis compoſitis a natura: ſicut lac componitur ex ſero: butyro: caſeo: ⁊ caulis cōponitur ex duabus ſubſtantijs: ⁊ pſiliū ex duabus: ⁊ fere oēs medicine a natura cōpoſite ſunt tales: ⁊ ſic hec ſecūda cōplexio repit̄ in medicinis oībus cōpoſitis ab arte ſicut in ſyrupis: electuarijs: trociſcis ⁊ opiatis. ¶ Cōplexio ſcđa medicinaꝝ pōt ſic diuidi: nā quedam medicina hꝫ ſubſtantiam ſtipticam ⁊ conſtipatiuā intra ⁊ laxatiuam extra: vt caulis. Et quedam hꝫ ſubſtantiā calidam intra ⁊ frigidā extra: vt roſa: ⁊ ideo roſa eſt rubea: extra. ſ. propter ſubſtantiam eā rubificantem extra. Et quedā habēt ſubſtantiam viſcoſam extra: ⁊ frigidam intra in ꝓfundo: vt pſilium: vnde pſilij pars corticalis eſt aduſtiua: q2 ſupficialis eſt frigida. Sed q2 in pſilio pars frigida eſt frigidior q̄ꝫ calida: ideo totum cōpoſitum pſilium dicitur frigidū. ¶ Item cōplexio ſecūda medicinaꝝ pōt ſic diuidi: cōplexionuꝫ medicinaꝝ alia firma: alia non firma. Firma eſt illa que licꝫ ſit cōpoſita ex diuerſis cōplexionibus: non tñ poteſt diuidi nec ſeparari in ſubſtātias diuerſimode cōplexionatas ꝓpter nimium annexū partiū: nec per artē: nec per naturā: nec per caliditatem naturalē: nec ꝑ ignitū: nec ꝑ decoctionē. Nō firma eſt illa que eſt cōpoſita ex diuerſis cōplexionibꝰ: ⁊ hec pōt diuidi in ſubſtātias diuerſimode cōplexionatas: ⁊ cōplexio cōplexionatorum ex quibus componitur vnuꝫ poteſt ſeparari ab alio aut per decoctionē: aut per ablutionem: ſed ſi cōplexio ſit debilis: tunc fit ſeparatio per ablutionē: ſicut eſt in enduia: ſꝫ ſi ſit cōplexio mediocris ⁊ fortis: tūc fit ſeparatio per decoctionē ſicut in caulibꝰ: ſi ſit cōplexio fortiſſima: tunc impoſſibilis eſt ſeparatio: ſicut eſt oleū qđ eſt cōpoſitū ex ſubſtātijs diuerſimode cōplexionatis ⁊ indiſſolubiliter ꝓpter nimiū nexū ⁊ viſcoſitatē partiū olei. Et cū dicimꝰ cōpoſitā eſſe medicinā ex ꝯtrarijs cōplexionibus: quaꝝ vna eſt calida: ⁊ alia eſt frigida: nos nō voluimꝰ dicere ꝙ in vna medicina ſint due cōplexiones contrarie. Quaꝝ vna ſit calida ⁊ alia frigida: ſed volumus dicere ꝙ in vna medicina ſunt due ſubſtātie deferentes illas duas cōplexiōes ꝯtrarias: attñ ille due ſubſtātie deferētes complexiones ꝯtrarias cōmiſcent̄ ꝑ totū: ita ꝙ cū qualibꝫ pte vniꝰ ſit pars alteriꝰ: ⁊ tūc ſue cōplexiōes inuicē frangunt̄ ⁊ faciūt vnā medicinā nō cōpoſitā: ſꝫ ſimplicē tēperatā: ⁊ ſimiliū partiū ꝑ totum: ſed ſi ille ſubſtātie deferētes ꝯtrarias cōplexiones nō cōmiſceant̄ cōplete: ſed vna ſit iuxta aliam: vt vna ſit in centro: ⁊ alia in circūferētia: ita ꝙ quelibet pars medicine non ſit cōpoſita ex illis duabꝰ ſubſtantijs: tunc ille cōplexiones duaꝝ iſtaꝝ medicinaꝝ nō franguntur nec remittunt̄: ⁊ tunc iſte ſubſtātie conſtituēt vnaꝫ medicinā non ſimplicē: ſed cōpoſitā diſſimiliū ⁊ non ſimilium partiū in cōplexiōe: lꝫ tñ ipſa appareat ſimplex: ſicut caulis: ⁊ talis medicina ꝑ iſtas duas ſubſtantias facit in corpe humano duas opationes: cū ille due ſubſtātie diuidunt̄ ad ſeinuicē ꝑ calorē naturalē. ¶ Circa tertiū ſic ꝓcedo. medicinaꝝ alia ſubtilis: alia groſſa. ſubtiliū alia ſubtilis in paſſione: alia ſubtilis in actione. Illa medicina eſt ſubtilis in paſſione q̄ facile pōt diuidi in partes paruas. Subtilis in actiōe eſt q̄ facile penetrat ꝑ foramina pua: et ꝑ corpa parua. Groſſa in actiōe ꝑ oppoſitū. ⁊ per oppoſitum illa medicina eſt groſſa in paſſione q̄ nō pōt faciliter diuidi in partes paruas. Itē medicina q̄ꝫtum ad eius cognitionē pōt ſic diuidi. Medicinaꝝ ſimplicium alia rara: alia denſa. Rara eſt illa īter cuiꝰ partes ſunt plures vacuitates ⁊ partes aeree: cū nō ſit ponere vacuū. Denſa eſt illa inter cuius ptes non ſunt poſite vacuitates. i. ptes aeree. ¶ Et nota ꝙ rara medicina in corpe humano đ facili inflāmat̄ a calore febrili: ſꝫ dēſa nō de facili inflāmat̄: ſꝫ potiꝰ fit carbo. Uñ Gal. dicit ꝙ rara medicina magis eſt flāma q̄ꝫ carbo. Sed denſa medicina magis eſt carbo q̄ꝫ flāma: et hec ſufficiant de medicinis ſimplicibꝰ q̄ꝫtum ad p̄ſens. ¶ Conſequenter accedamus ad medicinas compoſitas que componuntur per artem: quia de his intendimus ꝓ̇ncipaliter. Sed q2 iſte liber totalis eſt de medicina practica: ideo ſm operationem medicine ꝓcedamus. Et quia in operatione medicine primo oportet malam materiā digerere: que digeſtio fit per ſyrupos et per electuaria: et ſecundo eam

Marginal notes (left column): Cōplexio actualis. — Cōplexio potētialis — Puer quo modo dicatur ſapiens. — Complexio temperata hūani corpis que. — Aliq̇d poteſt eſſe calidū quatuor đ cauſis.

Marginal notes (right column): Medicīa ſubtilis. — Groſſa. — Medicīa rara. Denſa.

cundo eã.digestã euacuare debem⁹:q̃ euacuatio fit p medicinas euacuãtes:ßm Hipp.j.apho.dicentẽ:digesta medicari.⁊ tertio debemus residuũ materie male ↄsumere:et membrũ inanitũ per euacuationẽ medicine cõfortare:qđ fit per opiatas. ¶ Itẽ primo volumus determinare de syrupis ⁊ electuarijs q̃ sunt digestiua. Scđo de medicinis euacuatiuis. Tertio de opiatis q̃ habent residuũ materie cõsumere ⁊ mẽbrum ↄfortare. Inter syrupos ⁊ electuaria primo dicamus de syrupis:postea de electuarijs. Incipiẽtes igit̃ a syrupis:primo dicamus ꝙ syrupi sunt nouẽ vel decẽ qui cõiter debẽt inueniri in apotheca:si apothecari⁹ sit bonus:q̃ sunt hi. syrupus ros. syrupus viola. syrup⁹ nenufa. syrupus oxizaccare. syrupus aceto. oximel simplex: oximel diureticũ:oximel squilliticũ: syrup⁹ de absinthio: syrupus de fumoterre.⁊ cũ his pñt addi alij.s. syru. myrtinus. syrup. citonior:⁊ ita in vniuerso.xij. sunt syrupi. vnde versus. Oximel est triplex nenufaris ⁊ violatus. De fumo terre myrto atq; rosato:absinthio:acetoso: post oxizaccara sucto. ¶ Et horũ syruporũ videam⁹ primo cõpositionẽ vel ↄfectionẽ. Secũdo ꝓpriã vniuscuiusq; virtutẽ. ¶ De primo dico ꝙ oĩs syrupus ↄficit̃ aut cũ melle:aut cũ zuccaro:⁊ si sit sine his:nõ erit syrupus. ¶ Sed ille syrupus qui fit cũ zuccaro melius debet coqui q̃ qui fit cum melle:et cum mel sit magis ↄseruatiuũ ⁊ min⁹ corruptibile ⁊ putrefactibile q̃ zuccarũ:ꝓpter qđ syrup⁹ factus cũ melle diuti⁹ ↄseruatur q̃ cũ zuccaro factus. ¶ Itẽ vbi ponit̃ mel q̃to minus decoquitur tanto magis laxat:⁊ q̃to magis decoquitur tãto magis restringit. ¶ Itẽ syrupus mell⁹ dꝫ coq̃ in estate q̃ in hyeme ne putrefiat ⁊ corrũpatur a caliditate estatis. ¶ Itẽ syrupus q̃to melius decoq̃tur tanto melius est:nisi fiat ex reb⁹ talib⁹ q̃ nõ patiant̃ multã decoctionẽ:q̃ sunt res calide ⁊ multũ passibiles. ¶ Itẽ diuerse res ponunt̃ in syrupis:sicut radices flores ⁊ folia:sꝫ non sunt ponẽde simul in decoctione sed primo difficiles ad coquẽdũ sicut radices:⁊ post min⁹ difficiles sicut folia:⁊ postea facillime sicut flores. Si enĩ flores ponerent̃ in principio decoctiõis cũ radicib⁹ anteq̃ radices essent cocte virt⁹ florũ esset totaliter ↄsumpta. Itẽ aliq̃n pulueres ponunt̃ in syrupis:⁊ nõ debẽt poni in principio decoctionis:ne virt⁹ eorũ euanescat ꝑ decoctionẽ:nec ante zuccarũ:ne syrupi ⁊ zuccarũ deturpẽtur. Sed post zuccarũ:⁊ nõ modo quocũq;: sed in sacco ponit̃ puluis:⁊ exprimit̃ saccus:⁊ puluis cadit subtilis in syrupo. ¶ Zuccarũ ponitur in syrupis vt cõseruet syrupũ ⁊ medicinas simplices in syrupo ⁊ etiã vt attrahatur ad mẽbra syrup⁹ ⁊ medicine que in eis sunt ⁊ hoc cũ melle:⁊ etiã vt sua dulcedine reprimat horribilitatem medicinarũ exĩstentium in syrupo:ideo ßm horribilitatẽ vel q̃titatem horribilitatis medicinarũ existentiũ in syrupo debet esse q̃titas zuccari. Et syrupus hꝫ terminũ sue decoctionis qui cognoscitur duob⁹ modis. Uno modo si cũ spatula eleuetur:⁊ fortiter teneat se gutta ad spatulam coctus est sufficiẽter. Alio modo si gutta vna ponitur supra cultellum si non spargatur diffundendo se vndiq; coctus est syrupus. ¶ Consequenter accedamus ad regulas speciales. Et primo ad syrupũ rosatũ. Rosa est frigida in primo gradu:sicca in fine scđi:⁊ hꝫ duplicẽ substantiã. Unã ponticã ⁊ stipticam:⁊ est id quod adheret stipiti: qđ est tale ꝓpter partes aquosas ⁊ terrestres que ibi dominãtur. Alia substantia eius est aromatica ex partibus igneis et aereis:⁊ est versus suauitatẽ foliũ:⁊ hec substantia est amara in superficie. Alia in ꝓfundo:⁊ cõfortat sua ponticitate ⁊ aromaticitate:⁊ caput in estate infrigidat. De rosa fiũt quinq; res. Prima est syrupus coctus. Modum aũt conficiendi satis tãgit Nicolaus:⁊ valet iste syrupus ⁊ contra febres sua frigiditate:⁊ contra sitim sua humiditate valet ⁊ ↄfortat ⁊ constipat sua stipticitate. ¶ Secundũ qđ fit de rosa est electuarium rosatum:sicut post videbimus cũ loquemur de electuarijs. ¶ Tertium quod fit de ro. est mel rosatum quod stomachũ confortat. ¶ Quartũ est aqua ro. que valet ad infrigidandum oẽm materiam calidam. ¶ Item si rosa decoquitur in aceto ⁊ in aqua pluuiali: et spongia infundat̃:⁊ supponatur stomacho:vomitũ reprimit:⁊ fluxũ sanguinis stringit. ¶ Quintũ qđ fit de ro. est oleum ro. quod per inunctionem iuuat stomachũ inflamatũ:sed in hoc oleo debet poni parũ aque ne oleũ inflãmet stomachũ. ¶ Cõsequẽter accedamus ad syrupũ violatum:viola est flos notus frigidus ⁊ humidus aromaticus:⁊ quedã sunt subalbe ⁊ minus aromatice ⁊ min⁹ etiaꝫ laudabiles:⁊ q̃daꝫ sunt purpuree ⁊ sunt obscure: ⁊ magis laudabiles:⁊ q̃to sunt purpuriores:⁊ quasi subnigre:tanto meliores ⁊ laudabiliores. syrupus aũt viola. eodẽ modo fit sicut rosa. ¶ Cõsequẽter accedam⁹ ad nenufarinũ syrupũ. Nenufar est flos frigidus ⁊ humidus multũ: et si de eo ⁊ de florib⁹ papaueris fiat succus sedat libidinẽ. de eo fiat syrupus oĩno sicut rosat⁹ ⁊ de alijs florib⁹: valet ẽt iste syrupus in causis pectoris ⁊ tussi ex cã calida ⁊ in feb. acutis ⁊ pacutis calidissimis: q: magis infrigidat ⁊ alterat q̃ violat⁹:sitim sedat:somnũ ꝓuocat:materiã igrossat: cauendũ est ne in cholera grossa det̃:sed tm̃ subtili. Nunc queramus de operationib⁹ medicine practice. Et q: in operationib⁹ medicine practice fit primo digestio:⁊ scđo euacuatio male materie:⁊ tertio balneatio: ⁊ quarto opiatio: et q̃nto flebotomatio:ideo primo q̃ram⁹ de digestiõe q̃d sit. ¶ Et si dicat̃ sicut dicit Auic. ꝙ digestio est q̃litas faciens cessare putrediñe substãtia manẽte. Contra: qualitas nõ corrigit peccatũ substãtie: sꝫ putrefactio est peccatũ substantie cũ fit corruptio substãtie:q: putrefactio corrumpit cõplexionẽ que est dispositio ad formã: ⁊ per consequens corrũpit substantiã:ergo digestio nõ est qualitas faciẽs cessare putredinem. Item si digestio faceret cessare putredinem:tunc nihil digereretur nisi putridum: sed hoc est falsum:q: cibus digeritur' qui nõ est putrefactus ⁊ chim⁹: ergo ⁊c. ¶ Itẽ in sanis aliq̃n fit digestio 'materie euacuande ꝑ syrupos in q̃bus nulla est putrefactio:ergo ⁊c. ¶ Itẽ cũ nulla sit materia putrida nisi illa q̃ est in minera putredinis:tũc nulla materia digereret̃ nisi illa q̃ est in minera: sed hoc est falsum. ¶ Itẽ cuꝫ in statu materia sit digesta: tunc ergo cessaret putredo:⁊ tũc in statu nõ eẽt febris. hoc aũt est falsum:ergo ⁊c. ¶ Itẽ dicit substãtia manente: ergo tunc materia digesta dꝫ manere in corꝑe ⁊ non dꝫ euacuari:quod est cõtra Hipp. digesta medicari ⁊c. ¶ Dices forte ꝙ digestio est reꝑssio materie male:sicut dicit Gale. Contra cũ in omni statu materia sit digesta in statu materie malitia est repressa:ergo omnino materia nõ affligit: sꝫ erit status melior horũ:quod falsum est:sed est nequior. Sed dices ꝙ digestio est preparatio materie ad expulsionem. Contra ßm hoc quidẽ deberet quicquid digereretur expelli. sed hoc est falsum. Multa enĩ digerunt̃ que nõ expellũtur:ergo ⁊c. ¶ Solutio. Dico ꝙ hoc nomẽ digestio est nomẽ equiuocũ. Uno modo potest fieri extra corpus viuens:⁊ aliq̃n in viuente corpore. Si fit extra corpus viuẽs: tunc digestio dicit̃ mutatio in caliditatẽ:⁊ fit a calido:⁊ nõ opꝫ ꝙ illud calidũ reguleẗ a virtute naturali:⁊ de tali digestione determinat Aristo. in. iiij. metheororũ. Si aũt digestio fit in corꝑe viuẽte siue sit iuuatiui siue nocitiui: semꝑ tamen fit ab ea virtute.s. naturali tanq̃ regulante. et hec digestio q̃ fit in corpore humano est duplex:vna est iuuatiui:alia nocitiui. Illa que est iuuatiui est nutrimenti:⁊ fit a calore naturali regulato a virtute mẽbri:⁊ per hanc digestionem cibus acquirit complexionem membri: vt ꝑ hoc possit acquirere formã mẽbri. Digestio que est nocitiui est materie que est cã morbi.⁊ est duplex: vna per quã preparatur mala materia ad expulsionem. Scđa est ꝑ quã corrigitur mala materia vt digerat̃ ⁊ mẽbra nutriat. ¶ De his duab⁹ digestionib⁹ dicit Haly. i tegni. ꝙ digestio aliq̃n facit malũ bonũ vt ipm ↄuertat i mẽbra ⁊ nutriat mẽbra:aliq̃n facit malũ mediũ inter malũ ⁊ bonum vt ipm expellat. ¶ Sed tñ notandũ ꝙ semꝑ natura malã materiã intẽdit digerere:sed si materia fuerit furiosa ⁊ resistẽs:tũc natura nõ põt cõplete eã vincere:lꝫ eã vincat in parte:⁊ tũc eã nõ facit bonã sed mediã inter bonã ⁊ malã vt ipsam expellat. Hec aũt diffinitio digestionis digestio est q̃litas ⁊c. nõ est diffinitio digestiõis cõiter se habẽtis ad digestionẽ extra corpus viuens ⁊ in corpore humano. Similiter ista diffinitio nõ est digestionis facte communiter se habẽtis ad digestionẽ cõuenientis ⁊ nociui. Sed dico ꝙ est digestionis facte in corpore viuẽte que est nociui tm̃:siue illud nociuũ per illã digestionẽ fiat bonũ ad nutriendũ: ⁊ cõuertatur: siue fiat mediũ inter bonũ ⁊ malũ ad expellendũ. ¶ Cum tu queris :quid est digestio:dico ꝙ digestio in nociuo:siue mutet nocitiuũ in bonum:siue in medium inter bonum et malũ:est qualitas faciẽs cessare putredinẽ substãtia ma-

Syrupi i apothecis tenẽdi. ix. vel. x.

Syrup⁹ q̃ fit cũ zuccaro plus debꝫ decoqui q̃ cuꝫ melle.

De syrup. rosato. Rosa.

Quat̃r de rosa fiunt quinq;.

De syrup. viola.

Quid sit viola.

De syrupo nenufarino. Quid sit nenufar.

Quid sit digestio.

Digestio q̃ fit in corpore hũano est duplex.

nēte. ¶ Ad pmū dico ꝙ digestio nō facit cessare putredi- nē imediate: sꝫ p mediū: nā qdā sunt qlitates q materiā exi stētē in venis habilitāt: vt ipa fluat ad minerā putredinis ꝛ ibi putrefiat. Ego dico ꝙ digestio dꝫ remouere a mate- ria illā qlitatē p quā ipsa fluebat ad minerā ne ibi putrefie ret: ꝛ p ꝯñs nō pmittat eā fluere ad minerā putredis: nec p ꝯsequēs putrefieri: lꝫ em̄ putrefactio peccet in substātia: tñ qualitas īclinatiua ad putrefactionē hō peccat in sub- stātia: quā qlitatē aufert digestio: ꝛ p ꝯñs non pmittit eā putrefieri. ¶ Ad aliud dico ꝙ nihil digerit hac digestiōe de q loqtur nisi putrefactū. i. nisi illd qđ hꝫ qlitatē aliquā p quā est in via ad putrefactionē. ¶ Tertia rō pcedit de digestiōe iuuatiui: cū i sanis nō sit aliqd nocitiuū. ¶ Ad aliud dico ꝙ nō digerit materia q putrefienda est vt illa q ē in minera: sꝫ in illa ē q est cū hac via ad minerā ꝛ ad putre factionē: ideo nō valet. ¶ Ad aliud dico: ꝙ in statu non est cōplete materia minere digesta: sꝫ adhuc est in digerēdo: sed in crisi ipsa est cōplete digesta. ¶ Itē forte nō digerit materia q est etiā minera: sed materia antecedens q est in venis. Dico ꝙ in statu materia antecedēs est digesta: sed nō ꝯiuncta materia q est in minera: ꝛ hec in statu facit fe- brem. ¶ Ad aliud dico ꝙ digestio est qlitas ꝛc. i. digestio nō euacuat materiā p se: solū em̄ digestiuū nō euacuat ma teriā: sed qđ est digestiuū ꝛ euacuatiuū digerit materiā: et eā digestā euacuat. ¶ Ad aliud dico ꝙ diffinitio bona est: digestio est repressio male materie: ꝛ hoc vt natura vincat super eā ꝯuertendo vel expellendo: ꝛ ista diffinitio est ea- dem cū pcedēte. ¶ Et ad argumētum ꝯtra dico ꝙ status est melior horaꝝ ꝛ etiā nequior: nā in statu materia est mi nor ꝙ̄ in alio tpe: tñ ipsa tunc est magis nota ꝙ̄ in alio tē- pore: ꝛ qꝛ materia nec affligit: nec affert nocumēta ꝛ synto mata nisi qꝛ mouet: ideo plus sensibiliter affligit: ꝛ fortio ra syntomata inducit ꝙ̄ in alio tpe: ideo status est neqor horaꝝ ꝑm sensum: nō tñ ꝑm veritatē: sed in tpe pcedēti ma teria erat maior: sed minus mota: ideo ꝛc. ¶ Ad aliud di- co ꝙ hec diffinitio est bona: digestio est pparatio materie ad expellendū: ꝛ hec diffinitio nō est diffinitio digestionis facte in corpe humano: sed materie nociue q dꝫ expelli: cū ipsa nō possit cōplete corrigi. ¶ Sed videt ꝙ natura nūꝙ̄ digerat materiā ad expellenduꝫ sꝫ tm̄ ad ꝯuertēdū: ꝛ tūc diffinitio Auic. est mala. digestio est pparatio materie ad expellendū: pbatio assumpte. G. in de iuuamētis mēbroꝝ dicit ꝙ omne qđ natura alterat: alterat vt cōuertat: ergo Auic. male diffinit digestionē sic. digestio est pparatio ma terie ad expellēdum. ¶ Ego dico ꝙ dictū Auic. intelligit de materia nocitiua que non pōt corrigi: sed Gal. intelli- git de cibo: vel pōt dici: ꝙ natura intēdit cōuertere qcqd digerit: sed operatio nature nō attingit aliqn̄ intētionem suam ppter materie inobediētiaꝫ: ꝛ tunc expellitur mate ria preter intētionem nature. ꝛ Auic. itelligit de opatione nature: ꝛ nō de eiꝰ intētione: sed Gale. intelligit de intētio ne eius ꝛ nō de operatiōe: ꝛ sic soluitur. ¶ Oxizaccara ab oxi quod est acetū dicit: ꝛ zucca. fiat aūt sic ꝛc. ¶ Syrupus acetosus sic fit. ℞. aceti partem vnā. zuccari. ij. ꝛ aque. iiij. Iste aūt syrupus valet in omni vbi est oppilatio epatis et splenis ꝛ intestinoꝝ: ꝛ valet in omni feb. de grossa materia. ¶ Hydromel fit ex melle ꝛ aqua valet illis q habēt gros- sos humores ꝛ retētionem vrine: valet etiā vbi est grossa materia ꝛ phlegmatica. ¶ Oximel simplex valet vt oxizac cara: digerit: diuidit: ꝛ phlegma mirabiliter purgat: datur cū calida: sic fit ꝛc. ¶ Oximel diureticū. ℞. mellis spumati lib. j. aceti fortissimi li. j. ꝛ ß. in quo buliāt radices feniculi. ℥. ij. ꝛ raphani. ℥. j. ꝛ ß. rebuliant ad tertiā: deinde colentur ꝛ supradicte colature supradictū mel addatur in stagna- to vase i ꝛ iterum buliant lento igne frangitādo cū spatu- la vsꝙ ad aceti cōsumptionem valet sc. vere ꝛ quartane ꝛ tertiane nothe vt oxizaccara: phlegma digerit diuidit et purgat: datur mane cū calida. ¶ Oximel squilliticum seu cōpositū addit supra radicē squille. Iste syrupus diuidit incidit phlegma ꝛ materias vbicūꝙ sint in corpore. ꝛ si nō habemus squillā: loco eius ponamꝰ raphanū qđ idē ope- ratur: etiā ille syrupus valet ad puocandū vrinā ꝛ contra debilitatē pectoris ex materia viscosa. ¶ Superius deter minatū est de simplici medicina ꝙ̄tum ad eius nomen et ꝙ̄tū ad eius cōplexionē: ꝛ ꝙ̄tū ad eius cognitionē in ge- nerali. Nūc declaremus de ea ꝙ̄tum ad eius cognitioneꝫ

(margin: De oxizaccara. De syrup. acetoso. De hydromelle. De oximelle diuretico. De oximelle squillitico.)

in speciali. Sed medicina simplex duplici via cognoscitur scꝫ via experimenti ꝛ via rōnis: ꝛ hoc est qđ dicit Haly. in tegni. Necesse est medico vt experiatur cū rōne: ꝛ ꝑm hoc ipse vult vt ipse sit cōtentus in cognitione medicine expe rimēto ꝛ rōne. Sic ergo manifestū est ꝙ medicus cogno- scit medicinā duplici via. s. experimēto ꝛ rōne: ꝛ hoc idē di cit Gal. in apho. sic. Si aliqs vult artē ducere ad actū: opꝫ ꝙ vtatur duobus. s. expimento ꝛ rōne. Et diuidunt experi mentū ꝛ rō in duobus. s. in pncipijs ꝛ cognitione pnci pioꝝ. In principijs sic. nā pncipia rōnis sunt pncipia rei: experimēti sunt opationes rei in pncipioꝝ cognitiōe. Nā pncipia rōnis intellectu cognoscunt: sed pncipia expimē- ti cognoscunt sensu. Et qꝛ pncipia experimēti sunt nobis magis nota ꝙ̄ pncipia rōnis: ideo plus ingramus cogni- tionē simpliciū medicinaꝝ via experimēti: ꝛ hoc ꝯtuꝫ ad istā lectionē: scđo viā rōnis: ꝛ hoc ꝙ̄tū ad lectionē sequen tē. ¶ Circa experimentū sciendū ꝙ duplex est experimen tū. s. vallatū ꝛ nō vallatū rōne: tunc ipsum est timorosum ꝛ fallax si nō sit vallatū rōne. vnde dicit Hip. experimentū fallax: ꝛ illud ꝯuenit ad cognitionem medicinaꝝ. Si autē sit vallatuꝫ ratione: aut illa ratio aut vallatio continuata est per totā operationē experimētaleꝫ: aut non. Si nō: tūc experimentum inducit cognitionem non firmā: ꝛ per tale experimentū nō dꝫ cognosci medicina simplex a medico. Si aūt ista ratio ꝛ vallatio sit continuata per totā opera- tionē experimētalem: aut ista cōsideratur vt est in fieri: aut in facto esse. si in fieri: tunc experimentū est laboriosum: et longū tempus requiritur: ꝛ per tale experimentū sic consi deratum debiliter cognoscitur medicina simplex. Si in fa cto esse tunc per illud experimentū sic consideratū dꝫ me- dicus cognoscere medicinas simplices: ꝛ de isto sic cōside rato hic intēdimus: ꝛ ad hoc experimentū sic vallatū rōne septem requirunt ꝛ exigunt conditiones. ¶ Prima est ꝙ opꝫ vt medicina simplex que experiat sit pura ꝛ mūda ab omni extranea qualitate: ne per illā extraneā qualitatem impediat ppria operatio medicine ꝛ per consequēs cogni tio experimētalis. Et ponit Auic. exempluꝫ in mūdis que recentes sunt temperate complexionis: sed vetustate con sumpte amittunt complexionem temperatam. ¶ Secun da ꝯditio est: ꝙ sit experimētum in simplici egritudine nō in cōposita: sicut quotidiana est cōposita ex calido ꝛ frigi- do: ipsa em̄ est frigida inquātū ex materia frigida est: cali- da ꝟo est inꝙ̄tū est morbus calidus. s. qꝛ omnis febris est calor innaturalis: vnde nō sequit. hec medicina simplex scꝫ euforbiū curat morbū calidū. s. febrem quotidianā: er- go euforbiū est frigidū: qꝛ omnis cura fit per contrarium: non sequit. Dico ꝙ euforbiū curat quotidianā nō p ꝯtra- rietatem quā hꝫ ad eam qꝛ morbus: sed per ꝯtrarietatem quam hꝫ ad eam gratia sue materie: qꝛ euforbium est cali dum. ¶ Tertia ꝯditio est ꝙ opꝫ ꝙ medicina simplex expe riatur in duabus ꝯtrarijs egritudinibꝰ diuersis: sicut sca- monea in quotidiana tertianā: ipsa enim curat quotidia- nā ex sua cōplexione: tertianā ex ꝓprietate sua: tñ nō seq- tur: scamonea curat tertianam: ergo est frigida: sed sequit: ipsa ex sua cōplexione curat quotidianam: ergo est calida. ¶ Quarta ꝯditio est ꝙ opꝫ ꝙ virtus medicine sit equalis qualitati patiētis: vnde in morbo calido in. iiij. gradu me dicina frigida in primo administrata neꝙ infrigidat: neꝙ curat. Quinta ꝯditio est ꝙ fiat distinctio inter p se ꝛ p ac- cidens. vñ nō sequit: aqua calefacit: ergo est calida: qꝛ ipa nō calefacit per se sed p accidēs: qꝛ exterius excitat calidū ad interius repercutiēdo. ¶ Sexta ꝯditio est qđ oportet ꝙ opatio medicine sit cōtinuata ꝛ multiplicata. Si enim medicina calefacit duos hoies non ppter hoc opꝫ ꝙ sit ca lida simpliciter: nec opꝫ ꝙ calefaciat oēs hoies: nā illi qn ꝙ̄ hoies quos ipsa calefaciebat possunt esse frigidi ꝛ tem- perati: ꝛ illud qđ calefacit frigidos ꝛ tēperatos nō opꝫ qđ calefaciat calidos. ¶ Septima est ꝙ opꝫ ꝙ experimentuꝫ fiat in corpore humano: ꝛ primo in tēperato: ꝛ postea in la pso: ꝛ postea in egro: ꝛ nō in aliquo alio. vnde non sequit hec medicina simpliciter infrigidat leonem: ergo est frigi- da. Sunt enim quedam medicine relate ad corpus leonis frigide ꝛ ipsuꝫ infrigidant: tñ ipse relate ad corpus huma num sunt ca. ꝛ ipm̄ calefaciunt: propter hoc experimentuꝫ debet fieri in corpore humano fulcitum istis. vij. ꝯditioni bus: et sic fulcituꝫ erit ratione: ꝛ hoc expimentum ducit in cognitionē rei

(margin: Experimētū duplex. Septeꝫ in medicinis experiendis ꝯditiones obseruande.)

cognitionē rei experte: ꝛ alia experimenta faciunt illi qui principia medicine cognoscūt per doctrinā. ¶ Habito de tribus superiorib⁹ syrupis: scȝ rosato: viola. ꝛ nenufarino. Nūc dicam⁹ de aliis quinqȝ syrupis: scȝ oxizaccara: syrupo acetoso: oximelle simplici: diuretico: squillitico: ꝛ hoc quātū spectat ad p̄ntem lectionē. Et primo dicam⁹ de oxizacca-

De oxizaccara. ra. ¶ Oxizaccara fit de vino malorum granatorū ꝛ aceto ꝛ zuccaro: ita q̄ accipiunt vini p̄dicti. ℥. viij. ꝛ aceti. ℥. iiij. ꝛ zuccari lib. j. ꝛ in stagnato vase bulliāt mouēdo cū spatula donec ad quātitatē zuccari remaneāt: ꝛ adeo fit spissum q̄

De zuccaro. possit diuidi sicut electuariū. zuccarū est tēperatū in caliditate ꝛ humiditate: pl⁹ tamē habet de humiditate q̄ caliditate. Unde dicit Isaac in dietis particularib⁹: q̄ zuccarū est calidū in fine primi gradus: ꝛ hūidū in medio eiusdē: habet virtutē dissoluēdi cho. ꝛ ventrē humectat absqȝ illa morsura: ꝛ stomachū mundificat. ¶ Sciēdū tamē q̄ si exhibeat cholericis ipm in cholerā cōuertit: ꝛ auget eā: sicut em̄ acetositas sedat cholerā: sic dulcedo que est ei contraria auget eā: q: cōtrariorū ɔtrarij sunt effectus. Plattearius aūt dicit q̄ pl⁹ humiditatis q̄ caliditatis habet: ꝛ fit de canna mellis q̄ inuenitur in trāsmarinis partibus. s. in hispania ꝛ sicilia. Et eligēdū ē illud quod est albissimū intra ꝛ extra: ꝛ nō rubeū: q: rubeū calidi⁹ est melle: ꝛ ideo mel est melius illo. Si syrupi emātur ab apothecariis: timendū est ne sint de zuccaro rubeo: ideo melius est egro ꝛ medico q̄ eos medicus faciat q̄ eos emat ab apothecario.

De aceto. ¶ Acetū frigi. ꝛ sic. ē ꝟtutē hȝ penetratiuā subtilitate sue substātie ꝛ cōstrictiuā ex suis qualitatib⁹: ideo acetū incidit ꝛ diuidit grossos humores ꝛ viscosos: acetū etiā est aliquātulū calidū caliditate quā acquirit per putrefactionē nō dicit calidū: q: sua frigiditas vincit suā caliditatē ꝛ est pl⁹ frigidū q̄ calidū. Acetū em̄ fit per ebulitionē ꝛ accidētalē caliditatē in vino vel alio faciētē expirare p̄tes igneas ꝛ aereas remanentib⁹ partibus aquosis ꝛ terrestribus: et ideo acetū ꝑ partibus terrestribus est siccū: ꝛ ꝑ partibus aquosis: ꝛ ideo acetū est frigidū ꝛ siccū ꝛ subtilis substātie. ¶ Itē syrupus cōtra cholerā valet si materia sit grossa frigidior: ꝛ oxizaccara pl⁹ valet q̄ dicti tres syrupi. s. rosatus viola. ꝛ nenufarin⁹: cū acetū multū trāseat cū sit multe penetratiōis acute: ꝛ oxizaccara est frigidior syrupo rosato. Sed cauēdū est ne oxizaccara detur habētib⁹ pectus debile ꝛ siccū: ꝛ debiles neruos. Causa primi: q: acetū inimicū est pectori. Causa scđi: q: frigidū est inimicū neruis. Itē cū acetū excoriet itestina. Oxizaccara nō debet dari habē-

De syrupo acetoso. tibus intestina debilia. s. fluxū vētris. ¶ Cōsequēter dicamus de syrupo acetoso. Syrup⁹ acetosus recipit aceti partem vnā: mellis. ij. ꝛ aque. iiij. ꝛ Aui. dicit q̄ ipe nō recipit nisi ista tria. acetū habet frigiditatē: caliditatē ꝛ acuitatē: ꝛ aqua mitigat eius acuitatē: ꝛ caliditatē. Iste aūt syrup⁹ debet dari i omni febre vbi est oppilatio epatis: ꝛ splenis ꝛ intestinorum: valet in febre de grossa materia: acetū em̄ frigidum ꝛ incisiuum est: ꝛ etiam iste syrupus valet cōtra materias grossas simplices ꝛ cōpositas: sed si materia sit subtilis: plus valet syrupus rosatus. acetosus ei datur ad infrigidandum: ꝛ cum hoc ad incidendum et diuidendū ꝛ dissoluendum: acetosus enim syrupus est aperitiuus pororum et fumorum expulsiuus.

De hydromelle. ¶ Cōsequēter dicam⁹ de oximelle ꝛ gr̄a huius de hydromelle: hydromel fit de aqua et melle: q̄d aliqñ est multe cōmixtionis: aliqñ pauce ɔmixtiōis: ꝛ aliqñ equalis. Hidromel multe cōmixtionis habet. ix. partes mellis. ꝛ. j. aque. Hydromel pauce ɔmixtionis habet. viij. p̄tes aque ꝛ mellis. j. Hydromel equalis ɔmixtiōis habet equales partes aque ꝛ mellis ꝛc. Et mellicratū aliqñ sumit pro clareto: et

De mellicrato. aliqñ ꝑ hydromelle. Hydromel vȝ illis q̄ habent grossos humores ꝛ retētionē vrine. Et cauēdū ne detur illis q̄ habent calorē naturalē: ipm em̄ incēdit illū calorē: similiter ne detur habentib⁹ choleram interius: ipsam em̄ incēdit: sed hydromel valet vbi est grossa materia ꝛ phlegmatica.

De oximelle. ¶ Nūc aūt dicam⁹ de oximelle: q̄d est triplicis generis: scȝ simplex: diureticū: ꝛ squilliticū: vel oximel simplex ꝛ oximel cōpositū ꝛ decōpositū. Isti em̄ se habēt per additionē sic. Oximel em̄ simplex fit ex aceto ꝛ melle: vt ex duab⁹ partibus aceti ꝛ vna mellis: ꝛ bonū est aliqñ q̄d parū aque apponatur. Et differt iste syrup⁹ ab oxizaccara in hoc q̄d iste syrup⁹ fit de melle: ꝛ ille d̄ zuccaro: ꝛ iste syrupus aliquando plus de aceto q̄ de melle: aliquādo minus: aliquando equaliter. Si sit pl⁹ de aceto vel equaliter: tunc est multū frigidus: si sit de melle plus: tūc ipse ē calidus: sed parū: q: acetū est frigidi⁹ q̄ sit mel calidū: oximel datur vbi est oppilatio cū frigiditate: ꝛ oxizaccara vbi ē oppilatio de cali-

De oximelle diuretico. ditate. ¶ Oximel diureticū siue cōpositū addit supra syrupū simplicē: ꝛ sic fit. ℞. radices diureticas: vt apij: feniculi petroselini: leuistici: mūdificatas ꝛ intra ꝛ extra: ꝛ per vnā noctē iaceāt i aceto: coquātur cū aceto vsqȝ ad ɔsumptionē medietatis: q: radices multū debēt decoqui: postea colētur: ꝛ addat mel sufficiēter: ꝛ valet cōtra oēm febrē ex materia frigida: sicut quotidiana: ꝛ quartana: ꝛ vniuersaliter cōtra oēs humores phlegmaticos ꝛ melancholicos in remotis partibus: q: ipm est incisiuū: sȝ debet euitari ne detur habētib⁹ pectus malū: ꝛ neruos debiles: nisi apponatur reprimēs malitiā ei⁹. ¶ Oximel squilliticū siue cōpo-

¶ Diacameron.i.ducens hoiem de morte ad vitã: qđ facit asmaticis arteticis tussietibꝰ phthysicis: ꝛ oẽm ibecillitatẽ stomachi emẽdat: debiles lumbos ꝯfortat: luxuriã ꝓuocat: ꝛ omne qđ in diarodon iulij laudaꝛ cõplet: decima pars cõfecta est lib.ij. ℞. antophyli: zinzi.anã.ʒ.v.℈.j.et gra.xvj. cinamo.galan.anã ʒ.ij.gra.vj. gariofi.spice zedoarie: costi. piretri coralli rubei dragagan.reuponti.saliunce: anacardi ossiũ dactyloꝝ: carpobal.anisi seminis iuniperi ameos. leucopiperis: macropiperis melanopiperis anã.ʒ.j.℈.ij.et gra.viij.limature auri puri ꝛ argẽti meri: ossis de corde ceruiana.℈.ij.et ß.musci et rasure eboris ana.℈.j.et gra.vij. amb.ʒ.j.mel.qđ sufficiat: dekt ꝺ eo.ʒ.iij.mane ꝛ sero cũ vino.

Diamorõ.

¶ Diamorõ a moris celsi dictũ est a moris rubeis valet ad oẽs cãs palati ꝛ gutturis cadẽtẽ vuulã subleuat: et humorositatẽ desiccat: medietas est lib.j.℞.mororũ celsi moroꝝ bati lib.j.mellis lib.ß.cepe.ʒ.iij.cõfice sic: succũ cũ melle et sapa in eneo vase stagnato ad prunas leues ad pfectã decoctionẽ desine bulire: cũ aũt scire volueris si coctũ sit: pone ex eo guttã.j.sup marmor: et si inclinato marmore se qsi mel retineat: coctũ est: tũc accipe in vase stagneo: ꝛ vsui reserua. Et cũ opꝰ fuerit ex eo palatũ ꝛ vuulã inũge: ꝛ ad gargarizandũ dabis. ¶ Superius visum est de opationibus medicine calide: nũc dicamꝰ de opatiõibꝰ medicie frigide.

De operationibꝰ medicine frigide.

¶ Et sciendũ ꝙ medicina frigida quinqꝫ habet operationes. Prima est cõfortare. Secunda est repercutere. Tertia est ingrossare. Quarta est incrudare. Et qnta stupefacere. ¶ Prima est confortare membrũ: qđ tripliciter contingit. ¶ Uno modo substantiã mẽbri inspissando: ꝛ sic frigida ꝛ stiptica ꝯfortãt. Scđo modo cõfortat membrũ spũs viuificando: ꝛ mobiles ꝛ agiles ad sua opera incitando vel excendo: ꝛ sic medicine aromatice cõfortãt. Tertio modo cõplexionẽ mẽbri adequãdo: ꝛ sic medicine tẽperate ꝯfortãt: ꝛ sic oleũ rosatũ caliditatẽ mẽbri ꝯtẽperãdo membrũ ꝯfortat.

Frigidum quatuor modis repercutit.

¶ Scđa operatio medicine frigide est repercutere: frigidũ eñ repercutit quatuor modis. Uno modo qꝛ medicina frigida membrũ cõstringit: ꝛ ipm constrictũ minorẽ locũ occupat: ideo necessario qđ est in mẽbro expellit: ꝛ aliũde materiã non recipit. Scđo modo frigidũ repercutit caliditatẽ membri fortiter attrahentẽ mitigãdo: que mitigata minꝰ attrahit: et ideo in hoc materia trahi ad locũ ꝓhibeꝛ in hoc qđ trahens debilitaꝛ: ꝛ ita a frigido expelliꝛ. Tertio modo frigidũ repercutit materiã fugãdo per cõtrarietatẽ: qđ est: qꝛ non vadit vacuũ.i.secũ humores ducit: et ita frigidũ expellit materiã fluxã ꝛ fluxurã. Quarto modo frigidum repercutit materiã ipam ingrossando: que minor redditur: nec penetrans membrũ propter sui grossitiẽ: sicut si esset subtilis ꝛ ingrediẽs.

Materia tripliciter ingrossaꝛ.

¶ Tertia operatio medicine frigide est ingrossare: sed materia tripliciter ingrossaꝛ. Uno modo per cõgelationẽ: sicut glacies a frigido ingrossatur. Scđo modo per inspissationẽ ꝛ subtilis hũidi ꝯsumptionem: ꝛ sic siccũ ingrossaꝛ: ꝛ humidũ ingrossaꝛ: ꝛ sic forte cholera existens per se ingrossaꝛ. Tertio modo ingrossatur aliquid per alterius rei cõmixtionẽ: sicut aqua per admixtionem farine ingrossatur: ꝛ sic calidũ ingrossat: qꝛ cõmouet materias: ideo vnã partẽ alij cõmiscet et terminat: ꝛ sic indigesta a calido ingrossat: ꝛ sic ingrossatur digestio per bonam cõmixtionẽ: ꝛ terminationẽ humidi cum sicco: ꝛ econuerso. ¶ Quarta operatio medicine frigide est incrudare: incrudaꝛ aũt materia tripliciter. Uno modo calidum digerens debilitando: ꝛ sic frigida per caloris debilitatẽ indigestionẽ faciunt. Scđo modo fit indigestio propter membri raritatẽ: propter qđ ab exteriori calore calefaciendo ad exteriora calor digerens attrahitur extra locũ digestionis. Propter quod qui habent rarum stomachũ male digerũt: ꝛ propter hoc etiam non fit bona digestio in estate: qꝛ calor ad exteriora trahit. Tertio modo fit incrudatio ꝓpter motum rei digestibilis: qꝛ digestio fit in quiete ẽm Aristo.iiij. metaurorũ. Et ideo ẽm Auicen. in primo: digestio non fit mediantibus villis qui sunt necessarij propter motũ materie: ꝛ ideo illi qui faciũt rem digestibilẽ moueri de loco ad locum incrudant: et sic ventosa omnẽ digestionẽ impediũt propter humiditatẽ extraneam accidentalẽ crudam in eis existentem que in ventositatem resoluitur: que quidẽ ventositas qñ non consumiꝛ de loco ad locum moueꝛ: ꝛ aliud simili motu mouet: sicut cepe: fabe: cicera: faseoli: qꝛ in ventositatẽ humiditas quidem extranea in eis existens dissoluitur: ideo digestionem impediunt. ¶ Quinta operatio medicine frigide est stupefacere: qđ facit dupliciter. Uno modo spiritus ingrossando et immobilitando: propter qđ inhabiles virtuti anime fiunt. Et propter hoc in membro virtus ista non mandatur: nec operationẽ eius efficit. Secundo modo qꝛ cõplexionẽ mẽbri corrũpit: ꝓpter qđ spiritus cum ipso operationẽ in ipso non exercet: que sine complexione membri debita ꝛ proportionabili existente instrumento non exercentur in membro.

De operationibus medicine humide.

¶ Humide medicine quinqꝫ sunt operationes. Prima eiꝰ operatio est inflare. Secũda est lauare. Tertia sordidare. Quarta lubricare. Quinta planificare. Prima aũt est inflare: inflatio eñ fit per resolutionẽ materie in ventositatem: cum nõ põt consumi ista materia: nec ventositas: ꝛ sic omnia ventosa que habent in se aliquã humiditatẽ extraneam crudam per quã inflant vẽtositatẽ in stomacho operantur: ꝛ ita etiã que ventositatẽ faciunt: sunt inflantia: sicut cepe ꝛ cetera. Istoꝝ eñ que faciunt ventositatẽ quedã faciunt in stomacho ventositatẽ ꝛ vlterius: aut parum: aut nihil transit ad venas: aut ad epar: sed in stomacho cõsumitur: ꝛ si in stomacho non põt consumi facit passionem in intestinis: vt colicam inflatiuã: sicut sunt ruta ꝛ spinachia: alia sunt quorũ ventositas licet eleuetur in stomacho: tñ aliquid non consumiꝛ de quo sit curandũ: ꝛ residuũ transit ad epar ꝛ venas: ꝛ hoc forte sui acuitate: sicut in cepe forte anteqꝫ possit in stomacho cõsumi: stimulat vt a stomacho expellaꝛ: ꝛ sui acuitatẽ penetrat: ꝛ etiã ventositas horũ facit eandẽ passionẽ quã ꝛ vẽtositas precedentiũ. Sunt alia quorũ ventositas in stomacho cõsumiꝛ quantũ ad aliquã eius portionem: qꝛ non ita cito penetrat forte cum non sit acuta: sicut ventositas predictorũ: ꝛ ita cõsumiꝛ aliqua eiꝰ portio non tñ tota forte ꝓpter sui grossitiẽ sicut fabe: ꝛ illa portio que in stomacho nõ ꝯsumiꝛ ad epar venit: ꝛ ab epate ad membra genitalia currit: ꝓpter qđ ad coitũ valet: in oĩbus tñ istis fit eleuatio vẽtositatis in stomacho: vt in cepe: fabis: ꝛ alijs: que oĩa habent humiditatẽ extraneã indigestã: sed in quibusdã cõsumiꝛ: ꝛ in quibusdã nõ.

Lauatiua medicina que.

¶ Scđa operatio est lauare: humidũ eñ est lauatiuũ: lauatiua eñ medicina est que abstergit sua actiõe ꝛ passione.i.agendo ꝛ patiendo: vt aqua ordei que est humida ꝛ cursibilis: quia humida remollit materiam: qꝛ cursibilis est mobilis: ꝛ suo motu impellit: ꝛ secũ trahit materiã remollitã: et ita agendo ꝛ patiendo abstergit: ꝛ sic aqua cucumeris: cucurbite ꝛ aqua ordei: ꝛ aqua piscũ sunt lauatiue: qꝛ sunt humectantes ꝛ cursibiles. Unde cũ nos volumꝰ domũ mũdare ꝓicimus aquã cum impetu: vt remolliat: cursibilis sit: ꝛ secum puluerẽ trahat. ¶ Tertia eius operatio estꝰ sordidare: humidũ sordidat: et hoc est humidũ sua viscositate adherens fortiter mẽbro: sicut gũmi arabicũ ꝛ dragagãtum: membrũ sordidãt sua adherẽtia: hoc est cum illud membrũ cui adheret nõ indiget lenitione: immo habet humiditatẽ sufficientẽ aut superfluã: et tunc humidũ adherens ei sordidat ipsum. ¶ Quarta operatio eius est lubricare: humidũ eñ est lubricatiuũ: et est medicina lubricatiua que solũ humiditatẽ remollit sua humiditate sine hoc ꝙ sit cursibilis: et sic viole lubricãt sua humiditate remolliẽdo materiã: que remollita nõ ampliꝰ adheret mẽbro: nec ei inuiscaꝛ: ꝗ cũ nõ adheret ampliꝰ mẽbro sua grauitate cadit: aut materiã stimulat ꝛ grauat: ita ꝙ ab ea expelliꝛ: et sic differt lubricatiua a lauatiua: qꝛ lubricatiuũ ex sola passione remolliendo mundificat ꝛ abstergit: sed lauatiuũ actione et passione: vt dictũ est. ¶ Quinta eiꝰ opatio est planificare seu applanare rẽ asperã: sicut videmꝰ in trachea arteria cũ sit aspera ꝑ hũiditatis sue ꝯsumptionẽ educẽtis equalitatẽ suaꝝ partiũ: tunc fit in ea partiũ suarũ supereminẽtia ꝓpter humidi consumptionẽ: tunc adueniẽte aliquo humido leniente applanatur ꝛ adequatur: ꝛ sic gummi arabicũ: dragagantũ: et silia trachee arterie sunt planificatiua.

De operatiõibꝰ medi.sicce.

¶ Sicce medicine quatuor sunt operationes. Prima est ꝯstringere siue aggregare membrum. Secunda est consolidare. Tertia est carnẽ generare. Quarta est sigillare.i.cutẽ generare. ¶ Prima igitur est cõstringere siue aggregare membrũ: ꝛ ex hoc sequitur: ergo siccũ exprimere habet: qꝛ ꝯtrahẽdo ꝛ cõprimẽdo mẽbrum facit illud minorẽ locum occupare: et

ita humiditatē interruptam inter partes aggregat necessario exprimit: ⁊ ex hoc sequit̄ ꝙ ingrosset ꝑ expressionē talis subtilis humidi: ergo oppilat: q2 ĩgrossat: ⁊ q2 materiā immobilē: nec cursibilē: neq3 penetrantē reddit per meatus ꝑ quos possit penetrare: si nō ingrossata esset: nec aggregata in vnū: ⁊ ex hoc sequitur: ꝙ siccū cōglutinat̄: ⁊ cū ipso est parū de humido cū sicco terreo bene terminato ⁊ fortiter: et per hanc viā oēs medicine que in fluxu ventris dantur ad constringendū ⁊ constipandū debent aduri: vt humiditas superflua que est in eis lubricans consternat̄ siue auferatur: ⁊ tūc in eis est bona terminatio humidi cū sicco terreo: ⁊ ita sunt bene cōglutinate: ⁊ per hoc sunt bene cōglutinantes ⁊ cōstipantes: ⁊ excoriationi intestinoꝝ resistētes. ¶ Scōa opatio sicci est ꝯsolidare ⁊ vnire partes vulneris siue labioꝝ adinuicē: ⁊ hoc ꝓpter ꝯsumptionē humiditatis sup̄flue interempte inter vulneris labia non ꝑmittētis ea cōiungi ⁊ vnū fieri ſm Gal. in techni. caplo de ꝯsolidatione ꝯtinuitatis: ⁊ sic sanguis draconis ꝯsolidat: et vuln⁹ curat. ¶ Tertia operatio sicci est generare carnē: qđ fit dupliciter. Uno modo q2 materiā superfluā cōsumit: que mēbri cōplexionē corrūpebat. ¶ Scđo modo: q2 sanguis ingrossatur: ꝓpter hoc disponit sanguinē: vt ex eo fiat caro. Ista eñ medicina q̄ carnē generat op3 vt nō sit mordicatiua: ꝑ hoc eñ malā materiā attraheret: q̄ carnis gñationem impediret: nec nimis sit sicca: q2 tūc materiā ex qua d3 fieri ꝯsumeret ⁊ substantialē humiditatē mēbri: ⁊ sic vlcus ꝓfundaret. ¶ Quarta opatio sicci est sigillare: ⁊ cutē generare sup̄ vulnus ꝯsolidatū: et ita est siccior q̄3 carnē generans: q2 magis d3 cōsumere humiditatē: ⁊ sanguinē indurare: q2 siccior est cutis q̄3 caro: et he sunt opationes sicci. ¶ Scite sunt opationes medicinaꝝ simpliciū q̄s habēt a cōplexione sua. Sunt ⁊ alie quas nō habēt a sua cōplexione: sed a sua ꝓprietate: sicut scamonea h3 attrahere cholerā. Itē q̄dā sunt medicine q̄ habēt duas opationes simul vt ventrē soluere: ⁊ membrū cōstringere ⁊ confortare: sicut hermodactyli hñt attrahere phlegma a iuncturis ad stomachū: ⁊ per hoc ventrē laxāt: et hoc faciūt sua ꝓprietate. Similiter sua stipticitate qua habēt ꝯfortare iuncturas ⁊ ꝯstringere ne materiā aliūde recipiāt. Et forte emplastrati exterius supra iuncturas habēt extrahere materiā ad exterius: ⁊ stipticitate sua mēbrū ꝯfortare. ¶ Itē alie sunt medicine q̄ habēt duas opationes facere: ⁊ sunt differētes ad illas: sicut ciminū h3 laxare membrū sua humiditate lubricatiua: ⁊ ꝓuocare rōne sue subē subtiliatiue ⁊ penetratiue. Quando ergo volum⁹ vnā istarū operationū ꝑ talē medicinā facere: tūc debemus aliā impedire: et illā quā volum⁹ iuuare. Unde qñ volumus prouocare vrinā per ciminū debemus iuuare ciminū per diuretica: vt per semē apij: ⁊ tūc ad prouocationē vrine valet: ⁊ in partes ipm ciminū puluerizare: vt citius a stomacho ad renes transeat: ⁊ aliā impedire. s. humiditatē lubricā amouendo forte per adustionem vel cōtritionē. Sed si volumus ventrē laxare oportet econuerso facere admiscēdo medicinas lubricas vt violas ⁊ similia: ⁊ in grossas partes puluerizare: vt plus in stomacho moretur: et operationē suā in eo faciat. Itē alique medicine que habent substantias diuersas in se: vnā acutam subtilem que est in superficie: aliam centralem grossam stipticā vt caulis: inter quas natura pōt diuidere in operādo vnā partē trahēdo ad vnā materiā faciēdo vnā opationē ⁊ aliā ad aliā: ⁊ iō caulis in apostematū statu est bon⁹: natura eñ trahit substantiā subtilē acutā ad materiā fluxam vt ipam dissoluat: ⁊ mittit substātiā stipticā ad materiā fluxā ne fluat ⁊c. ¶ Habito de tribus cōfectionib⁹ quasdā medicinas ꝯponētib⁹ ⁊ q̄dā electuaria ingrediētib⁹. Nūc ad electuaria accedam⁹. ¶ Sciendū ꝙ electuarioꝝ q̄dā sunt calida vt diamargariton: diacalamētū ⁊c. Quedā sunt frigida: vt diapapauer: triasandali ⁊c. Quedā hūida vt diadragagantū. Quedā sicca: vt diaprassiū. ¶ Itē quedā iuuant mēbra animata: vt pliris cū musco et sine musco. Quedā mēbra naturalia: vt diacitonitē. Quedā mēbra genitalia: vt diasatirion. Quedā vitalia: vt diamargariton. ¶ Item quedā ꝯfortatiua tm̄: quedā cōfortatiua et laxatiua: qñ cōfortāt pulueres debēt bene conteri ſm suū modū plus vel minus ſm ꝙ diuersis mēbris cōpetūt: vt dictum est prius. ¶ Itē quedā electuaria fiunt ex solis pulueribus vt diamargariton: quedā decoctionibus herbarū ⁊ pulueribus: ⁊ aliqñ cum succis herbarum ⁊ pulueribus ipsarum.

De electuarijs.

¶ Ad istā electionē spectāt que valēt ad mēbra spiritualia: que sunt diamargariton: diacameron: diamoron.

¶ Diamargariton est electuariū ex puluere factum: ⁊ dicitur sic: q2 ex duabus margaritis conficit̄: valet cardiacis ⁊ tristib⁹: valet ad cordis ⁊ stōi debilitatē: ⁊ letificat. Margarite ſm quosdā sunt basis: q2 dāt nomē: s3 nō op3. Nō enim dāt nomē margarite ⁊ laudes cōuenietes huic electuario. Tales eñ sunt: q2 cōfortāt cor ⁊ stōm. Gariofili igitur ⁊ spica ⁊ lignū aloes: ⁊ margarite sunt ꝓ basi vna: q2 margarite cōfortāt cor: ⁊ alia stōm cōfortāt: margarite cōfortāt cor ꝑ similitudines: q2 sunt dure sicut cor. ¶ Itē q2 cor est raꝝ in substantia confortant ipm inspissando. Uñ lignū aloes ⁊ spica ⁊ gariofili sunt eius basis quantum ad confortationem: ⁊ margarite ad cordis debilitatem. ¶ Gariofili ē medicina nota: proprietatē cōfortādi stomachū ⁊ epar habēt: faciunt putrefactionē oris sua acuitate cū nimio vsu comestiōis: q2 sua acuitate laxāt gingiuas: que laxate materiā aliqñ recipiunt que remanens ibi putrefit. ¶ Et spica duplex est: sc3 celtica: ⁊ spica nardi. ¶ De spica nardi hic intelligimus: est medicina nota habēs proprietatē resoluendi caliditate sua: ⁊ ꝯfortādi stomachu3 sua stipticitate: oppilationē epatis aperit cū materia est frigida: pectus confortat: ⁊ coitū incitat. Et ideo in medicinis prouocantib⁹ coitū ponitur. ¶ Item prouocat mēstrua suffumigata: est eñ aromatica. ¶ Margarita duplex est. s. perforata ⁊ nō perforata: ꝑforata est melior cū est perforata a natura non ab arte vt ponit̄ in coronis: q2 ista operatio nō dat ei bonitatē neq3 malitiā: licet hoc quidā dicāt ꝙ propter hoc sunt bone: q2 ille perforant̄ que in coronis mulieris ponūtur: ⁊ ideo perforate sunt meliores. ¶ Sed dico ꝙ ꝑforata a natura est melior: ⁊ cū est perforata a natura est ꝑciosa ⁊ cara q2 ſm philosophu3 libro. iiij. de animalibus que sunt perforate a natura sunt mūdate a suis sup̄fluitatib⁹ per illa foramina. Margarite sunt illi lapides q̄ in vētrib⁹ piscium conchiliū inueniūtur: ista puluerizata cū corallo si ꝓijciatur sup̄ oculū valet ad lachrymas oculi: prohibet ne materia fluat ad oculū. ¶ Diacamerō. i. ducēs hominem de morte ad vitā. ātophil⁹ ibi ponit̄: ⁊ est stipticus amarus: valet ad pect⁹ ⁊ ad luxuriosos: ⁊ gariofili. zinziber. ⁊ cinamomū: sunt ibi ꝓ basi vna: quia confortāt stomachum: ⁊ antophilus est ibi basis alia sc3 inquantū confortat pectus: et est medicina cardiaca: ⁊ est preciosior q̄3 diamargaritō: q2 ibi ponunt̄ que ponūtur in diamargariton: ⁊ plus de ꝑciosis galāga ⁊ spica celtica. ¶ Diamoron ex duobus moris fit. Est eñ mora celsi: ⁊ mora rubi: illa nō possunt digeri in stō propter sui grossitiem: ideo ei nocent: sunt enim stiptica ⁊ sicca: vñ prohibēt materiam fluere ad vuula3 ⁊ guttur sua stipticitate. Diamoron valet in principio squinantie: mirabiliter eñ reprimit materiam ne fluat ad guttur ⁊ cum aqua rosata administrat̄: ⁊ plus si administretur cū succo corticū nucis magne: quia diamoron per se nō potest penetrare ꝓpter sui grossitie3: ⁊ ideo non conuenit in repercussione materie a superioribus venientis: sed succus ille est penetratiuus: cuius signū est quia pueri nō possunt abstergere man⁹ suas ab ipso maculatas: ⁊ iō penetrat bene interius: ⁊ sua acuitate qua penetrat materiā fluxā cōsumit in sua stipticitate materiā fluxuram prohibet ⁊ non solu3 ab vna parte: sed a qualibet parte: quod nō poterat facere diamoron per se: q2 non poterat intrare partes gutturis sicut cū succo: ista decima pars que inuenitur in antiquis libris est li. ij. ¶ Habito quomodo fiat digestio. Cōsequenter queritur vtrū quilibet humor sit euacuād⁹: ⁊ a natura digerēd⁹: ⁊ videtur ꝙ non per Hippocratē. ij. aphorismorum: inchoantib⁹ morbis ⁊c. sed tunc materia est idigesta: ergo ⁊c. ¶ Itē in primo: in ꝑacutis passionib⁹ raro pharmacijs vti: sed tunc nō est digesta materia: ergo ⁊c. ¶ Itē digestio est repressio male qualitatis materie: sed materia euacuāda pōt peccare in quātitate non in qualitate: ergo talis materia euacuanda non pōt digeri. ¶ Item aliquādo nulla facta digestione materie euacuande damus hic repigrā Gal. Paulini pilulas ad euacuandā cholerā añ cibum vel post: ergo ⁊c.

De diamargaritō

De gariofil.

De spica.

De margaritis.

Declaratio diacamerou.

Diacamerō ē ꝑciosior diamargariton.

Declaratio diamoron.

Queritur an q̄l3 humor sit euāandus.

Quid digestio.

¶ Sed ꝯtra: dicit Hippo. digesta medicari ⁊c. ¶ Consequēter querit̄: vtru3 materia nec quantitate: nec qualitate peccās si debeat euacuari debeat digeri: videtur quod nō: quia digestio est

Queritur an mā nec qualitate nec q̄3titate peccās sit digerēda.

q: digestio est repressio male qualitatis materie: ergo ⁊c.
¶ Contra digesta medicari ⁊c. ¶ Jtē in apho. dicit: si q̄s
vult corpꝰ purgare opꝫ materiā preparare primo: ergo ⁊c.
¶ Solutio: ad primā qōnem dicendū ꝙ aliqñ est euacuā-
da materia digerēda: ⁊ aliqñ nō: nam si materia est furiosa
tunc dꝫ euacuari sine eius digestione: si materia nō est fu-
riosa: aut ipā est multa: aut nō: si sit multa dꝫ euacuari tūc
absq3 digestiōe materie ad nunꝰ in parte: vt natura meliꝰ
possit supra residuū: meliꝰ est eñ ipām materiā indigestā
euacuare q̄3 naturā impedire in sua digestione: si materia
non est multa: vel natura pōt supra eam cōplete ad digerē-
dum eam: aut non: si sic: ipsa non est digerenda anteq̄3 eua
cuetur: si natura non potest cōplete supra eam ad digerēdū
ipsam: tunc aut ipā euacuat̄ per medicinā fortē: aut per le
uem: si per leuem medicinā euacuat̄: tunc eam pōt hec tan
tum digerere per aliqua sui cōponētia: quantū ipsa potest
addere per aliqua sui cōponentia: sicut pilule ante cibum:
tunc tales medicine possunt dari ante digestionē: cum ipē
digerāt tantū quantū euacuant: si medicina sit fortis: tūc
materia debet digeri anteq̄3 euacuetur tali medicina. Ad
quam digestionem quatuor requiruntur conditiones.

Quatuor cōditiōes requirunt̄ ad bonā digestionem.

¶ Prima est membrum preparare ita: ne malum ei nocu-
mentum inferatur a malitia medicine: ⁊ ita diuersimode
debēt preparari contra diuersas malitias quas medicine
debēt inferre. Vñ Hippocrates. iiij. particula aphoris. ad
helleboros ⁊c. q: helleborus nimium desiccat: anteq̄3 exhi
beatur membrū debet humectari quiete ⁊ ocio. ¶ Secun-
da conditio est: ꝙ materia remolliat̄ vt sit parata ad exitū.
¶ Tertia ɔditio est ꝙ vie debēt aperiri: vt per ipsas possit
currere materia ⁊ trahi a medicina. ¶ Quarta cōditio est
ꝙ humor attrahēdus ita preparet̄ vt a mēbro ⁊ a materia
odio habeat̄ ꝙ a natura non retineat̄: natura eñ vehemē-
tius retinet phlegma in estate q̄3 in alio tpe: vt per illud cō
temperet̄ caliditas estatis et cholere abūdantis in estate.
Similiter in hyeme natura vehementius retinet cholerā
q̄3 in alio tpe: vt per eam contēperet̄ frigiditas temporis
hyemis ⁊ phlegmatis abundantis in hyeme: ⁊ ideo in esta
te est magis amicū nature phlegma q̄3 cholera: ꝓpter qd̄
in estate facilius euacuat̄ cholera q̄3 phlegma: imo si phle-
gma tūc euacuaret̄: tūc esset motus agitatiuus phlegma-
tis tracti a natura ⁊ a medicina. Similr̄ cholera in hyeme
est amicabilior nature q̄3 phlegma: ⁊ ideo in hyeme faciliꝰ
euacuat̄ phlegma q̄3 cholera: immo si cholera tūc euacua-
ret̄ esset motꝰ agitatiōis cholere tracte a natura ⁊ a medi-
cina: per hec patet responsio ad duo prima argumenta.
¶ Ad tertiū dicendū: ꝙ ratio supponit falsum: impossibi-
le est eñ humorem abundare in quantitate quin cum hoc
abundet in qualitate: vñ impossibile est phlegma abunda
re in quātitate quin cū hoc abundet in frigiditate ⁊ humi
ditate: nō q: sit frigidior ⁊ humidior: q̄3 si nō abundaret: et
ita de aliis humoribus: et sic patet solutio ad argumentū
per predicta. ¶ Ad secundā questionē dicendū est ꝙ mate
ria nec qualitate nec quātitate peccās anteq̄3 euacuet̄ de-
bet digeri: vt ipsa sit nature odiosa: nisi eñ digereret̄ non
esset nature odiosa: ⁊ tūc si vellemus ipām euacuare: esset
motus agitationis medicine trahētis ⁊ nature retinētis: si
aūt timeamus humorē mouere: et facere in tpe sequēti ra-
tione more aliquā egritudinē specialē: sicut febrē tertianā
vel aliquem alium morbum ante tempus: illud est melius
materiā alterare in oppositas qualitates illius morbi: ne
illum morbū faciat q̄3 illā materiā euacuare: et sic soluunt̄
argumenta: ⁊ per consequens questiones. ¶ Dianthos di-
citur quod fit ex floribus dendrolibani: violarum et rosa-
rum: valet tristibus, macilentis cardiacis: multū letificat:
et conualescētes ex egritudinibus multū cōfortat. vj. pars
confecta est lib. ij. ⁊ ß. ℞. florum rorismarini. ℥. j. rosarū vio
la. liquiritie añ. ʒ. vj. gariofilorum: spice: nucis muscate: ga
lange: cinamomi: zinzibe. zedoarie: macis: ligni aloes: car
damomi: aneti añ. ℈. iiij. mellis quantū sufficit: et det̄ ma-
ne ⁊ meridie febricitātibꝰ cū aqua: nō febricitātibꝰ cū vino.

De dianthos.

¶ Pliris arcoticon: pliris cōpleta medicina: arcoticō prin
cipiū interpretat̄: proprie valet tristibus melancholicis: et
ad nimiam stomachi debilitatē ⁊ sincopim ⁊ cordis: memo
riā reparat: intellectū acuit: ⁊ epilēticis: analēticis ⁊ cata
lēticis ꝓdest: ⁊ oēm debilitatē cerebri reparat. octaua pars
est li. j. ℞. cinamomi: gariofilorꝫ: ligni aloes: galāge: spice:

De pliris arcoticō.

nucis muscate: zinziberis: spodij: squinanti: rosarū: ciperi:
violarꝫ añ. ʒ. j. ⁊ gra. xvj. folij liq̄ritie: storacis: masticis: san-
suci: balsamite: basilicōis: cardamomi: macropiperis: myr-
tillorꝫ: corticū citri añ. ʒ. ij. ⁊ grana. v. gēmarū: been albi et
rubei: coralli: serici cōbusti: añ. ʒ j. ⁊ grana. ij. ⁊ ß. musci gra-
na. v. syrupi rosa. quantum sufficit: datur mane et sero fe-
bricitantibus cum calida: non febricitantibus cum vino.
¶ Diacastoreū dicit̄ a castoreo qd̄ ibi recipit̄: valet contra
grauissimam cephaleam: epilenticis vertiginosis auxiliat̄:
hemicranicis et monopagicis doloribus prodest: paraly-
sim omniū membrorum maxime capitis emūdat: eufrasim
epatis ⁊ splenis atq3 renum soluit: ⁊ oībus egritudinibus
ex frigiditate obstat: quinta pars confecta est lib. ij. Reci-
pe castorei: myrobalanorꝫ citrinorum añ. ʒ. iij. minus gra.
j. ⁊ ß. aloes. ʒ. j. ⁊ ß. minus grañ. j. asari: myrrhe: euforbij:
añ. ʒ. j. ⁊ grana. xvij. folij antimonij: liquiritie: dragagāti:
calami aromat. nitri: galbani: squinanti: spice: oppopona-
cis: casie: piperis lōgi: albi ⁊ nigri: xilobalsami: carpobalsa-
mi: coloq̄ntide: reupontici storacis calamite: zinzibe. cina-
momi: añ. ʒ. j. et grana. ij. staphisagrie: dauci: maratri: pe-
trose. apij. se. sileris daphnocoꝛi: cōchi. sinoni: petrolei: sto-
racis rubei sanguinis draconis: cardamonii: thuris maio-
ris ⁊ minoris: anisi sileris: olei laurini: agarici masti. salis ar
mōiaci: zedoarie añ. ʒ. j. ⁊ gra. viij. saturegie: hyssopi: came-
dreos: pulegij: origani: balsamite: ozimi brāce vrsine dipta
mi: rute: seminis aristologie lōge ⁊ rotūde: aaron: nabathe
maticon asari: saluie: rosarū bdellij ana. grana, xvij. epithi.
polipodij: oppopona. añ. ʒ. xv. aliapidios: capparis añ. gra
na. xj. anacardi sauine gētiane: corticū mādragore ana. gra
na. xvj. peucedani: absinthij: ireos añ. grana. ij.. ⁊ tertiā par
tē. j. mellis qd̄ sufficit: det̄ in modū auellane capitalibꝰ pas
sionibꝰ cuꝫ apozimate lilifagi: epaticis cū decoctiōe absin-
thij vel eupatorij: spleneticis cū aq̄ capparis vel calamēti:
nefreticis cū aq̄ decoctiōis milij, solis vl̄ macedonici: acci
piat̄ summo mane: et ieiunēt vsq3 ad horā sextā. ¶ Diairis
dicit̄ a radice illa q̄ ireos appellat̄: valet disinicis: arteria-
cis: tussientibus: vocē perditā restaurat si fuerit ex frigida
causa: duodecima pars eius confecta est lib. iij. ℞. ireos. ℥.
j. pulegij: hyssopi: liquiritie: añ. ʒ. vij. dragagāti: amidgala-
rum: pinee: cinamomi: zinziberis: piperis: añ. ʒ. iij. storacis
rubee. ʒ. ij. ⁊. ℈. j. caricarū carnium dactylorꝫ passularū enu
cleatarū ana. ʒ. iij. ⁊ ß. mellis qd̄ sufficit: detur sero cū vino
calido. Sicut dicit Auicen. in. ij. iudicia medicinarū mutā
tur ſm diuersas preparationes: ne igitur iudicium medici
impediatur: preparationes medicinarum videamus.

Diacastoreum.

Diairis.

De ꝑparationibꝰ medicinarū.

¶ Sex eñ sunt preparationes medicinarū. Prima est co
ctio. Scd̄a contritio. Tertia est adustio. Quarta ablutio.
Quinta ɔgelatio. Sexta cōmixtio. Preparant̄ igitur me-
dicine per coctionē: q̄ coctio necessaria est tribꝰ de causis.
¶ Prima est earū mūdificatio: ⁊ sic mel decoquit̄: vt a sua
impuritate mundificet̄. Unde Galenus. iij. acutorꝫ: mel nō
coctū non dꝫ poni in hydromelle nisi sit purū: licet si sit pu
rum debet decoqui: vnde mūdificetur. Secunda conditio
vel causa est vt substantia quā volumus refutare expella-
tur: sicut cū caules in dissinteria volumus dare ad ventris
constipationē decoquimus: vt substantiā eorū acutā laxa
tiuam que est in succo auferamus: ⁊ de hoc habet̄ a Gale-
no. iij. de simplici medicina: ꝙ caulis decoquit̄ cū ad vētris
locum datur: q: quanto plus decoquit̄ tanto plus stringit.
¶ Tertia de causa fit decoctio medicine: vt virtus eius aq̄
vel oleo in quo fit decoctio demundet̄. Et propter hoc di
cit Galenus. iij. simplicis medicine: qd̄ aqua ⁊ oleum sunt
materia aliarū medicinarū que ſm virtutes illarū medici
narum quibus cōmiscentur formantur: et hec tertia deco
ctio diuersificat̄ scd̄m diuersitatem decoctionū: quedā eñ
sunt medicine quas oportet longo tēpore decoqui: ⁊ sunt
grosse: vt lapides: ⁊ radices: ⁊ genera alia: ad hoc eñ vt co
rum virtus aqua vel oleo madetur opꝫ qd̄ earū decoctio
sit diuturna. Alie sunt medicine que minori decoctiōe in-
digent ⁊ in tēpore minori: sicut semina diuretica: vt semen
apij: petroselini: feni. dauci: carui; ameos ⁊c. Alie sunt me
dicine quarū decoctio est ad sufficientiā in tpe breuissimo:
vt ille que sunt rare substātie: vt epithimū flores vio. bora
gi. ⁊ oēs flores vniuersaliter. Ex hoc eñ habemus vnum
modum confectionis syruporū. Si eñ volumus in aliquo
ponere radices: semina: ⁊ flores: prio debemꝰ ponere radi-

Pria preparatio fit per decoctionem.

ces: et decoctione semifacta debemus ponere semina: et decoctione fere cõpleta debemus ponere flores. ¶ Scđa preparatio medicine est per cõtritionẽ: ista aũt cõtritio est duplex: vna multa: alia parua. Multa fit duabus causis. Prima est vt per illã cõtritionẽ remoueatur malitia medicine quã faceret in substãtia sua grossa: ⁊ sic bene cõterit pulpa ꝯm Auicen. q2 si remaneret in sua substãtia grossa adherens mẽbro vt stomacho vel intestinis sua spongiositate attraheret humorẽ multũ existẽs in stomacho vel intestinis: ⁊ posset ibi generari apostema: et hoc dicit Auicen. in ij. ⁊ nõ sis ꝯtentus pulpã ꝯterere: vñ pulpa ꝓpter illã cãm subtilissime ꝯterit. Scđa cã est q2 membrũ qđ curare volumus est situatũ in diuersis partibus remotis: et ideo bene debet ꝯteri vt facilius penetret: ⁊ min⁹ in stomacho remaneat: ⁊ ꝓpter hoc dicit Auicen. in ꝓemio ꝙ pulueres subtilissime debẽt cõteri cum ponunt in electuarijs: ⁊ hoc habetur a Gal. ij. simplicis medicine ꝙ medicine curantes passiones renũ debẽt minutissime ꝯteri ꝓpter cãm predictam. Grossa aũt cõtritio fit duobus modis. Una est cã ne vltimata ꝯtritione virtus medicine ⁊ operatio ꝓpria corrũpatur: vt cũ medicina sit scamonea si multũ cõtereret propter raritatẽ sue substãtie amitteret suam operationẽ: que est attrahere cholerã: propter qđ ipsa debet conteri in magnas partes. ¶ Et si tu dicas per illã ꝓpositionẽ: ꝙ si tanta virtus in tanto tp̄e potest: et mediũ poterit trahere mediũ inequali tp̄e: ergo si pondus. j. ℥. scamonee poterit trahere tantũ cholere: ⁊ medietas poterit trahere medietatẽ cholere. Est dicendũ ꝙ ista ꝓpositio est vera si vtraq3 possit in hũc actũ: sed vtraq3 non põt: q2 virtus est ablata: ⁊ ita a parte agentis virtus est ita ablata ꝙ non potest trahere: vnde non habet diminutã virtutẽ respectu passi: sed nihil: non eñ sequit: si decem hoĩes possunt trahere nauim per per vnã leucã in septimana: ergo quinq3 hoĩes possunt trahere eandẽ nauim per dimidiã leucã: nec ex parte medicine tenet similiter: vltimata ergo eius ꝯtritio corrũpit propriã virtutẽ medicine: sed corrũpere ꝓpriã operationẽ medicine est duobus modis: aut corrumpit sua ꝓpria operatio ita ꝙ in aliã nõ mutat: sicut in scamonea que vltimate cõtrita non laxat: aut ꝓpria operatio corrũpit: ⁊ alia inducitur: sicut patet in cimino cuius est ventrem laxare: sed cũ conterit vltimate mutat laxatio ista ad vrinã: q2 tũc vrinã prouocat. ¶ Scđa causa est quare nõ multũ conterunt medicine: sed grosse remanẽt: vt multo tẽpore in stomacho remaneant: ⁊ iuuãt digestionẽ in eodẽ: ⁊ sic faciunt medici: q2 epati trageã grossam propter stomachũ et ꝓpter alia mẽbra minute ꝯtritã.

De tertia ꝑparatione medicine que fit ꝑ adustionem.

¶ Tertia preparatio medicine est adustio que fit sex de causis. ¶ Prima est vt acuitas que continetur in medicina remoueat per adustionẽ: que adustio cõsumit partes subtiles in quib⁹ est acuitas: ⁊ per hoc acuitas remouet: et ita atramentũ qđ corrosiuũ est et calcantũ adustum cum croco valet ad consumptionẽ apostematis duri: q2 tunc sine corrosione cõsumit. ¶ Scđa causa est vt per adustionẽ acuitas acq̄ratur: et ita lapides nõ habẽtes acuitatẽ vt fiant calx aduruntur: que acuitas in partibus terreis lapidẽ sic desiccãdo ⁊ igniendo: vñ ꝯm Gale. ij. simplicis medicine calx est calida in. iiij. gradu est corrosiua: piper ꝯm Galenũ ibidem est calidũ in. iiij. gradu. Illa autem caliditas cũ est in. iiij. gradu tũc est in materia grossa: que propter sui grossitiem diu morat in vno loco ꝓpter qđ corrodit membrũ in quo moratur: ⁊ sic calx viua que habet partes grossas que non possunt cito penetrare immo diu morant in vno loco: nec sine illis subtiles possunt penetrare: propter qđ corrodit: sed piper transit sicut flãma: q2 sua caliditas in rara substãtia fundatur: et ideo nõ adurit nec corrodit: ⁊ ideo dicit Auicen. ꝙ cepe exteri⁹ posita vlcerat: q2 diu morat in vno loco: sed interius recepta nõ ꝓpter sui motũ. ¶ Tertia causa est quare adurit medicina: q2 ipa est valde grossa ita ꝙ ad ptes remotas nõ põt penetrare nisi subtiliaret: in ista aũt adustione subtiliat: ꝓpter qđ melius potest penetrare. ¶ Quarta cã est vt melius possit ꝯteri: ꝑ illam eñ adustionẽ disponitur medicina ad faciliorẽ contritionem: ⁊ sic sericum comburitur ꝯm Auiceñ. nec debet conteri in pliri cum non est artificiale: neq3 bonũ: quod sic per ipsum conteratur: quia aliquãdo sua virtus tota corrũpitur in ista adustione licet per ipsam preparet ad contritionem. Istud enim sericũ aliquãdo datur ad cordis confortationẽ: ⁊ tunc non debet cõburi: quia tunc virtus medicine quã querimus amittitur: scilz cordis cõfortatio: ⁊ tũc quãdo debet poni in pliri electuario melius est vt scindat in minutissimas partes cũ cultello: ⁊ postea ꝯm quod possibile est conterat. Aliquãdo eñ ponit sericũ in medicis ad cõsumptionẽ materie: ⁊ sic ponitur in diasene: et tũc debet cõburi: ⁊ tũc bene h3 ꝟtutẽ ꝯsumẽdi. Similiter est de aloe: q2 aliqñ datur simul ad laxandũ ⁊ ad stomachum confortãdũ: tũc debet cõburi: q2 per istam combustionẽ consumitur sua gummositas ꝑ quã laxabat. Et ꝓpter hoc magis apparet alia virtus ⁊ alia operatio q̄ est confortare: ⁊ tunc melius confortat. ¶ Quinta cã est vt malitia medicine remoueat: ⁊ sic scorpio aduritur vt per istã adustionẽ venenositas auferat per quã malitiam poterit inducere in corpus humanũ nec in lapide: quia per puluerem ex eo factũ possumus mirabilr lapidem frãgere: ad quod mirabiliter valet. ¶ Sexta cã est vt hũiditas superflua cõsumat: ⁊ sic myrobalani ⁊ oẽs gummi que dantur contra fluxum ventris adurunt: vt remoueatur gummositas illa per quã laxabat: ⁊ sic in myrobalanis remanet natura ꝯstrictiua: ⁊ in alijs remanet natura viscosa ꝯglutinatiua hũiditate superflua lubrificatiua cõsumpta vt gũmi arabicũ dragagãtũ ⁊ sic dat in dissinteria.

De q̄rta ꝑparatione medicie q̄ fit ꝑ ablutionem.

¶ Quarta preparatio medicine est ablutio: ꝑ ablutionẽ eñ preparant medicine. Ista aũt ablutio fit q̄tuor de causis. Una eñ est vt acuitas que cõtinetur in modicina auferat: ⁊ sic abluitur calx: ⁊ extinguit aq̄ frigida ne sua acuitate corrodat mẽbrũ: ⁊ similiter de oĩb⁹ medicinis quarũ timem⁹ acuitatem. ¶ Secunda de causa debet ablui medicina vt ab ea sordes mundificentur: et sic abluit oleũ vt mũdificetur: ideo vt per illam ablutionẽ albificet ⁊ clarificetur. ¶ Tertia cã est vt melius possit cõteri: q2 medicina est ita dura ꝙ nõ potest bene ꝯteri nisi ꝑtes sue remolliant: ⁊ sic acatia abluitur vt meli⁹ possit conteri: prius tñ aduritur q̄3 abluat: vt ꝑ adustionẽ ⁊ per ignẽ adurẽtẽ incidat: et pori apiant: vnde per oẽs eius partes primo in ablutiõe aqua possit meli⁹ iuuare s. subintrare: et oẽs partes eius remollire: deinde ad vltimũ conteri: primo ergo adurit: secũdo lauatur: tertio ꝯteritur. ¶ Quarta de cã abluit medicina vt eius malitia auferat: ⁊ sic lapis lazuli abluitur: habet eñ duplicẽ virtutẽ. s. expressiuã: ⁊ nauseatiuã: vt ergo nauseatiua auferat d3 ablui vt cõpressiua solũ remaneat. S3 q2 multiformis est ablutio in istis reb⁹ diuersis: iõ videam⁹ de istis diuersis ablutiõibus: quia in hoc multotiens solent chirugici medicos irridere.

De ablutiõe cere.

¶ Cera eñ primo sic abluit: debet primo liq̄fieri ad ignẽ: deinde in aq̄ pura clara sine sapore aliquo debet poni: ⁊ in ipsa aqua d3 manibus malaxari: ⁊ aqua a cera cum manibus exprimi. Deinde ad ignem d3 liquefieri: ⁊ demu3 in aqua mũda ⁊c. vt prius: ⁊ sic iter ⁊ iterũ faciẽdũ est quousq3 aqua ista sine sapore aliquo exierit: q2 tũc signũ est quod tota acuitas cere est ablata: qua indigemus aliquotiẽs cũ volum⁹ vnguẽtũ ad infrigidãdũ: vñ ablutionẽ illã facim⁹ vt acuitas cere auferatur.

De ablutiõe olei.

¶ Oleũ debet sic ablui: pone oleũ in vase mundo stricti orificij: ⁊ demũ super oleũ infunde aquã mundã ardentẽ: ⁊ tamen non debet malaxari cum manibus istud oleũ sicut faciebas de cera: ne propter sui viscositatẽ adhereat manibus. ¶ Et aliq̄ lapides abluunt nõ sicut oleum ⁊ cera. ¶ Lapis lazuli sic abluit: aut alius lapis huiusmodi primo d3 conteri: ⁊ postea poni d3 in loco: vel in vase purissimo. Et postea aqua clara fortis sup eu3 infundi: et d3 diu aqua cõmoueri: ⁊ postea debet dimitti q̊usq3 resideat in fundo aq̄: ⁊ deinde remoueatur ista aqua: ⁊ postea iter ponat: ⁊ fiat vt prius: ⁊ iterum ⁊ iter quousq3 aqua exeat clara absq3 sapore mutata: et ablutio istius lapidis sic fit: vt ꝑ hoc virtus nauseatiua auferatur.

De q̄nta ꝑparatiõe medicine.

¶ Quinta preparatio medicine est cõgelatio: ꝯgelat eñ medicina eã ponẽdo in loco frigido: vt caliditas remoueat: ⁊ frigiditas introducat: vnde sic medicine infrigidãtes cõgelãt.

De sexta.

¶ Sexta preparatio medicine est cõmixtio: cõmiscemus eñ aliqñ medicinas adinuicẽ: vt earũ virt⁹ fortificetur: sicut scamonea admixta medicinis aloeticis ipsas ꝯfortat in actione: ⁊ sic zinzi. fortificat turbith: de se eñ turbith phlegma attrahit subtile: sed si cũ eo zinzi. admisceat fortificando facit eum trahere: phlegma grossu3. Scđo mõ admiscem⁹ medicinã medicine: vt ipam faciat trãsire cito ad locũ debitum: ⁊ sic crocus admiscet auro ⁊ argẽto: ⁊ sic de alijs medicinis cardiacis: quia

De secunda medicine preparatione q̄ fit per contritionez.

diacis: qꝛ ille sua ponderositate ad intestina cito descēderent: nec ad venas possent penetrare: sed crocus facit ipsas ad coꝛ penetrare. Tertio modo admiscet medicina medicine ne cito transeat ad venas: vt qñ volumus epar deoppilare per diuretica: ⁊ illa habēt naturā cito penetrādi ad venas: ideo debemus cum eis aliqua admiscere que ea impediāt ne cito ad venas transeant: immo remaneāt in vijs epatis: sicut raphanus hꝫ ꝓprietatē hūores attrahēdi ad stomachū: ⁊ diuretica habēt naturā penetrandi ad venas. Ex isto aūt motu ꝯtrario fit agitatio quedā: que est causa quietis in via medicine: ⁊ hoc est in epate. Quarto mō admiscet medicina medicine: nō vt medicina fortificet ꝑ aliā medicinā: vel cōfortet: sed potius vt vna per aliā debilitet ⁊ corrumpat: vt si admisceamus viol. vel myrobalanos in equali virtute: qꝛ vna laxat: ⁊ alia cōprimit: vna alij cōtrariatur: ⁊ diminuit operatio vnius per alterā: ⁊ ideo cū admisceantur viol. cuꝫ myrobalanis debēt parū cōmisceri: ⁊ hoc vt operatio violarū pl⁹ fiat q̄ꝫ myrob. operent. Quinto modo admiscent medicine inter se vt vna aliam impediat: ⁊ sic admiscemus cū scamonea ꝫinꝫib. qd̄ cōfortat stomachū: eo ꝙ scamonea ē inimica stomacho: et bdelliū: aut mastix: qꝛ scamonea hꝫ intestina excoriare: vt sua viscositate hoc impediāt in scamonea. Item nō solū ex ignorantia cōplexionis medicinaꝝ ⁊ ignorātia preparationis impeditur iudiciū medici: sed pōt impediri ex herbarū vicinitate aliaꝝ: vñ medicine crescētes iuxta herbas venenosas sunt male: ⁊ virtus earū est corruptiua: ⁊ sic videm⁹ ꝙ virt⁹ musci ⁊ ambre cū orit iuxta camphorā ⁊ psiliū corrumpit ⁊ diminuit. ¶ Dictū est prius ꝙ quedā sunt electuaria valētia ad mēbra spūalia: quedā ad mēbra naturalia ⁊c. ⁊ cū prius dictū sit de tribus electuarijs valētib⁹ ad mēbra spiritualia: diamargariton: ⁊ diamoron: ⁊ diacameron. Nunc dicamus de alijs valētibus ad mēbra naturalia: ⁊ de his quatuor que spectāt ad lectionē istā: quoꝝ primū est diāthos: scdm est pliris: tertiū est diacastoreū: quartum est diairis.

De dianthos. Quid sit anthos.

¶ Dianthos fit de anthos: et est basis in hoc electuario: sicut ptꝫ inspiciēdo ad eius laudes q̄ ꝓprie huic cōpetūt: et est ibi plusq̄ꝫ de alijs. ¶ Anthos est marinus ros: in lr̄a habet floris rorismarini. Itē de dēdrolibani: aut liptrolibani: et cū dicit dendrolibani: vel liptrolibani intelligit ꝙ sit de folijs rorismarini: et cum dr̄ de floribus anthos hoc est de floribus rorismarini: ⁊ liptrolibani vel dendrolibani folium eius est: istud est calide ⁊ sicce cōplexionis nō tñ multum: vñ non multū calefacit: nec multum infrigidat cor: tñ ꝓprie cōfortat spūs reparando stomachū ꝯfortādo ⁊ cerebrum: vñ sunt multa ibi valētia ad stomachū: vt ro. ꝫinꝫi. et silr̄ valet cerebro sua aromaticitate spūs reparando: ⁊ confortando: ⁊ ad cor proprie est medicina cardiaca: anthos ex sua ꝓprietate cor cōfortat: ⁊ valet cōtra cardiacā passionē ex frigida cā: ⁊ valet tristib⁹ ⁊ macilētis. s. ex solicitudine ⁊ tristitia: qꝛ letificat: dꝫ caueri in feb. cali. ⁊ in hoīb⁹ extenuatis nisi sit ex solicitudine: ⁊ cōualescentib⁹: qꝛ in eis est paucitas spirituū. Dianthos aūt reparat spūs deꝑditos ⁊ cor debile cōfortat: sunt eñ qui valde timent ꝓpter cordis sui debilitatē: ⁊ spūs paucitatē: ⁊ propter hoc tristes sunt: ⁊ curiosi a cura dicti nō a curiositate ⁊ macilēti. Quidā eñ dicunt qd̄ dꝫ dari in febribus in mane cū aq̄ frigida ⁊c. Sed si ego darē in febribus nō darē nisi in febribus de materia frigida ⁊ in die interpolatiōis: melius et securius tñ: vt caueat in feb. sed cōuenit in illis qui hn̄t cor debile tēperatū tñ satis in caliditate ⁊ frigiditate tñ debile spirituū paucitate.

De pliris.

¶ Pliris est aliđ electuariū valēs ad spiritualia. Pliris duplex est: cum musco: ⁊ sine musco. Arcoticon. i. cōpleta cōfectio siue perfecta medicina valet tristib⁹: cōfert melancholicis: cōfortat stomachū debilē ⁊ cor: ⁊ valet contra sincopim: memoriā reparat: sensum acuit: ⁊ epilēticis valet analēticis ⁊ catalēticis: ⁊ oēm debilitatē stomachi ꝯfortat ex cā frigida: est eñ calidius et siccius q̄ꝫ dianthos. Sunt eñ quedā que valent ꝓprie ad confortationē stomachi: vt cinamomū ⁊ gariofila. Sunt etiā quedā valētia ad cor: vt corallus ⁊ spodiū: quedā aūt ad cerebrū: vt squinantū ⁊ ciperus. Est igit pliris medicina cardiaca: et cor cōfortat: vt dianthos sed differenter: ⁊ ꝓpter cās diuersas due debēt dari ad cōfortationē cordis. Pliris eñ dꝫ dari ad cōfortationē cordis ꝓpter frigiditatē et timorē: sed diāthos qñ est temperatū in caliditate ⁊ frigiditate: est tñ debile ex spirituum debilitate vel paucitate: qꝛ anthos ex sua ꝓprietate habet spūs reparare.

Notādū.

¶ Notandū ꝫm artē quā dat Ga. qd̄ si aliqua medicina valet ad mēbra plura debemus dare illam medicinā cū aliquo ducente ad membrū illud qd̄ volumus cōfortare. Unde diuretica habēt deoppilare epar ⁊ splenē: pectus: ⁊ pulmonē: si autē volumus dare diureticā vt anisum: ⁊ tñ ad deoppilationem epatis: possumus dare sicut sunt que ad epar conueniūt cū sua virtute. Sed cum volumus deoppilare splenē: debemus dare cū aceto: cum acetū faciat transire ad splenem. Si aūt ad pulmonē: debemus admiscere cū liquiritia: ⁊ vuis passis: ⁊ similibus. Similiter cū pliris valeat ad stomachū cor ⁊ cerebrū ꝯfortandum: cū volumus dare plirim ad stomachū cōfortandū debemus dare cū decoctionibus alicuius valentis ad stomachi cōfortationē: ⁊ habētis respectū ad illud membrū proprie: vel cū decoctione ꝫinꝫi. vel galange: si ad cor: cū decoctione buglosse: aut nucis musca. ¶ Si ad cerebrū: cum decoctione betonice: aut primule veris: aut similiū q̄ habent aspectū ad cerebrū: ⁊ hec est ars valde bona: aliqui tñ sunt valde delicati qui electuaria nolūt accipere sicut sunt: nec cum decoctione: ⁊ possumus habere talē cautelā: qꝛ possumus dare tale electuariū: ⁊ postea vinū ad bibendū cū aliquibus habētibus aspectū ad membrū qd̄ volumus cōfortare: et sic intellige de alijs.

De diacastoreo. qđ sit castoreum.

¶ Diacastoreū dr̄ a castoreo qd̄ est ibi basis: ⁊ est castoreū testicul⁹ cuiusdā aīalis qd̄ dicitur castor: ⁊ est animal valde calidū ⁊ siccū: ⁊ est valde mirabile habens duos pedes ad modū gatti anteriores vngues valde acutos habētes: qꝛ natura dat membrū et mēbri operationē. Similiter dat ei a natura ꝙ est aīal valde aquaticū: ⁊ in aqua habitans ꝓpter sui vehementē caliditatē: ⁊ iō vt possit ripis fluuioꝝ arripere ⁊ adherere qñ vult nutrimentum suū accipere dant ei tales vngues: hꝫ pedes posteriores ad modū anseris: vt cū illis in aqua possit natare: sicut pedib⁹ anteriorib⁹ ripis adheret: sicut posteriobus posset natare: hꝫ insuꝑ dentes valde acutos ad modū gatti. Multi sunt siles gatto: qꝛ comedit arbores: radices: ⁊ cortices: ⁊ iō vt possint accipere cū suis dētib⁹ illos cortices habēt a natura tales dētes: ⁊ incidit tales arbores: ⁊ ē mos taliū aīaliū ꝙ qñ vn⁹ castor venit in aliqua terra vbi sunt plures castores: tūc ducunt ipm in locū vbi est copia nutrimēti: vñ faciūt ipm sclauū et seruū: ⁊ tunc bene decorant ipm cū corticib⁹ supra dorsum: ⁊ depilant eū vt ꝑ hoc possit cognosci ab alijs sclau⁹.

Natura castoris admirāda

Dicit aūt a q̄busdā ꝙ abscindit sibi testiculos cū dꝫ accipi a venatorib⁹: et ꝙ cognoscit ꝑ instinctū naturalē ꝙ volūt ipm hr̄e ꝓpter testiculos: et sic habent: ⁊ testiculis habitis ipm dimittūt venatores abire. Sed hoc est falsum: pellis eñ ei⁹ pl⁹ valet q̄ꝫ ei⁹ testiculi. Itē nō est tāta sapiētia ī bruto ꝙ sciret hoc facere: isti testiculi sunt calidi ī tertio gradu: vel in ꝑ̄ncipio quarti: et sicci⁹ in scđo gradu: ⁊ sunt meliores in q̄b⁹ est sperma et intus bñ digestū. ¶ Itē illđ electuariū in q̄busdā libris nō ē inuētū: ⁊ hꝫ magnā receptā: valet ꝑ̄ncipalr̄ ꝯtra paralysim ꝓpter euacuationē materie: qꝛ residuū materie cōsumit: et neruos ꝯfortat: vñ est optimū neruis: ⁊ istud est empericū: ⁊ cōtra capitis egritudinē cū materia est euacuanda: ⁊ contra spasmū ex repletione de frigida cā. Diacastoreo aliqñ vtimur intus: ⁊ aliqñ extra: intus vt sub lingua tenendo si possit pati: qd̄ est difficile diu supra linguaꝫ tenere: vel sub lingua receptū sub lingua cōsumit humiditatē superfluā in lingua: vel in radice ligue: intra corp⁹ recipit ꝓpter ꝑ̄dictas cās. ¶ Itē silr̄ extra vtimur eo: vñ est vnguentū mirabilr̄ valēs ad paralysim materia pri⁹ euacuata vnguat: locus in quo est paralysis de oleo castoreo ⁊ oleo laterino: ⁊ oleo laurino forte vel costino: vel alio oleo petroleo: vñ de testiculis castorei sit oleū: sꝫ tñ caue ne ex hoc inflāmet corpus: qꝛ timendū est de hoc: est eñ de istis oleis vnū ex quo fit ignis grec⁹: sed oleū castoreū cōmixtū cū nardino oleo forte valēt.

De diairis qđ sit.

¶ Diairis dr̄ ab ireos: est eñ radix que habet vim aperiēdi ⁊ calefaciēdi ⁊ cōsumēdi: vnde ista radix matrici supposita ⁊ suffumigata facit aborsum: aborsu eñ fetus aliqñ indigemus: cū sit fetus debilis non ꝑotēs exire: ⁊ tūc melius est ꝙ fetus occidat q̄ꝫ mulier ⁊ fetus simul: mēstrua ꝓuocat mirabiliter: vnde suffumigata mortuū fetuꝫ educit: ⁊ secundinā et mēstrua fortiter aperiēdo matricem valet ꝓprie pectori cū in eo sit materia grossa: qꝛ ipam incidit: ⁊ diuidit: calefacit: ⁊ tussiꝫ curat ex materia tali crea:

tam: vnde nō debemus dare sem̄p diadragagantū ⁊ diape
nidion in tussi: q̄ꝛ illa lenificatiua non sufficiūt: immo no-
cent: ⁊ magis faciūt materiā inuiscare: cū materia sit frigi-
da ⁊ grossa: sed debemus cū eis cōmiscere diatris: aut dia-
hyssopū ad illā materiaȝ incidendā: ⁊ alia q̄ remolliūt eā:
vnde in iuuenibus calide ⁊ sicce cōplexionis cōuenit dia-
dragagantū: sed in senibus qui sunt frigide cōplexionis ⁊
hñt naturā multū phlegmaticā bonū est cōmisceri diatris
opatio: aut diatris: aut diadragagātū misceri diapenidiō
q̄ð est aliquātulū calidū ⁊ aliquātulū diatris: aut diahysso
pi: qñ est materia grossa in pectore multa tūc dȝ p̄mo re-
molliri: ⁊ postea ꝯsumi: ideo in diatri ponunꝭ quedā remol
litiua: vt penidion ⁊c. ⁊ quedā incisiua consumptiua: q̄ꝛ est
valens ad materiā frigidā in pectore contentā. Ireos est
basis in hoc electuario q̄ð est diatris: q̄ð patet per laudes
ei⁹ ⁊c. ¶ Habito de digestiōe ⁊ de modo digestionis: ⁊ de
materia digestibili. Nunc videamus de digestiuis per que
fit digestio. ¶ Et circa hoc p̄mo querim⁹ vtrū syrupus ace-
tosus valeat in digestiōe pure materie cholerice: ⁊ videꝭ ꝙ
nō: q̄ꝛ nihil subtiliās cōuenit in digestiōe materie sua sub-
tilitate ⁊ mobilitate peccātis: sed cholera peccat sua subti
litate ꝓpter q̄ð est mobilis de loco ad locū: et syrup⁹ aceto-
sus plus eam subtiliat eam diuidendo: ergo syrupus ace-
tosus adhuc nō valet in digestione pure cholere. Itē Ga.
iij. apho. dixit: ꝙ sola siccitas sufficit ad generationē chole
re: igitur cum acetū habeat siccitatē ip̄m generabit chole-
ram: sed q̄ð generat cholerā non digerit eam reprimendo
suas qualitates: neq̄ȝ curat morbos causatos ex cholera.
Itē nullū calefaciens opȝ ad digestionē cholere dare: sed
acetū calefacit: q̄ꝛ locū quē attingit rubicundat ⁊ corrodit
ſm Gale. in de simplici medicina: ergo ⁊c. ¶ Sed cōtrariū
dicit Aui. in quinto: ꝙ syrupus acetosus vincit purā cho-
lerā. Idē volūt oēs autores medicine: et eo vtunꝭ oēs me-
dici ad eā digerendā. ¶ Consequenter queriꝭ q̄s syrupus
melius valeat ad hoc: aut acetosus: vel violatus: videꝭ ꝙ
acetosus: q̄ꝛ q̄ð est frigidū magis cōuenit in digestione ma
terie cholerice: sed syrupus acetosus est frigidior violato:
ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra. cura fit per cōtrariū: ergo melius fit
cura per magis cōtrariū: sed violatus magis cōtrariatur
cholere q̄ȝ acetosus: q̄m in duabus qualitatibus: cū vio. sit
frigidus ⁊ humidus: ⁊ acetosus vna tm̄ in qualitate cōtra-
riaꝭ: q̄ꝛ est frigidus ⁊ siccus: ergo ⁊c. ¶ Solutio ad primā
questionē dicendū ꝙ syrupus acetosus ꝯuenit in digestio
ne materie cholerice in quinq̄ȝ casibus. ¶ Primo qñ mate
ria cholerica peccat in sua caliditate ⁊ nō sua siccitate: tūc
magis cōuenit acetosus q̄ȝ violatus. Potest em̄ esse chole
ra tēperata in substātia: nec nimis sicca: nec dura: calidior
tñ debito: ⁊ tūc ille syrupus est optim⁹: q̄ꝛ bene infrigidat.
Vñ Gal. in de simplici medicina dixit. Ipse nō est infrigi-
dās sicut acetū. ¶ Scd̄o cōuenit syrupus acetosus in dige
stione cholere: qñ cholera est ī loco remoto: tūc em̄ syrup⁹
acetosus magis ꝯuenit q̄ȝ violat⁹: q̄ꝛ acetosus magis pōt
penetrare q̄ȝ violatus: ⁊ ita aqua cū aceto in estate cito se-
dat sitim a caliditate mēbroꝝ nō stomachi introductā. Il-
lud bene sciunt lōbardi qui hoc bibūt: q̄ꝛ hūiditate aque
mēbra ita rorantꝭ: ⁊ sic sitis mitigaꝭ: ⁊ frigiditate aque ⁊ ace
ti infrigidantꝭ: hoc etiā bene cōuenit in pinguibus hoīb⁹
⁊ nō multū extenuatis ⁊ siccis: cū acetū desiccet: ꝓpter hoc
certe plus valet acetosus q̄ȝ violatus. ¶ Tertio conuenit
syrupus acetosus plus q̄ȝ violatus ad digerendum mate-
riā cholericā in hoībus pinguib⁹ de dicta causa. ¶ Quar
to qñ est oppilatio cum putrefactione cholere plus compe
tit ad digerendū cholerā acetosus q̄ȝ violatus: q̄ꝛ violatus
non transiret nec penetraret sicut acetosus. ¶ Quinto si
materia putrefacta in corpore sit multa: tūc nō cōuenit vio
latus sed acetosus: q̄ꝛ violatus non est cite penetrationis:
⁊ est debilis actiōis: inde nō cōuenit: ⁊ oppilat sua frigidi-
tate ⁊ hūiditate fumos retinet: ⁊ poros claudit: et stringit.
Sed acetosus valet cōtra cholerā: q̄ꝛ ip̄am infrigidat: ⁊ q̄ꝛ
ip̄am euacuat: ⁊ q̄ꝛ scindit ⁊ aperit poros sua subtilitate: ⁊
fumos facit effumare: iō putrefactionē minuit. ¶ Ad p̄mū
dicendū ꝙ tunc impedit cū cholera est multū subtilis. Vel
dicendū sine p̄iudicio melioris sn̄ie ꝙ cholera nō est subti-
lis in substātia: sed grossa: lȝ subtilis ⁊ acuta in actione: est
em̄ grossa in substantia: cū sit humidior: ⁊ hoc habeꝭ a Ga
le. in scd̄o pronosticoꝝ: vbi dicit ꝙ cholera per se est grossa

An syrup⁹ acetosus valeat in digestiōe materie pure cholerice.

¶Ad primũ dicendũ ꝙ medicina calefacit per se: ⁊ ifrigidat per accidẽs euacuandum medicinam causantem calorem siue febrem: q̃n aliquid nocet parum: ⁊ iuuat multum illud non est dimittendum propter illud nocumentuꝫ: parum autem calefacit: ⁊ infrigidat multum.

¶Ad argumẽtũ scđm dico ꝙ cũ natura in digerẽdo dñat nõ dꝫ adiuuari ad digerẽdũ post digestionẽ: tñ nõ dñatur aliq̃n in expellendo: q̄ expulsio est motus localis: ⁊ digestio alteratio ⁊ motus localis est fortior q̃ꝫ alteratio.

¶Et tu argues cõtra ꝙ digestio q̃ est alteratio est fortior q̃ꝫ expulsio: q̄ expulsio fit i breui tpe: digestio in lõgo tpe: difficili⁹ ẽ digerere q̃ꝫ expellere: q̄ qđ fit tardi⁹ est difficil⁹.

¶Dico ꝙ expulsio fit citi⁹: q̄ materia est obediẽs ⁊ disposita vt expellat q̃ꝫtũ est de se: si virt⁹ esset sufficiẽs ⁊ fortis: ꝫ q̄ ille motus est fortis: ideo nõ sufficiẽs ad hoc nisi adiuuet: ⁊ digestio est sup materiã inobedientẽ ⁊ idispositã: iõ tarde fit ⁊ paulatim ꝯtrarias dispõnes abijciẽdo: ⁊ ꝯueniẽtes inducẽdo: ideo indiget adiutorio in expellẽdo: lꝫ dñet in digestione tñ: q̄ virtus est debilitata ꝑ morbũ ꝓcedentẽ ⁊ ex resistẽtia materie morbi in digerẽdo.

Hieralogodion.

¶Hieralogodion mẽphitũ. hiera. i. sacra: logos idest sermo: memphitũ idest impedimentũ: curat eñ impeditã locutionem ex quacunq̄ꝫ sit cã. hec omnes idest sacras partes idest cerebrum ab omni impedimẽto liberat: linguã ⁊ quecũq̄ꝫ cũ sit impedita sanat simplex vel laxatiuũ datuꝫ melancholiã ⁊ phlegma mirabiliter purgat: cũ calida det epilepticis: cũ calida sale ⁊ mulsa curat stomatichos ⁊ spumantes caducos ⁊ vertiginosos qui linguã sibi mordẽt cephalargicos hemicraneos: et qui ita vexantur ex capitis motionibus vt videantur quasi demonium habere singulis mensib⁹ vt dixim⁹ data: ꝓdest aũt hoc antidotariũ sine periculo: neq̄ꝫ vllas molestias acciplẽtibus infert: decima ps ꝯfecta est li. j. ℞. coloq̃nti de interioris polipodij. añ. ʒ. ij. eufor. folij cotãdij añ. ʒ. j. ⁊ ß. ⁊ grana absinthij: ⁊ myrrhe añ. ʒ. j. ⁊ gr. xij. cẽtauree: agar. amomi. cimini: anat̃: folij spice: sq̃lle: diagridij. añ. ʒ. j. aloe cimaꝝ thimi. casie: camedie: bdellij purissimi. añ. ʒ. ij. ⁊ gr. xiiij. cinamomi: opoponaci: castorei: aristologie ro. pipis albi et lõ. ⁊ ni. croci: serapini: petro selini. añ. ʒ. ß. hellebori nigri ⁊ albi añ. ʒ. vj. mel quod sufficit: dant aũt de eo. ʒ. iij. mane vel sero cum calida: vel cum mulsa ⁊ sale distemperata in modum castanee.

De hiera Ruffini.

¶Hiera Ruffini. hiera. i. sacra: Ruffini ab autore, dr: dat ꝓprie scabiosis ex salso phlegmate elephantiosis ⁊ serpiginosis: curat vtranq̄ꝫ morpheã cũ aqua tepida dat: sed si purgationem purgare volueris: adde. ʒ. ij. scamo. ⁊c.

De ventosis.

¶Supius visum est de vniuersali euacuatione que fit per flebotomiã: nunc videam⁹ de magis particulari que est vẽtosatio. Ista ventosatio aliq̃n fit cum scarificatione: aliq̃n sine scarificatione. Cum scarificatione quinq̄ꝫ de causis. ¶Prima cã est: q̄ aliquando ponitur ventosa ad restringendũ siue diuertendũ: vt supra mamillas apponunt ventose ad diuertendũ fluxũ humorum siue menstruorum: ꝫm Hip. v. apho. ⁊ hoc dicit Gal. xiij. megatechni: si in sanguinis fluxu de vulua in mamilla apponit vẽtosa valet: ⁊ dꝫ. s. caueri vt. s. apponat in oppositũ supra mẽbrũ habẽs colligantiã ad illud: aliter nihil faceret. ⁊ per hãc viã dicit ibidem ꝙ in fluxu sanguinis narĩũ apponere vẽtosam supra hypocundriũ dextrũ valet: ⁊ si a sinistra: supra sinistrũ: ⁊ si ab vtraq̄ꝫ: supra vtrunq̄ꝫ. ¶Secunda cã est vt attrahãtur humores ab intra siue a profundo corpis ad exteriora: vñ Gal. xiij. megatechni: vnde scimus q̄ ventosa ceteris fortius attractiuis q̃ interi⁹ sunt extra ducit: ⁊ apostema aufert durum ꝓcedente tñ euacuatione vniuersali: maxime si corpus sit plenũ. ¶Tertia cã est vt ꝑ ventosam membrũ retineatur: siue reducatur ad loca ꝓpria: vt cũ intestina cadunt inferius: appositio ventose supra ventrẽ retinet ea: et reducit ad locum ꝓprium. ¶Quarta cã est ad dissoluendum ventositateꝫ: vt in colica per hoc dolor cessat: vnde in quadã muliere accidit ꝙ erat pinguis valde ꝓpter qđ sepe habebat colicam. Et quedã mulier alia accipiebat duas ollas strictas i orificio: ⁊ ponebat in vno magno vase eneo ollas: ⁊ vas eneũ ponebat ad ignẽ: demũ pãno lineo ventrẽ tegebat: ⁊ postea illas duas ollas calidas supra ventrẽ ponebat ⁊ adherebat vẽtri: ⁊ sanabat. In apostemate aut in materia intẽsa nõ ꝯuenit ventosa in colica: nisi materia sit phlegmatica ⁊ vẽtosa. Quinta cã est q̃n appositio ventosarũ fit ad doloris mitigationẽ: ⁊ tũc in colica passione fit gñalr hoc modo: siue hoc fit ex apostemate: siue fit ex materia cholerica: siue ex phlegmate: siue ex vẽtositate ⁊c.

Galenus.

Vñ Gal. in. xiij. megatechni cap. iiij. aliq̃n curam⁹ doloreꝫ existentẽ ꝓpter fumositatẽ intestinoꝝ cũ ventosa ignea: et ita valet ad dissoluendã ventositatẽ: ⁊ ꝑ ꝯsequens ad curãdũ: si sit cã ventositatis: ⁊ ad dolorẽ mitigandũ si sit ex materia alia: lꝫ non curetur perfecte: vt pꝫ per Gale. ibidẽ ⁊c.

¶Aliq̃n aũt fit ventosatio cũ scarificatione: quare autem fit ventosatio non flebotomia: triplex est causa. ¶Prima cã est: quia volumus euacuare a mẽbro vno: ⁊ nõ ab alio: ⁊ ideo fit ventosatio ⁊ non flebotomia que a toto corpore euacuat. ¶Secunda cã est: q̄ virtus est debilis: aut etas inconueniẽs. vnde Rasis i. vij. ventose a paruis venis sanguinem trahunt: ⁊ ideo non debilitant: sicut flebotomia q̃ a magnis venis calorem ⁊ multitudinẽ spirituuꝫ euacuat cum sanguine: ventosa aũt parum de calore ⁊ spiritu euacuat. ¶Tertia causa est: q̄ intendimus euacuare sanguinem a mẽbris ignobilibus ⁊ non a nobilibus: flebotomia aũt principaliter euacuat a nobilibus a magnis venis: vẽtosa autẽ a mẽbris ignobilibus ⁊ a paruis venis imixtis in mẽbris: ⁊ ab extra venas: ⁊ hoc habet ab Haly i techni: vnde docet ventosationẽ fieri ꝓpe talũ: vt maxime fiat remotio a mẽbris nobilib⁹. Loca aũt in quibus vniuersaliter ponunt ventose sunt ista: in cõiunctione colli ⁊ capitis inter cornua capitis. Et ista ventosatio hꝫ locũ cephalice: cõfert eñ passionibus capitis: ⁊ mẽbroꝝ in capite existentiũ: ⁊ dolori dentiũ: oculorum: aurium: precedente tamen totius corporis purgatione: ne ad caput materia trahat ⁊ impleatur: ⁊ sic morbus augeatur ꝫm Galeñ. xiij. megatechni: capitulo predicto: sed cauendum est ne assuefiat: quia assuete memoriam ledunt. ¶Secundus locus est supra nucham puppis: et habet officium vene nigre: in cõiunctione spatule cum collo valet ad passiones faciei: vt impetigine: et

Rasis.

impetigine: ⁊ in fetore oris: sed posita supra spondiles hꝫ officiū basilice: ⁊ mūdificat partes pectoris: est tñ nocens ori stomachi: ⁊ infert tremorem cordis: vnde in talibꝰ non dꝫ fieri: valet tñ tremori cordis ex repletione ⁊ cū calore: ꝭꝫ Rasim. ij. Almansoris. Uentose sub mēto mūdificāt faciem: impetigini conferunt: ⁊ in mandibulis patientibus: aliquando ponuntur in renibus: ⁊ tunc conferunt passionibus membrorum inferiorum: aliqñ in cruribus intra ad prouocationem menstruorum emorroidarū: ista eñ ventosarum appositio melior est mulieribus ꝗ̃ saphene apertio ad prouocationē menstruorū: qꝛ fortius attrahit a ꝓpinquiori.

Differētia inter vētosationē et flebotomiā.

¶ Item differentia est inter ventosationem et flebotomiā: quia flebotomia sanguinem grossū euacuat: ⁊ ventosatio sanguinem subtilē: per hoc differt attractio per vacuū ab attractiōe per pharmaciā: qꝛ pharmacia humorē certū ⁊ dterminatū euacuat ⁊ attrahit: ſꝫ vacuū subtiliorē. ¶ Postea videamꝰ qñ debeat fieri vētosatio. Primo dico ꝙ in pinguibꝰ nō valet vētosatio: qꝛ ꝭm Aristo. in aialibus sicut in fluminibꝰ accidit ꝙ canalia aliqñ subtilia q̄ luto implenꝭ: ⁊ tunc nō sunt canalia: qꝛ per ea non potest aqua currere: ⁊ postea luto euacuato iterū fiūt canalia: siꝭr est in corporibus humanis: qꝛ quedā sunt vene que aliqñ nō sunt canalia: qꝛ carne ⁊ pinguedine replenꝭ: ⁊ tūc ꝑ eas nō currit sanguis: qꝛ ergo in pinguibus sunt valde stricte vene q̄ carne aut pinguedie replenꝭ: ideo nō est in eis sanguis: ⁊ iō vētose nō attrahūt in eis nisi cū magna violentia: nec attrahūt nisi sanguinē subtilissimū: ⁊ grossus ꝑ locum oppilatū trāsire nō pōt. ¶ Itē debes cauere ne exhibeas vētosas in ꝓ̄ncipio mēsis: qꝛ humores sunt q̇eti: ⁊ iō cū difficultate trahenꝭ: nec ī fine: qꝛ illa quadra est frigida: ⁊ ideo nō attrahenꝭ faciliter: sed in hora media: qꝛ tunc ī sa tis sunt hūores mobiles: nec sunt nimis frigidi. ¶ Itē in hora diei tertia: qꝛ tūc ꝓpter calorē pori aperiuntur: ⁊ sanguis ī illa hora magis ad mēbra moueꝭ: ideo de facili trahitur ad ea ⁊ ab eis. ¶ Itē post balneū nō dꝫ fieri ventosatio: qꝛ timendū esset ne fieret fluxus sanguinis nimꝰ: nisi in casu. s. si sanguis sit nimis grossus: tūc sanguis añ vētosationē dꝫ fieri subtilis per balneū: sicut in flebotomia dictum est in regulis de flebotomia. ¶ Differt attractio sanguinis ꝑ ventosas ab attractione per sanguisugas: qꝛ sanguisuge magis attrahunt a profundo corporis: vētose autem a partibus sußficialibus: debēt ergo sanguisuge apponi ad locū vbi volumus attrahere a ꝓfundo humores. ¶ Itē anteq̄ʒ apponanꝭ dꝫ locus fricari vt fiat rubeus: et si nō velint se adherere cū mēbro: dꝫ locus illiniri cū sanguine recēti vt adhereāt: dꝫ ergo locus fricari: aut lauari aqua calida.

De sanguisugis eligēdis.

¶ Debent eligi tales sanguisuge nō q̄ sunt ī aqua lutosa ⁊ turbida: ⁊ que sunt virgulate: qꝛ iste sunt venenose sanguisuge in colore similes lapidi lazuli: ſꝫ debēt eligi que sint rubee tendētes ad colorē epatis ꝛ q̄ habeant duas lineas rubeas: aut tendētes ad quandā viriditatē q̄ habeāt ꝑua capita: ⁊ sint longe: graciles in aq̄s claris manētes. Et si velimꝰ eas facere cadere: debemꝰ apponere sal vel calcē: aut puluerē siue cinerē circa eaꝝ capita: ⁊ si post casum qꝛ cutē ꝑforauerūt fluat sanguis: tūc restringēdꝰ est scꝫ cū puluere tegule recētis ⁊ galle: ⁊ paruꝫ de sanguine draconis: tūc spargaꝭ supra locū ne restringaꝭ. ¶ Itē post casum eaꝝ dꝫ apponi ventosa: qꝛ ꝑ sanguisugas fugit attractū de sanguine plusq̄ʒ exteriꝰ sit euacuatū: dꝫ ergo apponi vētosa: vt ille sanguis extrahaꝭ. Appositio illaꝝ sanguisugaꝝ valet passionibꝰ cutis: qñ passio est ꝓfundata in cute. ¶ Itē in istis sanguisugis q̄ valēt ad attractionem sanguinis sciendū est ꝙ debēt esse famelice: ⁊ hoc fit sic: qꝛ priꝰ debēt in aqua ꝑ vnū diē ꝯseruari: ita ꝙ nō comedant: vel si velis plus ꝯseruare illas: pone in aq̄ illa parū de sanguine agni: vel hmōi: vt viuāt aliquātulū tꝑis: valēt ergo in impetigine: serpigine: ⁊ ꝯtra malū vulnus ⁊ antiquum prius tñ corꝑe euacuato ꝑ flebotomiā. ¶ Habito de quibusdā electuarijs laxatiuis: ⁊ de quibusdā medicinis: adhuc dicamus de duabꝰ medicinis q̄ʒtū spectat ad ꝓ̄sentē lectionē. Quarū prima est hieralogodion. Scda est hiera Ruffini.

De hieralogodion.

Hieralogodiō dr ab hiera qđ est sacra: ⁊ logos qđ sermo ⁊ īpedimentū: qꝛ valet ad īpedimentū loq̄le. Optime eñ purgat phlegma ⁊ melācholiā. Helleborus al. ⁊ ni. sunt ibi basis: in ea sunt multū attrahētia: ibi est coloq̇ntida, eufor. helleborus: scamonea: cocognidiū: semē laureole: ⁊ est valde laxatiuū: vnde laxat bñ sicut helleborus: ⁊ lꝫ helleborus sit ibi minꝰ in quantitate: magis tñ est ibi in ꝟtute: ideo est ibi basis: ꝓprietas eius est multiplex. Helleborus duplex est. s. albꝰ ⁊ niger. Albus facit vomitū: qꝛ leuior est: ſꝫ niger facit secessuꝫ. Helleborꝰ al. est calidꝰ ⁊ siccus in scđo: hꝫ ꝓprietatē desiccādi: ⁊ incidēdi: ⁊ corrodendi: ⁊ subtiliādi. Corrodit carnē mortuā.

Quid helleborus.

¶ De helleboro vtroq̄ʒ ⁊ sagimine forti: vel sagimine antiq̊ fit bonū vnguētū ad scabiē: leuiter īcidit: ⁊ subtiliat phlegma: ⁊ melācholiā euacuat: ⁊ cholerā: ſꝫ magis melācholiā euacuat: ⁊ cholerā: ſꝫ magꝭ melācholiā. Cōfert melācholie: epilepsie: manie: ⁊ monopagie: ⁊ hꝫ malitiā: qꝛ mutat materiā in ventositatē eā exoluēdo mirabiliꝭr: ideo facit dolorē capitis ⁊ stuporē: ideo docet Hipp. cū eo ponere daucū petroselinuꝫ: anisuꝫ: ameos: siler montanū: ꝑ q̄ sua malitia auferꝭ. Accipiaꝭ helleborus viridis: si īueniaꝭ: qꝛ istud est bonū: ponātur in aq̄ calida radices parue q̄ adherent magne radici: ⁊ grosse quousq̄ʒ possint scoriari ⁊ remoueri sordicies: demū desiccenꝭ ⁊ puluerizenꝭ: ⁊ cū eo cōmisceanꝭ semen dauci: ⁊ semē sileris mōtani: anisi: ameos: carui ⁊c. si ponaꝭ ⁊ īfigaꝭ in radice vitis vinū erit laxatiuū: albus helleborus magis est: niger tñ est magis calidꝰ: mures īterficit: si ex aliq̊ ītincto in eo gustēt.

Mirū de helleboro

Helleborus mures interficit.

Helleborus est ibi basis: ⁊ ꝯfert hec medicina ⁊ ēt hiera Ruffini passioni capitis. aliq̇ dicūt ꝙ dꝫ dari in liq̇da substātia: qđ est falsuꝫ: ſꝫ ī pilulis: qꝛ iste attrahūt a remotꝭ ꝑtibꝰ: tales debēt dari ī grossa substātia: ergo ⁊c. ¶ Hieralogodion est securissima in scabie antiq̄ ex phlegmate ⁊ melāccholia: daꝭ sine acumine: ⁊ si acuaꝭ parū dꝫ acui. Usus dādi eā talis est bonꝰ ⁊ securissimꝰ. deꝭ de hieralogodiō. ʒ. ij. patiēti ī sero: deinde dormiat: in mane vadat medicꝰ ipm visitare: ⁊ ipm īueniet dormiētē ⁊ q̄si stupiduꝫ: tūc hēat medicꝰ decoctionē suā cū mirob. idis ⁊ chebulis factā cū epithimo ⁊c. vñ sunt ibi aliq̄ herbe decocte hñtes aspectū ad melācholiā: q̄dā ad phlegma: illā decoctioneꝫ det in mane: tūc illud bñ eūabit: cā est: qꝛ ꝓ̄ma magnā fecit cōmotionē in humoribꝰ: ⁊ isti hūores sic cōmoti fortiꝰ a myroba. attrahunꝭ: vñ plus euacuāt tūc q̄ʒ eūaret vna fortis medicina. ¶ De illa dedi semel. ʒ. ij. cū. ʒ. j. pilulaꝝ aureaꝝ ⁊. ʒ. j. hierepigre cuidā q̄ sibi timebat đ lepra. xx. sellas habuit: eūatiōe facta a vētre habuit vomitū materie viridis valde ad modū herbe viridis: vñ vnā pintā ⁊ plus: ⁊ tēdebat illa materia ad quandā nigredinē: lepra eiꝰ fuit palliata ꝑ tres annos: ⁊ postea apparuit. ¶ Hieralogodiō si poneꝭ cū musto in testa oui: ⁊ distēpereꝭ cū musto in aq̄ decoctiōis arthemisie valet ad ꝓuocādū mēstrua ꝑ pessarium imectū: si cū sanguine leporis hieralogodiō distēperetur: aut hiera Ruffini: qđ est melius: ⁊ ex hoc friceꝭ locus morpheatꝰ curaꝭ.

De hiera Ruffini.

¶ Hiera Ruffini est fortior: ī sua eñ recepta sunt lib. ij. ⁊ sunt. ʒ. ij. hellebori: ⁊ illud est multū: in hieralogodion nō ponunꝭ nisi grana. vj. tritici. xx. grana faciunt pōdus vniꝰ denarij: ⁊ sua recepta est lib. j. ⁊ illa est minꝰ q̄ʒ duodecima: iō est debilior q̄ʒ hiera Ruffini: valet idē hiera Ruffini qđ hieralogodion nisi qꝛ est fortior: ⁊ dr ab hiera qđ est sacra: ⁊ Ruffini: qꝛ Ruffinus eaꝫ inuenit: attrahit phlegma ⁊ melancholiam. iste medicine sunt fortissime: ⁊ ideo nō dꝫ eas dare medicus nisi sit multum expertus.

An medicina euacuet materiā coniūctam.

¶ Queritur vtꝝ medicina attrahat materiā ꝯiunctā ipsiꝰ morbi: aut antecedentē. ⁊ videtur ꝙ ꝯiunctā ꝭm Ioannitiū: materia ꝯiūcta est qua presente est morbus: ⁊ q̄ absente nō est morbus. Illud ergo qđ curat morbū illā materiā siue causam abijcit simpliciter. Sed per medicinas laxatiuas aliqñ curatur morbus: ergo per ipsas materia cōiuncta euacuatur. ¶ Item a medicina humor trahitur tota spē: sed eadem est tota spēs siue proprietas in humore q̄ est materia ꝯiuncta ⁊ in humore q̄ est materia antecedēs: ergo si vnꝰ pōt attrahi ⁊ aliꝰ.

Quid euacuare.

¶ Itē Gal. in techni. euacuare est totā materiā a corꝑe educere: ſꝫ nō educeꝭ tota materia morbi: nisi materia coniuncta morbi euacuaretur ⁊ antecedens: ergo vtraq̄ʒ materia euacuaꝭ. ¶ Ad oppositum. medicina non attrahit: nec euacuat nisi digestuꝫ. digesta medicari ⁊c. sed coniuncta materia non digeritur: ergo ⁊c. minor patet: qꝛ digestio est alteratio faciens cessare putredineꝫ. Sed in materia cōiuncta non cessat putredo. Illa enim in paroxismo consumitur ⁊ inciditur: ergo ⁊c. ¶ Dicūt quidā ꝙ materia cōiūcta nō attrahiꝭ a medicina: ſꝫ solū añcedēs: sed illud est falsum gñaliter ad minus

in paralysi:cũ nõ sit putrefactio:qre nõ põt attrahi illa materia ɔiūcta:cũ nõ est ibi cã:imo planũ est ꝙ attrahit:ꝛ mẽbrũ in quo est lesio alleuiat:ꝛ alleuiationẽ sentit. ¶ Et ꝓpter hoc dicũt quidã ꝙ verũ est in his morbis:nõ in alijs ĩ quib⁹ est putrefactio. ¶ Sed cõtra medicina est violẽtior in attrahẽdo ꝙ̃ flebotomia:sed flebotomia in pleuresi vbi est putrefactio ꝛ febris cõtinua euacuat materiã ɔiunctã febrẽ facientẽ:qꝛ fm Hip.ij.acutoꝝ.dꝫ flebotomari patiẽs quousqꝫ sanguis mutet a rubedine in nigredinẽ. Et dicit Galenus. Gal. ꝙ cũ nigrescit venit a loco passionato : ergo ꝑ pharmaciam potest materia coniuncta feb. euacuari.

¶ Propter hoc dico ꝙ materia cõiuncta ꝙ̃tũ est de se põt euacuari:tñ sua eũatio ĩpeditur:qꝛ ante paroxismũ materia mouet ad locũ minere a quo fortiter ꝓpter malã eius qualitatẽ attrahit:ꝛ ad ipm̃ materia ex sua mala dispõne mouet:ille aũt mot⁹ impedit ne a medicina trahat cuꝫ sit ꝓpinquior aliqñ minere ꝙ̃ medicine: ꝛ materia añcedẽs ideo ad minerã mouetur:ꝛ nõ ad medicinã añ paroxismũ. Duo eñ sunt a medicina attractionẽ impediẽtia : vnũ est fortis mot⁹ materie ad minerã. Scðm est ꝓpinqtas ei⁹ ad minerã:ꝛ nõ cessat paroxism⁹ ꝙ̃diu põt ab humore eleuari fum⁹ potens corrũpere:ꝛ hoc est ꝙ̃diu humor hꝫ formã humoris:ꝛ idõ nõ cessat paroxism⁹:nisi cũ humor iã est q̃si cinis fact⁹ ꝛ icinerat⁹ ꝑ putrefactionẽ cõpletã: ꝛ tũc formã humoris nõ hꝫ:ꝛ ideo a medicina nõ attrahit. Rõ aũt eoꝝ q̃ dicebãt ꝙ in febre materia ɔiũcta non attrahit:est qꝛ vident ꝙ post acceptionẽ medicine i tertiana aut i alio simili morbo patiẽs aliqñ hꝫ paroxismũ vnũ:ꝛ forte nihil plus:qð nõ esset si materia ɔiũcta esset attracta:ꝛ vbi añs esset attracta hñet plures paroxismos:ꝛ ita rõne seu opinione suã sic cõseruabãt. Rõ aũt eoꝝ q̃ ponebãt ꝙ materia ɔiũcta nõ põt attrahi est:qꝛ materia est putrefacta: ꝛ putrefactio mutat spẽm:ꝛ ita humor putrefact⁹ actu nõ hꝫ spẽm humoris:ꝛ idõ non attrahit:ſꝫ hoc est falsum:ꝛ putrefactio cũ est in statu ebulitiõis nõ mutat spẽꝫ humoris:ꝛ tũc facit febrẽ forma lẽ:sicut pomũ cũ in eo ebulitio incohat nõ amittit formã pomi:ſꝫ post icinerationẽ amittit formã:ita est in ꝓposito: vñ humor in putrefaciendo hꝫ formã humoris:ſꝫ cõpleta putrefactiõe cũ humor est putrefact⁹,siue incinerat⁹,tunc amittit formã humoris:ꝛ bñ verũ est ꝙ nõ attrahit:vt dictũ est:neqꝫ feb. tũc facit:nec est tunc materia cõiũcta alicuius feb. nisi q̃rtane aut nouene:vt dictũ est i libro febriũ.

¶ Ad argumentũ in oppositũ dicendũ ꝙ nõ est intẽtio ꝙ digestio faciat cessare putredinẽ oĩno:ſꝫ incensionẽ putredinis in materia si sit in actu i putredine:aut ad putredinẽ futurã ad quã est actu disposita a materia nõ actu existẽte in putrefactiõe remouẽdo dispões disponẽtes materiã ad hãc putrefactionẽ:vt qð viscosum incidat ꝛc. ꝛ in materia que est in putrefactione actuali mitigat putrefactionẽ:et ita digestio cessare facit in materia putredinẽ in hoc ꝙ putredinem mitigat:vt dictum est ꝛc.

An medicina sit dãda in statu morbi.

¶ Cõsequẽter querit vtrum medicina debeat dari in statu morbi:ꝛ videt ꝙ sic:qꝛ medicus cum sit minister nature ipsam in suis opationibus ordinatis dꝫ imitari: cuꝫ ergo natura ordinate ꝓcedẽdo in statu euacuat:ergo ꝛ medic⁹. ¶ Itẽ in primo interiorũ.natura nõ indiget medicine auxilio:nisi cũ ipsa morbo succũbit:ꝛ hoc est in statu:qꝛ ĩ statu sunt syntomata in malitia vltima q̃ naturã multũ molestãt:ergo ꝛc. ¶ Itẽ cũ natura nõ põt materiã expellere ne vincat:tunc dꝫ medicus eã iuuare:ſꝫ hoc est in statu: ergo ꝛc. ¶ Oppositũ dicit Hip. in statu silẽtiũ hñe meli⁹ est: dicit eñ ꝙ dieta nõ dꝫ exhiberi de q̃ min⁹ videt ꝙ̃ de medicina:qꝛ medicina est ɔtraria nature cũ sit venenosa : ergo ꝛc. ¶ Dico ꝙ in statu nõ dꝫ dari medicina:attamẽ sciẽdũ ꝙ duplex est status:qꝛ vno modo distinguunt tpa morbi a parte quãtitatis rei euacuande sicut in pleuresi:vnde in principio ei⁹ nihil aut parũ spuit patiẽs:sed in augmento plus spuit:ꝛ in statu maxime spuit: in declinatiõe diminuit sputũ:ꝛ iste status nõ est neqor horaꝝ:ſꝫ est mitior ꝙ̃ ꝑncipiũ ꝛ ꝙ̃ augmẽtũ:qꝛ mã tũc est minus molestãs ꝛ minus malitiosa:idõ dicit Hip. ꝑmo acutoꝝ: ꝙ ꝙ̃to pl⁹ spuit plus est dandũ de iure:vt ɔfortet natura ad illud expellendũ:ꝛ nõ det in ꝑncipio:ne impediat natura ad digerẽdũ: ꝛ tñ in statu medicina adiuuãs naturã ad expellendũ:cuꝫ nõ est potens oĩno expellere ꝛ lenẽs mẽbrũ:ꝛ habilitans materiã ad expellendũ põt dari. Alio modo distinguũtur

Stat⁹ duplex.

tẽpora morbi a parte syntomatũ : ꝛ tunc dicit principium morbi tps in quo syntomata nõ apparẽt:aut parũ:et cum augmẽtantur augmentũ est. Et status dr̃ tps in quo est vltimitas malitie syntomatũ:ꝛ declinatio est tps in quo diminuuntur syntomata. Et iste status est melior horaꝝ:ꝛ in isto statu nihil est dandũ:ne natura impediat. ¶ Ad pmũ ꝙ medicus dꝫ seq naturã:verũ est quãtũ ad locũ ꝑ quẽ fit eũatio:vbi repit natura ibi opꝫ ducere:ꝛ inq̃ntum ad qualitatẽ materie euacuãde:vñ apho.iiij. In pharmacijs talia educere opꝫ qualia sponte veniẽtia:ꝛ non ꝙ̃tũ ad tps euacuãdi:qꝛ medicina eã ĩpediret:ꝛ ab eũatione materie desisteret:cũ nõ moueat nisi mota:ꝛ eã dbilitaret cũ sit venenosa:ꝛ malã discrasiã gñaret cũ sit calida. ¶ Ad aliud dico ꝙ ibi sunt multi defect⁹. Primo fallacia ɔsequentis. Scðo fallacia figure dictiõis. Nã nõ sequit:dꝫ iuuare: ergo tũc dꝫ iuuare. Uel sic dicendũ ꝙ dꝫ iuuari nisi ĩpediret ꝑ illud qð dat ad iuuandũ:sed vt visum est impediret per medicinã:ꝛ ideo maius nocumentũ ꝙ̃ iuuamẽtũ faceret. Sed dicendũ ꝙ illa autoritas maxĩe in medicinis alterãtibus attẽdit:ꝛ nõ in euacuãtib⁹. ¶ Ad aliud qð arguit ꝙ in statu morbi est medicĩa dãda:qꝛ nã tũc maxime laborat:qꝛ tũc sunt accidẽtia vltimata. Dicendũ ꝙ ꝟtus aĩalis q̃ viget in lacertis:ꝛ musculis maxime laborat.s. passiue:et virt⁹ nãlis ẽ salua:ꝛ nõ laborat passiue: ſꝫ actiue tm̃ expellẽdo:ꝛ est fortior respectu materie egritudinis cũ iã illã vicerit:ſꝫ esset fortior in se:ꝛ idõ nõ indiget medicine auxilio.

An medicina sit dãda in die paroxismi.

¶ Consequẽter q̃rit vtꝝ medicina debeat dari ĩ die accessionis:ꝛ videt ꝙ sic ꝑ Haly. in techni in capi. de causis. ¶ Itẽ hoc idẽ dicit Auic. in.iiij. qꝛ in q̃rtana ꝛ quotidiana ĩ die paroxismi dꝫ fieri vomit⁹ q̃ est fortior medicina ꝙ̃ secessio:ergo ꝛc. ¶ Itẽ vna cã est q̃re materia meli⁹ attrahit a medicina cũ nature odiosa est:cũ ergo in paroxismo magis sit odiosa ꝙ̃ añ:ergo tũc erit maxime apta ad euacuãdũ. ¶ Ad oppositũ ẽ Aui. dicẽs: ꝙ tũc est tps q̃escẽdi ꝛ somnum querendi libro primo capitulo de flebotomia.

¶ Solutio. multi medici dederũt medicinas in die poxismi:vt magister rogerius baro:ꝛ multi alij:vt inuenit i practicis suis:sed nõ dabãt fortes:ſꝫ debiles: ꝛ tũc dicebãt ꝙ medicina debilis erat dãda vt.ʒ.ij. hierepigre:ꝛ rõ ꝑ quaꝫ faciebãt erat ista:qꝛ fm Gale. primo de crisi. motus nature iuuat ad materie expulsionẽ:cuꝫ ergo in die paroxismi magis moueatur:tunc potent faciliter expelli.

¶ Sed cõtra ꝛ ꝑ hoc ad illud rñdetur.motus confusus ꝛ incertus iuuat ad extractionẽ materie:ſꝫ motus ad certuꝫ nõ iuuat:qꝛ tunc fit motus agitatiuus:cũ materia mouetur ad vnũ locũ a natura:ꝛ a medicina trahitur ad alium. Sed in paroxismo est motus ad certũ vbi ad mineram vel ẽt expellẽda ad exteriora : ꝛ medicina adheret stomacho: ergo ꝛc. ¶ Istud credo fm Auiceñ. ꝛ G. qð non debet dari medicina fortis in die paroxismi:ſꝫ debilis põt fm Hali. ſꝫ nõ hora poxismi:ſꝫ añ horã:vt alleuiet poxism⁹ ſꝫ Hali. ꝛ Auiceñ. in.iiij. dicentẽ hoc de vomitu in quartana. Et cuꝫ dicit ꝙ tunc facilius attrahitur:qꝛ motus eius iuuat: falsum est:vt pꝫ ex predictis:qꝛ motus ille intelligitur de quo loquitur in.j. de crisi. de materia furiosa: que non mouetur ad locum certũ:sicut materia faciens paroxismũ.

¶ Ad aliud qð arguit ꝙ tũc est materia magis odiosa nature:veꝝ est:tñ nõ dꝫ ꝓpter hoc dari medicina euacuans: quia diuertit naturam in illa hora: ꝛ ille motus egritudinis eam debilitaret ꝓpter causam predictam.

¶ Tyriaca magna Ga. tyriaca dr̃ dña medicinaꝝ: Gal. qꝛ Gal. eã cõposuit. facit ɔtra grauissimas passiones corporis humani: epilenticis: catalenticis: apopleticis ꝛc.

¶ Tyriaca diatesseron: de.iiij. rebus antiq̃tus dicebat : ſꝫ alij philosophi aliqd postea addiderũt: ꝓ̃ualet toxicatis:ꝛ canis rabidi morsib⁹:ꝛ alijs venenis: morsib⁹ aĩaliuꝫ det cũ suc. mẽte:ꝛ sup ipꝫ vuln⁹ inũcta apata bonum ꝛc.

¶ Supius diximus de euacuatione vniuersali q̃ fit ꝑ flebotomiã:ꝛ de quadã particulari q̃ fit ꝑ secessum:ꝛ ꝑ vomitum:ꝛ ꝑ ventosam:nunc videamus de quadã particulari euacuatione que fit ꝑ clysteria:de qua dant.xj. regule.

Regule de clysterib⁹.

¶ Quarũ prima est ꝙ oĩa clysteria euacuãt materiã que est in intestinis. ¶ Scða regula est:cũ clysteria expellãt ꝛ cõsumãt ventositatẽ in intestinis contentã:ideo valent in passione colica:ꝛ maxime in colica vẽtosa. ¶ Tertia regula est ꝙ clysteria valent in passionibus renũ ꝛ membroruꝫ nobiliũ. In

nobiliū. In passionibus renū: q̄ꝛ intestina renibus vicinā̄tur: ⁊ iō a renibꝰ inest dolor in itestinis ex passionibꝰ renū: ⁊ est ī eis vētositas quā clysteria expellūt q̄ dolorē faciebāt: iō dolorē mitigāt in renū passione: lꝫ illā materiā nō consumāt: nec expellāt. Silr valēt ī passionibꝰ mēbroꝝ nobiliū: vt cordis: epatis: q̄ꝛ expellēdo feces ab intestinis intestina per vacuitatē suā attrahūt materiā ꝯtentā in mēbris nobilibus: ⁊ ita materiā ꝯtentā in eis curāt. ¶ Quarta regula est ꝙ ẜm Aui. iij. li. cap̄. de cura colice: nō debēt fieri clysteria acuta fortia: nisi post materie digestionē: q̄ꝛ cor et epar debilitarēt. ¶ Quinta regl'a est ꝙ nō debēt fieri cibo crudo existēte in stō: q̄ꝛ ille cibus attraherez ad intestina ante sui digestionē: ⁊ ad epar simil'r attraherez ante sui digestionem: ⁊ ideo nō dꝫ clysteriū fieri nisi post cibi digestionē: et hoc per longum tp̄s ip̄is intestinis euacuatis ip̄a attraherēt ad se cibū indigestū ẜm Aui. lib. iij. cap̄. de cura colice. ¶ Sexta regula est: ꝙ non debēt fieri clysteria ꝯtinue: imo debet fieri quies inter ea: ne per hoc nature multū debilitenz. ¶ Septima regl'a notandū ꝙ si clysteria nō inueniāt humorē ꝯtentū in intestinis nō attrahūt humorē a membris ẜm. G. vij. megatechni. clysteriū nō transit vltra ieiunum. ¶ Octaua regula est ꝙ diuersimode administrantur ista clysteria ẜm diuersitatē mēbroꝝ patientiū: vñ si passio sit in renibꝰ; patiēs dꝫ iacere supinus: et pedibꝰ eleuatis dꝫ clysteriū dari: et ꝑ istū modū iacēdi melius attrahit a renibus ⁊ attingit ad eos: si in intestinis: dꝫ iacere ꝓnus ꝓpter eandem cām. ¶ Nona regula: ꝙ nō debēt fieri clysteria in tp̄e calido: sed aliquātulū frigido: ne per hoc febris sequaz ꝓpter eoꝝ acuitatē: ⁊ debēt fieri ante cibū aut post multū. ¶ Decima regl'a est ꝙ bonū est ꝙ ante clysteria fiat hūoꝝ ebulitio siue cōmotio; qđ facit balneū ante clysteria: q̄ꝛ melius attrahunz ad intestina ip̄is eūatis. ¶ Undecima regula est ꝙ nō debēt fieri clysteria cū patiēs est infirmꝰ aut in intestinis: aut in ano: vt cū in eis est apostema: aut emoroide nō cōpetūt. Causa est duplex: q̄ꝛ primo patiēs lederez ab ip̄o clysterio. Scđo ꝑ clysteriū fieret attractio ad locū passionis ⁊ doloris ẜm. G. ⁊ ad ip̄m nō dꝫ fieri attractio.

¶ Scđm circa hoc notandū ꝙ clysteria multis et diuersis intētionibꝰ fiūt. Nā aliqñ fiūt ad mollificādū: vt vbi est fortis induratio fecū fiat clysteriū mollificatiuū. Accipe maluas bismaluas herbā mercurialē violariā: ⁊ decoquantur cum istis: addatur colatura furfuris ⁊ parum salis ⁊c. *Clysteria multis et diuersis intētionibꝰ fiunt.*

¶ Itē oleum violatū aut butyrū recens aut sagimen porcinū. In hoc aūt clysterio nō dꝫ esse sal nisi parū si sit ibi: vt faciat ip̄m citius descēdere ⁊ expelli. ¶ Aliqñ fit clysteriū ad mordificādū. Accipe absinthiū abrotanū centaureā calamentū origanū ⁊ sil'a: ⁊ decoctioni istaꝝ addaz paꝝ mellis: ⁊ si vis purgare phlegma: addaz polipodiū: et cuꝫ hoc plus ponaz de sale q̄ꝫ in illo primo clysterio: q̄ꝛ nō fit ꝓ induratione fecū: sed ꝓpter defectū cholere que ad ista intestina non delegaz ad expulsionē. Sed prima cōpetit in induratione fecum: ⁊ ideo maxime cōpetit in colica facta ex fecum induratione: q̄ꝛ eam curat. ¶ Aliqñ fit clysteriū ad mūdificandū: vt clysteriū mūdificatiuū vt in dissinteria: q̄ꝛ prius opꝫ vulnera mūdificari q̄ꝫ ip̄a consolidenz: fiat ex rebus mūdificatiuis: accipe lentes ordeū mundatū fabas: ⁊ coquatur: ⁊ in decoctione aque distemperez mel: vel si vis: fac clysteriū simplicius. Accipiaz aqua casei. i. serū cū melle: ⁊ iniiciatur dictū serū cum melle: ⁊ coquaz: et si vis adde furfur triticeū cum predictis: ⁊ colez: ⁊ colatura ista per clysteriū iniiciaz. Aliqñ fit clysteriū ad cōsolidandū: et tale fit ex rebus viscosis vt in dissinteria: accipe dragagātū gūmi arabi. primo tñ accipianz vitella ouorū assatorū: et pistenz cum oleo rosato distemperenz cum mucilagine psilij: et cū aliquibus stipticis ⁊ de galla: et aliquantulū de sanguine dracōis. Si debilius vis facere: vitella ouorū assatoꝝ accipe: distemperenz cuꝫ oleo rosato: si vis facere fortius: fac predictū. Aliqñ facimus clysteriū ad constringendū: quia intestina aliqñ sunt ita debilia ꝙ non possunt feces retinere: ⁊ tunc indigēt stipticis cōstrictiuis: vt ex talibus fiat clysterium vt rosis acatia hypoquistidos galla ⁊c. dragaganto gūmi arabū: si vis facere fortius: adde cū his folia quercus: ⁊ folia nespilloꝝ: istis etiā vtimur ad ꝯsolidandū ⁊ nō solū ad constringendū. ¶ Item solet fluxus vētris curari per aliqua non constringentia: sicut per clysteriū factū de sepo hircino: qđ est quasi intestinorū lorica cōtra cholerā calidā scoriantē: q̄ꝛ grossus: et cito coagulaz et descēdit ad intestina nec cholera mordicenz ⁊ debilitenz: que cōfortata quantum in se est retinēt ne materiā aliūde recipiāt sicut prius. Aliqñ fit clysteriū ad laxandū: vt clysteriū laxatiuū: ⁊ hoc dupliciter: aut in cā calida eūando hūores calidos: aut in cā frigida eūando hūores frigidos: vt phlegma. Si in cā calida: accipiaz malua bismalua mercurialis cū decoctione istaꝝ: addatur oleū viol'. et decī cū electuario de succo rosarū aut electuario dulci: aut casia extracta: ⁊ sil'ibus distēperatis. Si in causa frigida: tunc accipe calamentum origanum: abrotanum: polipodium. Et si cum hoc phlegma a stomacho volumus euacuare: illi decoctioni addaz hierapigra: ⁊ si a renibus: addatur benedicta.

¶ Consequēter videamus de suppositorijs: aliqñ fit eūatio ꝑ suppositoria: ⁊ illa aliqñ fiūt lenia: vt ex sapone gallico: aut ex pinguedine porci: addēdo parū salis et mellis et succi mercurialis: ⁊ debēt semꝑ inūgi in oleo viol'. vel sagimine porcino. Aliqñ fiūt fortiora; vt materia ꝯtenta in inferioribus euacuetur: vt si addatur plus scamonea: aut aloe aut fel taurinum siue porcinū: q̄ꝛ hec mordicantia ab exteriori addita mordicant: sicut cholera ab interiori veniēs. *De suppositorijs.*

¶ Cōsequēter vidēdū est de pessarijs: q̄ dicunz clysteria q̄ aliqñ ad matricis mūdificationē: ⁊ mēstruoꝝ ꝓuocationē: aliqñ ad restringēdū mēstrua: ⁊ priꝰ ad mūdificādū ad mēstrua ꝓuocāda: accipias abrotanū: sauinā ru. maiorē arteticā nigellā ⁊c. Uel accipias triferā magnā supra theodoricon: ⁊ formenz ad modū digiti parui: ⁊ si fuerit nimis mollis: addaz puluis nigelle: q̄ facto inuoluaz in pāno tenuissimo: ⁊ ponaz ī matricē. Aliqñ aūt fiūt ad restringēdū fluxū mēstruoꝝ: ⁊ tūc dñt fieri ex eis q̄ restrigāt: vt acatia: hypoquistidos: succus arnoglosse: sang. drac. galle drag. gūmi arabū ⁊c. ¶ Supius visum est de medicinis laxatiuis q̄ nocumentū inferūt ex sui malitia. Nunc videndū est de opiatis q̄ eoꝝ malitiā ⁊ nocumentū reprimūt cū post ip̄as exhibentur. Triplex est em̄ nocumentū qđ infert medicina laxatiua: hūores em̄ facit fluere: q̄ cōmoti ad mēbrū debile venientes ibi possent cāre egritudines. Itē mēbra aperiūt: tertio ip̄a debilitāt. In opiatis est triplex remediū cōtra illud triplex nocumētū qđ infert medicina laxatiua per aliqua in eis cōtēta: hñt em̄ aliq̄ restringentia fluxū humoꝝ. Itē aliqua oīno cōstringentia mēbrū rarefactū: vt stiptica: et aliqua que cōfortāt membrū: vt aromatica ꝯfortantia qđ est debilitatū: ⁊ dicunz ab ope: q̄ꝛ per excellentiā opē ferūt: sine eo ꝙ nocumentū inducāt per aliquā malitiā quā habēt laxatiue: sicut laxatiue medicine ꝓpter hoc ab hoc per excellentiā dicunz: aut dicunz ab opio qđ recipiūt: ⁊ lꝫ oēs opiū non recipiāt: aliquid tñ est in eis loco opij: inter quas est vna nobilissima opiata q̄ đr tyriaca magna: in qua tyrus ē basis: siue trocisci facti de tyro: siue de carne tyri. Tyrus est serpens qui inueniz in calida regione: et est calidus ⁊ siccus: magis tamē calidus q̄ꝫ siccus. Uipere siue tyri ẜm Aui. ⁊ philoso. qui eodē modo loquunz de hoc debēt capi in fine hyemis ⁊ in principio veris: sed nō debēt occidi: sed debēt seruari vsq̄ꝫ ad principiū estatis: ⁊ per hoc forte magis cōsumez venenositas in eis. Ille autē q̄ sunt flaue sunt male: ⁊ femina est melior q̄ꝫ masculus: ⁊ est illa q̄ hꝫ pl'es dētes: sed masculus non hꝫ nisi duos: vnū supius: ⁊ aliū inferius. ¶ Itē cornuta timēda est: q̄ꝛ timendū est ne sit de gñe serpentis q̄ đr dipsas q̄ sitim facit: q̄ꝛ ergo nesciz distingui ab illo: accipiaz nō cornuta: accipianz ergo q̄ sūt colore rufe nō varie: et q̄ sunt bene mobiles: caput leuātes hñ; ⁊ ille que moranz in locis hūidis: ⁊ in littore maris: aut in lacunis non accipianz: sed q̄ in locis altis ⁊ in montibus sunt. ¶ Itē ille q̄ post abscissionē diu viuunt: q̄ꝛ signū est ꝙ in illis sit multū de calore ⁊ spū a q̄bꝰ fluit sanguis multus: q̄ꝛ nō sunt ita venenose et male. Pars media recipiz remoto capite ⁊ cauda hñ ad mensurā q̄tuor digitoꝝ: ⁊ ī aqua dulci mūdaz ⁊ intestinis ablatis: ⁊ qđ est in ventre: ⁊ sil'r cutis earū: ⁊ coquanz frusta decisa illiꝰ partis medie cuꝫ aq̄ aceto ⁊ sale quousq̄ꝫ ab ossibꝰ separez: deinde ossa abijcianz: et premaz caro: ⁊ humor in ea existēs egrediez: ⁊ fiant trocisci ex ea: ⁊ ponaz in eis furfur: siue aqua furfuris ad conseruādum vt fiant trocisci. Isti sic cōfecti non possunt multū seruari: possunt tñ alio modo confici: et possunt cōseruari per viginti annos. Ille autē q̄ facit trociscos dꝫ sibi inungere manus cū oleo balsami: ne noceat sibi. ¶ Itē tyrus habet *Tria nocumenta causat medi. laxati.* *De tyriaca magna Gale.* *Quid sit tyrus.*

hāc ppꝛietatē.ſ.ducēdi ſupfluitatē ad exteriora. Vñ philoſo.⁊ Auic.dicunt ꝙ cuidā ex comeſtione carnis tyri accidit apa in collo plenū pediculis. ¶ Item Aui.ſ.cap.de venenis.dicit ꝙ tyriaca hȝ ppꝛietatē attrahēdi ſuū pꝛopꝛiū venenū:ergo p naturā tyri hȝ ppꝛietatē ꝯ venenū ꝯſumendo: qꝛ tyrus eſt calidus ⁊ ſiccus:⁊ attrahendo ad ſe a corde ad ſtōm venenū ſuū expellendo ad extrema ſiue ad exteriora. Itē vȝ tyriaca ꝯtra venena alia via.ſ.naturā ꝯfortādo ſua forma cōi reſultante ex cōſtructione et fermētatione ſuorū cōponentiū per quā cōuenit corpori hūano:⁊ cor ꝯfortant qꝛ ꝯfortatū venenū expellit:⁊ ſic vȝ cōtra oīa venena generaliter:⁊ per illā cām diuertēdo venenū a corde p ſuā formā cōem quā hȝ ex actione ⁊ paſſione ſuoꝝ inuiſibiliū:per quā virtutē ꝯfortat cor quātū ad ſuas opationes pꝛimas faciētes:ſm.G.xiij.megatechni.valet melius recēs ꝙ antiquata.ſ.ad ea q̄ facit tyrus:ſed quantū ad opationē quā hȝ ex ſua forma melius valet antiquata ſm Aui. Tyriaca

Tyriace etates q̄ ⁊ quot.

eſt infans vſqȝ ad ſeptē mēſes:et iuuenis vſqȝ ad finē decē menſiū in regione calida: et vſqȝ ad finē viginti in regione frigida:⁊ ſenex ⁊ corrupta vſqȝ ad finē quadragita annorū in regione frigida:⁊ vſqȝ ad.xx.in regiōe calida. Si ſit bona iuuenis aut corrupta et ſenex pōt ſciri per hec:accipiūt apothecarij caſeū recentē:⁊ ponat̄ i extremitate caſei herba ex qua inflāmant̄ humores:⁊ per hoc denigrat̄ caſeus: aut citrinat̄:⁊ ex alia parte ponat̄ tyriaca:ſi fugat ipm:bona eſt:ſi nō:mala eſt:vñ dȝ facere dealbare lac in illa parte in qua erat denigratū. ¶ Itē ſi faculue.i.gallo ſiluestri tribuatur venenū:⁊ per exhibitionē tyriace curet̄: bona eſt ⁊ recēs. ¶ Item ſi alicui ruſtico cui fuerit data medicina et iuerit ad ſellas quinqȝ vicibus:aut ſi habeat fluxū vētris: ⁊ cito per exhibitionē tyriace reſtringat̄ bona eſt. Hec duo vltima ponit Auic.hanc cōpoſuit Andromachus:ſed tpe ſuo dicebat̄ mitridatū:qꝛ tm̄ valet quantum tyriaca niſi in receptione veneni:in mitridato et tyriaca ſunt eadē:niſi qꝛ eo non eſt caro tyri ſm.G.in mitridato:et ſui ſequaces addiderūt carnem tyri:⁊ vocata fuit tūc tyriaca. Iſta tyriaca ſublimior eſt medicinarū:valet contra paſſiones frigidas: ſed nō debet dari in paſſionibus calidis ſiue ex materia calida:niſi hoc ſit in diſſinteria:tunc ibi cōpetit in omni caſu.

Tyriaca vocabat̄ mitridatū tempore Andromachi.

¶ Itē non det̄ niſi poſt materie digeſtionē:qꝛ eā diſſolueret:et non poſſet eam diſſolutā ꝯſumere totā:cum ſit multa indigeſta:et ideo non eſt danda niſi poſt materie digeſtionem ⁊ euacuationē vniuerſalē:ipſa eñ materia ſi eſſet multa ⁊ indigeſta per eam diſſoluta ⁊ non cōſumpta poſſet ad aliqđ membꝛū nobile fluere:⁊ malum inducere:niſi in apoplexia cū timeat̄ de morte ſubita:tunc pōt dari ante materie digeſtionē ⁊ euacuationē:qꝛ melius eſt portionē materie ꝯſumere:⁊ aliā diſſoluere ꝙ mortē ſequi:vȝ ergo in apoplexia cū vino diſtēperata:vł ſic meli⁹ fit poſito aliquo inter dentes:fricet̄ palatū cū ea:⁊ totū corpus inungat̄:qꝛ aliquādo in paralyſim terminat̄ ſtomatichis:vȝ cū decoctiōe macis aut nucis muſcate cum vino data in iſto vino i cum ſtomachatio fiat ex ventoſitate eleuata cū materia ppter indigeſtionē aſmaticis:⁊ raucedini vocis:cū ſit ex materia viſcoſa in pectore contenta cū ſucco liquiritie:aut ſi fiat ex materia reumatica frigida deſcēdente ad tracheā arteriā: qꝛ reſoluit materiā cōtentā in pectore:⁊ fluxū reumatis reſtrinxit:in ſputo ſanguinis non ex acumine ſanguinis:ſed fiat ex vitio putredinis vene data cuȝ ptiſana:vel cū aqua decoctionis balauſtie:vł gallie ⁊c. ¶ Itē in diſſinteria cū decoctione hypoquiſtidos:aut gallie dragaganti ⁊c.cōtra lapidē renum cum decoctione ſaxifragie vel milij ſolis:ad pꝛouocationē menſtruorū ⁊ mūdificationē matricis cum decoctione arthemiſie:aut rubee maioris:cōtra lepꝛā cum decoctione mente:aut gentiane:qꝛ ſupfluos hūores cōſumit:et cōtra venena diſtēperata cū decoctione ariſtologie aut gentiane:doſis eius eſt.ʒ.ſ.et illud adhuc eſt multum.

De tyriaca diateſſeron.

¶ Tyriaca diateſſeron fit ex quatuor medicinis valētibus cōtra venenū:⁊ iō dr̄ diateſſeron:recipit myrrhā:ariſto.gētianam:et baccas lauri:et fere vȝ contra venena ſicut ⁊ pꝛima:doſis huius tyriace.ſ.diateſſeron eſt.ʒ.ij.

An in euacuatione groſſorum hūoꝝ ꝯpetat fortis medicina.

¶ Circa iſtā lectionē querit̄.vtrū in eūatione groſſoꝝ humorū cōpetat medicina fortis:⁊ videtur ꝙ ſic:qꝛ medicina correſpōdet digeſtiuo:ſed in eis dat̄ digeſtiuū forte:qꝛ valde diuretica:qꝛ ſm.G.in techni.medicine virt⁹ dȝ eſſe eleuata in gradu eodē in oppoſita q̄litate:g̃ ſi illud eſt multū groſſum qđ dȝ digeri:illud dȝ eſſe valde diureticum qđ dȝ digerere:ergo qđ dȝ euacuari. ¶ Itē in.iiij.apho.melancholicos purgare inferius vehementius:ſi ergo vehementer opȝ melācholiam purgare:⁊ groſſus hūor eſt:ergo ⁊c. ſm.G.qꝛ groſſior ⁊ glutinoſior eſt. ¶ Itē ſupra illuȝ aphoriſmum in.iiij.hellebor⁹ periculoſus eſt ſanas carnes habētib⁹:dicit.G.ꝙ forti infirmitati fortis medicīa correſpōdet. ¶ Contrarium dicit Auic.iiij.lib.cap.de cura quartane:maxime in pꝛincipio:quia ſubtile euacuaret fortis medicina:⁊ groſſum remaneret:⁊ magis impingeretur.

Medicīa fortis dr̄ q̄drúplr̄.

¶ Solutio.medicina fortis dr̄ q̄druplicíter. Pꝛimo ppter locum a quo euacuaret:vt cuȝ a venis euacuat flebotomia ⁊ non a magnis ſolum:⁊ ſic ſm.G.ij.acutorum dicit̄:flebotomia fortis eūatio:qꝛ cum violentia euacuat:vñ apte talis mod⁹ eūandi dr̄ fortis. Scđo mō qꝛ cū violētia eūat:vñ a pte modi eūandi dr̄ fortis:⁊ ſic ſm Serap.in.vij.dicitur vomica medicina fortis:qꝛ p̄iudicat attractio ſua expulſiue inteſtinoꝝ. Tertio mō dicit̄ fortis:qꝛ humorem groſſuȝ euacuat. Quarto modo dicitur fortis:qꝛ euacuat multuȝ: ⁊ de hac dicit Aui.iiij.li.ca.de cura tertiane nō vere:vñ dicit ꝙ quedā eſt medicīa fortis debilis:quedā eſt medicina fortis abſolute:⁊ quedā debilis abſolute. Fortis abſolute eſt q̄ hūorē groſſum euacuat ⁊ multum vna vice et fortis: debilis fortis:qꝛ euacuat humorē fortē ad eūandū:debilis qꝛ paucum. Eodē mō dr̄ morb⁹ fortis:aut qꝛ eſt ex materia groſſa:et tūc cōpetit in pꝛincipio medicīa fortis q̄ hūorem groſſum euacuat:debilis tñ ⁊ parum:qꝛ aliter conſumeret ſubtile:⁊ reliquū ꝯpingeret:in fine cōpetit fortis poſt māe digeſtionē q̄ multū eūat:⁊ etiā multotiēs debilis: qꝛ meli⁹ eſſet eūare per quinqȝ aut ſex medicinas debiles ꝙ p vnaȝ fortem valde que naturam multum debilitaret:⁊ hoc vult Auicen.cap.pꝛedicto.

¶ Ad pꝛimuȝ rñdetur tripłr:⁊ pꝛimo ſic.medicina eūans rñdet digeſtiue:verū eſt ꝙ illū humorē quē digeſtiua digerit medicina euacuās euacuat:non tamen oportet eodem modo:qꝛ euacuatio nō fit niſi materia digeſta:⁊ in pꝛincipio nō eſt digeſta:lȝ forte ibi ſit aliquid digeſtum:nō tamē eſt digeſta quantum ad ſuam portionē maiorē:vel ſi euacuat de indigeſto:hoc eſt parū:qꝛ non obedit. ¶ Secūdo modo rñdetur per interemptionem maioris:imo materie groſſe nō rñdet digeſtiuū diureticū valde:nā ſm.G.i paſſione renū ⁊ lapidis non debēt dari diuretica fortia in magna quātitate:vt eoꝝ opatio ſit fortis:lȝ valde ſubtiliatiua in pauca quātitate ꝯpetāt:quia iſta conſumerēt ſubtile:⁊ reſiduū putrefacerēt. ¶ Et ad argumētum forte dicitur ꝙ per ſe verū eſt ꝙ illi groſſo reſpōdet tantū ſubtile p pꝛopoꝛtionem:tamen per accidens hoc impeditur:qꝛ non ſubtiliaret:cū nō ſit calidȝ valde illud qđ ita eſt ſubtile: quia tunc ſubtile euapoꝛando reſiduum ingroſſaret:vt dictū eſt pꝛius. ¶ Tertio aliter dicendū ꝙ verū eſt ꝙ fortis medicina rñdet digeſtiuo.ſ.poſtꝙ opus ſuū cōpleuerit:⁊ hoc eſt materia digeſta:⁊ nō in pꝛincipio. ¶ Ad aliud dico ꝙ morb⁹ q̄ eſt fortis multū affligit:vñ indiget medicīa forti a pꝛincipio vſqȝ ad ſincopim ſm.G.qui dicit:quod non inuenit meliorē curā in materia furioſa ꝙ illam:in morbo forti alio mō competit:vt dictum eſt:⁊ ſic patet reſolutio.

An in ſanis cōpetat pharmacia.

¶ Conſequēter queritur vtrū in ſanis competat pharmacia:videtur ꝙ nō ſm Aui.in.j.qui dicit. Caueat conſeruatoꝛ ſanitatis ab omni re medicinali:ergo ⁊c. ¶ Itē cā curatiua non rñdet corpori ſanatiuo:ſed conſeruatiua:quia cauſe diſtinguunt̄ ſm diſtinctionē corpoꝛum:ſed medicina eūatiua eſt ſpecies curatiue ſm Gal.in techni:ergo ⁊c.

¶ Ad oppoſitum eſt vſus.

¶ Solutio.dico ꝙ ſano nō lapſo nō dȝ dari medicina nec alterās:nec eūans. Si vo ſit lapſus:aut hȝ corpus mūdū: aut non mundum:ſi mundū:tunc nō cōpetit euacuās:ſed ſi competat hec erit alterans. Et tu dices ꝙ dȝ ei dari medicina eūatiua ad pꝛeſeruandū:licet non ad curanduȝ:vt ſi timetur de tpe eſtiuo ſequente multum calido ne incurrat febꝛ.pꝛopter generationē multe cholere:et in eo debes euacuare choleram:licet non abundet:vt poſtea per tps non fiat gñatio cholere ſupabundantis:imo fiat diminutio:et ſic fiet tēperamentū. Sed dico ꝙ nō debet dari medicina eūans ad pꝛeſeruandū:qꝛ moleſtuȝ eſſet humores eūare neceſſarios. Sed meli⁹ eſt ei dare medicinam ſuam cōplexionē alterātē:ne plus debito cholera generetur.

¶Si habeat corpus immundū: tūc cōpetit nō sub ratio-
ne qua sanū:sed sub ratione qua preparatū ad egritudinē:
cū in eo materia morbi futuri existit:vnde non remouetur
discrasia facta:sed fienda:⁊ hoc est in preseruando. Vñ eua
cuatio materie corrupte est spēs curationis : sed non cor-
rupte est spēs preseruatiōis:⁊ sic ptȝ solutio ad duo prima
argumēta:⁊ ad primā questionē ptȝ: ꝙ dare hieralogodiō
aut pilulas cochias in principio est malū:quia subtile con
sumerent:⁊ residuum ingrossarent.
¶Aurea alexādrina ab auro dicta:alexādrina ab Alexan
dro peritissimo philosopho a quo fuit inuent:ꝓprie vȝ ad
om̄e vitiū pectoris ⁊ capitis ex frigiditate: ⁊ marie ad oēm
passionē reumaticā q̄ a capite ad oculos:⁊ ad aures : et ad
gingiuas descēdit: et ad oēm grauedinē oīm mēbroꝝ q̄ fit
de eodē hūore.xviij.pars cōfecta est li.ij. ℞.se.asari carpo
bal.iusqami añ.ʒ.ij.balsami: cinamomi:folij.ʒedoar.ʒinʒi.
costi:coralli:casie trac.euforbij:gasim:thuris:storacis:cala.
salmente meu:cardamomi:siselei:napei.i.semē sinapis:sa-
xifragie:aneti:anisi añ.ʒ.j.ligni aloes:reub. reupō.alipte:
casto.spice:galāge: opobalsami:anacardi:masticis:sulph.
viui:peonie:yringi:ro.thi.acori:pulegij:aristo.lōge:gētia-
ne:corticū:mādragore:camedreos:baccarū lauri:petrose
lini:se.rauistici:se.leuistici:se. rute:se.ameos: dauci:macro
pipis:leucopipis:xilobalsami: carui:amo.añ.ʒ.j.et ℈.auri:
costi:argēti meri:ambarū margaritaꝝ: bacce:biȝātie:ossis
de corde cerui ana.thuris:eboris : calamēti aroma.piretri
añ.gra.ix.mel qꝺ sufficit:detur ad modum auellane eunti
dormitum cum vino calido:febricitanti cum aqua tepida.
¶Viso supius de modo digestionis ⁊ euātionis:⁊ q̄ eua-
cuatio fit vt plurimū ꝑ medicinas cōpositas:⁊ etiā de ipis
hic determinaꝝ. Jō videamꝰ modū cōpositiōis eaꝝ. Circa
hoc tria habēt videri. Primū ē videre causas ꝓpter quas
est medicinaꝝ cōpositio. ¶Scdm est ꝙ in oibus est pone-
re aliq̄s medicinas pro fundamēto in medicinis ꝯpositis:
qūo cognoscemus quid erit basis in medicinis cōpositis:
aut fundamētū. Tertiū est videre cās pōderū medicinarū
quare q̄dā in tali pondere ponunꝝ:⁊ q̄dā in tali. ¶Primū
est de pn̄ti lectione. Pria cā q̄re necesse est habere medici-
nā cōpositā ex pluribꝰ simplicibꝰ est ꝙ nō erat aliq̄ medici-
na simplex sufficiēs ad hoc quo indigemꝰ ꝭm.G.in techni.
Si discrasia sit eleuata in decē numeris opȝ ꝙ exhibeaꝝ ei
medicina eleuata in decē nūeris in latere opposito: et hoc
non est reꝑire aliq̄n in simplici medicina hn̄te respectū ad
hoc:sȝ vna est eleuata in decē nūeris: ⁊ alia in.xij.et tūc ex
commixtione istoꝝ fit illud quo indigemus:⁊ hoc est medi
cina cōposita. Vñ Serapio.in.vij.cap.ij.dicit ꝙ si talē sim
plicitatē haberemus:medicina cōposita nō indigeremus.
¶Scda cā est morbi cōpositio q̄ indiget medicina cōposi-
ta:vt fe.de materia frigida q̄ rōne materie indiget calidis:
rōne forme egritudinis formalis indiget frigidis ⁊ hūidis.
Vel si morbus sit cōpositus ex cholera ⁊ phlegmate:nulla
aūt simplex medicina inueniꝝ q̄ sit calida et frigida: humi-
da ⁊ sicca:ideo indigemꝰ cōposita. ¶Tertia cā bene verū
est ꝙ morbus simplex indiget simplici medicina:sed in sim
plici morbo indigemꝰ medicina cōposita:nō q̄ morbus sit
cōpositus:sed q̄ volumus in hoc morbo oꝑa plura facere
et oꝑa cōtraria: vt in apostemate cōsumere materiā fluxā:
⁊ materia fluxurā restringere:ne fluat in membro debili in
quo est morbus materialis:indigemꝰ materie cōsumptio-
ne:⁊ mēbri debilitati cōfortatione:qꝺ per simplicē medici-
nam nō habet ita fieri sicut per cōpositā. ¶Quarta cā est
ꝓpter repressionē mali saporis et acuti ipius medicine:ne
saporis horribilitas aboiationē inducēdo nauseā faciat:
⁊ ꝑ hoc ꝯtingat eā vomere anteq̄ꝫ cōpleat suā operationē
⁊ de hoc dicit Serap.cap.predicto:ꝙ ꝓpter hoc ꝙ aloe est
amarū cū aromaticis cōficiꝝ:⁊ ꝑ hāc cām cū opio castoreū
qꝺ est mortificās:vt sua acuitas .i.excedēs frigiditas repri
maꝝ per quā erat mortificās. Et ꝑ hāc viā iubet Hippo.cō
miscere cū helleboro anisum:feniculū ⁊c.vt cōsumant ven
tositatē quā facit: et eleuat helleborus cōmotionē magnā
faciēdo in hūoribus. ¶Quinta cā est vt ex actione ⁊ pas-
sione simpliciū medicinaꝝ habeaꝝ vna forma cōis que cor
confortet:⁊ per hoc valeat ad oia venenosa tam calida q̄ꝫ
frigida:qꝺ in simplici medicina non inueniꝝ: vñ est videre
de tyriaca magna:has causas pōit Sera.in.vij.cap.ij. Il-
le tñ sunt cause due quas ponit Auiceñ.lib.j. ¶Sexta cā
est fortificatio vnius operationis qua indigemus in medi
cina habente duas operationes debiles: vt in camomilla
sunt due operationes:scȝ consumere ⁊ cōfortare:vtrūq̄ꝫ tñ
debiliter. Si aūt indigeamus camomilla ad alterā opera-
tionē faciendā:tūc admisceamus aliquā ipam iuuantē:et
sic in medicina cōposita sunt aliq̄n due mediane basis:ali
quādo vna tm̄:⁊ alia sunt suā operationē iuuātia:vt vide-
biꝝ postea. ¶Septima cā est q̄n volumꝰ ꝙ medicina ope-
reꝝ in locis remotis admisceamꝰ aliq̄d cū ea qꝺ preseruet
eā ne corrūpaꝝ ⁊ debiliteꝝ intantū ꝙ in locis remotis nō va
leat oꝑari:et ꝓpter hoc ꝭm Auic.li.ij.cap.j.admisceꝝ opiū
in tyriaca:vt preseruet medicinas calidas:ne in prima ⁊ se
cunda digestiua virtus eaꝝ corrūpaꝝ : et ꝓpter hoc habeꝝ
ratio efficax ꝙ medicina in humorē potest cōuerti:nō tñ in
mēbris remotis operās:q̄ si in sanguinē cōuerteretur:sua
virtus esset quasi amissa. ¶Octaua cā est vt medicina pe-
netret ad locū certū:vñ cum auro ⁊ corallo ⁊ silibus crocū
admiscemus:vt faciat ea ad cor penetrare q̄ de se nō pene
trant:q̄ grossa ⁊ terrea:silr cum cāphora:q̄ sua frigiditate
sibi impedit viā. Et si obijcis sicut obijcit Aui.ꝙ i morbo
calido nō dȝ admisceri crocꝰ cū sit calidus. Rñdet Aui.qꝺ
cū venit ad cor a calore cordis cōburiꝝ:et in fumū resoluiꝝ:
quo ꝯsumpto alia medicina natura iuuaꝝ. Et ꝙ hoc sit ve-
rum ptȝ per Auic.dicentē in ij. ꝙ natura aliq̄n separat et
discernit inter duas ṽtutes medicine:vnā respuēdo:⁊ aliā
eligēdo:que quidē virtutes sunt cōposite in eadē re natu-
raliter:vt camomilla:qꝺ multo fortiꝰ poterit facere in cō-
posito artificiali. ¶Nona cā est : vt medicina q̄ est valde
diuretica cito penetrās ⁊ trāsiens magis moreꝝ in loco in
quo dȝ oꝑari:ne nimis cito transeat:⁊ iō cū damꝰ reubar-
barū ad deoppilationē epatis silr cū eo admiscemꝰ rapha-
nū : q̄ raphanꝰ de sua ꝓprietate hȝ mouere hūores ad os
stō:ꝓpter ꝙ est medicina vomica:⁊ per ꝯn̄s medicinā diu-
reticā aliquātulū a suo transitu retrahit: ita ꝙ fit q̄dā mo-
tus agitatiuus ex trāsitu ⁊ penetratione medicine diureti
ce ⁊ retractiōe eiꝰ a raphano: ꝓpter qꝺ non penetrat ita ci
to vltra epar:et iō ibi remanēs meliꝰ oꝑaꝝ. ¶Decia cā est
vt medicia ambigua ad duo oꝑa siue ad vnū opꝰ in diuer-
sis mēbris determineꝝ ad opꝰ illud in vno mēbro:⁊ sic cū se
mine feniculi ⁊ anisi q̄ sunt indifferētia ad hoc vt deoppi-
lēt renes aut venas:cū volumꝰ renes aut vesicā deoppila-
re admiscemꝰ cantarides que ducūt eas ad renes ⁊ vesicā:
si ad epar ⁊ ad venas: admiscemꝰ aliq̄d ad ꝓpositū valēs.
¶Notāda sunt duo circa medicinas cōpositas. ¶Primū
ꝙ opȝ scire ꝙ medicina ꝯposita experta est melior q̄ꝫ nō ex- Medicia
perta:⁊ melius cognoscimus:q̄ medicina cōposita operaꝝ cōposita
duplici via. Vno modo per naturā suoꝝ cōponentiū:sicut opaꝝ du-
diximus aureā alexandrinā esse calidā:et valere in passio- plici via.
nibus frigidis a suis cōponentibus:⁊ hec operatio via ra-
tionis pōt cognosci et experimēto. Alia est oꝑatio per suā
formā resultantē ex fermentatione suorū componentiū no
bis ignotā:que sola per experientiā cognosciꝝ: q̄n ergo est
experta medicina cognosciꝝ quantū ad vtrūq̄ꝫ: q̄n nō:nisi
quantū ad naturā suorū cōponentiū tm̄:⁊ ideo aliq̄n credi
mus diuersas medicinas valere ad vnū:q̄ solū ꝑ experien
tiam ipa cōponentia respicimus:quaꝝ vna valet ad vnū:
⁊ alia non. ¶Scdm qꝺ debet sciri est ꝙ in medicina com-
posita fiat cōpositio ad vnū de rebus paucis. Vñ bonū est
cōponere medicinā ex rebus paucioribus q̄ꝫ possumus:q̄
nescimus vtrū vna aliā corrūpat. Unde ꝭm Aui.in.ij.ana-
cardi non debent cōmisceri cum carne tyri : q̄ eius opera-
tionē corrumpūt. Et hoc est intelligēdum q̄n ꝯponimꝰ illā
medicinā ad vnam intētionē:vt dicit. vnde si volumus tm̄
epar infrigidare melius est facere syrupū de scolopendria
⁊ endiuia cum aliquibus rebus ꝯfortantibus ⁊ valde pau
cis q̄ꝫ apponere multa causa predicta: vñ Aui.in.ij.⁊ parū
medicinarū melius est q̄ꝫ pluriū eaꝝ intētione vna. Si eīm
velles plures operationes facere:vt digerere:aperire:con
fortare oportet plura apponere:sicut ipse fecit multotiēs.
Pauciora enim in vna intentione sunt meliora:in paucio
ribus enim via magis tuta : et hec est summa de primo.
¶Supius vidimus de nobilissima opiata : vt de tyriaca:
nūc videamꝰ de alia:vt de aurea alexādrina. Aurea ab au
ro qꝺ recipit:aut q̄ est preciosa ⁊ excellēs in bonitate sicut De aurea
aurum. Unde est probata in multis passionibus. alexandri-
¶Alexādrina ab Alexādro q̄ eā inuenit:vel pro quo data na.

fuit: v3 ad om̄e vitiū capitis de frigida cā solū: qꝛ est multū calida: vñ deꝫ si materia est phlegmatica vel melācholica: v3 ad reuma capitis ex frīda cā: pri⁹ tñ digesta materia reumatica. ꝛ vniuersali euacuatiōe facta: vnde nunq̄ d3 dari fortis opiata maxie: neq̄ debilis etiā vt musa enea rubea: ꝛ silia sine vniuersali euacuatiōe: si corpus sit plectoricu3: aut p pharmaciā: aut per flebotomiā: aut per scarificationem ſm ꝙ melius expedit: qꝛ opiata tria facit: h3 em̄ virtutem cōstrictiuā per opiū qđ recipit: ꝛ cōstipatiuā ꝛ dissolutiuā: qꝛ in ea sunt multa calida: vt p effectū pt3: si ergo materia esset mlta faceret qđ posset: qꝛ nō posset totā materiā ꝯsumere: sed illā dissolueret: ꝛ moueret: ꝛ sic reuma augmētaret: neq̄ d3 dari in die sequēti post purgatiōnē vniuersalem: sed scđo aut tertio post flebotomiā post pharmaciam: tertio v3 ad reuma ꝯstringendū vniuersali purgatione facta si fiāt pilule de ea: ponēdo tñ plus de mastice: et teneanꝫ ille pilule in ore aut sub lingua. Ille pilule ꝓhibēt materie descensum: si oculi vel gingiue cum fuerit fluxus reumatis ad ea iuuanꝫ bonū est: qꝛ ꝓhibēt fluxū ꝛ dolorē cū sit de materia frigida euacuatione p̄cedēte. Silr bonū est ad ꝯsumptionē humoꝝ frigidoꝝ vbicūq̄ sint: sicut in passiōe capitis: epatis: splenis: stōachi: pulmonis post euacuationē tñ: nō em̄ d3 aliq̄ opiata dari: maxie vt mitridatū: tyriaca magna: aurea alexādrina: nisi euacuatione facta. Ista recipit multas medicinas: de quibus videamus naturam earum.

De asaro.

¶ Recipit asaꝝ qđ alio noīe đr asaꝝ baccaꝝ odorifera est: ꝛ est sicca vsq̄ ad tertiū: ꝛ est calida: sua tñ siccitas maior est q̄ꝫ sua caliditas. Illa est bona q̄ linguā mordicat: et boni odoris est: h3 vim aperiēdi: calefaciēdi: subtiliādi: cōfortandi: abstergendi: vñ valet in passione splenis ꝛ epatis: ꝛ maxime in deoppilatione splenis in digestione grosse materie: vñ fiat syrupus acetosus in deoppilatiōe splenis: ꝛ ponaꝫ ibi asara baccara: ꝛ capparis: ꝛ tamariscus. ¶ Itē valet si cum aceto emplastreꝫ supra splenē: itē ꝓuocat vrinam: ponitur autem hic in ista opiata ad consumptionem materie: et ad confortationem membrorum.

De carpo balsamo.

¶ Carpobalsamū est fruct⁹ balsami. Balsam⁹ aūt est arbor parua q̄ nasciꝫ vltra mare: pua ad quātitatē duoꝝ cubitoꝝ ad plus: vnde ꝓprie nō est arbor: sed frutex: alio noīe đr ocul⁹ solis: qꝛ sol eū videt: qꝛ est in locis altis supra que sol ita radiat in tpe caniculari: scindiꝫ vt ab eo lachryme fluāt: ꝛ colligiꝫ sic: ꝛ đr oleū balsami: ꝛ đr opobalsamū. i. succus balsami: vel lachryma: et qñ per se đr absolute balsamus: pro succo intelligiꝫ ꝓpter sui excellentiā. Cognosciꝫ autē sic sua bonitas: qꝛ si ponaꝫ in lacte gutta de illo opobalsamo: et coaguleꝫ vt lac est bonū: si non: non est bonū. Itē si petat fundū in aq̄ positū. Itē apothecarij sic experimentanꝫ: ponūt de eo in naribus cū pollice vsq̄ ad cōiunctionē nasi cum ore: et si cito penetret ad cerebrū est bonū: vtimur eius ligno: ꝛ est xilobalsamū: et eius fructu qui est carpobalsamum: ꝛ eius oleo quod dicitur opobalsamum.

De ligno aloes.

¶ Lignū est calidū ꝛ siccū: pl⁹ adhuc semē ei⁹: ꝛ adhuc pl⁹ etiā oleū istis duob⁹: h3 oleū balsami vim apiendi p suā caliditatē: ꝛ sua ꝓprietate attrahit spinas et tribulos a manibus ꝛ pedib⁹: ꝛ đr a q̄busdā ꝙ v3 ad passiōes oculoꝝ. Illđ forte non est verū gñalr: ꝛ iđ est malū facere de particulari vniuersale. Ex hoc em̄ accidit magnū nocumentū: sicut q̄dam q̄ cataputias in oculo posuit: qꝛ quidā dixerat qđ valebant ad hoc: ꝛ ita oculū amisit: vñ verū est ꝙ v3 ad pannum in oculo sub abstersione ꝛ apertione: non tñ v3 in omnib⁹ passionib⁹ eius: lignū ei⁹ ꝛ semē eius valent asmati ex phlegmatica materia ꝯtenta in pectore ipam ꝯsumēdo: ꝓuocādo vrinā: oleū ei⁹ educit fetū mortuū: ꝛ os matricis mūdificat: vñ preparat eā ad ꝯceptū: si ex eo inunganꝫ pedes quartanarij ꝛ totū corpus: preseruat a tyro: ꝛ aufert typum: si iungantur in typo preseruat a venenis: et maxime a veneno scorpionū: quia illud venenum est frigidum ꝛc.

Malū est facere de pticulari vniuersale.

De iusqamo.

¶ Jusquiam⁹ est herba cuius semen est carisillaga: quidā est albus: quidā niger. Albus melior est frigidus et siccus in fine tertij gra. Niger in quarto est frigidus ꝛ siccus: constringit: stupefacit: dormire facit: dolorem mitigat sensum mortificādo: vñ restringit fluxū sanguinis. Itē mēstrua restringit. Item si eius folia comedanꝫ dormire facit hoiem q̄si ebriū rationē ꝑturbādo: p fumos quidā sedant dolorē oculoꝝ cū eo ꝛ aq̄ ro. s3 nō est bonū: nisi timeam⁹ plus dolorē propter sui acuitatē et vltimitatē q̄ꝫ malitiam morbi.

¶ De gariofilis: ꝛ cinamomo prius vidimus.

¶ Opiū est succus papaueris: opiū aliđ thebaicū: ꝛ aliud egyptiacū: qꝛ quoꝝ vtrūq̄ est bonū: aliud quirinacū qđ đr asa fetida: vel iasar est frigidū in quarto: ꝛ siccu3 in tertio: sic fit: capita papaueris sciduntꝫ in estate caniculari tpe: et p hoc cadit succ⁹ ab eo: ꝛ ille succus poniꝫ ad solē: et desiccatur: ꝛ tūc est opiū: sedat tussim frigidā a reumate descendente ad pectus stringēdo reuma: sed caueamus ne dem⁹ per se: sed cū castoreo: accipiatur parū opij ꝛ castorei et cinamomi drag. 3iiij3i. myrrhe: fiāt pilule ꝛ teneanꝫ sub ligua valēt ad restringendū reuma descēdens a capite: v3 etiam opiū passionibus stōi ex nimia caliditate: et cetera patent.

De myrrha.

¶ Myrrha est gūma calida ꝛ sicca ī tertio gradu: subtilis est sube: habet virtutē consumptiuā: mūdificatiuā: ꝛ cōseruatiuā: cōsumit sufficiēter illud qđ dissoluit: h3 etiam vim ꝯglutinatiuā: stōm debilitatū ꝛ lapsu3 ex hūiditate phlegmatica cōfortat. Item ꝯfortat dētes: ꝛ ꝯfirmat ne cadāt: p̄seruat em̄ a corruptione et putrefactiōe: q̄ mā si putrefieret caderent dētes: fiat puluis ex ea ꝛ cinamomo cū aqua roſ. aut aqua rubi: aut aq̄ virge pastoris: ex hoc fiāt pilule: ꝛ ex eis fricenꝫ dētes cū necesse fuerit: vel accipiatur eius puluis solū: ꝛ ponaꝫ in vino pōtico: ꝛ ex his abluanꝫ os et dentes: illud consumit materiam putridam phlegmaticā in pectore: vnde valet ad nimiā humectationem pectoris: ꝓuocat vrinā ꝛ mēstrua: ꝛ p̄seruat a putrefactione: vñ antiqui solebant corpa mortuoꝝ inungere ex myrrha vt diutius possent ſuari: vñ đr ꝙ Christ⁹ dñs fuit ex ea vnctus.

De cipero.

¶ Ciperus est radix herbe silis segeti ca. et sic. et subtilis substantie: vñ h3 vim diureticā: aperit sine mordificatiōe ꝛ est stiptica parum: cōfert frigiditati vesice siue debilitati eius ex frigiditate: istud est ei speciale: vnde ꝓhibet distillationē vrine ex debilitate cōtentiue virtutis in vesica ex frigiditate: valet etiam in frigiditate matricis.

De casia.

¶ Casia duplex ē. s. casiafistula ꝛ casialignea. đ casialignea videam⁹ prius q̄d sit: ipsa est cortex arboris: ca. ꝛ sic. in tertio gradu ꝛ subtilis substātie: est enim diuretica ex suis q̄litatibus ꝛ substantia cōfortans ex sua aromaticitate ꝯsumptiua ex sua cōplexiōe vel qualitatibus suis. Ipsa em̄ ventositatē repellit ꝛ resoluit: vrinā ꝓuocat ꝛ mēstrua: vñ trifera magna cū puluere eius educit menstrua: si detur in sero in vino in quo fuerit casialignea patiēti: vrinā ꝓuocat: ꝛ ſm Haly stomachum confortat.

De corallo.

¶ Corallus est lapis qui inueniꝫ in littore maris: q̄da3 est albus: ꝛ quidā est niger: et alius est rube⁹. Rubeus est melior: ꝛ iđ cū per se poniꝫ de rubeo intelligit: frīdus est et siccus in scđo: ꝛ ē stiptic⁹ desiccat plus q̄ꝫ infrigidet: abstergit ab oculis hūiditatē supfluā: v3 ꝯtra fluxū sanguis ꝛ sputū sanguinis. Accipiaꝫ coralli dragagāti añ. 3. j. fiat puluis: ꝛ aliq̄ stiptico apposito vt sanguis dracōis hmōi puluis ei⁹ cū cāphora valet ad cor: ꝯfortat gingiuas: h3 ꝟtutes occultas. Dicit em̄. G. ꝙ p̄seruat domū in qua est a fulgure. Itē curat epilensiā si collo suspēdaꝫ. ¶ Itē Auic. ꝛ. G. dicūt ꝙ si suspēdaꝫ ad collum: ita ꝙ attingat ad stomachū: aufert oēm dolorem stomachi: sed forte mō nō ita: sicut neq̄ peonia mō habet virtutem quam solebat habere.

¶ Circa istā lectionē dubitatur: viso superi⁹ de digestione ꝛ euacuatione: mō videndū est de duobus remanentib⁹. s. de balneo ꝛ opiatis: qꝛ de flebotomia satis habeꝫ in lib.

An balneū cōpetat añ exhibitionem medi.

¶ Queritur igiꝫ de balneo vtrū cōpetat ante exhibitionē medicine: ꝛ videꝫ ꝙ non: corpa vbi q̄s vult purgare op3 fluxa facere: ꝛ vbi repit nā inde ducere op3 per conuenientem regionem. Ex his duob⁹ habetur ꝙ ante exhibitionē medicine op3 purgare mām ꝛ facilē facere ad currendum ad locū per quē medicina eā d3 euacuare: ꝛ hoc vult Auic. cū dicit ꝙ ante vomitū debēt capi cibi pingues ad debilitandū os stomachi vñ materia meli⁹ recipiaꝫ: s3 balneū attrahit mām ad locum cōtrariu3 loco per quē medicina eūat humorē: cū ad extrema corporis trahat materiā: et medicina ad stomachum: ergo ꝛc. ¶ Oppositum vult Auic. fen. iiij. cap. v. ¶ Juxta hoc queriꝫ: vtrū eadē die cōpetat in q̄ daꝫ medicina: videtur ꝙ non ſm. G. iiij. apho. qui dicit qđ balneū ꝛ somn⁹ impediūt medicinā a sua opatione: vñ nō debēt inungi: nisi velimus medicinā in eūando impedire. ¶ Oppositū dicit Auic. cū p̄dicto. ¶ Tertio q̄rim⁹ vtru3 post medicinā cōpetat: ꝛ videꝫ ꝙ nō: qꝛ post medicinā corpus nō debet repleri illa hūiditate que p medicinam euacuatur: s3 balneum

cuatur:sed balneũ repleat corpus humiditate accidẽtali:
⁊ illa per medicinã est euacuata:q2 ꝭm.G.supra illũ apho.
ad helleboros ⁊c.aq̃ humectat corpꝰ hũiditate accidẽtali:
balneũ aũt est aqua:ergo ⁊c. ¶ Cõtrariũ dicit Auicenna.
¶ Juxta hoc querit̃ i qua die magis cõpetat. ¶ Hec oĩa.
oĩa soluta sunt visis regulis de mõ oꝑandi prius:dico er=
go ꝙ cõuenit ante:⁊ eadẽ die et post. Ante duplici de cã q2
corpora vbi q̃s vult purgare ⁊c.⁊ illa corꝑa que debẽt pre
parari sunt duo.s.corpora que habent euacuari:vt hũores
fiant cursibiles:⁊ labiles ꝑ venas de facili:et mẽbra per q̃
fit euacuatio vt sint lenita:⁊ per ea hũores lubricẽt:⁊ aper
ta:vt pateat eis transitus hũores subtiliãdo : balneũ etiã
liq̃faciẽdo fluere facit etiã venas mollificat : ideo cõuenit
aliq̃ñ ꝑ tres dies ante medicinã.Uñ auicen.in.j.cap.dicto.
Qui dʒ per medicinã solui balneũ ẽ intraturus ante solu
tionẽ:q2 est preparans corꝑa nisi aliq̃d ꝓhibeat:⁊ qꝺ illud
est vt vulnera apostemata ⁊ hydropisis: tũc eñ nõ cõpetit
nec in morbis hũidis humiditate accidẽtali : q2 ꝑ balneũ
plus mlt̃iplicat̃. ¶ Ad argumẽtũ in ꝯtũ dico ꝙ lʒ balneũ
in hora balneãdi trahat materiã ad exteriora:q2 humores
liq̃factos facit per corpus fluere:post balneũ reuertunt̃ ad
interiora:et hoc etiã vt dictuʒ est mẽbra preparat.vt possit
materia fluere ꝑ ea:vt medicina in balneo nõ debet dari:li
cet ego dederim in vno casu.s.cuidã dñe q̃ habebat melan
choliã:⁊ nolebat accipe medicinã:feci eã intrare balneũ:⁊
mitigata fuit:⁊ libẽter accepit:deinde feci eã statim a bal=
neo auferri:⁊ post longũ tp̃s ipa fuit curata. ¶ Ad scḋam
questionẽ rñdeo ⁊ dico ꝙ balneũ hʒ duas facere oꝑatiões
vel tres. Prima est trahere materiã ad exteriora. Scḋa est
stringere ventrẽ: per hoc ꝙ illã materiã trahit ad exterio=
ra:⁊ tale est vehemẽtis caliditatis. Tertia oꝑatio est cale=
facere:nõ tñ fortiter. Dico ergo ꝙ in tꝑe calido nõ cõuenit
intrare balneũ in hora solutionis:neq̃ȝ in die: q2 traheret
materiã ⁊ medicinã ad exteriora:⁊ tu arguis ꝙ per hoc vẽ
trem stringit. Sed in tꝑe frigido ⁊ in hyeme anteq̃ȝ medici
na moueat cõfert balneũ:nõ tale ꝙ sit attrahẽs: sed solum
cõmouens materiã:⁊ meatus aperiẽs:istis duobꝰ indigẽt
hũores frigidi cũ grossi sint et meatus sint stricti per aeris
aut tẽporis frigiditatẽ indigent apertione: propter qꝺ nõ
euacuarent̃ de facili nisi cõmouerent̃:⁊ meatus aperirent̃.
Unde Auicen.non intret quis balneũ post medicinam qꝺ
attrahit:ingredi tamẽ potest primã casam:idest tinã aque
calide:balneũ bonũ est:⁊ illud fit ad mollificandũ. Ad ter
tiam questionẽ dicendũ est: ꝙ post medicinã conuenit bal
neum vel equiualens vt stupha:et hoc propter duo. Unũ
est vt membra per medicinã fatigata per balneũ confortẽ=
tur. Scḋa causa:vt fumi subcutanei per medicinã eleuati
scʒ a materia mala ⁊ a medicina euaporentur. ¶ Ad argu
mentũ dicendũ ꝙ balneũ nõ replet venas et poros corpo=
ris:ideo nõ remanet diu humiditas illa accidẽtalis quam
inducit:sed per sudorẽ resoluitur ⁊ fumũ:adhuc cõuenit ꝙ
mẽbra sunt per medicinã desiccata. ¶ Ad quartã questio=
nem dicendũ est:ꝙ dʒ fieri balneũ ante medicinã per tres
dies:post medicinã ꝟo in die sequẽti ꝭm Auicen.dũmodo
tñ virtus sit fortis. ¶ Ultimo querit̃ vtrum stupha melius
sit q̃ȝ balneũ post medicinã. Dicendũ ad hoc ꝙ si corpus
sit euacuatũ de cholera aut de melãcholia: ⁊ sit illud corpꝰ
rarũ:cõpetit balneũ.s.aque calide ad humectandũ:q2 tale
corpus est valde desiccatũ per medicinã: cũ esset de se sic=
cum:⁊ q2 corpus est rarum:balneũ sufficit ad euaporandũ
fumos:sed si euacuamus humores humidos : aut corpus
nõ sit extenuatũ:sed pingue: carnosuʒ:⁊ dure cõpositiõis:
⁊ euacuata est materia frigida ⁊ hũida:tũc stuphe q2 fortio
res ⁊ desiccãtes meliores sunt:q2 tale corpꝰ nõ indiget tã=
ta hũectatiõe sicut primũ : sed magis desiccatiõe: ergo ⁊c.
¶ Uisis causis ꝯpositionis medicinaꝝ cõpositarũ:nũc vi=
deamus modũ cõpositionis earũ. Circa qꝺ tria habẽt con
siderari. Primũ est ꝙ in medicina cõposita plus ponit̃ de
vna medicina simplici q̃ȝ de alia. Scḋo ꝙ sit ꝓprietas ba=
sis siue radicis medicine cõposite:q2 per hoc quid erit ba=
sis in ea videbit̃. Tertio quid cum radice debeat apponi:⁊
quare ea cum radice apponuntur. ¶ De primo dicendum
ꝭm Auicen.ꝙ non ad compositioneʒ solum medicinarum
cõpositarũ oportet scire vniuersalẽ virtutem medicine sim
plicis sed spetialẽ:vnde non solũ opʒ scire ꝙ illa medicina
simplex sit calida vel frigida : hũida vel sicca. Sed in quo
gradu frigiditatis ⁊c.⁊ virtutẽ eius ꝓpriã ⁊ operationẽ:vt
sciamus tantũ de illis simplicibꝰ medicinis apponere: vt
virtus cõis quã querimus ex tali cõpositione resultet. Et
de hoc dantur septẽ regule. ¶ Prima est si medicina sim=
plex est vehemẽtis fortitudinis: parũ de ea debet apponi:
quantũ est de ista natura: ⁊ per hoc habemꝰ cãm quare de
musco ⁊ opio parum in medicinis apponit̃:muscus eñ in
pauca q̃ȝtitate est magne qualitatis ⁊ oꝑatiõis ⁊ opiũ:⁊ ta
lis medicina dr̃ esse fortis: iõ sufficit parũ apponere: et ne
in quãtitate noceat:⁊ oꝑatiões aliaꝝ corrũpat:aut occul=
tet. Sed si debilis:multũ de ea apponit̃:vt camomilla q̃ in
q̃ȝtitate magna est pauce q̃litatis ⁊ oꝑatiõis:iõ de istis est
multũ apponendũ:et hec regl̃a ꝯfirmat̃ ꝑ.G.iiij.simplicis
medicine dicentẽ. Tãtũ põt forte agẽs in breui tꝑe quãtũ
põt debile in multo tꝑe:⁊ ecõuerso. Et silr̃ ex hoc põt elici
ꝙ quãtũ põt forte agẽs in quãtitate pauca:põt agẽs debi=
le in quãtitate magna vel multa:⁊ ecõuerso. ¶ Scḋa regu
la est:ꝙ de illa medicina q̃ hʒ iuuamẽta mlt̃a multũ dʒ ap=
poni:⁊ dr̃ habere iuuamenta multa medicina simplex que
pluribus egritudinibus aut pluribꝰ mẽbris cõfert:vt rosa
que sua stipticitate stõm ⁊ epar cõfortat: ⁊ cor sua aroma=
ticitate:⁊ oĩa alia mẽbra sua stipticitate:⁊ aromaticitate ⁊
proprietate. Sed si haberet pauca iuuamẽta: tũc aut est ci
te oꝑationis:⁊ tũc q2 nõ multũ de subã sua et virtute deꝑ=
ditur anteq̃ȝ suã oꝑationẽ cõpleat:parũ de ea est appo nẽ=
dum:si tarde:multũ de ea est apponẽdũ.et ꝙ de medicina
habẽte plura iuuamẽta multũ debeat apponi : põt ꝓbari
per silr̃ ꝭm.G.in apho.pueris dʒ dari plus de cibo q̃ȝ iuue
nibus: q2 nutrit ⁊ augmẽtat:sed nõ facit nisi nutrire in iu=
uenibꝰ:ergo silr̃ erit de medicina q̃ facit multa iuuamẽta:
q2 dʒ dari in magna quãtitate siue in maiori. ¶ Tertia re
gula est ꝙ qñ dat̃ medicina ad operãdũ in mẽbrũ remotũ:
tũc est de ea apponendũ plus:q2 multũ diminuit̃ eiꝰ quan=
titas:⁊ per ꝯñs sua virtus in operãdo anteq̃ȝ ad membrũ
veniat:si in mẽbrũ ꝓpinquũ minus de ea est apponendũ.
Si eñ det̃ medicina ad operandũ in renibus in scḋo gra=
du:⁊ nõ det̃ nisi oꝑatiõis i scḋo gradu nõ seruabit̃ gradus
oꝑatiõis:⁊ iõ plus dʒ apponi q̃ȝ egeat mẽbrũ: eo ꝙ multũ
deperdit̃ in via:vt seruet̃ gradus q̃ indiget̃ ad operãdũ in
mẽbro remoto:et hoc ꝯfirmat̃ ꝑ Gal.in techni.si cõplexio
mala sit eleuata in quatuor nũeris ⁊c.⁊ Haly exponit ⁊c.
¶ Quarta regula est ꝙ si medicina sit nobilis oꝑationis:
q̃ oꝑatio est cõfortare mẽbrũ nobile:plus de ea quantũ est
de hoc est apponendũ silr̃ parũ. ¶ Quinta regula est ꝙ si
medicina simplex inueniat sibi silẽm in medicina ꝯposita
parũ de ea est apponendũ:verbi gratia.si semẽ feniculi dʒ
apponi in medicina ꝯposita:⁊ ibi sit anisum:apium ⁊c. de
quibꝰ dʒ parũ apponi:q2 pauca quãtitas medicinaꝝ sim=
pliciũ siliũ equiualet multe quãtitati vnius. ¶ Sexta re=
gula est ꝙ si medicina aliq̃ faciat nocumentũ magnuʒ vel
iuuamẽtũ paruũ:parũ de ea est apponẽdũ. Si iuuamentũ
magnũ ⁊ nocumentũ paruũ multũ est apponẽdũ:⁊ quãto
nocumẽtũ est maius minꝰ de ea est apponẽdũ. Uñ q2 nocu
mentũ apij est magnũ.s.mortificũ: ideo parũ de eo ponit̃.
¶ Septima regula est ꝙ si medicina simplex inueniat in
cõposita suũ ꝯtrũ qꝺ suaʒ virtutẽ corrũpat:magis de ea est
apponẽdũ: ⁊ si silẽm minꝰ hẽat suã ꝯtrariã in medicina cõ
posita nullũ in ea hñs cõsimilẽ oꝑans in mẽbris remotis
multũ de ea est apponendũ:si cõtrarias: valde parũ:si ha=
beat duas cõditiões:⁊ deficiat vna:tũc multũ de ea est ap
ponendũ:q2 due cõditiões bone ꝑfit vincere vnã:si q̃sdã ha
beat:⁊ q̃sdã nõ:mediocriter ẽ apponẽdũ. Sed q̃re ponunt̃
medicine simplices plr̃es in medicina ꝯposita:cã est:vt fiat
vna virtus cõis q̃ in nulla simplici medicina inueniebat̃.
¶ Sed tũc est qꝺ quõ venit ista mediciã alteratiua ad mẽ
brũ qꝺ alterat: ¶ Si tu dicas ꝙ sua ꝟtus venit cũ fumo:si
sic:cũ fumꝰ ita veniat ad mẽbrũ sanũ sicut ad egrũ:alterat̃
sanũ sicut ⁊ egrũ. Dices ꝙ mẽbrũ attrahit medicinã. Con
tra mẽbrũ attrahit silẽ:vt cibũ: ḡ nõ attrahit medicinã cũ
sit ei ꝯtraria:ꝑ idẽ ꝯtraria nõ attrahit. Dico ꝙ possibile est
ꝙ fumꝰ eleuet̃ ad mẽbra sana et lesa:sed illa parũ alterat.
Sed q2 ad mẽbra lesa venit fumꝰ:⁊ subã:⁊ nõ ad sana:ideo
mẽbra lesa bñ alterant̃:sed medicina ꝑ se non mouet̃ cũ sit
incõpleta respectu eiꝰ qꝺ dʒ alterare:sed attraheret̃:si eñ
moueret̃ de se equaliter a quolibet moueret̃. Et tu arguis
mẽbrũ attrahit cibũ:ergo nõ medicinã. Rñdet Serapion

Balneum hʒ duas vl̃ tres operationes facere.

in.vij. ꝙ medicina alteratiua nõ attrahit a mẽbꝛo: qꝛ mem
bꝛũ: ſed qꝛ mẽbꝛũ egrũ: qꝛ egrũ intendit ſanari per eandẽ
naturã ꝑ quã intẽdit ↄſeruari in ſanitate cũ eſt ſanũ: ſicut
graue mouet ꝑ eandẽ naturã ad centrũ: et quieſcit ibi: ⁊ ꝑ
eãdẽ naturã appetit moueri a loco in q̃ nõ eſt per naturã: ⁊
quieſcere in ſuo loco naturali. Siĺr mẽbꝛũ per cibũ ↄſerua
tur: ⁊ per medicinã alterantẽ ſanat: ⁊ ꝑ eandẽ naturã vtrũ
ꝗ appetit et attrahit. Sed nõ tñ ſub eadẽ diſpõne exiſtens
ſed cõtraria. ſ. bonitate: ſanitate ⁊ egritudine: cũ eñ eſt ſa
num membꝛũ appetit cibũ vt ↄſeruet ſub diſpoſitione quã
habet: cũ eſt egrũ appetit medicinã vt per ipſam ſanetur.
De euforbio. ¶ Supꝛius viſum eſt de quibuſdã medicis ſimplicibꝰ exiſtẽ
tibus in aurea: adhuc de alijs poſitis ibidẽ videamꝰ. ꝑmo
de euforbio. Euforbiũ eſt gũma arboꝛis ca. ⁊ ſic. i q̃rto gr.
qđ eſt groſſum ſubꝛufum nõ ꝑfoꝛatũ ẽ meliꝰ: ẽ eñ ita ca. et
ſic. ꝙ adurit: hꝫ vim abſtergẽdi ⁊ ſubtiliãdi: qꝛ ſubtilis eſt
ſubẽ: calefacit magis ꝗ aſa fetida: ⁊ hꝫ vim laxatiuã: ⁊ edu
cit hũoꝛẽ phlegmaticũ viſcoſum ↄtẽtũ in anchis: doꝛſo: et
ſilibꝰ: melãcholiã purgat: ponit hic cõtra apoplexiã paly
ſim arteticã: ſua ꝟtꝰ laxatiua ex alijs medicinis ↄſtrictiuis
ibi poſitis remittit: vñ ponit etiã ibi vt ſua igneitate moꝛti
ficationẽ opij repꝛimat: eſt eñ medicina valde acuta: et ti
met ſua acuitas: ⁊ iđ anꝗ ea vtamur debemꝰ eã repꝛimere:
ſic põt repꝛimi: pulueriz et nõ tñ vſꝗ ad ſummũ: ⁊ deĩde po
nat i lacte dulci: pingui vaccino: aut oleo amig. ⁊ dimittat
ibi ꝑ diẽ vnũ aut noctẽ: deinde auferat: ⁊ poſtea ↄterat: ⁊ cũ
eo diagagãtũ apponat: deĩde aſpergat cũ mucillagĩe pſi
lij: ⁊ fiãt pilule: poſtea tpe cõpetẽti ponat in medicina in q̃
dꝫ poni euforbiũ: in paucis diebꝰ interficit inducẽdo diſſin
teriã ex ſua coꝛroſiõe ⁊ aduſtiõe: vñ cito interficit ſicut leal
gar: ⁊ iđ dꝫ dari in pauca quãtitate. ne in magna quãtitate
datũ interficiat: doſis eius eſt ſexta pars. ʒ. i. ne excoꝛiet in
magna quãtitate datũ: cõfert frigidis paſſionibꝰ: vt para
lyſi ſciatice: qꝛ expellit materiã a iuncturis. Eius oleũ eſt
valẽs ad paralyſim ſicut oleũ coſtinũ aut nardinũ: aut de
cinamomo acuatũ cum euforbio: et vnguatur ſpina doꝛſi
vſꝗ ad caudã: valet ad paralyſim. Item illa iniunctio va
let in paſſionibus renum ex frigidis humoꝛibus.
De olibano. ¶ Olibanũ eſt gũma arboꝛis. ſ. libani: et eſt duplex. ſ. femi
na ⁊ maſculꝰ: femina eſt paruũ thus: ſꝫ maſculꝰ eſt groſſuꝫ:
albũ planificatũ: nõ admixtũ terreſtreitati: groſſuꝫ eſt me
lius calidũ ⁊ ſiccũ in fine ſcđi gradꝰ deſiccat: ꝟtutẽ hꝫ ↄſtri
ctiuã ex ſiccitate ⁊ viſcoſitate ⁊ ſtipticitate ↄfoꝛtatiuã. Uñ
reſtringit reuma capitis: ⁊ valet ↄtra frigiditatẽ matricis:
ꝓpter hoc tria grana ſi trãſglutiant digeſtionẽ ꝓcurant ⁊
iuuãt: et ↄfoꝛtat: et bonũ anhelitũ faciũt: oẽm odoꝛẽ bonũ
pꝛeſtãt: ⁊ acetoſas eruptiones remouẽt. ¶ Itẽ nõ hꝫ vim
coꝛrodẽdi: ſed carnẽ gñandi ſolũ: ſi ex eo ⁊ ſanguine draco
nis fiat puluis ⁊ ꝓijciat in vulnere: ſanat vulnus: ⁊ carnẽ
gñat. ¶ Itẽ ſi accipit cũ aloe: ⁊ inũgat manꝰ vel locꝰ moꝛ
pheatus cõfert. ¶ Itẽ olibanũ cũ oleo ro. vꝫ in pꝛincipio
apoſtematis mamillaꝝ materiã repcutiẽdo. ¶ Itẽ ſtipti
citate reſtringit vomitũ: ⁊ ſiĺr reſtringit fluxũ vẽtris: ⁊ ecõ
tra. ¶ Itẽ ſi pili lepoꝛis intinguantur in incauſto: deinde
aſpergatur puluis olibani: ⁊ naribus impouatur reſtrin
git fluxum ſanguinis fluentem a naribus.
De ſaliunca. ¶ Saliunca aũt dꝛ ſpica celtica: eſt ca. ⁊ ſic. in ſcđo: ſubãm
hꝫ ſubtilem ⁊ diureticã: ponit hic ad cõſumptionem phle
gmatis ⁊ mẽbꝛoꝝ cõfoꝛtationẽ: hꝫ eñ virtutẽ cõfoꝛtãdi ex
ſua aromaticitate: ⁊ ponticitate ⁊ diureticitate ex ſua com
plexione ⁊ amaritudine: ⁊ pꝛopter hoc renes purgat.
¶ Meu eſt cali. ⁊ ſic. in ſcđo. ponitur hic ad cõſumptionẽ
phlegmatis: ⁊ membꝛoꝛũ confoꝛtationẽ: et calefactionem.
De cardamomo. ¶ Cardamomũ eſt ſemẽ ad modũ ciceris: tñ minus: ⁊ eſt
interius ſubalbidũ: calidũ in ſecundo: ſic. in tertio: calefa
cit cũ quadã ſtipticitate: et eſt aromaticũ: ꝓpter qđ habet
vim confoꝛtatiuã: ⁊ habet ſubtilẽ ſubſtantiã: ⁊ ideo habet
vim diureticã ⁊ penetratiuã ex ↄplexione: ⁊ ponit hic pꝛo
pter renũ vitiũ ⁊ matricis ⁊ contra cardiacã: cardamomũ
puluerizatũ cũ coꝛiãdro vꝫ ad digeſtionẽ in ſtomacho fri
De ſiſeleos. gido: ↄfert vomitui: ſi det cardamomũ thus maſtix equali
põdere cũ aqua patienti. ¶ Siſeleos. i. ſileris mõtani ca. et
ſicci in. ij. hꝫ vim ſubtiliatiuã ⁊ aperitiuã ex ſubſtãtia ⁊ cõ
plexiõe: vñ ſubtiliat hũoꝛes: carminat: ⁊ diuidit materiã
frigidã: vñ diſſoluit phlegma coagulatũ: iđ ↄfert paſſiõibꝰ
doꝛſi renum ⁊ matricis: ⁊ veſice: ⁊ ad hoc ponit: vnde ſi po
natur ſiler mõtanũ cum aniſo ⁊ femi. feniculi ⁊ coquant in
patella fricetur doꝛſuꝫ: vꝫ in paſſionibus eius ex materia
frida: cõfert etiã aſmati qñ eſt ex materia frigida in pecto
re inuiſcata: iuuat ſtõm ipſum calefaciẽdo ſiue materiam
frigidã in eo cõtẽtã: ſi comedat a mulieribꝰ facilẽ ꝑtũ facit:
vꝛinã ꝓuocat ⁊ mẽſtrua: ⁊ digeſtionem iuuat: vt dictũ eſt.
¶ Napi. i. ſemẽ ſinapis ca. ⁊ ſic. in medio quarti gradꝰ: eſt De napo.
valde inciſiuũ phlegmatis ↄſumptiuũ ⁊ mũdificatiuũ: po
nit hic ꝓpter mẽbꝛoꝝ inſenſibilitatẽ: ꝓpter vitia matricis
apoplexie ⁊ epilẽſie: quoddã domeſticũ: quoddã ſilueſtre.
Silueſtre in via cibi eſt malũ: qꝛ malũ humoꝛẽ gñat: tñ in
via medicĩe iuuat abſtergẽdo phlegma valde: vnde vꝫ ad
abſtergendũ maculã faciei valde ſiue ſanguinẽ moꝛtuum
cũ aq̃ fabarum: vnde dꝛ ꝙ nocet capiti: ⁊ hoc eſt verum ꝓ
pter hũiditatẽ vapoꝛoſaꝫ: vñ faciẽdo euapoꝛationẽ nocet
capiti: iđ ſanis nõ eſt bonuꝫ: necꝫ egris: caput abſtergendo
phlegma vꝫ: iſtius ſemen eſt aperitiuũ: iđ valet opilationi
ſplenis ⁊ epatis: ſitiꝫ facit ⁊ ꝓpꝛie cũ aceto: qꝛ vtrunꝗ deſic
cat. ¶ Anetũ ca. ⁊ ſic. i. ij. ſiĺe ẽ aniſo ⁊ ſileri mõtano i opa
tiõe: eſt eñ inciſiuũ: aperitiuũ et deoppilãs ſplenẽ ⁊ epar.
¶ Reubarbarũ hꝫ ſubſtãtiã ↄmixtã ex ſubſtãtia aquea et De reubarbaro.
terrea ⁊ aerea: ex terrea hꝫ põticitatem: ex alijs duabus hꝫ
diureticitatẽ: ⁊ eſt bonũ epati: eũat cholerã: vt dicit cõiter
nõ tñ ab autoꝛe inuenit hoc: ſm philoſophũ purgat phle
gma ⁊ ꝓpꝛie ab oꝛe ſtõi: vñ dicit Philoſo. Alexandro. Ale
xãder accipias in mane de reubar. qꝛ purgat phlegma ab
oꝛe ſtõi: tñ qꝛ diureticum eſt cum vꝛina co. qꝛ ſubtilis hũoꝛ
eſt expellit ſicut alia diuretica: ſtringit vẽtrẽ ſua terreſtrei
tate ⁊ ponticitate: ⁊ mirabiĺr confert debilitati ex caſu aut
percuſſione ſi fiat ex reubar. ⁊ aniſo: doſis eius eſt. ʒ. ß.
¶ Reupõticum hꝫ eãdẽ virtutẽ cũ reubar. tñ qꝛ ponticuꝫ De reupontico.
magꝭ ↄfoꝛtat ⁊ hꝫ ꝓpꝛietatẽ ad iũcturas cõſumendo phle
gma in eis. ¶ Oppoponacũ. i. ſuccꝰ panacis gũma ẽ illius
arboꝛꝭ aut ſuccꝰ: ⁊ ẽ iſta arboꝛ nõ multũ alta: ⁊ ẽ oppo. ſuccꝰ
radicis iſtiꝰ arboꝛꝭ mũdificat vulnera: ⁊ mẽbꝛa ↄfoꝛtat: eſt
calida ⁊ ſic. i. iij. ⁊ ẽ reſolutiuũ vẽtoſitatꝭ: ⁊ abſterſiuũ: iđ eo
vtunt multi chirurgi: qꝛ mũdificat ⁊ curat vulnera: ⁊ mem
bꝛa cõfoꝛtat: ſi ponat i coꝛroſiõe dẽtis iterficit vermẽ q̃ eſt
ibi: ſi fiat empĺm ex oppoponaco ⁊ armoniaco ⁊ raſura va
ſis enei nigri: vt cacabi: ⁊ diſtẽperet cũ aceto empĺꝫ ſupꝛa
ſplenẽ deoppilat mirabiliter: pꝛouocat vꝛinã et mẽſtrua.
¶ Anacardꝰ ſm quoſdã ẽ pediculꝰ elephãtis: ſꝫ nõ eſt ve De anacardo.
rũ: eſt ca. ⁊ ſic. i. iiij. cõſumit valde: ⁊ ponit hic ad phlegma
tis cõſumptionẽ. ¶ Uidimꝰ pꝛiꝰ de eũatiõe ⁊ balneo: nũc
reſtat videre de eo qđ fuit ꝓpoſitũ vltimo. ſ. de opiatis: qꝛ
de flebotomia nõ videbit hic: qꝛ de ipa i libꝛis alijs ſpãliter
q̃rit. ¶ Et ẽ pꝛia qđ de opatiõe opiatarũ medicinaruꝫ. Et
q̃rit vtrũ medicĩa poſita in electuarijs dꝫ magis ↄteri ꝗ i
medicĩs laxatiuis: aut ecõuerſo: videtur ꝙ eq̃liter ſimplex
medicĩa vbicũꝗ ponit ſiue i medicĩs ſiue i electuarijs ẽ ſp
eadẽ: cũ per idẽ opet: ergo ⁊ eãdẽ opationẽ dꝫ facere: ergo
dꝫ eodem mõ pꝛeparari: ne detur alius modus operandi:
ſiue opatio alia. ¶ Itẽ videt ꝙ plus debeat cõteri ꝗ illa
q̃ ponitur in medicina laxatiua: ſuppono ꝙ medicina non
mouet niſi qꝛ mota: ⁊ ad actũ reducta per caloꝛẽ naturalẽ.
¶ Itẽ ſuppono ꝙ medicina que remanet minꝰ in ſtoma
cho idiget maioꝛi pꝛeparatiõe ad hoc vt operet: ⁊ ad actũ
reducat ꝗ illa q̃ plus ibi moꝛatur. Sed cum medicina ſim
plex ponit in medicina laxatiua in ſtomacho minꝰ rema
net: qđ aũt ponitur in electuario cõfoꝛtatiuo: vnde Auicẽ.
ſtomachꝰ ꝓijcit medicinã laxatiuã citiꝰ ꝗ põt: ſed altera
tiua plus remanet: ergo debet magis ꝑparari: cũ ponitur
in medicĩa laxatiua: illa ꝑparatio fit ꝑ cõtritionẽ: qꝛ cum
eſt diuiſa in ptes paruas citiꝰ ad actum reducit: ergo ⁊c.
¶ Ad oppoſitũ eſt Nicolaus in ꝓemio. cribellatio pulue
ris in electuarijs ſubtiliſſime dꝫ fieri: ſꝫ in alijs maxie in la
xatiuis groſſioꝛ dꝫ eẽ: ꝗ ⁊c. ¶ Iuxta hꝰ ſcđo q̃rit vtrũ aliq̃
medicina debeat ↄteri ad ſummũ: videt ꝙ ſic: oẽ qđ pꝛepa
rat medicinã vt ad actũ reducat et cito opet ẽ faciẽdũ: hoc
facit ↄtritio maxie ad ſummũ: ergo ⁊c. ¶ Si dicat ad hoc
verũ eſt ꝙ talis cõtritio quanto põt eſſe maioꝛ: dũ tñ non
mutet ſpẽm medicĩe: ſꝫ ſi fieret ad ſummũ mutaret ſpecieꝫ
medicĩe: ⁊ ideo nõ dꝫ fieri. ¶ Cõtra iij. ſimplicis medicĩe
dicit. G. ꝙ ſi caro ⁊ panis ad ſummũ terant nõ mutãt ſpẽꝫ:
ergo a ſiĺi nec medicĩa. Itẽ ſpẽs eſt cõmixtio mixtibiliũ in
mixto reſultãs: ſꝫ hec ↄtritio nõ tollit mixtionẽ: cũ mixtuꝫ
in mixto poſſit

in mixto possit diuidi in infinitum:ergo neq̃ʒ speciem.

An pulpa coloquintide debeat conteri ad summũ.

¶Tertio queritur specialius:vtrum pulpa coloquintide debeat cõteri ad summum:⁊ videt̃ ꝙ sic ſm Auicen. in.ij. ¶Oppositum dicit Auicẽ.in eodem libro cap̃.ij.ꝙ nulla medicina debeat ad summum conteri.
¶Solutio.dicẽdum est ad primũ ꝙ medicina qñ dʒ poni in electuario plus dʒ teri:cã ẽ:q2 nõ alterat nisi attrahat: ⁊ iõ ad hoc ꝙ alteret mẽbrũ indiget vt attracta a mẽbris possit penetrare:facilis penetratio fit p cõtritionẽ multã: sʒ medicina laxatiua manẽs quieta in stõacho attrahit a mẽbris:⁊ si attraheret a mẽbris malũ esset:⁊ iõ grossior' dʒ esse:ne citius debito trãseat a stõacho: dʒ ergo in electuariis magis cõteri: non tamen tantum vt speciem perdat. ¶Ad argumẽtũ dicẽdũ ꝙ verũ est ꝙ eãdẽ operationem hʒ medicina in quolibet mẽbro:verũtamẽ preparat̃ vt illã operationẽ habeat facere in diuersis mẽbris:aliqñ in intestinis:aliqñ in stomacho:aliqñ in aliis mẽbris : vt patuit. ¶Ad aliã questionẽ dicẽdũ ꝙ nulla medicina dʒ conteri ad summũ:q2 cõtritio ad summũ aut mutat spẽm ⁊ opationẽ:aut corrũpit eã:mutat̃ eñ opatio p cõtritionẽ:vt in cimino pʒ:q2 qñ parũ terit̃ laxat vẽtrẽ:cũ multũ terit̃ ꝓuocat vrinã:corrũpit̃:vt patet ĩ scamonea ꝯtrita ad summũ: q2 ipsa nõ attrahit. ¶Ad aliud qd̃ arguis:dicẽdũ ꝙ verũ est ꝙ nõ mutat spẽm.i.formã substãtialẽ rei:mutat tñ spẽʒ idest ꝓprietatẽ rei ſm quã hʒ facere talẽ opationẽ vel talẽ: q2 opatio rei cõsequit̃ formã sub esse ꝯueniẽti ⁊ ꝓportionabili cõtrito vltimate:istud esse tollit aut mutat. ¶Ad tertiã questionẽ dicẽdũ ꝙ pulpa põt cõteri ad summũ : q2 ꝓpter sui viscositatẽ ⁊ adherẽtiã in suis ptib⁹:ꝓpter quã in sua substãtia remanẽs in itestinis ipa excoriat:patit̃ summã cõtritionẽ sine corruptione:nõ tñ dʒ cõteri ad summũ: ita ꝙ virtus sua resoluat̃:si hoc sit possibile . Uel ꝯcedẽdũ ꝙ pulpa põt ad summũ cõteri ꝓpter predictã cãm. Et cuʒ dicit̃ ꝙ nulla medicina dʒ ad summũ conteri:dicendum ꝙ ibi est distributio accommoda:scʒ pro medicinis substantialibus:q2 p illã cõtritionẽ corrũpunt̃ in sua operatione: sed pulpa nõ est hmõi:ideo ⁊c. ¶Quarto queritur vtruʒ aliqua medicina possit refrigerari:⁊ ab ea acuitas remoueri per adustionem:videtur ꝙ nõ:quia omne agens imprimit formam suaʒ in passum:sed si medicina aduratur hoc erit a calore:ergo caliditas imprimetur: ⁊ non frigiditas.
¶Item idem manens idem semper est natum facere idẽ ſm Aristote.ij.de generatione:sed adustio caliditatem in calce ⁊ in lapide facit:ergo ⁊ in medicinis simplicibus.
¶Oppositum dicit Auicen.ij.cap̃.de atramento.ꝙ atramentũ est minoris caliditatis adustum et acuitatis.
¶Solutio.duplex est adustio:vltimata p incinerationẽ:⁊ hec calefacit. Cinis eñ ſʒ Gal. in.iiij.s.megatechni in se acq̃rit caliditatẽ:q2 in eo scintilla ignis remãet:⁊ ꝯseruat̃: ⁊ iõ lixiuia est abstersiua ⁊ corrosiua:vñ lixiuia facta ex capitellis posita supra cutẽ citi⁹ vlcerat q̃ʒ ignis. fit aũt ille cinis q̃ appellat̃ clauellat⁹ sic:fit vna magna fouea valde: ⁊ ponit̃ ibi querc⁹ in igne remotis corticib⁹ ⁊ albuminib⁹: ita ꝙ ibi nõ sit nisi cor ligni illud durũ ĩ medio:deinde ponit̃ ignis in illis lignis:⁊ ĩ eis incẽsus bñ durat p annũ:et ꝓpter ꝯpactionẽ illoꝝ lignoꝝ nõ pñt icinerari: ⁊ remanet ille cinis in vno globo:q2 illa ligna nõ puluerizant̃:sed remanẽt directa:⁊ tũc sup illa aspergit̃ aq̃ cũ volum⁹ facere lixiuiã de illo:⁊ sic deinceps multotiẽs ſm ꝙ illã volumus facere magis adustiuã. Et ex isto fit sal alkali de quo loq̃tur Ras. qñ ergo ẽ adustio vltimata calefacit:si sit nõ vltimata aliqñ infrigidat:aliqñ calefacit : q2 si ĩ medicĩa q̃ dʒ aduri sint ptes subtiles:ille p adustionẽ resoluunt̃: vt pʒ in scamonea ⁊ atramẽto: sʒ si sit grossa mediciana vt lapis ⁊ calx caliditas efficit̃ igniẽdo ptes terreas . ¶Ad argumẽtũ pʒ solutio:q2 agẽs imprimit formã suã in passum: tñ per accidens remouẽdo subiectũ in quo hʒ caliditas radicari fortior q̃ʒ inducat̃ in tãto tempore infrigidat: sicut in atramẽto ⁊ scamonea. ¶Ad aliud dico ꝙ agẽs p se ideʒ facit: tamen per accidens ex diuersa dispositione materie: vt patet in luto ⁊ glacie a sole diuersa agit : quia lutum desiccat ⁊ coagulat glaciem:⁊ resoluit:sic est ibi ratio ⁊c.

De adriano.

¶Adrianũ dictũ est ab imperatore Adriano q̃ illud cõposuit:valet proprie ad oẽ vitiũ capitis ex frigiditate : et ad oculoꝝ grauedinẽ ⁊ obscuritatẽ:⁊ contra hemicraneã ⁊c.

De acaristo.

¶Acaristũ sine munere interpretat̃:ꝓprie dat̃ ꝯ catarruʒ ⁊ omne vitiũ pectoris ex frigiditate ⁊ maxie asmaticis ⁊c.
¶Athanasia idest immortalis proprie valet contra fluxũ sanguinis ⁊ fluxum mulierum cum succo plantaginis: q̃ succus prius debet duci supra lapidem ⁊c.
¶Diaolibanum dicitur ab olibano quod ibi ponitur : lachrymas potenter restringit dolorem hemicraneum ⁊c.

De esdra.

¶Esdra sic dicta:q2 Esdra ꝓpheta eã inuenit:ꝓprie valet melancholicis timidis:⁊ quib⁹ malus est appetitus:valet etiã comedẽtib⁹ carbones ⁊ testas ollarũ:⁊ ad nimiã frigiditatem cerebri cũ vino calido in sero data ad modũ auellane:valet etiã ad putredinẽ ⁊ dolorem aurĩũ cũ vino calido distẽperata ⁊ iniecta:valet ad fracturas labioꝝ si cum ea inũcta fuerint:valet etiã toxicatis hoĩb⁹ venenatis ab aĩalibus ⁊ serpẽtibus: ⁊ rabiosi canis morsibus ⁊c.

De mitridato.

¶Mitridatũ.i.mr̃ oĩm antidotoꝝ: valet ad oẽm capitis passionẽ viri vl̃ mulieris:maxie si fuerint melãcholici ⁊c.
¶Uiso superius de causis cõpositis medicinaꝝ cõpositaꝝ: ⁊ de mõ cõpositiõis q̃ʒtũ ad hoc.s.q̃ʒtũ ad cognitionẽ cause quare ⁊ qñ debeat plus apponi de vna medicina q̃ʒ de alia. Nunc videam⁹ de aliis duab⁹.s.de natura radicũ:⁊ de apponẽdis cũ radice. ¶Primo tñ videnduʒ est de causis impedientib⁹ medicine cõpositionẽ.

Tria ipediunt medicinaꝝ cõpositionẽ.

Tria eñ sunt q̃ impediũt cõpositionẽ medicinaꝝ. Unũ est earũ opatio in diuersis tpibus:⁊ qñ vna operat̃ cito:⁊ alia tarde:tũc nõ debẽt admisceri ſm Galeñ.ij. pticula regiminis acutoꝝ.cap̃.de cura pleuresis.cã est:q2 opatio vni⁹ esset cõpleta anteq̃ʒ altera inciperet operari:⁊ ideo p hoc natura esset multũ fatigata ⁊ debilitata. Et hãc ꝓpositionẽ accipit Auic.a Gale. in.j. ¶Scda cã est diuersus modus euãndi: vt in myrobala.⁊ vio. myroba. euacuãt cõprimẽdo: vio. leniẽdo: ideo nõ debẽt simul admisceri. Sane tñ intelligim⁹ ꝙ vsualiter illa cõmiscemus simul:⁊ hoc est admiscẽdo de violis in tã pauca quãtitate:vt earũ opatio sit cõpleta anteq̃ʒ myrobala. incipiãt opari:sed in equali pondere ⁊ virtute nõ debem⁹ ea apponere. ¶Tertia cã est diuersitas ⁊ ꝯtrarietas in ꝓprietatib⁹:⁊ ꝓpter hoc anacardi in tyriaca ſm Auicẽ.in.v. nõ debẽt poni:q2 habẽt ꝓprietatẽ cõtrariã carni tyri:⁊ illã corrumpunt:⁊ hanc ꝓprietatẽ ignorat medicus:⁊ ideo est defectus magnus in cõmixtione istaꝝ medicinaꝝ:nisi medicus ꝓprietates tales medicinarũ cognoscat: ⁊ hec est cã quare ponit Auic.in.v.ꝙ pauca ad plus ꝙ possum⁹ debẽt poni in medicina cõposita:q2 ignoramus ꝓprietates medicinarũ:⁊ timẽdũ est ne vna aliã corrũpat: ⁊ sic sit nouissimus error peior priore. ¶Hoc habito videndũ est de proprietatib⁹ radicũ:sicut eñ in cõposito artificiali est basis ⁊ fundamẽtũ supra qd̃ alia fabricant̃: ita ĩ cõposito nature: vt in hoĩe ossa:⁊ in naue ligamẽta lignoꝝ magnorũ . Silr̃ ⁊ in medicinis:aliqñ sunt due medicine ꝓ basi: aliqñ vna tñ:vt hierapigra ⁊ pigra Gale.aloe:aliqñ due vel tres:sicut in benedicta scamonea:turbith:⁊ hermodactyli: ⁊ dicunt̃ basis:q2 supra illa fundant̃ alia. Uideam⁹ ergo cãm quare vna medicina est basis:aliqñ due vel tres.

Causa q̃re vna medicina est basis: aliqñ due vl̃ tres.

Iste cause sunt tres:q2 medicine plures ponunt̃ ꝓ basi vna in medicina cõposita.prima est vni⁹ basis debilitas:scda est euacuatiõis sue tarditas:tertia est passionũ curandaꝝ pluralitas. Basis debilitas:sicut videmus in benedicta in qua ponit̃ turbith ad euacuandũ phlegma a renib⁹ ⁊ a iũcturis:sed q2 debilius euacuat:ideo cũ eo ponuntur hermodactyli ad fortificãdũ eius opationẽ: q2 nõ sufficit p se ad opationẽ quã querimus:sed q2 turbith est tarde opationis aliqñ datur:⁊ in die vna nõ euacuat:sed in alia die: q2 est tarde opationis apponit̃ scamonea ad festinãdũ opationẽ: vt ergo benedicta attrahat fortiter : ⁊ cito sunt tres medicine ꝓ basi:ꝙ aũt scamonea festinet alias medicinas ⁊ precipue aloeticas dicit Auic.iij.lib.capi. de cura sode. ꝙ ex necessitate festinat alias medicinas.
¶Itẽ ca.de casu virtutis dicit ꝙ iuuat alias medicinas: ⁊ hoc ꝓpter cõmotionẽ. ¶Prima ergo cã est debilitas medicine ĩ tarde attrahẽdo:aut debiliter. ¶Scda cã est:pluralitas opationũ quas volum⁹ facere in morbo:vñ in paralysi q̃rim⁹ duo principalr̃.s.neruoꝝ ꝯfortationẽ:qd̃ fit per castoreũ:⁊ materie phlegmatice ꝯsumptionẽ:qd̃ fit p pyretrũ:iõ sunt ĩ medicĩa curãte paralysim p basi due medicine:q2 vna medicĩa simplex hoc nõ faceret. ¶Tertia cã est: pluralitas morboꝝ quos volum⁹ curare:vel intendimus: ad qd̃ non sufficeret vna medicina simplex:vñ si in stoma-

cho sit frigiditas: ⁊ in capite caliditas: debem⁹ ponere calida ⁊ frigida: et natura sagax diuidet inter illa: mittendo vnā partē calidā ad morbū frigidū: et ptē frigidā ad morbū calidū ꝭm Auic.

Obiectio. ¶ Et tu dices cōtra p̄dicta ex quo ꝓbas habemus illa que querim⁹: vt in paralysi p castoreum et piretrum neruoꝝ cōfortationē: et materie phlegmatice cōsumptionem: ergo cum basi nihil debemus apponere.

Rn̄sio. ¶ Dicendum est ad hoc ꝙ aliqñ debiles sunt bases in sua operatiōe: ⁊ nocumēta habēt: iō opꝫ aliqua apponere ad eoꝝ cōfortationē: ⁊ ad earū nocumēta reprimēda. i. ad confortādū dupl'r: aut cōfortādo ipā basim in se admiscēdo aliqua q̄ sint sil'is opationis cū basi: et sic ponim⁹ cū tyriaca gētianā: et terrā sigillatā cū carne tyri: qđ valet ad venena. Aliqñ ꝯfortādo ipsaꝫ basim nō in se: ſꝫ in operādo circa materiā vt facili⁹ attrahat: ⁊ medicine obediat: ⁊ sic ponim⁹ ꝫinzibe cū turbith: vt materia mota obediat attractioni. Aliqñ ꝓpter nocumēti remotionē: et sic ī medicinis venenosis in q̄bus ponit' venenū: vt in tyriaca: q: ibi ponitur caro tyri: ponit' bedeguar: et sic in medicinis aloeticis q: aloe est tarde opationis: ꝓpter qđ excoriat īteſtina ponimus dragagātū ⁊ bdelliū: aut ī scamonea apponit' anisum: q: nocet stōacho. Sādalis albi ⁊ rubei: q: nocet epati ⁊ masticē aut bdelliū: q: nocet intestinis ipsa excoriando.

Quesituꝫ Et si q̄rat': qūo poterit inueniri basis qñ aliqs voluerit cōponere medicinā: Dicēdū ꝙ inueniet' ī areolis medicinarū quas ponit Auic. ponit em̄ areolas medicinarum: prima

Rn̄sio. areola medicinarū cōplexionū calidaꝝ ⁊ frigidarū ⁊c. Et ponit areolā medicinarū cōplexionū diuersarū respicientiū stomachū ⁊ epar: ⁊ cor: ⁊ renes ⁊ cetera a suis ꝓprietatib⁹: ⁊ etiā ponit areolā medicinaꝝ deoppilātiū: ⁊ dr̄ areola ordinatio ⁊ series medicinarū simpliciū ad idē valētiuꝫ.

Areola quid. Si ergo volo curare stōachū calefactum: opꝫ dare frigida stomachū respicētia: opꝫ ergo medicinā curātē discrasiaꝫ stomachi querere in duab⁹ areolis: aut in areolis medicinarū frigidarū: aut in areola stomachū respiciētiū: q: stomachus calefact⁹ dꝫ curari nō p quascūq; medicinas frigidas: sed p eas medicinas q̄ ipm respiciūt: ⁊ cuꝫ hoc tertio debem⁹ videre gradus. Vn̄ si placet opꝫ te eligere si vtile ē

Quatuor sunt gradus bonitatis ī medicinis. medicinas ꝭm gradus meliores. Quatuor enim sunt gradus bonitatis in medicinis. Aliqñ enīꝫ medicina dr̄ bona ad hoc: vt ad stōachū ꝯfortādū. Aliqñ vt multuꝫ bona: vt cinamomū ad ꝯfortādū stōachū. Aliqñ valde bona: vt mēta. Aliqñ marīe bona: vt absinthiū: sēp ergo debes recipe medicinā q̄ hꝫ gradū pfectiorē bonitat' ad hoc: dū tñ non habeat plura nocumēta: aliqñ aūt illa m'tū ꝓhibēt ne accipiat': si aūt sint nocumēta aliqua aut multa q̄ possunt reprimi: pri⁹ debēt reprimi: q̄ sunt meliores opꝫ q̄rere in areolis medicinarū: quas volum⁹ in areolis ꝓpriis: vñ si volo epar calefactū: ⁊ oppilatū curare: q: trib⁹ indigeo infrigidatione: ⁊ deoppilatione: et medicina epar respiciēte confortāte opꝫ illa querere ī areolis ꝓpriis: ⁊ cōtra caliditateꝫ accipere endiuiā: ⁊ ponat' ꝙ nō habeat aspectum ad epar: vel accipiam⁹ q̄ non habēt aspectū ad epar vt lactucā ad infrigidādū: ⁊ q: nō deoppilat accipe cū hoc se. feniculi: lꝫ aliquātulū calefaciat: ꝓpter hoc nimis de ipso est apponēdum: et q: neutrum istorum habet aspectum ad epar: ideo cum eis admisceātur sandali: q: epar respiciūt: vel si epar sit infrigidatū ⁊ oppilatū sil'r faciendū ē p tres medicinas valētes ad hec tria: ⁊ essent ibi pro vna basi: et si aliqua sit medicia q̄ illa tria possit facere illa est melior: vt cuscute: et hec erit basis in medicina: et hec est sententia de primo.

De adriano. ¶ Uiso de aurea: videam⁹ de adriano. Adrianum dicitur vt supra: et valet ad frigidas passiōes ex melācholia ⁊ phlegmate: ⁊ ꝓprie in capite: vñ valet in apoplexia: lytargia: ⁊ epilepsia: et hemicranea: menophagia: cephalea: det' cū vino decoctionis costi post euacuationē materie: vñ diligenter attendēdū est ꝙ nulla opiata de mundo debet dari nisi

Documētū d' opiatis. corpore prius euacuato: q: subtile materie soluꝫ cōsumit: ⁊ p hoc materiā incrudat: ⁊ ꝓpter hoc inobediētē digestiōi magis reddit: lꝫ morbū latitare faciat ad tps: et ꝓpter plebē medici dāt in q̄rtana in die paroxismi ī mane: ⁊ nō hꝫ patiēs paroxismū. Sed postea deterior venit postq̄ medicus accepto salario fugit: dāt philoniū ⁊ diabolanum: aut musam eneā: aut aliqđ tale qđ malū est. Aliqñ dat' nō euacuata materia ad cōsumēdū phlegma in stōacho et intestinis vt in colica: ⁊ tūc dat' cū cimino vel cū vino decoctionis cimini. Aliquando ad cōsumēdū phlegma in renib⁹: et tūc datur cū vino decoctiōis milii solis: aut saxifragie. Aliqñ in quartana materia euacuata cū decoctione gentiane: et hoc in principio paroxismi: vt mitiget' paroxism⁹: ⁊ aliqñ datur nō euacuata materia vel euacuata: qđ meli⁹ est contra typum ad calefaciēdū: ⁊ ad typum remouendum: ⁊ tūc cū decoctione alicuius herbe calide: vel cū vino simplici: vnde sic valet in principio feb quando typus est fortis.

¶ Acaristū valet cōtra passiōes frigidas pectoris ex frigida cā rematica ad ꝓhibēdū reumatis descēsuꝫ ad pectus: det' cū puluere masticis aut myrrhe: vel etiā ad cōsumptionē materie phlegmatice tussiꝫ faciētis: ⁊ tūc dꝫ dari cū decoctione liquiritie: ficuū: vuarū passarum hyssopi: ⁊ silium. De acaristo.

¶ Athanasia. i. īmortalis: q: facit euadere a morbis mortiferis: vñ valet cōtra omnē fluxum humoꝝ ad exteriora: vt ad fluxū mēstruoꝝ cū succo plātaginis: valet ꝭm Gale. in megatechni. Succus plātaginis hꝫ in hoc maximā virtutē: ⁊ cū illo succo distēperata valet in emoroidibus: et in hac cura pōt dari opiata sine euacuatiōe artificiali precedente: q: aliqñ facta est euacuatio sufficiēs a natura per ipsum fluxū mēstruoꝝ: valet etiam aliter cōtra mēstrua: ſꝫ distemperet' cū succo plātaginis: ⁊ proiiciatur in matricē. De athanasia.

¶ Itē materia euacuata naturali purgatione vt artificiali accipiatur emathites vel corallus: et frica cū succo plātaginis: et dimitte in illo succo p aliquātulū tēporis: tunc cū isto distēperata athanasia restringit potēter menstrua.

¶ Itē cuꝫ san. diac. ⁊ succo plātaginis distēperet': ⁊ emplastret' super tēpora: valet cōtra fluxū sanguinis nariuꝫ: aut si iniiciatur naribus cum decoctione istoꝝ distemperata.

¶ Item valet in fluxu ventris si cuꝫ puluere ossis ceruini acuat': ⁊ fiat suppositoriū. ¶ Itē si per clysteriuꝫ iniiciatur cū decoctione balaustie san. dia. galle: diagagan. ¶ Item in emoptois passione cū aq̄ ro. dia aga. masti. ⁊ sil'ibus det'.

¶ Diaolibanū dicit' ab olibano qđ ibi ponit': cōtra oēm fluxū reumaticū valet: ⁊ multū stringit fluxuꝫ lachrymaꝝ. De diaolibano.

¶ Itē ꝓhibet fluxū humoꝝ ad pectus: si ex eo fiāt pilule et teneant' in ore ⁊ sub lingua: et si vis facere meli⁹: acue cū olibano vel mastice: vel cū alia medicia restrigēte: ſꝫ q: desiccant nimis: ⁊ ita possent pectori multū nocere: iō dꝫ p̄parari cū lenitiuis ne ei noceat: vt cū dia. et penidiis ⁊ sil'ib⁹ sicut añ acceptionē medicine desiccātis multū pect⁹ ⁊ corpus vt ellebori: opꝫ corp⁹ quiete et cibo primo humectare ꝭm Hip. iiii. apho.

¶ Esdra dr̄ q: Esdra ꝓpheta eā īuenit valet timidis melācholicis ⁊ appetētib⁹ comedere carbones: ⁊ testas ollaꝝ: ⁊ ꝯtra frigiditatē cerebri cū vīo calido data in sero ad modū auellane: valet ad hūores frigidos cōsumēdos ꝯtētos ī capite cū vino decoctiōis gētiane: qđ mult̄ū calefacit caput si cū melle accipiat: vel admisceat': ⁊ si liniant' aures: purgat eaꝝ sordities. ¶ Itē vꝫ ad partus facilitatē: vnde vetule experimētū faciunt qđ faciunt ipse cum decoctione artarie et rute supponēdo matrici expellunt fetū: aut bibita valet ad hoc: ista Esdra diuretica est. De esdra.

¶ Mitridatū valet ꝓprie ad oēs passiōes ex phlegmate ⁊ melācholia ī mulierib⁹ ⁊ viris ꝓprie in capite ꝯtētis: curat fere oēs passiōes: ⁊ iō antiquit⁹ erat melior opiataꝝ et prima: ⁊ eā inuenit andromach⁹: nec differt a tyriaca mag' nisi in hoc ꝙ in tyriaca apponuntur carnes tyri: q̄s Gale. apposuit: ⁊ iō est melior oīb⁹ p̄ter tyriacā: q: valet ad oēs passiōes ad q̄s valet tyriaca p̄ter hoc ꝙ nō valet ad venena: q: ī eo nō ē caro tyri: illa mūdificat matricē ꝓuocādo mēstrua p pessariū iniecta. ¶ Itē si sup dētes emplastret' curat passiōes eoꝝ. De mitridato.

¶ Uiso de digestione ⁊ eūatione et balneo: mō vidēdū est de opiatis. Et p̄io vtrum eas exhibere sit bonū post eūationē: et vr̄ nō ꝭm Gal'. iii. simplicis medicine: opiū cuꝫ vino citi⁹ interficit q̄ sine vino: q: citi⁹ ad cor ꝓpter vinū penetrat: ſꝫ ī opiata ponunt' aromatica cū opio q̄ ad cor ipm trāsire faciūt: ergo nō ꝯuenit dare ea simul: ſꝫ si dentur opiata dant' sil'r: ergo non dꝫ opiata dari.

¶ Itē nō dant' nisi ad cōsumendū materiā: sed materia est eūata siue cōsumpta: ergo ⁊c. ¶ Ad oppositū ē vsus cōis.

¶ Iuxta hoc querit': quare nō dat' ante balneum: sed post balneū? Et si det' post balneū: quare non datur per vnum diē post: aut p duos: sed statim post balneū: aut in balneo.

¶ Solutio. medicina dicit' opiata: aut q: opiū recipit: aut q: medicinā habētē vim opii: vt mādragorā: aut iusquiamum: aut q: opē ꝯfert ꝓpter nocumēta a medicina precedente in corpus Medicia quare dr̄ opiata.

Medicina laxatiua tria nocumēta facit in mēbris.

dente in corpus inducta. Medicina em̄ laxatiua tria nocumēta facit mēbris: ipa aperit sugēdo ab orificio venaꝝ: ⁊ ipsa debilitat ſm Gale. iij. simplicis medicine. tertiū est q̄ꝛ totā materiā nō cōsumit: aut euacuat. ❡ Opiata ꝯtra ista iuuamēta facit: ꝑ opiū ⁊ ꝑ alia ꝯstringētia mēbra constringit q̄ ꝑ medicinā erāt aperta: mēbra debilitata ꝑ aromatica ꝯfortat. ❡ Itē ꝑ calida existētia in ea residuū materie cōsumit: medicina em̄ laxatiua fumos interi⁹ ab humorib⁹ eleuauit: ⁊ ipsos nō ꝯsumpsit totos: ⁊ etiā a medicina fumi eleuati fuerunt q̄ post medicinam remāserunt: et aliqua portio materie: q̄ꝛ euacuatio exq̄sita nō ē ſm artē facīēda: vt dicit Aui. in primo. q̄ opiata data post medicinam laxatiuā cōsumit. ❡ Itē a medicina ⁊ ab humoribus eleuati fuerūt fumi ad exteriora ꝟsus cutē ⁊ nō euacuati: ⁊ isti ꝑ balneū euacuant̄: q̄ꝛ balneū non euacuat nisi illa q̄ cuti vicinant̄: ⁊ iō q̄ꝛ pri⁹ sunt exteriora eūanda q̄ꝫ iteriora vt si ꝓpt̄ vicinitatē fiat attractio: meli⁹ est vt ab iterioribus ad exteriora fiat attractio q̄ꝫ ecōuerso: iō forte añ opiatam fit balneū. ❡ Itē alia cā fit: q̄ꝛ rōne opij ⁊ aliaꝝ medicinarū cōstringētiū sibi viā ⁊ trāsitū impediūt ⁊ claudūt: ideo balneū vt vias aperiat ⁊ prestet trāsitū fit añ exhibitionē medicine, ⁊ marīe statim post balneū: cū tūc vie sunt aperte dat̄ opiata. ❡ Ad primū argumētum dicēdū est q̄ Gal. soluit. iij. simpl. medicine dicēs q̄ opiū multū citi⁹ interficit cū vino q̄ꝫ ꝑ se: q̄ꝛ vinū paucū facit trāsire opiū ei⁹ malitiā nō corrūpēdo: sꝫ si dat̄ paucū opiū cū multo vino nō interficit: q̄ꝛ malitia opij ꝑ vinū auferf. ❡ In opiatis em̄ ponit̄ parū de opio q̄ꝛ multū de aromaticis ꝯtra eius malitiā q̄ est mēbrū mortificare: ⁊ stupefacere corrigūt: nō tñ eius cōpressionē tollūt: pōt ergo cōprimere nō interficere: ⁊ isto idigem⁹: ergo ⁊c. ❡ Ad aliud dicēdū q̄ veꝝ ē q̄ materia est euacuata nō tñ totalr̄: q̄ꝛ illud nō est artificiale ſꝫ Aui. ⁊ nō dat̄ ad cōsumptionē materie euacuate: sꝫ relicte post medicinā laxatiuā. Scdo q̄rit̄ ⁊ ē q̄stio famosa: vtrū medicina cōposita vt tyriaca operet̄ ꝑ formā medicinarū

Questio. simpliciū quas recipit: aut ꝑ formā toti⁹ resultātē ex mutua actiōe ⁊ passiōe ꝑ qd̄ fit eaꝝ excellentiaꝝ fractio: videt̄ q̄ per formas simpliciū: omne cōpositum operat̄ per principia sue cōpositionis: q̄ꝛ sicut actū primū dant ei qui est esse. et actū scdm̄ q̄ est operari: sꝫ medicine simplices sunt de cōpositiōe cōposite: ergo ꝑ illas opat̄. Sed operatio fit a forma: ergo ꝑ formas simpliciū opant̄. ❡ Itē Serap. in vij. de medicina que hꝫ iuuamētum multū ⁊ nocumētum paucū est multū apponēdū in medicina cōposita: sed hoc nō videt̄ esse: nisi medicine simplices operarent̄: cū nō iuuant nisi in operādo: ergo ⁊c. ❡ Itē oīs cura fit ꝑ ꝯtrariū sed ꝑ medicinā vt tyriacā curātur duo contraria scꝫ venena calida et frigida: ergo est eis cōtraria: sed hoc nō est ꝑ suā formā cōem: q̄ꝛ per illud nō est aliquid cōtrariū diuersis: ergo hoc nō est per aliud nisi ꝑ sua simplicia: ergo ⁊c.

❡ Oppositum vult Sera. in. vij. ⁊ arguit sic: omne agens est actu ens: ergo qd̄ nō est actu ens nō agit: sed medicine simplices non sunt actu in medicina composita: ergo non agunt: minor patet: quia miscibilia in mixto nō sunt actu: vnde dicit q̄ caro tyri nō est caro actu in tyriaca: nec opiū est opiū actu. ❡ Itē Aui. i. v. dicit. errāt q̄ dicūt q̄ tyriaca valet ad hoc ꝓter spicam: ⁊ ad hoc ꝓpter ambrā: ergo ⁊c.

Anagodam. i. sumach.
Adarais. i. caro marina.
Aronis vel aron. i. yarus.
Anacardi. i. fructus cuiusdã arboris in idia: quã imperiti ppediculos elephantum dicunt.
Anisum. i. ciminum dulce.
Alipto cõsita. i. mixtura.
Antofali vel auernati. i. gariofili magni.
Angulus. i. circulus.
Aracon. i. capillus veneris.
Agaricus. i. fungus cuiusdam arboris.
Amilum. i. succus frumenti.
Amifruct⁹ vel acodiacostidos idest iuniperum.
Alisander vel olisacruȝ: idest petrosel. mace.
Arnoglossa vel centumneruia idest plantago.
Anagalus vel simphitum consolida minor.
Aricolami aristol. lon.
Anthera. i. semen rose.
Aara. i. baccara vel vulgus.
Aurigea sitis herba vẽti minori
Abrotanuȝ est in sepibus cui⁹ semine vtimur.
Apiũ domesticũ semẽ et⁹ selinũ spina ⁊ eius folijs vtimur.
Apium raninum.
Apium emorroidarũ simile est ranino.
Anisi quia hȝ guttas magnas folijs.
Apiũ etiã est q̃ dr apium risus.
Altea bismalua euiscus idem est
Anne vtimur folijs ⁊ radice.
Alegia basilica basilicon idẽ est semine et folijs vtimur.
Achantis. i. vrtica pungens vtimur.
Ancusa alba facit spinas albas nigra nigras.
Atriplex chrisolocãna ⁊ rinoli idẽ est: folijs ⁊ semine vtimur.
Albus idest ornus.
Archiotiden. i. bacce iuniperi.
Aturba liorũ facit folia vel sambucus: sed aspiora ⁊ minora cuius radix si rumpatur sanguinem cum lacte reddit.
Acuceide similis est cicute in folijs: et facit spinas.
Amphimerina: similis est illio qñ primo crescit: ⁊ hȝ hastaȝ.
Alfita. i. confita muscata.
Ameos amel cimmella: peperdium idem est.
Asa. i. assa fetida.
Antimasis. i. fumositas.
Atticum mel. i. album mel.
Alasa siue abluta. i. galla.
Accis. i. ebulus.
Anetũ. i. vinũ album vel acetuȝ.
Acopum. i. sine labore.
Aposoresis. i. tarda detractio sanguinis cũ interpositione.
Ago canobin. i. cantabrum.
Aidoli. i. fuligo.
Arsenicum. i. aurũpigmentum.
Amcos idest murcula: vel redidonium.
Aspaltum. i. genestelle radix.
Aliephos. i. peonia.
Altea. i. euiscus.
Adiantus. i. herba capillaris: vel abo sobia.
Asaer. i. centineruia.
Afrodis vini idest acorus vel gladiolus.
Asepia. i. draguntea.
Acitus. i. lapacium.
Aloccis. i. genestella.
Amomei. i. papauer agreste.
Ampelle leuca. i. brionia vel cucurbita agrestis.
Atripelos leschi idest brionia: vel vitis alba.
Agiltres. i. mercurialis.
Anderginans. i. cappara.
Anagius. i. portulaca.
Aciafax idest atriplex.
Aizona. i. semperuiua.
Apidia. i. para.
Alfita. i. farina ordei immaturi.
Anticroc⁹: idest flos albutij: vel flos gruci.
Amonracia. i. rapistrum.
Alo. i. sal.
Autinus. idest camomilla vel baccara.
Aoniton. i. barba leporalis: vel lupatriua.
Alpiu. i. rosmarinus.
Armolacu. i. gen⁹ mali granati.
Aizaru. i. vulgagia.
Altercus. i. iusquiamus.
Albestus. i. calx viua.
Alosacritus. i. flos salis: vel ad arcores

arcres grece.
Acanthis egyptias ideſt ſemen vitice.
Abdios vel:tig⁹.i.barba iouis.
Ampelolencis ideſt vitis alba agreſtis.
Agroſpermon.i.ſemen ſalicis.
Agallis.i.folium vel zinia.
Acaru.i.piper apium.
Aglafortes.i.peonia.
Auantu.i.teſta ouoꝝ vnde pulli excluduntur.
Amaracus.i.maiorana.
Alicacabon.i.fiſcelina.
Agnus vel agnus caſtus ideſt ſemen ſalis.
Agaricus ideſt ſanguis albus cuiuſdam arboris.
Acatia.i.eruce ſuccus.
Agaliſis vel agaloſis.i.ſemen vitice.
Agatis lenticis.i.brionia.
Alloſorct⁹.i.flos ſalis montani
Aron ideſt ſenatores vel ſimilis ſe.
Apupigmentarium.i.gentiana.
Aririxa vel.i.ariſtolo.
Amurca.i.fex olei.
Alipolus vel alipodus.ideſt camelea.
Achalepes.i.vrtica.
Abſtingalas vel aſtragulos.i.pes porcinus.
Alumen rotūdum ideſt vnde mulieres tingunt.
Ameſate ebtilus.
Anachemon vel anamon.i.medicamen album.
Ascella.i.agrimōia vel ſarcogriō ſtaphilō.i.pinaca agreſtis.
Amel.i.grana ſolis.
Anagalicum.i.ſimphicum.
Adrogmos.i.interphea.
Agus vel actis.i.lenticula.
Amantus.i.ſaxifragia.
Altionum.i.ſyriaca.
Altioneus.i.veſpertilio auis.
Afrozarmis.i.rumices.
Aleoruibus.i.caules.
Alfalal.i.cepulla.
Ampellos melonis.i.vitis nigra agreſtis.
Alcoſolim.i.coriander.
Alipti.i.rapa.
Afugilla.i.radices.
Alcarad.i.porrus.
Alelica alecaꝛ bidella.i.ſangui ſuga.
Amiathos.i.alumen ſciſſum.
Arcella.i.agrimonia.
Abſenalium.i.abſinthium.
Aneuſa.i.lacca.
Aglogalice.i.gentiana.
Aſecublum.i.ſaturegia.
Andarane.i.ſal lucidum.
Arantili.i.ſemen vue, vel arilli.
Alfur.i.faba.
Apoquinat⁹.i.ſorbido de niue.
Arcimonij.i.malus trianeus.
Apozumat⁹.i.capreolus vitis.

Been rub. radix que in india inuenit.
Been album in egypto reperitur.
Bacce lauri vel dapnocochi idem eſt.
Bracheos.i.ſcuitla.
Burit herba fullonuʒ ſaponaria idem eſt.
Balauſtia fructus cuiuſdam arboris que oritur ad modum mali granati:quē imperiti caduca mali granati dicunt.
Baucia.i.paſtinaca domeſtica
Baſiliſcus perpentaria draguʒ vel hortulana.
Baurach.i.ſalo.
Btea vel columaina idem eſt.
Bulbus.i.cepa marina.
Balſamita.i.ſiſimbriū hortenſe
Bugloſſa.i.lingua bouina.
Bacce hedere vel carpociſci.i.fructus eiuſdem.
Braſica.i.caulis non tranſplantatus.
Brionia.i.cucurbita agreſtis.
Brācha viſina magna folia hʒ ⁊ inciſa:⁊ valet apoſtemati.
Bulma.i.teſta bouis.
Balura farfara vngula equina idem eſt.
Bufagon.i.faciens appetitum.
Baſale.i.cipola.
Barba iouis.i.herba herculis vel ſticados:vel benades.
Bumades.i.marina pix.
Badon rubus teſtinus:vel mora domeſtica.
Beneta.i.lingua canina.
Baſaſa vel biſſaſa ideſt pigamē vel ruta.
Baſilica.i.regina vel gentiana.
Butaminagion.i.arthemiſia.
Balanus.i.galanga vel myrobalana.
Biui.i.ſaluia.
Benicon vel beticon.i.vngula cabalina.
Beonie vel bitonie ideſt albutij radices.
Bramee vel bracha vel braſia id eſt ſeruicus albe.
Brumus.i.auena.
Bombix ideſt flos arboris lane ſimilis.
Biſas ideſt emolia vel ruta agreſtis.
Bulbus fiſtic⁹ vel ruffus.i.ſilla.
Bulbus micouas.i.narciſcus.
Bdellium ideſt gummi quod in arabia inuenitur.
Bontraclon.i.apium riſus vel ſceleracus.
Bultamon.i.oculus bouis.
Berec vel beſeon.i.fex cardi vnde coagulatur lac.
Bonadrex.i.ſemen apij.
Biſcone.i.pulegium.
Bibone.i.betonica.
Becion vel bedū ideſt caſſilago alba.
Bamiſilla vel batoſtilla ideſt cima rubi.
Bulbus ſtudius.i.lupini flos.


Rocus africanus id eſt hortenſis.
Cardoncſa.i.ſemen naſturcij.
Carpetatio.i.flos nuris.
Cortex nere.i.cuiuſdā arboris ſimilis ceraſo:q̄ in apulia naſcit:⁊ fruct⁹ eius vocat micū.
Colophonia.i.pix greca.
Carpotarios.i.ſemen ferule.
Calcecacumenon vel caſticum ideſt es vſtum.
Caſia ſiringa.i.caſia fiſtula.
Carei pontici.i.dauci.
Caſia abſolute poſita.i.lignea vel xilocaſia rubea ⁊ ſicca.
Caſſamum malum terre:panis porcinus.
Cinogloſſa.i.lingua canina.
Cuſcuta.i.podagra ligni.
Cicidon.i.galla.
Cadon miriſticon.i.muſcata.
Calcantum.i.vitreolum.
Conſica rubea.i.ſtorax rubea.
Carcetium cōbuſtuʒ.i.bombix.
Calculi.i.cardamomi.
Carice.i.ficus ſicce.
Carenum.i.vinum coctuʒ.
Cumella.i.cameos.
Cedros libani.i.roſmarini.
Cuſtos orci petēdactilis.i.grana ſolis.
Chimolea.i.terra hiſpanienſis.
Capellula.i.ſanguinaria floreʒ facit album.
Coriandrum agreſte flores facit purpureos.
Cameleōta nigra et cardus aſini:⁊ cardus maior ideʒ eſt:folijs vtimur.
Cameleonta alba ⁊ cardus coagula idem eſt:folijs vtimur.
Centris.i.cōſolida media hñs teſticulos ſimiles enule cāpane:folijs ⁊ radice vtimur.
Camedreos.i.quercula minor.
Camephiteos.i.q̄rcula maior.
Centaurea maior ꝯtingit folia iuxta ſtipitem.
Cētaurea mīor febrifugi vel felterre idē ē:⁊ tota herba vtimur.
Confortata domeſtica ideſt abrotanum.
Camomilla ſimilis eſt cotile fetide:ſed camomilla redolet: cotila fetet.
Craſula maior.i.faba ſilueſtris.
Craſula minor ſimilis eſt ei:ſed multo minor.
Capillus veneris ſimilis eſt politrico:niſi q̄ facit ramuſculos in ſtipite:herba vtimur.
Cacaparia ſimilis eſt canapis folijs.
Cametrais.i.ebulus.
Cinogloſſa.i.lingua caniſtriangularis dieſſe q̄ radice vtimur
Calamentum ideſt nepita: quidam dicunt q̄ tria ſunt genera:folijs vtimur.
Ciminū ethiopicū ſilis eſt ancu cele:folijs ⁊ ſemine vtimur.
Celſus.i.morus.
Cantariaron ideſt raſura cornu ceruini.
Carei.i.dacus creticus: ſemine vtimur.
Calcantū vitreolum dragagantum idem eſt.
Calciteos.i.ſquama ferri.
Cicer erraticus ſilis eſt teſte bouis in folijs:⁊ facit croceū florē:⁊ redolet:ſʒ teſta bouiſnō.
Criſpula habet.
Chilidonia.i.herba periginaria vel glantia.
Carpobalſamum ideſt ſemē balſami.
Caſtoreum iſtipebi.
Cantabrum.i.furfur.
Caſtaneola ſpēs eſt in īdia orit.
Cathitij.i.ſemen ferule.
Carotidis.i.capitales.
Ceſton.i.betonica.
Cinabareos.i.minium.
Ciclaminos.i.orbicularis.
Colla.i.bleuta.
Cccidos.i.galla aſiana.
Ciſiros.i.pumex.
Cinocefalicon.i.caput canis.
Cuſtacimonia.i.puluis de terra rufa.
Carerico.i.lacca.
Cocogridium.i.ſemē laureole.
Caſia.i.hedere ſemen.
Crominium.i.cepa canion.
Capſitis vel camiti.i.ipidus.
Crobnos lotacon.i.liliū album.
Cortidon.i.cimbalaria.
Cariota.i.paſtinaca agreſtis.
Confinice.i.betonica.
Cutinum roſtas.i.caduca mali granati.
Comitiale.i.gentiana.
Cerlozola.i.camedreos.
Cinocoron.i.
Cinobatus.i.rubus caninus.
Cadion.i.papauer agreſte.
Coronopos.i.mala citonia.
Croculus.i.ſtriginis.
Cadia.i.papaueris flos.
Cephoreos.i.dens caballinus.
Celſa.i.mora domeſtica.
Colpohonia.i.reſina frixa.
Cinfolium.i.cardus ſiluaticus.
Cariobaſicon.i.auellana.
Cacrios.i.roſmarin⁹:vel ſemen ferule.
Criſocantes.i.hedera arborea.
Camelo vel camelex.i.cocogridium vel.
Clabrū veneris vlcire rubeum.
Cucuriones ideſt ramindere virides.
Centron.i.milium.
Ciperū.i.iuncus triangulatus.
Coclia.i.papaueris capita.
Cathinabotho.i.metalluʒ: vel cuprum.
Caſtorcū.i.teſticulus boueris.
Cinetis vel cimices elephātis: ideſt anacardi.
Columbaria ideſt verbena vel periſterion.
Cunarius.i.cardus.
Caſſamum.i.ſemen balſami.
Ceruta.i.policaria.
Celtica ſialiola.
Cliciza.i.liquiritia.
Cicer erraticus.i.ſerpillus.
Calamentis.i.nepita iniruta.
Carabet.i.locuſta picis.
Caulia.i.ſemen cauliculi.
Caugil.i.rapa.
Crades.i.vrtica.
Cedria.i.pix liquida.
Cothibi.i.geneſta.
Canmice ſuperina: ideſt ſemen cicute.

Cantarides.i. genus muscarū.
Comaras.i.citonia.
Carladandras.i.nucaria:vel ar boznucum.
Chelon.i.testudo.
Corona bella.i.pigamum.
Cissa.i.hedera nigra.
Catones.i.atriplices.
Cindos.i.anticrocum.
Cabria.i.brassica.
Congelidon.i.rapa.
Carion.i.draguntee semen.
Crucoleucodio.i.affodillus.
Cibusiri.i.ordeum.
Crini i.lilium vnde sapo fit.
Coloquintida : idest cucurbita saracena.
Ciclamen.i.malum terre.
Cromon.i.cepa.
Caranadi cereū vel canapum.
Cadintale.i.coriū maligranati
Calitricum idest pultricum : vel culidon.
Camepida idest camedrea.
Casola.i.sigillum salomonis.
Cameleon.i.cetraria.
Carios.i.coriandruz.
Capseuue.i.ebulus.
Calamus.i.canna.
Cisus melas.i.hedera nigra vel arborea.
Cinnalis.i.adriana.
Cirtogon.i.grana solis.
Chiuas.i.mastix.
Cirion.i.lentiscus.
Cimbalaria.i.flos geneste.
Cimbalatrium.i.hedera.
Crascu.i.crocus.
Cranum. i.fructus cornee.
Clicon.i.pulegium.
Cinco.i.anetum.
Couissa.i.coriandrum.
Calamo.i.mentastrum.
Carastaro.i.anulum.
Cruta sinolea.i.succus caruse.
Calitricum.i.politricum.
Cartnoleō.i. cardus bñdictus.
Colistrati.i.fel tauri.
Colisatrias.i.fel vrsi.
Cidonendria.i.saxifragia.
Calcitem.i.flos calcis.
Crustulibar.i.castoreum.
Climasteca:idest litargirium.
Crimber.i.caulus.
Chutris.i.dragagantum.
Cataricon.i.rasura de cornucer uino.
Cecabre.i.genus verniciis.
Calendula.i.solsequia nostra.
Chacrios.i.rosmarinus.
Cipereō.i.iunci radix.
Charaminon.i.cepe.
Chareos.i.semen ferule.
Chaunalep.i.farina fabe.
Ciparissus.i cipressus.
Chestu.i.bethonica.
Carpobalsamum idest fructus balsami.
Colophonia.i.resina capinata.
Crisolocanna.i.atriplex.
Caldanus.i.cicer erraticus.
Coccimella.i.prunella.
Copus.i.stercus vel fimus.
Chilatricuz.i.herba sanguinea: vel pes columbinus.
Chambris.i.brasia.
Chiamus.i.faba.
Cithysus folia sunt diuretica.
Chirice.i.ordeum.
Chibria.i.sulphur.
Chrimon.i.lilium.
Chiromidion.i.cepe.
Cheuseudasu.i.cinamomum.
Charasis.i.apium.
Chilbu.i.canis.
Chine.i.galbanum.
Chatria.i.cedia.



Demelacō.i.sanguis draconis.
Dehercit:elcheyr:farina ordei.
Dulium belsez idest balsamus.
Dertisequalis iuncus triangulatus.i.ciperi.
Diamerozi combustum.i.bleta.
Dampnidouis.i.laurus.
Dāpneleon.i.oleum laurinum.
Diaptem i.polipodium.
Diagridium.i.scamonea.
Damechā vel mulis erodarcuz: idest sanguis draconis.
Dendrolibanū rosmarinus idē est:flos eius libanotidos anthos quo vtimur.
Diptamus similis est fraxino in foliis:z est quasi frutex: radice eius vtimur.
Daucus cretic⁹.i.pastinaca domestica.
Dialomata.i.glandula.
Doronice.i.vernix.
Dris.i.quercus.
Darmi.i.manipuli.
Dorcadis.i.capreolus.
Dipsia.i.sciticula.
Dinulla vel dianulla:idest pulegium.
Dapce vel depruce dentis.i.lac crudum.
Dicea.i.herba vaccina.
Draguntea.i.asclepia.
Den.i.galla cruda.
Dissitis vl' dissitis.i.camedreos.
Dampnis.i.laurus.
Diris.i.rubus.
Dicea.i.appolonaris.
Dictamē.i.propoleos.
Diacoregium idest stercus caprinum.
Diacopna vel diacopagia.i.cōfectio lactis quod ex lapidib⁹ fluuialibus coquitur.
Diaribon.i.ceperum.
Deptelliū.i.vlmus vel bulbus.
Des.i.pulegium agreste.
Deptame.i.peucedanum.
Dauci semē.i. pastinace semen.
Diaquilon. i. succus fenugreci.
Diafulful.i.piper longum.
Deeb.i.aurum.
Digege.i.gallina.



Eenella: idest galanga.
Esbrium idest flos salute.
Epithimum . i . supra thimum.
Eupatorium saluia agrestis.
Elenium.i.enula.
Esula similis est minori tithymalo.
Enula hortulana et cāpana differunt:hortulana maior:z cāpana minor.
Epatica crescit in saxis vt pulmonaria:z videtur quasi fistula membrane habentia:foliis vtimur.
Elotripia sponsa solis solseqa cicorea intiba idem est:foliis vtimur z semine.
Eliga.i.arth vitis.
Elimon.i.apium.
Elilifagum.i.saluia.
Egiro.i.populus arbor.
Euiscus.i.bismalua vl' maluauiscus.
Erisafice.i.gladiolus.
Eritrodā vel eritherodon.i. rubea vnde tingitur.
Eptafilo.i.septem folia vel plātago.
Egineus.i.caprificus.
Erion.i.carica.
Epiricum.i.scopia regia.
Eliadin . rodioni.i.oleum rosa.
Elia idest lana.
Erpillon.i.serpillum.
Emptidos.i.cardus.
Elasma.i.plumbum vstum.
Esbrin.i.brionia.
Erebentis vel arbentis . i. cicer.
Euscinum.i.semen oleastri.
Eliscapo.i.semē ilicis arboris.
Eucimus.i.eruca.
Eradea.i.sisimbrium.
Erungium.i.centum capita.
Eretuginis.i.faba hortensis.
Erifilō.i.declina vel ruta.
Euchinus. i. erucinus : vel erutius.
Eristo.i.calcantum.
Erice.i.tamaricum.
Eleespleum.i.oleum vetus.
Elnus.idest lumbricus: vel parietaria.
Ergauiciō.i. vngula caballina.
Eletes.i.oliua.
Eneston.i.fenum.
Elechine vel elchedine:idest parietaria.
Erinon:semen lini.
Eeruzomon.i.cicer erraticus.
Esopa cerotis.i.sudor ouium.
Epach.i.lana.
Etraneum.i.calx.
Elificum.i.lenticula.
Eucinas.i.lapar.
Erinicus.i.lumbricus.
Elirica idest gladiolus.
Eosinā.i.serpens vñ fit tyriaca.
Erugine campana idest preciuz de ramo.
Elimentos.i.cicer.
Erigo.i.grana solis.
Emadion.i.sanguis draconis.
Eruron.i.affronitum.
Ericeparon. i.iunc⁹ triāgulat⁹.
Elbair idest oua.
Etheum.i.allium.
Elmelle idest sal.
Elmia.i.corumbium.
Elmac.i.granum.
Egebel.i.mons.
Elruben.i.caseus.
Elebem:idest lac.
Esemum.i.butyrum.



Filis.i.capparis.
Flosmus . i . tassus barbassus :cuius grana sunt duo: mas z femina.
Fel terre febrifuga.i. centaurea minor.
Fufulabia.i.piper nigrum.
Flos syriacus.i.flos malue.
Fisalidos.i.filipendula.
Fu.valeriana maturella benedicta idem est
Fenū grecū sileest melliloto :fz tñ minores facit vaginas: et grossi⁹ hz semē quo vtimur.
Fenicularis vel feniculus porcinus idē est:radice vtimur.
Fenda.i.amarasca.
Flamula longā facit hastam vt volubilis rotūdā: masticata linguā cōburit: z est sīlis viti albe:nisi q: nō habet folia in eisa sicut vitis alba.
Fascigallicum.i.celtica.
Finicus.i.dactylus vel fenicia.
Fedis.i.femina nini.
Frictis.i.resina fricta.
Filtra.i.ilia.
Fisalidos.i herba tusca inga.
Fecor.i.succus.
Fuctial.i.peucedanum.
Fesicon.i.folium.
Faffigallicus.i.elis fagus vel sa lium.
Figia.i.feniculus vel maratrū.
Fenice.i.palma.
Ficus.i.carica vel cabdos.
Figos vel figor.i. alga marina.
Flosgnici.i.anticrocum.
Fila indica.i.pimpinella.
Filibon.i.genesta.
Fubapirum.i.sulphur viuum.
Fisca, solida. i. allicacabo citrinovel rūphea:vel hyposeliū.
Fuful abari.i.piper album.
Feigel.i.ruta.
Fugil.i.radices.
Fuli.i.faba.
Flectios.i.pes columbinus.
Gallicoruz citonie.i. flos citonie.
Gallia muscata . i. trocisci de musco confecti.
Gummi cedri.i.gūmi iuniperi.
Gliconium.i.pulegium.
Goletia.i.origanum.
Gelena vel cucurbita alexādrina.i.coloquintida.
Gulolocanna.i.atriplex.
Gisarestenos vel bulbus.i.cera rubea q̄ in armenta reperit.
Gipsampinas vel gesestartos: idest terra argentarea.
Gliconse.i.liquiritie.
Grandin similis ē in foliis yperi con:nisi quia maior est ypericon.
Gariasilata.i.sana mundi.
Grana solis milium solis idem est.
Germium.i.fermentum.
Gesasteria.i.creta.
Glicus.i.lappa.
Glaucis.i.chelidonia.
Gimpreti.i.melātiū:vel nigella.
Gleuco.i.

Gleuco.i.mirstum.
Gligisci vel glitis idest rapa: vel sinapis.
Glicolus.i.pulegium.
Germon.i.lilium vel litius.
Glitis.i.policonia.
Grana armonia idest staphisagria.
Gri.vel gli.idest balsamum.
Gigeatis.i.terra argentea.
Gagada.i.esse cētaurea maior.
Gliquiritia vel quiriza.i. radix: vel peonia pontica.
Galanga.i.fructus maris.
Gagatemos.i.iusquiamus.
Gemotilis.i.mercurialis vel parietaria.
Geris vel gieris.i.iuiuba.
Gerobout.i.plantago.
Glatium.i.molla.
Gladiolus.i.yreos.
Gleueruitici.i.chelidonia.
Gentiana.i.anaglaica vel comitialis.
Grudo sperma.i.semen vrtice.
Gligidis.i.penonia.
Gingidium.i.cerefolium.
Gillela vel gilea.i.coloquintida.
Galli.i.mustella.
Giasinococa.i.bacce lauri.
Gabentitem.i.tithymallum.
Girapiron.i.sulphur.
Glis.i.terra tenax.
Glis.i.lappa vel animal.
Gafgania.i.iunci radix.
Geromio.i.herba muscata.
Gidio.i.atriplex.
Gineqz.i.calx.
Ganeti.i.pecora.
Garit.i.apium.

Herba scti petri herba panis.
Herba sancti Ioānis herba perforata.
Herba rustica: idest rosa saluatica.
Helleborum albū. i. veratrum.
Helleborum nigrum idest radicula hermodactyli: habet folia similia nassaco: et habēt cepulas quibus vtimur.
Hypericon scopa regia idez est.
Hyrcina idest retrahit: fetet vt hircus.
Hec similis est matrisilue: et dicitur iudaica: et foliis vtimur.
Hiscus.i.viscus.
Hidoribrium.i.aqua pluuialis.
Horineo.i.caprificus.
Higirontus.i.senation.
Hirigiū.i.cardus marinus: vel benedictus.
Hypericon.i.cauda cabalina.
Hidris vel itheas.i.salis.
Hydragiros.i. argentum viuū.
Hinciprum.i.flos cipri.
Hybercum.i.maluauiscum.
Helerodonia.i.rosa agrestis.
Hirobotamē idest verbena vel columbaria.
Hediosinum.i.menta.
Hicatis vel igis.i.sambucus.
Hicolitis melano idest hedera nigra.
Hypoqstidos.i. succus cuiusdā herbe que nascitur ad pedez herbe canine.
Hygia.i.storax liquida.
Hydor.i.aqua.
Hyriana.i.lambrusca.
Hyenctus.i.yreos.
Hypoquistidos.
Hyposceliū olisatium iella.
Hypericus.i.falastium: vel herba sancte Marie.
Hyoroceros.i. argentū viuum.
Hypostasis.i.nebula vrine.
Hythimum.i.capillaria.
Hyrigerontas.i.senationes.
Hiscidionisio.i.serpillum.
Hyripoton.i.medulla ceruina.
Hyperos.i. viscago de quercu: vel de qualibet arbore.
Hyperois.i.cauda caballina.
Hyproargiros.i. argentū viuū.
Hydroleū.i.oleum qd supernatat in balneis sulphureis.
Hypericon herba sancti Ioannis: herba perforata scopa regia triscalamus idez est: semine et foliis vtimur.
Hyflos purpureus.i. ad moduz iaculi.
Hyrcos herba est habens radicem odoriferam et florē inter album et citrinum: tamē albū radice vtimur.
Hartes.i.cortex mali granati.
Herba pirestā.i.columbaria.
Habel çaristis.i.apij semen.
Hiscas.i.papauer.
Harusca.i.mandragora.
Habellalu.i.anisum.
Humanus.i.cicer.
Hatis.i.lenticule.
Harahamē.i.sterc° colūbarum.
Harabiatl.i. stercus caninum.
Haranuez.i. stercus caprinum.
Haragane.i.stercus pecorinuz.
Huraheymar.i. stercus asininū.
Harafaras.i. stercus cabalinū.
Habilum.i.succus frumenti.
Hazir.i.porcus.
Hump.i.vua.
Hasel.i.me.
Hal.i.acetum.



Iafeos bardana.i. lapa inuersa.
Iantis flos.i. flos vue agrestis.
Iu.i.viola alba.
Iusquiamus casilago simphoriaca verutaria canicularis idem est.
Iarus barba aaron idem est: radice vtimur.
Ipolina cresones: crēsentiones duntrem.
Isculi sunt vermes terraneina.
Iraber pes ciconie idem est.
Idiosmium.i.menta.
Intuba.i.cicorea.
Iris illirica.i.liliū saluaticum.
Ipoquistidos idest succus lane ouium.
Iocule.i.gutta aque pisine.
Idios.i.gladiolus.
Istiascorpo.i.semē salicis.
Icar.i.viscum.
Igropissa.i.pix liquida.
Istingus.i.solatrum.
Icropuldum.i.bu.agrestis.
Inantes.i.flores qui silfio vocātur.
Incinscardo.i.coma leuistici.
Inantes.i.flos solsticij.
Iausir.i.oppoponacum.
Iemar.i.pressium de aceto.
Ierebaterio.i.sanguinaria.
Iarus.i.flos rorismarini.
Irobemel.i.vinum cum melle.
Indicum.i.opium thebaicum.
Illebut.i.terebēthina.
Iuniperi.i.zeneuer.
Iris illirica genus gladioli est: cuius radice vtimur.

¶ Incepta a.k.reqrant in lra.c.



Lapis iudaicus.i.lapis agapis.
Lapis lyncis fit de vrina lupi ceruini.
Lilifagus.i.saluia agrestis: floribus et foliis vtimur.
Lapis magnetis.i giro, vel calaminaris.
Lepidos lyncis.i.batitura eris.
Lycosperma.i.semen saxifragie vel grana solis.
Lempreneas arsenicum.i. auri pigmentum.
Leporina prıascus.i.satirion.
Litodemō.i.lapis niger qui de India venit.
Lectapodion.i. planta leonis florem habet rubeum.
Laureola aliptados angula semē ei° cogidiū ɔsisis lauro in foliis et cortice: semie vtimur.
Latinides.i.cataputati: vel semen eius: genus ciceris.
Labula.i.gen° tithymali maioris cui° lac expellit serpētes.
Lactuca domestica foliis et semine vtimur.
Lactuca agrestis: vel acetosa damp.quosdam.
Leuistici semine vtimur.
Leuisticum agreste arbor.
Laurus.i.dāpnis: tñ dāpne.i. eius bacce et dāpneleum.
Ligna ceruina scolopēdria: splenetica idem est.
Labrum veneris cardū similis: sed profundius incisum pungens: eo vtimur.
Lapa caprina similis vngule caprine in foliis: sed tñ folia ei° multo minora.
Lapa inuersa.i.bardana.
Leucopip albū piper inde leucophātia.i.de albo flore fctā.
Lana succida.i.mollificata: et ab animali recenter educta.
Libarutidos.i.rosmarinus.
Linozostis.i.mercurialis.
Lebeumarios.i. thus masculū.
Libanos manne.i. puluis thuris masculi.
Linichiti.i.gladiosus.
Lecopulgubrium.i. lachet: vel saluia.
Liptotaria.i.lenta febris.
Litridos.i.cucumer amarus.
Leuticiprino.i.viola.
Lytargiriū.i.spuma argenti.
Lapa idest menta.
Linotesagria.i.mercurialis.
Licon.i.pulegium.
Leuci.i.arbor populus.
Lcutisma.i.castanea.
Lapatium.i.rumex.
Libana.i.lagana.
Lyris.i.auena.
Lobia.i.faseolus.
Lagus.i.lepos.
Lorus.i.trifolium.
Leucucugio vel leuchino.i.viola alba.
Litron.i.vitrum.
Lyncim.i.limus de petra.
Liuius.i.panicum.
Litono.i.verbena.
Lagustum.i.ciprum.
Liperum.i.iunci radix.
Lappara.i.capparina herba.
Lamolea.i.cardus.
Liamus.i.faba.
Lite alipra.i.farina fabe.
Leuben.i.libanum.
Lipti.i.rapa.



Umia idest collectio speciex que inueniuntur in sepulcris mortuorum.
Malabatrum.i.folium album vel nigrum.
Mabathematicū.i.succus cauliculi agrestis.
Marmis.i. olibanū minulum.
Milium solis vel grana solis: idest cauda pecorina.
Melisophali.i.venter apis.
Mellilotum corona regis: idest pratelis.
Mul fenugrecum agreste.
Malua syriac.molachia.i. flos
Meuis syriacus fo. flo.radi.vtimur.
Melissa.i.melago vel cetraria.
Meu.i.sistur vel sinomi radix: radice vtimur.
Millefoliū ambrosia supcilium veneris: idē est: foliis vtimur.
Muscata maior facit ac. sed redolet.
Marsilion.i.faba lupina: fere similis est helleboro nigro.
Mandragora similis est consolide maiori i foliis: nisi qr mādragora hz grossiora folia: et spissiora et quasi pungentia.
Morgellina domestica albos facit flores.
Morgellina siluestris rubeos.
Mirice.i.genesta.
Miconis.i. papaueris.
Melidina.i. plumbum vstum.
Matrisilua: perclidimona caprifolium idem est.
Macro piper.i.longum piper.
Melano piper.i.nigrum piper.
Melācholia.i.cholera nigra.
Maccedonicum idest petroselinum alexandrinum.
Myrtilli.i.semē myrte.
Melaticum.i.siluestre.
Melagina.i.mollificatiuum.
Melatica.i.calefactiua.
Malfano.i.debilitatio.
Maratrum.i.feniculum.
Menstrua.i.fluxus sanguinis.
Miconos niger: idest papauer

hortense.
Molochia.i.malua.
Menaphilos.i.dragagantum.
Melbellacuz.i.lingua ceruina.
Mellaria.i.nigella.
Melanos.i.serpillum malues.
Melacinagria.i. apisto vel mal ua agrestis.
Mecula.i.papauer agreste.
Mertion.i.millefolium.
Menino.i.oleaster.
Musme.i.myrrhe folia.
Masticbia.i.alba.
Myrticus.i.folia ferule.
Militum.i.sinapis.
Menanachus.i.semen de meu.
Minthi.i.nepita.
Meleche.i.malus.
Molipelotum.i.fex argenti:vel plumbum vstum.
Mis.i.mus vel muscus.
Macer.i.cortex mali granati.
Miscores.i.caniculares.
Macton. i. catapula fenugreci que conficitur cū semine lini.
Mirum.i.formica.
Melicon.i.fraxinus.
Melandrus.i.sorbus.
Melisse.i.apis.
Motosox.i.glix.
Marubium.
Melimion.i.sisimbrion.
Muzungi.i.lilium.
Militatrum.i.sinapi.
Milrottorgo.i.sanguis hircin⁹.
Miltodragum.i.sanguis dracōnis.
Mellicratum.i.mel et vinum.
Mirpofilon.i.millefolium.
Maxibatrum.i.cauda porcina.
Mellantis.i.mel de apibus.
Mislinci.i. folium.
Magnetis.i.calamita.
Maclonos.i.arthemisia.
Mezere.i.ruta.
Muriula.i.ameos.
Mecio.i.lenticula.
Mialos.i.violas.
Macellus.i. antophalus.
Mulchul.i. bdellium ẜm saracenos.


Enufar. i. flos nimphee.
Nux idica id est magna que ab india venit.
Nux vomica.i.castačola indica.
Nux miristica : vel caridis miristicnus id est nux muscata.
Napeum idest sinapis.
Narciscus similis est petrose in foliis semine vtimur.
Nasturcium semen eius cardamum quo vtimur.
Nitrum.i.salgemme.
Nausea.i. subuersio stōachi cuz voluntate vomendi.
Nardostachium:spica nigra.
Nesia.i.centaurea.
Nira.i.cerasa matura et sicca.
Nepita.i.calamentum.
Narcus.i.ferula.
Nardus celtica . i . saliunca : vel spica celtica.
Narca id est botria saliunca vl' fassag.

Nicticorax id est bubo auis.
Niceris id est vespertilio.
Nar.i.focus arditus.
Nanorachi.i. piculū cui⁹ semen est semē apij et sapor vt piper
Nira.i.caria: vel putredo ligni.
Nascader.i.armoniacum.
Nicislos.i.betonica.
Nebia.i.vinum.
Nepta.i.sulphur: vel oliuarꝫ cū.
Namurca sua vel herba pilosa que nascitur in capis: vel que dam confectio.


Xiachantum : id est berberis.
Oxicitronilli: id est suenci citrāguli.
Oposcitum vel ofei idest gummi hedere.
Opobalsamū.i.succus balsami
Orobani lenti.i.lacca.
Oxifenicon vel fenicia indi.i.tamarindi.
Ozimum.i.basilicon.
Oxireum.i.forte acetum.
Oxinedi similis est filici.
Oculus christi similis est oculo ꝯsulis: sed hꝫ latiora folia iuxta stipitē ⁊ superius rotūda: et habet florem citrinum.
Origanū.i. golena similis est calamētō: sed calamentum habet folia pilosa:folijs vtimur
Ocul⁹ cōsulis sil'is est mētastro.
Opos.i.succus.
Olibanum.i.thus.
Obtamicum.i. sternutatorium.
Orthomia.i.rectus anhelitus: vel orthomia quando tantuꝫ aerem sumit quātum emittit cum difficultate tamen.
Opium.i.lac papaueris.
Oligantum.i.oppoponacum.
Omfontiū.i. mustū vue amare.
Opomirsine.i.succus myrte.
Oxis.i.acetum siluaticum.
Onichas.i.diagridium.
Orodis.i.rosa canina.
Olea.i.oliua.
Opium oxicantum. i . laser: vel ochilaos marinus.
Opium indicum.i.odore graue
Odicus.i.ebulus.
Onichos.i.vngula.
Oleum onfantinū.i. viride: vel quod germiale dicitur.
Oleum succinum.i.liliacum.
Ofis.i.agnus.
Oleum succinum de cucumere agresti.
Oleum myrtinum de floribus vuarum.
Oleum misinum.i.miliatiū: vel myrtinum.
Oppoponace.i.succus panacis
Orum⁹ vel oriza.i.simila ordei.
Orona.i.aurum.
Oxirodonum.i.acetum ⁊ oleum rosaceum.
Onfacum mellis.i.mustum vue amare et mel.
Ocrodis.i.serum de lacte.
Opium thebaicum.i.lasaerti.
Oleū succinuꝫ.i. quirilitūfacus.
Olisacrum.i. petroselinum macedonicum.

Oximilium.i.cerusa.
Otridiriana.i.matrisilua.
Olenga.i.galanga.
Oxanitium.i.acetum cum sale.
Oxizaccara.i.acetū cū zuccaro.


Onsilicon.i.batitura ferri:vel fuligo de fornace eris.
Peristereon. i. verbena.
Peridemenon.i.matrisilua.
Percenotidos.i.mercurialis.
Perdiacratos vitreola parietaria.i.herba mirabilis.
Pistace sunt fructus qui veniūt de damasco.
Pigamum semen rute agrestis idem est.
Propoleum i.cera alba.
Pentafilon.i.quinqꝫ folium.
Prassium. i. marubium album.
Prassium viride.i.flos eris.
Paucedanū feniculum agreste cauda porcia:⁊ masmaꝫ idē ē.
Proserpinaca policonia centinodia ; ⁊ corrigiola idem est.
Pelios.i.polium montanum.
Pepones.i.melones.
Psinuthij.i.cerusa.
Platocimimum.i.montanum.
Psiseleos semine vtimur.
Politaria minor similis est maiori in folijs : multū redolet : et folijs vtimur.
Pansiligo.i.barbasus.
Pimpinella ⁊ scopastella idē est
Planta xpi guttas facit nigras in folijs:quā quidā dicunt satyrion esse:et non est.
Polium montanum est odoriferū:⁊ est similis canuscelle:nisi qꝛ spissiora folia habet:⁊diuretica quibus vtimur.
Pilusella pilos habet in folijs.
Polipodiū.i.feliscula dulcemulia:radice vtimur.
Pulponaria est minuta versa.
Papauer album semen eius codium quo vtimur.
Papauer rufum.
Papauer nigrum vnde fit diacodion.
Pes milui similis est iaro in folijs:nisi qꝛ iarus habet cornuta folia:et pes milui varia.
Prouanca et timeca idem est.
Pulegium.i.glicontum.
Pes columbinus.i.speragia.
Pes milui.i.cetrac.
Portulaca andragius:pes pulli idem est.
Pentadactylis custos horti.
Propuleos.i fauus sine cera.
Panax.i. herba que fecit opponacum.
Peroti.i.auricularis.
Pituitas.i.lippitudo.
Piganum ruta agrion idem est.
Parocides malum circa aures.
Periclimenon matrisilua : auenula idem est.
Porrum.i.secciuum.
Propte.i.nimphea.
Politricum.i.adiantum.
Pepen.i.pepanos.
Poligonia.i.sanguinaria.

Psilion.i.policaria.
Panacofriza.i.ferula agrestis: vel panacus.
Penetebon.i.peonia.
Perdicaber.parietaria.
Peonigratum.i.chelidonia.
Pissaria. i.pix liquida.
Pentea.i. silex petris nascitur: vel perion.
Paragilon.i.balanum:vel myrobalanorum.
Parumallus.i.granatum.
Personatia.i.bardanum.
Palutrus.i.pampinus.
Pedicularis.i staphisagria.
Pituregium.i.hypericon.
Politria.i.capillus veneris.
Psaxara.i.pix dura.
Piponagrafi.i.coloquintida.
Pentalon.i bactheos.
Psidia.i.flos mali granati domestici:vel alia arbor.
Ponadratia.i.aristolo.
Pitogoni radix.i.tute.
Palla.i.genestelle radix.
Prassi.i.succus porri.
Poneide.i.rosata.
Parteticon.i.arthemisia.
Posuniuagos . i . fominus vel balsamum.
Parasiotuis . i.enu.cāpana vel
Plantago.i.arnogressa.
Pisa.i.pix vlcera virginis.
Psopus.i.personatia vel dardanum:vel millefolium.
Piperapum.i.acorum.
Plumideria.i.helleborum.
Picula.i.resina pini.


Uercula maior.i. camepitheos.
Quiamus.i.faba.
Quercula minor. i. camedreos.
Quinqꝫ neruia.i. lanceola.
Quinorapi.i.nuclei pini.
Quirica.i.hasta tribuli mari.
Quiporodanti.i.rosa canina.
Quassa.i.aqua.
Quiamos.i.fyla.
Quiricus.i.semen lini.
Quiagulos.i.coagulum.
Qualnuties.i.lac.
Quiconin.i.pulegium.
Quelanea.i.iusquiamus.
Quiconus.i.papauer.
Quoroto.i.cucumer.
Quatila.i.lactuca.
Quilionfagus.i.oleū siccionuꝫ.
Quion.i. triangulus: vel iunci radix.

Omeō idest raphanum.
Radix euiscl: id est altea.
Ramicedri . i. iuniperi lignum.
Ranus.i.spica alba vel bñdicta.
Rodorinon idest oleum rosatū: et acetum.
Ros syriacus.i.flos omi.vel nucis siluatice similis est rose.
Rosa semen eius anthera eis vtimur.
Rorastrum folia habet vt victicella: sed vndiqꝫ pungentis.
Rosmarinus flos eius anthos.
Robella quan

Robella quaſi piſa viridis.
Rapiſtrum.i.armoniacum.
Ragadia i.ſciſſura.
Raphanus.i.radix cutica.
Radicula.i.linaria;vel ſtuti⁹.
Riſa.i.radix.
Rodonſiron.i.roſa ſicca.
Reſina.i.gummi abietis.
Reuponticum.i.barbarum.
Ruffus.i.celſus.
Reſina pina.i.picula.
Rodus vel rodia.i.cortex mali granati.
Rapa.i.congelida.
Roſmarinus.i.libanotidos.
Reſina terebēthina.i.gūma.
Rodon.i.roſa.
Raticus.i.anetum.
Rubricam.i.ſynopide.
Rodoleon.i.oleum roſeum.
Riquiritia.i.herba dulcis.
Rodoſtoma.i.aqua roſata.
Regia.i.cauda caballina.
Radiatum.i.iuſquiamum.
Raſia.i.ariſtolis vel marubiū.
Riſanapanace.i.peucedanū.
Racceuece.i.feniculum.
Ramilla.i.camilla.
Reatis.i.petroſellinum.
Rumex.i.lapacium acutum.
Radiolus.i.ireos.
Raſalacanna.i.capitellum vnde ſapo fit.
Ragarius.i.grana ſolis.
Racardus.i.cardamomum.
Rodonogira vel rana.i.roſa.
Ralba.agreſtis.



Sletio.i.pes colūbinus.
Saliunca.i.ſpica celtica.
Sanſucus amaracus:vel ſperma.i.maiorana.
Secacul.i.yringi.
Strobilea.i.pinea.
Struma.i.caulis agreſtis groſſe cepe.
Semen bulbi.i.ſemen domeſtice ⁊ groſſe cepe.
Secca.i.hyſſopus.
Scordeo.i.alumen agreſte.
Staphiſagria herba pedicularis.i.caputpurgium.
Siſtrum vel anetum agreſte ideſt meu.
Stripterea.i.alumen.
Sinonū.i.petroſillū agreſte.
Smiris quidam lapis.
Sādaraca q̄dda gen⁹ vnicis.
Septemer.i.ſerapinum.
Sebanū.i.ſemē apij:vel ſe.lini.
Simbra.i.ſaturegia.
Sticados barba.i.polium marinum.
Sandicus eſt cōfectio quedā.
Smirne baſilicon.i.mirca.
Splemon.i.ſcolopendria.
Stagni rotundus.i.abſinthiū nigrum.
Satyrion.i.priapiſcus:vel teſticuli leporis.
Saphiſalidos.i.paſtinaca.
Sticide ſagria:ideſt cucumer agreſtis.
Sicaros.i.ſiſimbrium.
Stilla.i.bulbus.
Sābuci median⁹ cortex vocat ⁊ q̄nq; corticē ⁊ radice vtimur
Scanapis flos eius anthos.
Senaron cardus benedictus: ⁊ carducellus idem eſt.
Scifola habet folia lucida et pinguia:tota vtimur.
Sigillum ſancte Marie facit haſtam rectam ⁊ aliquātulū longā:⁊ altam:et folia rara ⁊ aſpera:radice vtimur.
Sigillū ſalomonis facit haſtā flexā in arcu:⁊ multa folia ſurſum trahētia: et flores albos plres ſub arcu haſte ſue deorſū trahētes:ſe.⁊ radice vtiur.
Spōdallidō radice vtiur ſilis eſt ſinono:ſʒ rotūdiora hʒ folia ſinonū ⁊ acutiora: et lucidiora mag a ſtipite remota: ſemē ei⁹ vt ſemē petroſelinū.
Scrophularia quaſi lactucella habens teſticulos.
Serpill⁹.i.ſaturegia agreſtis herba vtimur.
Symphitū ꝯſolida maior ana gallicū idē eſt:radice vtimur.
Squilla.i.cepa maior.
Spatula fetida ſpatula ſalubris idem eſt.
Siſimbriū.i.balſamita aquatica:vel abſinthium ponticū.
Sempeuiua.i.arzon.
Scariola ēdiuia troſiſma idē eſt:folijs et radicib⁹ vtimur.
Sponſa ſolis eleutropia:ſolſequia:cicorea intuba idē eſt: folijs ⁊ ſemine vtimur.
Sinape agreſtis habent lata folia ⁊ rotunda.
Sauina.i.bratheos.
Sētris.i.rubus q̄ facit mora.
Sambucus arbor ſimilis eſt de galce in folijs.
Sariofoas.i.ſarcocolla.
Saponaria burit herba fullonis idem eſt.
Saliūca.i.ſpica celtica.
Storax liquida.i.ſagia.
Stobilia.i.ſemen pinee.
Siccides fu.i.cucūer agreſtis.
Sinopide.i.terra rubea.
Samum.i.fructus iuniperi.
Siccidos.i.gala aſiana.
Squiballa.i.dura ſtercora.
Sila.i.folia vel mediū furfur.
Semicupimē.i.tima media.
Siſelios.i.ſiler montanus.
Sterione.i.gaua.
Stiracos.i.ſtorax.
Sileos.i.policaria.
Soluinſia.i.cidamum.
Stiſaphora.i.cōtra oriētalis.
Sandix.i.auripigmentum.
Scinus.i.lentiſcus.
Simphonica iuſquiamus:canicularis iatrecula idem eſt.
Silfui.i.gariofilus.
Scatūcell⁹.i.vmbilic⁹ veneris
Scorfilidos.i.reſina vel corces
Spedace.i.ceruſa.
Sicamilum.i.celſa mora.
Sarcocolla.i.agrimonia.
Sendaminum.i.acrifolium.
Senacis.i.ſpica celtica.
Scarade.i.ſaluia.
Scura.i.lacerta.
Scolopēdria.i.lingua ceruia.
Seperos.i.bacca lauri.
Siſama.i.ſemen papaueris agreſtis:ſiſama etiā ſunt quedam grana dragaganti.
Spaguum.i.ſaluia.
Siſamus.i.paſtillus:vel ſemē balſami.
Scafius.i.ficus.
Spaltea.i.palma.
Spondogos.i.lagino que in roſa ſaluatica ſolet eſſe.
Syla.i.ceraſa.
Silomachar.i.radix vel cortex ceraſi.
Siſipium.i.ciprium.
Sui.i.ſinapis.
Sale.i.auena.
Scupio ferrigena.i.petra argenti.
Staphēanice.i.ſucc⁹ papauerꝫ
Scalia.i.caſta.
Salpadatie.i.affonitrum.
Scalcadrene.i.ſal lucidum.
Sapa.i.muſtum coctum.
Sanſica.i.baſilicon.
Sacrapax.i.attriplices.
Seldago.i.iris irica.
Sinon elauer.i.agrimonia.
Sumbul.i.ſpica.
Sabar.i.aloe.
Sota.i.iunci radix.
Siſan.i.yreos.
Seris.i.ſarcocolla.
Sumach.i.macer.
Stargil.i.citonia.
Simberſeber.i.alumen.
Sedenegi.i.bacce biſantie.
Tibaiax.i.ſulphur viuū.
Trocisci.i.rotūda ꝯfectō.
Thus.i.olibanum longum.
Tuntana.i.cozumbrum.
Trofolij ſemē.i.trifoliū acutū.
Terraſigillis.i.argilla vel creta
Teſapium.i.ſinapis alba.
Trozuua vel endia.i.ſcariola.
Turiones.i.ſummitates.
Trifagus.i.trifoliū acutum.
Trigon.i.ſomnum gutturis.
Thora vt toxicum valet.
Tymbra.i.ſaturegia.
Tapſus maſculus.i.floſnus; folijs vtimur.
Til vel fibri.i.fenugrecum.
Tribula.i.laccinder.
Triamneti.i.petroſelinum.
Tripax.i.lactuca.
Tithimallus.i.galatites.
Teucandeſtra.i.piretrum.
Teruneon.i.pentafilon.
Trigaſo maior.i.camedreos.
Truſagnire.i.furfur ſup ignē.
Traiſenochum.i.camomilla.
Tridica agria.i.lactuca ſiluatica.
Tapſia ſuccus ferule.
Tetigra.i.tribulus.
Tobir.i.roſmarinus.
Tantes.i.arthemiſia.
Tergio.i.ſiler.
Troicutes.i.betonica;
Triſafice.i.gladiolus.
Tronecaria.i.periſtereon.
Tertis.i.orobus vel cicercula.
Torobos.i.aqua lactis.
Taras.i.aqua marina.
Mef.
Tartarum.i.greupa.
Tacumo.i.ebulus.
Tecanti.i.euforbium.
Terra rubea.i.bol⁹ armenic⁹.
Tici.i.ſulphur.
Teremerbin.i.manna.
Ualga.i.aſara baccara.
Uanfar.i.cinabrium vel minium.
Uirgia.i.lilium.
Uiola floribus ⁊ folijs vtimur.
Uua lupina.i.ſtriguum.
Umbilic⁹ veneris cotilidones.
Uſcatuncelli:cimbalaria idem eſt:folijs vtimur.
Uenti maior.i.anagal.
Uenti media.i.bugla.
Uenti minor.i.ꝯſolida minor.
Uermicularis maior retroſellii idem eſt.
Uermicularis minor ſilis eſt ei: herba vtimur.
Uirga paſtoris.i.lupi pecten.
Uerminaca.i.militaris.
Ueche.i.vitreola quam equi comedunt.
Ungula.i.pes leonis que dr vngula caballina.
Unfation.i.flos vitis.
Uatus.i.mora ſiluatica.
Uictoria policon.i.bugloſſa.
Uitumen.i.ſulphur iudaicū.
Ulixtratum.i.petroſelinum.
Ulirarum.i.lilium virginale.
Urnidos.i.lac qd̄ vrine ſile eſt.
Uzifur i.ſinopide.
Xillotaria.i.lignum cornutū:vel ſiliq̄.
Xilobalſamum.i.lignum balſami.
Xili.i.lignum.
Xilonacor.i.cortex celſi.
Xiloaloes.i.lignum aloes.
Xilomyrrha.i.lignum myrrhe.
Xia.i.ſenationes.
Xilia.i.caſia.
Xiſimbrium.i.balſamita.
Xilion.i.apium.
Xixia.i.vnguenta.
¶ Inchoata ab.y.in lris.ſ. ⁊.I.requirantur.
Zuccarum.i.pſilium.
Zonamō.i.ſēpuiua
Zomus.i fermētū.
Zuccozaria.i.agn⁹ caſtus vel ſalices marini.
Zema.i.ſuccus.
Zizania.i.lolium.
Zion.i.ſemperuiua.
Zinirna.i.myrrha.
Ziperi.i.galla.
Zogi.i.forcipes.
Zambacea.i.rara:vn̄ oleū fit: flos eius albus ⁊ odorifer.
Zaſtra.i.crocus orientalis.
Zeumia.i.poligania vel cētiodia
Zizibe r.i.radix ziʒi.vel piretri.
Zauco.i.argentum viuum.
Zarma.i.auripigmentum.
Zerte.i.oleum.
Zerteeria.i oleum laurinum.
Zerte eclitri.i.oleum lenticinū.
Zalbe.i.orobus vel cicerula.
Ziginaria.i.praſſium raminū.
¶ Finis antidotarij Nicolai ⁊ quorundā aliorū tractatuū.

¶ Incipit liber Seruitoris: liber .xxviij. Bulchasim benaberazerin translatus a Symone Ianuensi interprete Abraam iudeo tortuosiensi.

DIxit aggregator huius operis. Postꝗ̄ ego collegi librũ hũc magnũ in medicinis compositis: qui est liber magni iuuamenti: que nominaui librũ seruitorē: ⁊ cõpleui libros suos omnes s̃m voluntatē meam: inueni in multis medicinis cõpositis libri huius medicinas multas simplices que indigent preparatione ante horam necessitatis magne earꝝ: queādmodum succos exprimere: ⁊ medicinas comburere: abluere: et conficere aliquas ex eis: et discernere ex eis que bona sunt: ⁊ que non bona: ⁊ alia s̃m hanc formã. Preuidi igitur aggregare omne qđ est necessarium in hoc s̃m rememorationē meam: ⁊ ordinaui hunc librũ in tres tractatus. ¶ Primus eorꝝ est de ꝑparatiōe lapidũ et mineraliũ solũ: ⁊ de ablutiōe eorꝝ: ⁊ de adustione ⁊ ꝯfectione eorꝝ: sicut est marchasita: ⁊ atramentũ: ⁊ calcantũ: et colcotar: et species aluminũ: ⁊ spẽs salis: ⁊ plumbũ: ⁊ ferrũ: ⁊ es ⁊ cohol ⁊ scoria argēti: ⁊ scoria auri: ⁊ est de ablutiōe thutie ⁊ calcis: et est de sublimatiōe argēti viui ⁊ arsenici: ⁊ de medicinis pe tratis .i. psilotris: ⁊ de opatiōe mediciaꝝ acutaꝝ: ⁊ de opatiōe zenzifur: ⁊ de ꝑparatiōe istoꝝ oĩz: ⁊ de declaratiōe sciētie iuuamētoꝝ istoꝝ oĩm. ¶ Tractat⁹ scđs ē de ꝑparatiōe radicũ plantaꝝ: ⁊ de opatione expressionis succoꝝ earũ: ⁊ q̃liter extrahunt̃ mucillagines ⁊ cortices seminũ ⁊ medulle seminũ: ⁊ de ablutiōe olei: ⁊ de preparatiōe fecis ei⁹: ⁊ de ablutiōe aceti: ⁊ de colatiōe fecis ei⁹: ⁊ de opatiōe aceti sq̃llitici: ⁊ de distillatiōe aq̃ ipius squille: ⁊ de assatiōe ipius ⁊ de distillatione aque camphore: ⁊ de opatione amili ex frumēto: ⁊ de ordeo: ⁊ siligĩe: ⁊ de ablutiōe coralli ⁊ charabe: et de operatione medicinaꝝ acutaꝝ ⁊ laxatiuaꝝ sicut est scamonea ⁊ coloquintida turbith: ⁊ mezereō ⁊ anacardi ⁊ scebrã .i. esula ⁊ spẽs eius. Et ad sciendũ tp̃s quo debēt colligi herbe necessarie reseruationi: ⁊ qualiter debēt seruari q̃ colligunt̃ ex radicibus ⁊ floribus ⁊ oleis eorũ ⁊ similibus. ¶ Tertius est de ꝑparatiōe medicinaꝝ sumptarũ ex aĩalib⁹: sicut de adustiōe cõchiliũ ⁊ ostracoꝝ ⁊ cornuũ ⁊ solearum ⁊ vnguiũ ⁊ ossium: ⁊ de adustione corticũ ouorũ: ⁊ de adustione sete: ⁊ de adustione sartã .i. scorpionũ ⁊ cancroꝝ et tyrorũ ⁊ lepoꝝ ⁊ vespertilionũ et hirundinũ: ⁊ de modo colligendi sanguinē ex aĩalibus viuentibus: ⁊ de candidatione cere: ⁊ confectione vrine infantiũ: ⁊ qualiter fit glutē ex corijs: ⁊ qualiter colliguntur fella et exiccant̃ ad necessitatem alcohol: ⁊ de bona cognitione istorum omnium que sunt bona: ⁊ que non bona ex eis.

¶ Tractatus primus capituli primi de ablutione lytargirij ⁊ adustione eius: ⁊ electione boni ex eo.

Species lytargirij multe sũt.

ET de primo tractatu est mod⁹ ablutiōis lytargirij: ⁊ de adustione ipius et electionis boni ⁊ nõ boni ex eo. Spẽs igit̃ lytargirij multe sunt: qꝛ q̃dã spẽs ei⁹ est q̃ fit ex plũbo: ⁊ q̃dã fit ex argēto: ⁊ q̃dã ex auro: ⁊ q̃dã ex eis est nigri coloris: ⁊ q̃dã aurei: q̃ q̃dē melior est ceteris. Nã vnguēta q̃ fiũt ex tali lytargirio declinãt ad albedinē: et sunt nobilissime bonitatis: sꝫ si lytargiriũ fuerit nigrũ: aut hñs in se aliq̃d plũbi erit vnguētũ qđ fiet ex eo nigrũ ⁊ turpe. Si g̊ volueris ip̃m abluere et dealbare: necesse est qđ eligas id qđ hꝫ colorē auri ⁊ qđ sit graue ⁊ mundũ a plũbo: ⁊ frãgas idē in frusta quãtitatis fabe: et accipias quãtitatē ex eo quã volueris: ⁊ pone in olla rudi: ⁊ proijcias sup idem aquã: ⁊ ponas sup id de frumēto bono ⁊ purgato quantitatē quãdã: ⁊ accipias de ordeo pugillũ vnũ: ⁊ liga eã i pãno lineo nouo subtili: ⁊ suspēdas eũ ligatũ in orificio olle intra ip̃am: et facias feruere donec crepet ordeũ: deinde auferas ollã ab igne: ⁊ ponas id qđ est in olla in pua parapside mũda: ⁊ proijcias frumentũ: ⁊ funde super lytargiriũ aliã aquã: ⁊ ablue ip̃m fricãdo manib⁹ fortiter: postea dimitte siccari: deinde accipe: ⁊ tere ip̃m: ⁊ proijce super ip̃m aquã calidã: et agita ip̃m: ⁊ dimitte ꝙ resideat: ⁊ abijce aquã: ⁊ iterũ desica vt pri⁹: ⁊ facias hoc desiccãdo terēdo ⁊ abluēdo tãdiu ꝙ subtilet̃ et dissoluat̃ in aqua: deinde expecta ꝙ resideat ⁊ clarificet̃ aqua: ⁊ abijce ip̃am: ⁊ tere quotidie sepe in die: ⁊ in vesperis pone super eã aquã aliã: et dimitte p̃ horam vnã ⁊ cola: et facias hoc totũ ter in die quinꝗ̄ diebus continuis: post hoc ꝓijce super duas lib. ex eo .ʒ. ij. salis gēme ⁊ infunde sup ipsum aquã aliã: ⁊ qñ fit albũ pone sup ip̃m aquã calidã: ⁊ facias s̃ꝫ ꝙ fecisti prius tãdiu ꝙ nihil remaneat in eo salsedinis: ⁊ postea dimitte desicari in sole mouēdo ipsum sepe donec exiccetur tota humiditas: deinde repone ⁊ serua.

¶ Alius modus.

ACcipe đ lytargirio li. ij. ⁊ tere bñ: deĩde accipe de salgēma nigra li. vj. ⁊ misce cũ lytargirio: ⁊ pone i olla rudi: ⁊ ꝓijce sup ip̃m tm̃ aq̃ ꝙ cooperiat̃: ⁊ agita tota die mane ⁊ sero: ⁊ si aq̃ vl debit̃ minui adde paulatiꝫ: ⁊ fac id triglta diebus agitãdo: vt dictũ est ne coaguletur ⁊ petrificetur: ⁊ post .xxx. dies abijce agitando paulatim: deĩde pone ip̃ꝫ in mortario ⁊ tere: ⁊ postmodũ ꝓijce ip̃ꝫ in parapside terrea munda: et ꝓijce sup ip̃ꝫ aquã: ⁊ agita cũ manu motiōe forti: ⁊ dimitte donec resideat: ⁊ abijce illã aquã: ⁊ supfunde aliam aquaꝫ: ⁊ facias hoc quousꝗ̄ salsedo tota recedat. Postea dimitte fere exiccari: ⁊ informa trociscos: ⁊ sine eos siccari ⁊ serua in vase plumbeo.

¶ Alius modus.

FRãge lytargiriũ i frusta quãtitatꝭ fabe: ⁊ pōe ip̃ꝫ intra stōꝫ apri: ⁊ fac tãdiu feruere in aq̃ donec stōachus coquat̃: deinde extrahe ip̃ꝫ a stō ⁊ pone cũ eo de sale quãtitatē q̃ sufficiat: ⁊ tere ⁊ laua: sicut dictum est superius.

¶ Alius modus.

ET sunt q̃ accipiũt lytargirij quãtitatē lib. j. ⁊ miscēt cũ eo tãtũdē salis: ⁊ ponũt sup ip̃ꝫ aquã ⁊ terũt in sole: ⁊ mutãt aquã vna vice post aliã q̊usꝗ̄ albescat. Et al'r accipe quãtitatē lytargirij: ⁊ inuolue in coto albo: ⁊ pone in olla fictili ⁊ pone desup ip̃ꝫ aq̃: ⁊ accipe fabas recētes vel nouas pugillũ vnũ: ⁊ pone desup: ⁊ ꝑmitte tãdiu bulire q̊usꝗ̄ fabe crepuerint: ⁊ totũ nigrificatũ sit: ⁊ tũc ꝓijce ab olla: ⁊ inuolue in coto alio: et suppōe aliã aquã clarã ponēdo alias fabas vt prius: ⁊ coque iterũ vt fecisti: ⁊ facias h̃ ter vel amplius quousꝗ̄ cotũ non tingatur: ⁊ post pone ipsuꝫ in vase aliquo: ⁊ pone super omnes octoginta drachmas ex eo salis nitri quantitatē lib. j. et tere simul: ⁊ iterum superpone de sale nitro albo fortis albedĩs drachmas q̃dragĩta postꝗ̄ sal nitrũ prius dissolueris in aqua: ⁊ tere bñ donec albescat magna albedine: deinde pone in vase terreo latũ habēte orificiũ: et suppone aquã multã: ⁊ agita: ⁊ dimitte donec resideat: ⁊ aq̃ clarescat: ⁊ abijce ip̃am: ⁊ iterũ pone aliaꝫ aquã: ⁊ fac sic donec aq̃ dulcescat: ⁊ nihil remaneat salsedinis. In fine ꝓo cola aquã: ⁊ pōe i olla terrea noua vitreata in sole quadraginta diebus in estate: ⁊ post quadraginta dies quando erit desiccatum vtere eo.

¶ Alius modus.

ACcipe lytargirij boni aurei partē: ⁊ tere bñ: et pone sup eũ de sale cōi ꝑtes duas: ⁊ pone sup eũ quãtitatē aque qua cooperiat̃: ⁊ superet circiter quatuor digitos: ⁊ dimitte in vase septeꝫ diebus: ⁊ misce omni die bis: ⁊ post septē dies proijce aquam: ⁊ pone aliam aquam: ⁊ muta aquã illã q̊tidie vsꝗ̄ ad finē quadraginta dierũ. Tunc aqua eĩ dulcificabitur: et lytargiriũ dealbabit̃ sicut cerusa: ⁊ fac trociscos ⁊ serua: ⁊ vtere.

¶ Combustio lytargirij.

ACcipe lytargiriũ ⁊ frãge frustatĩ ad quãtitatē nucꝭ: ⁊ pōe sup prunas sufflãdo cũ folle fabrorũ donec fiat sic̃ ignis: deĩde extrahe ab igne: ⁊ sine infrĩdari: ⁊ absterge ip̃ꝫ a putredie. Alij ꝓo qñ extrahũt ip̃ꝫ ad igne extinguũt eũ ĩ aceto vl' in vĩo: ⁊ iteꝝ ponũt ĩ igne: ⁊ sic faciũt tertio ⁊ etiã plu ries extinguendo: ⁊ postea abstergunt.

¶ Modus operatiōis ceruse ⁊ ablutiōis: ⁊ electiōis ipi⁹ et que est bona: et que non.

MOdus faciēdi cerusam sicut fit in hispania: est vt accipias vas magnũ terre habens orificiuꝫ lati⁹ fundo eius: et ponas eũ in domo obscura plena fimo pecoꝝ: et sit remota a vento: et sit domus stricta: et sepeli duas ꝑtes vasis in illo fimo: et

illo fimo: ⁊ pone in fundo vasis parū aceti boni vetusti cū fece sua: ⁊ sup acetū pone iterū de vua bona ⁊ bene matura q̄d attingat vsq̧ ad mediū vasis: vł minꝰ parūp. Et caue ab vua nigra: ne cerusa destruat: et postea accipe pannū grossum de lana vł de pilo cuiꝰ forma rotūda formet ad mēsurā orificij vasis: ⁊ fac in ipo pāno triginta vł q̄dragīta foramina vł plꝰ vel minꝰ ẜm quātitatē orificij vasis: ⁊ suspēde in vnoquoq̧ foramine pāni filū vnū grossum et forte: et in capitibus filoꝝ liga laminas plūbi vnicuiq̧ filo laminā vnā: ⁊ longitudo vniuscuiusq̧ lamine sit duaꝝ partiū palmi vniꝰ: et latitudo vniuscuiusq̧ sit tertia pars palmi. Et spissitudo earū sit sicut grossitudo digiti vel circa illud: et suspēde laminas in vase lōge ab vuis circa mēsurā triū digitoꝝ: deinde coopias vas aliq̄ coopto:io q̄d coopiat os vasis cuꝫ toto illo coopto:io ꝑforato: et stringe coopto:iū bene: ne aer vel vētus ingrediat: ⁊ claude ostiū domus: ne vētus ingrediat in domū: et dimitte sic decē diebꝰ vel circa hoc ẜm qualitatē tpis: ⁊ postea aufer coopertoriū primū ⁊ ẜm perforatū: et aufer laminas paulatim. Nā tu inuenies in laminis cerusam q̄ declinat ad nigredinē parū: ⁊ tūc rade lamīas paulatim vnāquāq̧ per se: et postea repone eas in vase ẜm modū p̄dictū: et dimitte sicut fecisti piꝰ: postea iterū auferas: et rade: et aduna cerusam sic: ⁊ facias ita donec fere ꝯsumpte fuerint lamine: deinde pone ibi alias laminas plūbi nouas: ⁊ fac ita sepe si vis multā cerusam facere: ⁊ caue a fumo vasis: q: mł'tū ledit cerebrū. Postmodū aūt in tpe veris accipe q̄d collegisti ⁊ coadunasti: et pone totū ī magna pelui: ⁊ pōe sup eā aquā: ⁊ laua: ⁊ ꝓiice aquā q̄n cerusa descēderit ad fundū peluis: et pone aliā aquā: et fac ita donec nigredo recedat: ⁊ fiat alba et purgata a supfluitatibꝰ. Deinde facias ex ea magdaleones: et pone sup lapidē marmoris ad solē: et sine siccari: et custodias ipsam a fumo: ⁊ a vento: ⁊ a puluere: ⁊ repone: ⁊ serua.

¶ Modus abluendi cerusam ⁊ assandi ⁊ lauādi eā.

Tere cerusam: ⁊ pone in vase fictili cōcauo sup prunas: et fac ignē desubtus donec sit cōbusta: deinde remoue ab igne: et repone: et si vis ipam assare necesse est q̧ ponas eam in patella terrea super ignē: ⁊ agita ipsam donec cōuertatur in colorē cineris: postea aufer ab igne: ⁊ dimitte infrigidari ⁊ repone. Et si vis eam abluere: tere ipam in aqua sepe: ⁊ ꝓiice aquā sepe: et ablue: sicut lauatur scoria auri et argenti: quoꝝ modus dicet infra: ⁊ illa est bona cerusa que est multū candida: et partes eius sunt de se clare: ⁊ q̄n tangis eam digito inuenies partes eius lenes sine asperitate: ⁊ quando tu frangis aliquantulum ex ea vngue tuo: quod frangitur est sicut squama.


¶ Modus lauandi plumbum.

Oportet q̧ habeas mortariū et pistellū de plūbo: ⁊ ꝓiicias in mortario parū aq̄: ⁊ agita cuꝫ pistello diu donec aq̄ icipiat denigrari ⁊ igrossari: deinde cola ipaꝫ p pannū lineū: ⁊ fac hoc ter vel ampliꝰ: ⁊ dimitte q̄d colatū est quousq̧ descēdat plūbū ad fundū vasis in q̄ ipm colasti: ⁊ postea proiice aquā eius: ⁊ pone aliā aquā: ⁊ laua ipm sicut lauat scoria auri ⁊ argenti: ⁊ sepe quousq̧ non remaneat in aqua vlla nigredo. Et fac trocisco s ⁊ repone.

¶ Alius modus lauandi.

Sunt qui accipiunt plumbū purū et limant eū cum lima: ⁊ terunt eum cū aqua modica in vase q̄d dicit eorum lingua salaya: ⁊ pistellum est de petra: ⁊ proijciunt desuper ipsam aquā: ⁊ lauant ipsam in vase sicut dixi supra et cum manu adunant: ⁊ quod egreditur de nigredine proijciunt: et scias q̧ nō debet lauari vna vice multū ne conuertatur in cerusam: sed expectare parum: ⁊ reiterare aliam aquā: ⁊ sinere quousq̧ plumbū descendat in fundū vasis: ⁊ proijcere illam: ⁊ iterum mittere aliam. Finaliter ṽo debet abijci tota aqua et fieri ex eo trociscos. Et causa quare non debet multum exquisite ablui: est ne cōuertatur in cerusam.

¶ Modus qualiter lauatur scoria plumbi.



Accipe de scoria plumbi: ⁊ tere ipam bene: et pone aquā: ⁊ ablue: ⁊ proiice aquā semper ⁊ iterum pone aliam: et fac ita tandiu q̧ bene abluta sit: in fine ṽo expecta q̧ descendat scoria ad fundū vasis: ⁊ abijce aquam: ⁊ fac trociscos: ⁊ repone.

¶ Modus adustionis plumbi.



Consequenter ad declarandũ noĩa medicinarũ cõpositarũ in antidotario Nicolai descriptarum: vt magis breuiter et succincte significatio earũ nota sit oĩbus ⁊ precipue aromatarijs ⁊ alijs iuuenib[9] practicã incipiẽtibus. Non ergo expectes hic a me audire nisi declarationẽ vocabulorũ ipsarũ medicinarũ valde cõpendiose: ⁊ nõ virtutes earũ: q2 earũ virtutes ipse Nicolaus amplissime ponit. Nicolaus itaq3 primo in proemio sui antidotarij dicit q̈ si q̃s interrogaret quot requirunt̃ in omni vera dispẽsatione. Dicas tria. Primũ est vt oĩa equaliter .i. conuenienter ponderentur: tam in speciebus q̃3 in gummis: ⁊ herbis sm pondus vniuscuiusq3 rei. Scđo vt non sint nimia vetustate ↄsumpta. Tertio vt herbe: radices: et semina congruis tẽporib[9] sint collecta: ⁊ q̈ in cõgruis locis reposita cõseruent̃: et ab extrinsecis alterãtib[9] corrũpi: aut marcescere nõ possint: vtputa a fumo: humiditate: vel pluuia: vł puluere: vł sole. ¶ Quot requirunt̃ in conficiendo. Dico q̈ sm q̈ preallegato loco dicit Nicola. q̈ tria requirunt̃ in ↄficiẽdo .s. mellis puritas: ⁊ quãtitas q̃ sufficit: et eq̃litas .i. cõuentẽs specierũ et pulueris trituratio: ⁊ cribellatio: ⁊ in syrupis aque ↄsumptionis decoctio. ¶ Quare mel ponit̃ in medicinis. Dico sm Nicolaũ ibidem q̈ tribus de causis ponit̃ mel in medicinis. Primo ad cõseruandũ: nam pre ceteris liquoribus mel est maxime cõseruatiuũ. Scđo est valde modificatiuũ: idest correctiuũ malitie medicinarũ ⁊ precipue solutiuarũ. Tertio quia sua dulcedine amaritudinẽ temperat specierũ. ¶ Quot requirunt̃ in purificãdo: vł decoquẽdo mel. Dico q̈ duo requirunt̃ in purificãdo vel decoquẽdo mel: prio ne sit parũ coctũ: ne sit aquosum. Scđo ne sit nimis coctũ vsq3 ad duritiẽ: sed mediocriter: et sit bene dispumatũ. Cognoscit̃ aũt mel debite coctũ q̃n adheret digitis: et q̃n inspissat̃ cum frigescit super lapidẽ. ¶ Ultimo Nicolaus dicit in illo proemio q̈ specierũ aut pulueris trituratio vel cribellatio fit duobus modis: q2 in electuarijs nõ solutiuis species debẽt subtilissime puluerizari ⁊ cribellari. In alijs aũt medicinis ⁊ precipue laxatiuis debẽt esse grossiores: ⁊ nõ ita subtiliter puluerizate: ne sui subtilitate morã in stomacho attrahãt: et sic euacuẽt nimis: ne etiã subtilitate sui villis stomachi adherẽdo eosq3 scindẽdo et excoriãdo dissinteriã generẽt: vt scamonea: euforbiũ: ⁊ similia. Non laxatiue ṽo subtilissime terende sunt: vt sui subtilitate citius incorporent̃: ⁊ suos effectus citissime ↄsequãtur: hoc quidem plurimum est obseruandum in confortatiuis ⁊ restauratiuis electuarijs.

In purificando vel decoquendo mel q̃t requiruntur.

¶ Antidotariũ est liber continens antidota: antidotũ eñ est contra datũ .i. continens medicinas approbatas: ⁊ experimentata ↄtra morbos data. ¶ Et nota q̈ antidotariũ Nicolai p̃cedit sm ordinẽ alphabeti: q2 ponit primo medicamina incipientia ab .a. deinde ponit illa que incipiunt a .b. Et sic per ordinem alphabeti vsq3 ad .z.

¶ Incipit ergo ab aurea alexãdrina: quid ergo significat: et vnde dicitur. Dico q̈ aurea đr ab auro: alexandrina ṽo ab Alexandro peritissimo: a quo fuit cõposita ⁊ inuenta.

¶ Adrianum dictũ est ab Adriano romanorũ imperatore qui illud composuit.

¶ Acharistum sine munere interpretatur: quia sine munere patientie sanat catarrum.

¶ Athanasia .i. ĩmortal̃: q2 sepi[9] liberat ab extremis mort̃.

¶ Alchantalon: idest nuncium bonum.

¶ Anthameron: idest contra mortem.

¶ Antidotum emagogon .i. menstrualem sanguinẽ educens: prouocat enim menstrua.

¶ Blãcha đr: q̃m albos purgat hũores .i. phlegmaticos.

¶ Benedicta đr q2 ab oĩbus a quibus sumit̃ benedicit̃.

¶ Bñdicta trãstyberia: q2 trãs tyberĩ Rome fuit inuẽta.

¶ Confectio alipte muscate: alipta .i. mixtura ↄtra asma.

¶ Cõfectio gallie muscate: gallie: q2 ĩ gallia p̃uĩcia repta.

¶ Confectio nere .i. preciose medicine

¶ Diamargariton dicitur a dia quod est confectio: ⁊ duabus generibus margaritarum perforatarũ ⁊ non perforatarum: quia eius compositionem ingrediuntur.

¶ Diacameron .i. ducens hominem de morte ad vitam.

¶ Diamoron a moris celsi dictum.

¶ Dianthos dicitur: quia fit ex floribus de dendrolibano idest rorismarini.

¶ Diasatirion a radicibus satirionum đr: satiriasis enim grece latine virge erectio: quia facit homines potẽtes ad coitum: ⁊ incitat virge erectionem.

¶ Diaprunis vel diamascenũ a prunis damascenis dicit̃.

¶ Diaprassium a prassio viridi .i. marubio quod intrat in eo plus q̃3 de alijs.

¶ Diaolibanum dicitur ab olibano quod ibi ponitur.

¶ Diarodon abbatis đr a rosis q̃ intrant in eo plus q̃3 de alijs specieb[9]: abbatis: q2 ab abbate de curia fuit ↄpositũ.

¶ Diapenidiũ đr a penidijs que ibi intrãt pl[9] q̃3 de alijs.

¶ Diaciminum dicitur eo q̈ de cimino intrat plus q̃3 de alijs speciebus in eo.

Diadragagantum a dragaganto quod intrat in eo.

¶ Diacastoreon dicitur a castoreo .i. testiculis illius animalis qui in eo ingrediuntur.

¶ Diacostum a costo quod intrat in eo.

¶ Diairis dicitur a radice illa que ireos vocatur: ⁊ est radix scilicet liliorum azurorum.

¶ Diacalamẽtũ đr a calamẽto q̃đ principal̃r intrat in eo.

¶ Diacodion dicitur a codione quod est papauer nigrũ: ⁊ eius ingreditur compositionem.

¶ Diasene đr a sene que ibi ponit̃ plus q̃3 de alijs.

¶ Diacitoniten dicitur a citonijs ex quibus fit.

¶ Diambra dicitur ab ambra que ibi recipitur.

¶ Diamiconis dicitur a micodione: idest papauere albo.

¶ Diapapauer đr a papauere albo q̃đ ibi ingreditur.

¶ Esdra dicta est ab Esdra propheta qui eam cõposuit.

¶ Electuarium ducis dicitur ab abbate de curia qui ip̃m composuit ad instantiam ducis.

¶ Electuarium pliris arcoticon .i. completa medicina.

¶ Electuariũ de succo rosarum ab eodẽ succo dictũ est.

¶ Electuarium psiliticum a psilio dictum est.

¶ Electuariũ frigidũ Cophõis .i. illi[9] medici q̃ ip̃z ↄposuit

¶ Emplastrũ .i. dura ↄfectio: apostolicon .i. supremissimũ.

¶ Emplastrum ceroneum a cera sic dictum.

¶ Emplastrum oxicroceum dicitur ab oxi quod est acetũ ⁊ croceum quod est crocus.

¶ Emplastrum diaquilon: idest mollificatiuum.

¶ Emplastrum de palma dicitur quia cum spatula viridi vel cum palma conficitur.

¶ Filoantropos amicus hoĩs vel misericors interpretat̃.

¶ Filonium: idest nouus amicus.

¶ Gariofilatum dicitur a gariofilis qui ibi intrant.

¶ Gios otheos: idest filius Dei.

¶ Igia greca: idest saluatrix: greca a grecis inuenta.

¶ Idrotipion olimpiacũ idrotipion .i. potus ↄtra rigorẽ: olimpiacũ ab olimpio philosopho et medico ei[9] inuẽtore.

¶ Iustinũ a Iustino imperatore factum ⁊ inuentum.

¶ Catarticon imperiale .i. laxatiuum pro imperatoribus ⁊ pro alijs delicatis hominibus.

¶ Litontripon .i. cõterens ⁊ frangẽs lapidẽ interpretat̃.

¶ Leticia dicta est quasi tristitiã auferendo: et claritatem et gaudium adducit.

¶ Mitridatum: hoc est mater omnium antidotorum: vel dicitur a mitridate rege qui ip̃m composuit.

¶ Musa enea a peritissimo philosopho Musa inuenta.

¶ Micleta: idest experta.

¶ Mel rosatum appellatur a grecis rodomel.

¶ Opopira đr a succo ⁊ igne: opos eñ grece latine succ[9]: pir ignis: inde opopira .i. succus ignitus: ⁊ hoc electuariũ cõpositũ est a sanctissimis medicis Cosma ⁊ Damiano.

¶ Oxi dicitur ab acetoso succo malorum granatorum.

¶ Oxizaccara dicitur ab oxi q̃đ est acetum ⁊ zuccaro.

¶ Oximel simplex dicitur ab oxi quod est acetũ ⁊ melle.

¶ Oximel compositũ similiter dicitur: sed compositum: q2

multe res in eo ingrediuntur.
¶ Oximel squilliticum ab aceto ⁊ melle ⁊ squilla.
¶ Oximel passularum ab aceto ⁊ melle ⁊ passulis dicitur.
¶ Oleū rosaceū dr ab oleo ⁊ rosis in eo ingredientibus.
¶ Oleū mandragoratū ab oleo ⁊ suc. pomorꝝ mādragore.
¶ Oleum frigidissimum viride dicitur ab herbis frigidis ⁊ viridibus que in eo ingrediuntur.
¶ Potio sancti Pauli dr qꝛ sanctus Paulus eā cōposuit.
¶ Paulinum antidotum: idest magnum antidotum: quia magnam virtutem ⁊ efficaciam habet ad multa.
¶ Panchristum antidotū: pan. i. totum christū. i. chrismate vnctum: idest contradatum.
¶ Potio muscata a musco dicta est.
¶ Pigra. i. amara a Galeno inuenta.
¶ Pilule sine quibꝰ esse nolo. pilule a rotunditate dicunt: sine quibus esse nolo pro nimia earum efficacia et virtute.
¶ Pilule auree ad similitudinē auri dicuntur: quia sicut aurum inter omnia metalla est preciosius: sic pilule iste inter omnes preciosiores habentur.
¶ Pilule diacastoree a castoreo dicte sunt.
¶ Pilule de cinoglossa a cinoglossa herba.
¶ Pilule de quinqꝫ generibus myrobalanorum: ab ipsis myrobalanis denominate sunt.
¶ Pilule artetice. i. mēbrorꝝ: artos enī grece latine mēbrū.
¶ Pilule bichichie depresse ⁊ nō rotunde: et sunt lenitiue contra tussim: tenentur enim sub lingua: ⁊ paulatim degluciuntur: ⁊ fiunt in forma lupinorum.
¶ Pilule fetide dicte sunt qꝛ fetidos et corruptos hūores educūt: vl' qꝛ aliq̄ fetida in eis igrediunt: vtputa castoreū: serapinū: opoponacū: succus porrorꝝ cum quo cōficiunt.
¶ Pilule cohie: idest capitales.
¶ Pilule de hermodactylis ab ipsis denominantur.
¶ Pilule assataret. i. capitales: quadrumeron. i. medicamen ex quatuor rebus.
¶ Rosata nouella a rosis: dicta nouella respectu veteris que recipiebat sulphur viuum.
¶ Rubea trociscata: rubea dicitur ab ip̄o colore: trociscata a trociscis qui ibi recipiuntur.
¶ Requies dicitur ab effectu quem inducit: quia requiem somnum ⁊ quietem patientibus affert.
¶ Rodozaccara. i. zuccarꝝ rosatū a rodon qd est rosa: ⁊ zaccara qd est zuccarū: inde rodozaccara. i. zuccarū rosatum.
¶ Rodomel. i. mel rosatum a rodon quod est rosa: et mel idest rosatum mel.
¶ Sotira saluatrix interpretatur.
¶ Sal sacerdotale dictum est: quia eo vtebantur sacerdotes tempore Helie prophete.
¶ Syrupus dicit a syr qd est cōfectio: ⁊ opos succus: inde syrupus idest liquida confectio de succis.
¶ Stomatichon. i. confortatiuum stomachi. Et diuidit: qꝛ quoddā est stomatichon calidū: ⁊ quoddā frigiduꝫ.
Cōtra Nicolaum. ¶ Tyriaca magna Gal. qꝛ Gal. eā cōposuit. Dico qꝫ nō est verū salua pace Nicolai: qꝛ Andromachus singularis medicus eam cōposuit. Et cum dicit vlterius tyriaca dr a trociscis de tyro qui in ea reperiunt. Dico qꝫ non est verū: qꝛ fiunt alie tyriace q̄ tñ nō denominant a tyro: qꝛ trocisci de tyro eas non ingrediūtur: vt tyriaca diatesseron: et tyriaca
Tyriaca vnde. Dioscoridis: ⁊ tyriaca exercitualis ⁊c. vñ tyriaca dr q̄si medicina ꝯ venenū: et dr dña medicinarꝝ: vt supra declaraui.
¶ Tyriaca diatesseron. i. de quatuor rebus.
¶ Tyriaca exercitualis. i. pro conseruando exercitu gentium contra corruptionem aeris ⁊ epydimiam.
¶ Trifera saracenica: trifera dr qꝛ hoīem iuuenē reddit: saracenica: qꝛ a saracenis inuenta est: ⁊ descripta est.
¶ Trifera magna dr qꝛ fructum magnū confert mulieribus: ⁊ proprie matricibus earum qñ dolorem matricis patiuntur dando eis cum vino decoctionis arthemisie.
¶ Trifilon. i. de folijs rute viridibus.
¶ Triasandali dicitur a tribus generibus sandalorum que ponuntur in eis.
¶ Theodoricō dicit a Deo datū: yperiston. i. bene exptū.
¶ Theodoricon anacardinū: theodoricon dr a Deo datū: anacardinum ab anacardis qui in eo reperiuntur.
¶ Trocisci diarodon: trocisci. i. rotunda confectio: diarodon: idest de rosis.
¶ Trocisci diaui. i. de violis que in eis ingrediuntur.
¶ Trocisci hydiocri sic dicti a cōpositore qui Hydiocrus dicebatur.
¶ Trocisci croci a croco.
¶ Trocisci squillitici a squilla.
¶ Trocisci tyri a tyro serpente.
¶ Trocisci diacoralli a corallis.
¶ Trocisci cāphorati a cāphora dicti. Reliq̄ spēs trociscorū Nicolai clare sunt: ⁊ nō indigent expositione.
¶ Vomitus Nicolai. i. vomitiuū a Nicolao compositum.
¶ Vnguentū marciatō a marciatōe medico inuentum.
¶ Vnguētū citrinū dr: qꝛ in pomo citri decoquitur.
¶ Vnguētū populeō: qꝛ fit de oculis arboris q̄ populꝰ nominatur: ⁊ fit in tempore veris.
¶ Vnguē. agrippe dr eo qꝛ rex Agrippa iudeorꝝ vtebat eo.
¶ Vnguentum arogon. i. adiutorium.
¶ Vnguētū caliston dialtee. i. calefactoriū: calistō. i. mollificatiuū. Dialtee dr a duabꝰ spēbus radicū euisci vl' altee que in eo ingrediuntur.
¶ Vnguētū aureū dcm̄ ē p excellētiā: qꝛ sic aurū ē p̄ciosuꝫ inter metalla: sic vnguentū istud inter cetera vnguēta.
¶ Vnguentū laxatiuū: qꝛ vnctio ex eo laxat: sicut medicina laxatiua.
¶ Vnguentum fuscum. i. nigrum.
¶ Vnguentū album a cerusa alba que ingreditur.
¶ Vnguentū viride dictuꝫ est a viridi colore eris quod in eo ingrediatur.
¶ Hieralogodiō mēphitū. i. impedimētū: hiera. i. sacra: logos. i. sermo: memphitū. i. impeditio: hec hiera curat impedimentū sermonis ⁊ locutionis.
¶ Hiera Ruffini ab autore qui eam composuit.
¶ Hiera Galeni ab ipso Galeno.
¶ Hierapigra Cōstātini a Cōstātino medico sic dicta ē.
¶ Hierapigra abbatis ab abbate de curia: q̄ eā cōposuit.
¶ Zinziber conditum. i. zinziber viride conditum.
¶ Notādū est vlterius qꝫ nō est mirādū si hic nō sunt collecta oīa electuaria ⁊ pilule ac syrupi: trocisci: cōfectiōes: ⁊ etiā aliqua plura q̄ ponit Nicolaus: qꝛ in aliquibus antidotarijs repiunt: ⁊ in aliquibus pauciora: sufficit ergo qꝫ hic sunt famosiora: ⁊ vtiliora.
¶ Tertia particula de dosibus ⁊ ponderibꝰ: ac de eorꝝ nominibus et differentijs ⁊c.

Restat amodo de dosibꝰ ⁊ pōderibꝰ: ac etiā de eorꝝ noibꝰ ⁊ differētijs diligētissime ptractare s'm cōem vsum modernorꝝ: qꝛ multa repiūtur q̄ sunt antiq̄ ⁊ spernēda: qꝛ nō sunt in vsu.
¶ Si ergo aliq̄s doctus medicus examinauerit aromatariū inq̄rēdo q̄d sit dosis. Respondeat sic. Dico qꝫ dosis est limitata mēsura vel pōdus alicuiꝰ rei medicinalis simplicis vel ꝯposite specierꝝ: aut herbarū: seminū vl' radicū electuariorꝝ: pilarꝝ: vnguētorꝝ ⁊c. vl' meliꝰ sic diffinit. Dosis est limitata mēsura vl' quātitas simplicis vl' ꝯposite medicine solutiue vl' alteratiue: q̄ de se apta nata ē facere sufficiētē opationē: ⁊ nō diminutā: neqꝫ supfluā ⁊ notāter dicit de se: qꝛ rōne corpis vl' hūoris qñqꝫ pōt facere superfluā vel diminutam operationem. Prīa definitio dosis. Scda ⁊ melior.
¶ Quid intelligit qñ in receptis pōit ana. dico qꝫ ana est dictio arabica: ⁊ tm̄ importat quantum equaliter. Ana qd.
¶ Quid est qꝫ in antidotario Nicolai in aliq̄bꝰ dispensationibꝰ electuariorū vel cōfectionū ⁊c. dr medietas eius ē lib. ij. vl' medietas eiꝰ est lib. j. ß. qualiter hoc intelligit. Dico qꝫ reperiūtur duo antidotaria Nicolai. s. magnū: ⁊ dicit Nicolaꝰ magnꝰ: ⁊ puū: ⁊ dr Nicolaus paruus: ⁊ isto vtimur communiter. Unde nota vlteriꝰ qꝫ in Nicolao magno sunt descriptiones electuariorꝝ: vel confectionum: ⁊ aliorū. In Nicolao puo sunt dimidiata in dosi ⁊ minorata: ⁊ aliqñ s'z tertiā partem dispensata: ⁊ ideo dicit aliqñ in Nicolao puo medietas electuarij descripti ī antidotario Nicolai maioris est li. ij. ex quo sequit qꝫ descriptio integra eiusdē electuarij in Nicolao maiori est li. iiij. ⁊ sic de alijs dicitur: ⁊ lꝫ hec respōsio cōiter assignet a multis: mihi tñ minime placet: qꝛ est sine rōne. Rñsio aliorꝝ. Impugnatio. ¶ Nota etiam qꝫ in nicolao maiori multa plura antidota: ⁊ electuaria: pilule: et confectiones ⁊c. ponunt q̄ꝫ in Nicolao minori: illa tamen que sunt in Nicolao minori sunt etiā in Nicolao maiori: ⁊ s'm maiorē dosim ⁊ nō econuerso. ¶ Primo ergo queritur quot sunt pōdera vsualia: ⁊ nomina eorꝝ que aromatarij tenētur scire: ⁊ quibus medici et

bus medici ⁊ aromatarij quotidie vtunt. Dico ꝙ pondera vel mensure que in arte medicinali reperiunt: hec sunt que subtili ingenio ⁊ solerti studio ac summa ordinauimus diligentia ad opus aromatariorū et doctrinā omniū in arte medicinali studere volentiū: vt in his ponderibus omnes medicine tam simplices ꝙ composite valeant ponderari.

¶ Incipiamus itaqꝫ a scropulo: cuius hec est figura. ℈. ascendendo vsqꝫ ad librā q̄ ex. xij. ℥. integrat. Sed ante videam' de granis ex q̄b' scropuli: ⁊ drachma: ⁊ alia pōdera integrant. Unō si querat quare pōdera medicinalia sunt ꝑ grana frumēti collecta et mēsurata ab ipis medicis. Dico ꝙ ideo factū est ne forte ꝑ pondera artificialia interdū medici ⁊ aromatarij decipiant: ⁊ iō tutius ⁊ securi' fuit fundamentū et stabilitatē habere ex aliq̄ re naturali: sicut est triticū seu frumētū: mēsurādo cū ꝑfecto tritico oīa pōdera .s. scropulū: drachmā: vnciā: librā: ⁊ ꝯsilia: q̄ sic faciēdo si oīa pondera artificialia ex plūbo vel ex ere vel ex alio metallo facta perderent: vel si in aliquo deficerent: tunc possemus ꝑ grana tritici que sunt naturalia ipsa artificialia pōdera mensurare: ac remouere: ⁊ de nouo fabricare: ⁊ equare.

¶ Nota etiā ꝙ grana tritici sunt ſm diuersas ꝓuīcias maiora vel minora: seu grossa vel minuta. Medici aūt ⁊ aromatarij ꝓ faciēdis pōderib' debēt eligere mediocria: ⁊ ex illis facere pōdera de plūbo: aut de stāno: vł alio metallo.

¶ Si querat quid est scropul': et quot scropuli faciūt vnā drachmā. Dico ad ꝓpositū redeundo ꝙ scropulus est tertia pars drachme: ⁊ est pondus. xx. granorum tritici.

¶ Quid est drachma. Dico ꝙ tres scropuli faciūt vnam drachmā: ⁊ sic ipa drachma est pondus sexaginta granoꝝ tritici: cuius drachme hec est figura. ʒ.

¶ Quid est exagiū: exagiū est pōdus vnius. ʒ. cū dimidia: ⁊ sic est nonagita granoꝝ tritici: ⁊ dr ab a q̄ est sex: et gios mensura: q̄ sex exagia faciūt ⁊ mensurant vnā vnciam.

¶ Quid est solidum: differt solo nomine ab exagio: q̄ tm̄ valet quantum exagium.

¶ Quid est aureus: aureus etiā est pondus vni' drachme cum dimidia: ⁊ est idem cum exagio ⁊ solido.

¶ Item sex exagia faciunt vnam vnciam.

¶ Quot drachme faciūt vnā vnciā. Dico ꝙ. ix. drachme faciūt vnā vnciā: ⁊ hoc ſm Salernitanos: aliter etiā faciūt Paduani doctores: q̄ faciūt vnā vnciā ex octo drachmis. Neapolitani ꝟo faciunt vnam vnciam ex decē drachmis. Cōiter tn̄ tenet ꝙ vncia cōstat ex. ix. drachmis. Uncia aūt sic figurat. ℥. Et sic. ℥. paduana est minor. ℥. salernitana: q̄ illa est ex. viij. drachmis: ⁊ ista est ex. ix. drachmis: et. ℥. que est ex. ix. drachmis est minor illa que est ex. x. drachmis.

¶ Querit ex q̄t granis ꝯstat. ℥. tenēdo igit vt cōiter tenet ꝙ. ℥. j. cōstat ex. ix. drachmis: et quelibet drachma cōstat ex sexaginta granis: sequitur ꝙ. ℥. constat ex. cccccxl. granis.

¶ Quid est libra: ⁊ ex quot vncijs cōstat libra vna: cōstat ex. xij. vncijs. cviij. ʒ. faciunt vnam libram.

¶ Et si queratur quot grana faciunt vnam libram. Dico ꝙ. vj. m. cccclxxx. faciunt ⁊ integrant vnam libram.

¶ Quid est sextarium medicinale: sextariū medicinale est pondus duarum librarū cum dimidia: vnde qn̄ reperitur in receptis medicinale sextariū vini: vel olei: vel aceti q̄d intrat in medicinis: intelligitur libre. ij. ß.

¶ Quid est cotula: similiter cotula solo nomine differt a sextario: q̄ est pondus lib. ij. ß. sicut est sextarium.

¶ Sed aliqui faciunt differentiam inter cotilam et cotulā quia cotula est pondus lib. ij. ß. vt dictum est: sed cotila est pondus nouem vnciarum.

¶ Quid est obolus: est pōdus medij scropuli: vł ſm alios est quinta pars vnius drachme.

¶ Quid est lrist: est pondus vnius libre cū dimidia: lirat est grana quatuor.

¶ Quid est emina: est pondus vnius lib. ⁊ vnciarum triū.

¶ Quid est calculus: est pondus duorū granorū ciceris: et quarta pars oboli: vnde quatuor calculi faciunt vnū obolum: ⁊ duo oboli faciunt scropulum.

¶ Quid intelligitur per grana quando reperitur in receptis grana. ij. vel grana. v. Dico ꝙ intelliguntur grana tritici: nisi aliter exponeret per medicum dispensantem ipam receptam: verbi gratia: si dicetur grana. v. ordei.

¶ Quid intelligitur per manipulum in receptis: intelligitur quantum potest manu capi. verbi gratia dicendo. ℞. camomille. M. j. intelligitur quantū potest manu capi.

¶ Quid ē pugill' itelligit quātū pōt cū pugillo stricto capi.

¶ Quid est satil. est pondus duorum sextariorum.

¶ Quid est lirat: est pondus trium granorum.

¶ Quid est ramich: est pondus sex lirat.

¶ Quid est carmes: est pondus vnius grani ordei.

¶ Quid est danic. est pōdus sex granorū ordei: ⁊ ſm alios est pondus trium granorum ordei.

¶ Quid est sacrarati: est pondus vnius aurei cū dimidio.

¶ Quid est anulasach: est pondus ꝯsimile illi ſm aliquos: sed ego non credo: quia aliter reperi.

¶ Quid est arsinum: est pondus. ʒ. ß.

¶ Quid est decamech: est pondus. ʒ. j.

¶ Quid est darchiminum: est pondus. ʒ. ß.

¶ Quid est bactath: est pondus nouem granorum.

¶ Siliqua est pondus quatuor granorum ordei.

¶ Quid est rasicij: est pondus. ℈. j. ß.

¶ Uersus.

Audi letando quid dicam versificando.
Collige triticeis Medicine pondera granis.
Grana quater quinqꝫ scropuli pro pondere sume.
In drachma scopulus ter surgit multiplicatus.
Si solidum queris tres drachmas dimidiabis.
Exagium solido differt in nomine solo.
Aureus exagio solidoqꝫ parificatur.
Constat ex solidis vel ter tribus vncia drachmis.
Uncia pars libre duodena quis ambiget inde.
Si queris pondus quid habet sextarius vnus.
Librarum quinqꝫ pondus debet mediare.
Cotula sextario differt in nomine solo.
Continet eminas sextarius vtputa binas.
Ut fertur obolus semis scropulus esse probatur.
Cetera mensure non sint tibi nomina cure.
Nam q̄ sunt ficta: sordescuntqꝫ derelicta.
Non eris illusus si tenes quod tenet vsus.

¶ Quarta particula de modo conficiendi omnia necessaria in qualibet aromataria.



Dicendum est deinceps vt aromatarij sint bene docti ⁊ experti in ꝯficiendo cōfectiones: et electuaria: quot spēs sint ponēde pro li. mellis vel zuccari: ⁊ quāta cera ꝓ libra olei in vnguētis. Et etiā dicendū est aliquid de syrupis: iulep: sacculis cordialibus: ⁊ emplastris: cōseruis cerotarijs: ⁊ quare cera est ponēda: ⁊ de cōmixtione aquarū cum syrupis: ⁊ de quantitate decoctionis in clysterijs.

¶ Queritur quot species sunt ponende pro libra mellis. Dico ꝙ in cuiuscunqꝫ electuarij de mellis cōpositione: vel alterius liquide confectionis ex melle: regula est pro quacunqꝫ libra mellis ponat. ℥. ij. specierum: sed aliqui ponunt interdū pro quacunqꝫ libra mellis. ℥. iij. specierū: ⁊ hoc forte habet veritatē in laxatiuis: et tpe hyemali: q̄ in hyeme ponuntur plures species ꝙ in estate.

¶ Queritur quot species ponuntur pro libra zuccari solida i ꝯfectiōe. Dico ꝙ i solida ꝯfectiōe de zuccaro ponunt. ʒ. vj. vel. viij. ad plus specierū ꝓ vna lib. zuccari: sed in ꝯfectionibus solidis cordialibus sufficit. ℥. ß. specierum pro vna lib. zuccari: quia multitudo specierū destruit aliquādo saporem confectionis: et gustum infirmi: vel etiam stomachum sani hominis nauseat.

¶ Nota ꝙ sunt alique confectiones zuccari in quibus ponuntur. ℥. iij. specierū: vt in diafinicone: ⁊ in diasatirione.

¶ Querit de syrupis quantū mellis vel zuccari ponit pro li. aq̄ vel decoctiōis. Dico ꝙ in cōpositiōe syrupoꝝ in quacunqꝫ lib. aque vel decoctiōis ponit lib. mellis vel zuccari.

¶ Querit sir de iulep quātū de zuccaro dꝫ poni pro quacūqꝫ lib. liquoris. Dico ꝙ in cōpositione iulep in quacūqꝫ libra liquoris. ℥. viij. zucca. vł. ℥. vj. ⁊ aliqn̄. ℥. v. aliqn̄. ℥. iiij. ſm ꝙ magis dulce: aut min' dulce vult facere. Et reperitur iulep longum. i. aquosum modice decoctionis: sed non diu durat. Aliud est iulep densum: et magis compactum: quia magis coctum: ⁊ tale diutius durat. Iulep duplex.

¶ Querit quot species debēt poni in sacculis cordialib' qui fiūt de sindone de grana: vel de scarlato: ponit cōiter ℥. j. vel. ℥. j. ß. ad pl'. In exteri' applicādis: vt emplastris ⁊ sacculis semꝑ herbe limitant: ⁊ dosant per manipulos.

¶ Querit q̄uo fiunt ꝯserue rosate diaboraginate: vł vio-

late. Si velis bonā ꝯseruā facere debes ponere li.j.zuccari ꝓ dimidia li. rosaꝝ vel alioꝝ florū pistādo rosas rubeas electas cū zuccaro siꝉ in mortario: vel violas: aut alios flores: deinde p̄dicta ꝯserua ad solē tenēda est dieb⁹ plurib⁹.

¶ Queriꝉ quot species debent poni in cerotariꝭ Dico ꝙ in cerotariꝭ mediocribus semper ponuntur.iij. vel.iiij.ʒ. specierū: et quodlibet cerotum si est magnū debet esse.iij.℥. si mediocre.ij.℥. si paruū.j.℥.

¶ Queriꝉ quanta cera debet poni pro lib. olei in vnguentis. Dico ꝙ in cōpositione vnguentoꝝ pro.℥.ij. olei poniꝉ cōiter.℥.ß. cere: vnde pro lib.j. olei ponuntur.℥.iij. cere.

¶ De spēb⁹ vel de puluerib⁹ in vnguētis ponim⁹ ſm opportunitatē: vꝉ ſꝫ ꝙ volum⁹ facere vnguētū durū: vꝉ molle.

¶ Queriꝉ de puluerib⁹ quantū debem⁹ dare de puluerib⁹ in potu. De puluerib⁹ absolute.ʒ.j.ß. vel.ʒ.ij.⁊ alij.ʒ.ß. cum vino aut cū aliqua decoctione appropriata: vꝉ cū aqua distillata ⁊ pl⁹ ⁊ min⁹ ſm etatē ⁊ virtutē egri: ⁊ ſm ꝙ puluis est solutiuus. ¶ Si q̇s quereret quare syrupi danꝉ cū aq̇s: vel cū decoctionib⁹ simul cōmixtis. De syrupis dico ꝙ nō danꝉ cōiter sine aq̇s: vel sine decoctionibus appropriatis: q꞉ syrupi cōmixti cū aq̇s efficiunꝉ magis liquidi: ⁊ etiā melius penetrāt ad membra: ⁊ possunt melius transglutiri.

¶ Sed nota vlteri⁹ ꝙ meli⁹ ē ponere plus de syrupis ⁊ minus de aqua: q̄ȝ econtrario: q꞉ maiorem morām trahunt in stomacho et epate: ⁊ sic melius digerūt materiā peccantē: q̄ȝ si plus de aqua poneref: q꞉ cuꝫ multa aqua vel cum multa decoctione sunt liquidiores: ⁊ citi⁹ transeūt a stomacho ⁊ ab epate: vnde debem⁹ tantā aquam ponere quāta sufficiat ad transgluttiēdum syrupū. Sed aduerte ꝙ si volueris aliquē syrupū iulepizare vel clarificare: tunc debes ponere de aqua magis: ⁊ minus de syrupis.

¶ Nota ꝙ lōge melius operanꝉ syrupi turbidi.i. nō clarificati q̄ȝ iulepizati: ſꝫ aliq̄n ad ꝯplacētiā egroꝝ: vt syru. pulchriores appareāt necesse est eos clarificare: et iulepizare.

¶ Nota vlteri⁹ ꝙ de syrupis ſm cōmunē practicā exhibemus.℥.j.ß. tantūdem de aquis vel ad plus.℥.ij. de aq̇s: vel loco aquarū decoctiones simul cōmiscendo cum syrupo.

¶ Queriꝉ de clysteriꝭ quāta quātitas decoctionis debet administrari: ⁊ quāta quātitas olei: ⁊ quāta quātitas casie vꝉ hierepigre: vꝉ bn̄dicte: ⁊ alioꝝ *electuarioꝝ*. Dico de mēsura decoctiōis admiſtrāde i *clysteriꝭ ē quātitas vni⁹ li.* cū dimidia.s.xviij.℥.⁊ *salis*.℥.j.⁊ hierepigre ⁊ bn̄dicte ſm opportunitatē: ⁊ etatē ac ꝟtutē: q꞉ aliq̄n ponim⁹.℥.j. aliq̄n.℥.ß.⁊c. Et hoc totum intellige ſm magis ⁊ minus: ⁊ ſm etatem ⁊ cōplexionē: q꞉ in viris ⁊ mulieribus fortis cōplexionis predicta quātitas decoctionis salis ⁊ olei ⁊ aliorū est cōuentēs quātitas: sed pueris ⁊ debilibus ac delicatis dꝫ esse minor quātitas.s. subdupla: q꞉ medietas sufficit: in infantib⁹ ꝟo sufficit quātitas vni⁹ ciathi in clysterib⁹ eoꝝ ⁊c. Et oīa fiāt ſꝫ prudētiā ⁊ discretionē peritissimoꝝ doctoꝝ medicoꝝ: q꞉ sola discretio facit medicū. scđo colliget Auer.

¶ Quinta particula de colligendis herbis: floribus: seminibus: ⁊ radicibus ⁊c.

SI queraꝉ q̇ tp̄e sunt colligēdi ab aromatariꝭ flores herbaꝝ: semīa ac radices: ⁊ vbi sunt exiccādi: ⁊ q̇ tp̄e sunt aq̄ distillāde. Dico ꝙ in vere.s. in mense aprilꝭ ⁊ maij sūt p̄mo herbe: scđo flores colligēdi.

¶ Semina ꝟo sunt colligēda in estate: scꝫ iunij mense vel iulij: quia tunc sunt completa.

¶ Radices ꝟo in autumno sunt colligende: quia tunc folia ⁊ semina ceciderūt: vel sunt exiccata: ⁊ tunc tota virtus herbarum est reposita in radicibus.

¶ Dico vlterius ꝙ herbe sunt exiccande ad vmbram.

¶ Semina ꝟo ad lentum solem.

¶ De radicicib⁹ ꝟo distīgue: q꞉ q̄dā sūt ad solē exiccāde: sic sūt radices magne valde grosse: q꞉ dēse s̄be: vt radix briōie: reupōtici: aristo. gētiane: mādrag.⁊ sic de ꝯsiꝉib⁹. Sꝫ radix ireos: petroselini: apij: feni. gariofilate: asari: ⁊ cōsiꝉiū: q̇ sūt rariores sub̄e dn̄t ad vmbrā exiccari: ⁊ oīa p̄dicta.s. herbe: flores: semi. et radices nūq̄ȝ sunt reponēda nisi sint debito mō ⁊ ꝯgruo tp̄e exiccata alioq̇n putrescerēt. Et cauēdū est ne reponanꝉ ad fumū vꝉ ad solē: aut i loco hūido vꝉ puluerulēto: q̄m putrescerēt: ⁊ ꝟtutē amitterēt: dn̄tꝗ ꝯseruari dicte herbe i sacculis de lino. Semina ꝟo ac flores ⁊ radices in sacculis: ⁊ oēs seorsum ⁊ sigillatim de per se cōseruenꝉ.

¶ Alia doctrina.



MOtādū est vlterius ſm doctrinā Raynaldi de villa noua in quodā suo lib. de simplicib⁹ ꝙ ad hoc vt ipse herbe ac flores: radices: ⁊ semīa habeāt singularē virtutē: ⁊ ꝓprietatē ad morbos sunt colligēda ſm diuersa signa zodiaci. Quedam enim sunt mobilia.s. q̄tuor: vt aries: cancer: leo: capricornus: ⁊ in istis signis mobilibus colligende sunt herbe: succi: seīa: ac radices laxatiue: q꞉ felicius ⁊ citius operabunꝉ verbi grā: de herbis: vt mezereō: sene: laureola. De seminibus: vt semē cartami: semē laureole. De succis vt scamōea: succ⁹ ireos: ⁊ cucumeris siluestris. De radicib⁹: vt turbith esula: reubarbarū: ⁊ consimilia. Quedam ꝟo alia signa scilicet alia q̄tuor sunt stabilia seu fixa.s. scorpio: leo: taur⁹: et aq̄rius. Et in istis signis sunt colligende herbe: succi: radices: ⁊ semina stiptica ⁊ ꝯstrictiua: q꞉ sic melius operabunꝉ ꝯtra fluxū: ⁊ contra dissinteriam ⁊ vomitum: verbi gratia de herbis vt plātago myrtus filices. De succis: vt succ⁹ citonioꝝ: acatie: succus myrtilloruꝫ. De radicib⁹: vt radices filicū. De seminib⁹ stipticis coriandrum: semen myrti: ⁊ semē rose ⁊c. De fructib⁹: vt sorbe: citonia: granata: pira: nespilla: sumach: galla. Quedā ꝟo alia signa zodiaci scꝫ reliqua q̄tuor sunt mediocria: scꝫ neq̄ȝ stabilia: neq̄ȝ mobilia: sed media scꝫ: virgo: sagittari⁹: gemini: ⁊ pisces: in quib⁹ colligēde sunt herbe: radices: semina q̄ nec sunt solutiua: nec stiptica: vt feniculus: apiū: abrotanum: arthemisia: menta et eorum semina.

¶ Alia doctrina.



ET q꞉ ista doctrina ē nimis speculatiua ꝑ aromatariꝭ: iō dimittaꝉ peritissimis doctorib⁹ medicine q̇ tenenꝉ habere noticiā astrologie: alioq̇n male curabūt egros: opꝫ ꝙ colliganꝉ i tp̄e sereno ⁊ claro nō vētoso: ⁊ opꝫ ꝙ nō colliganꝉ nisi in fine bonitatis ⁊ maturitatis eaꝝ in suo tp̄e: non q̄n sunt vetuste ⁊ ꝯsumpte ꝓpter aliquā īfirmitatē eaꝝ: ⁊ herbe q̄ colligunꝉ in terris mōtuosis duris sunt fortioꝝ ꝟtutꝭ q̄ȝ q̄ colligunꝉ in vallib⁹ ⁊ terra pigui: ⁊ in viridariꝭ hortis. Et opꝫ ꝙ eligas ex herbis q̄ sunt plures ramose: ⁊ que sunt cōplete cū seminibus suis sicut debent esse sicut sticados mētastrū: mesir.i. diptamus ⁊ asach.i. tribulus marin⁹ ⁊ hyssopus: ⁊ siꝉia. Et flores opꝫ colligi anteq̄ȝ cadāt: vt flores alcāne: tormētille: viole: sambuci.i. ysemini ⁊ siꝉia. Sed tp̄s colligendi fructus est q̄n sunt boni maturi: sicut vue: ⁊ ficus: dactyli: pira: poma: pruna: ⁊ siꝉia. Et seīa opꝫ colligi q̄n incipiūt exiccari: ⁊ cadere: ⁊ anq̄ȝ cadat sup̱ ea aq̄ q̄ illa destruat. Et tp̄s colligendi radices: ⁊ ramulos: ⁊ cortices est q̄n incipiūt cadere folia eoꝝ: oꝫ ꝙ succi plātarū ex folijs ⁊ ramis eaꝝ exprimanꝉ dum sunt adhuc tenere sicut ⁊ memithe ⁊ gasir: ⁊ est semꝑuiua: succ⁹ hypoquistidos: ⁊ absinthij: ⁊ siꝉiū. Et oportet ꝙ vulneretur planta seu arbor quādo volueris accipere lac eius vel lachrymā: donec plāta viget adhuc in terra ⁊ nō postq̄ȝ est euulsa: sicut cuꝫ volueris facere opiū euforbiū: ⁊ similia generaliter scire debes ꝙ radices folia ⁊ rami debēt exiccari anteq̄ȝ sint abluta cuꝫ aq̄ a terra ⁊ sordibus earum: ⁊ ꝙ siccanꝉ in loco vmbre vbi nō sit humiditas: ⁊ oportet ꝙ reponas flores herbarum medicinalium in capsis de ligno. Et similiter herbas stipticas ⁊ radices. Semina ꝟo seruenꝉ in sacculis ex corio ad meliorem conseruationeꝫ ſm Diosco.

Peritissimi medicine doctores debēt hr̄e notitiā Astrologie.

Quia terra siluestrium m̄r domesticarū ꝟo nouerca est: dixit Alexā.

¶ Alia doctrina.



QUia prefata doctrina ꝑ aromatariꝭ: ⁊ p̄cipue rudib⁹ est aliqualꝛ ꝯfusa. Jō si q̇s interrogaret in q̇bus mēsibus particulariter sigillatim sunt colligēde herbe: flores: seīa: ⁊ radices. Rn̄deo ꝙ in mēse martij: q꞉ a medietate ipsi⁹ principiuꝫ est veris: ⁊ terra inceperit germinare ⁊ vestire se herbis ⁊ floribus: q̇ herba fuit nuda in hyeme ꝓpter vētos: niues: ⁊ frigora. Collige ergo p̄dicto mēse violas: ⁊ fac de eis trociscos diaui.i. de violis ⁊ syrupū violatū ⁊ oleum violatū: ⁊ si poteris ex eis succū facere: ꝯserua ipsum: ⁊ potes etiā violas distillare: ⁊ aquā vsui ꝯseruare. Exiccabis etiā ex eis ad vmbrā eodē tēpore: ⁊ reserua eas. Collige eodē mense fumiterre: ⁊ fac ex eo syrupum maiorem ⁊ minorē: ⁊ ex eo succum extrahe: ⁊ reserua: licet etiā possis in principio aprilis oīa predicta ex fumoterre facere. Itē in isto mense incipit colligi mastix vsq̄ȝ ad finē mensis aprilis. Collige squillam ſm artem: ⁊ fac

acetū squilliticū

acetuz squilliticuz:⁊ lohoc de squilla:⁊ oximel squilliticũ.
¶De mẽse aprilis. Collige eufragiaz:⁊ distilla eã:⁊ etiaz
siccam reserua eã:qꝛ pro oculis optima est. Collige flores
boraginis:⁊ buglosse:⁊ fac ꝯseruas ex eis:⁊ desicca ex eis:
⁊ reserua:⁊ distilla:⁊ fac aquã boragis ⁊ buglosse. Collige
oculos populi:⁊ fac vnguẽtũ populeon:quod est optimuz
ad somnũ ꝓuocãdũ in febribus ⁊ in phrenesi. Collige mẽ
tã maioranã citrariã ꝗuã maiorẽ:sparagos:⁊ reserua. Col
lige flores:et fac oleum irinum:collige mellilotum et fac
emplastrũ ꝺ mellilo to.collige flores rorismarini:⁊ fac dyã
thos:⁊ ꝯserua cũ zuccaro:et ex eis sicca:et vsui reserua: et
fac oleũ ex eis si volueris:collige etiã scolopẽdriã betoni-
cam ⁊ capillos veneris:⁊ distilla ex eis:⁊ ẽt desicca:⁊ reser
ua. Collige etiã cheyri.i.violas citrinas:⁊ fac ex eis oleũ
qꝺ dicit oleũ de cheyri. Collige bursaz pastoris:⁊ distilla
⁊ exicca ex ea:⁊ collige cretanos:⁊ distilla.
¶De mẽse maij collige rosas rubeas:⁊ distilla ipsas recẽ
tes:⁊ fac aquam rosatã:⁊ purifica ad solem:⁊ extrahe suc-
cum eius:⁊ vsui reserua:⁊ fac ex eis conseruam rosatam:⁊
rodozaccaram.i.zuccarum rosatũ rodomel oleũ rosatũ bo
Oleũ rosa num ꝺm artẽ. ¶Pro quo nota ꝙ dupliciter põt fieri oleũ
tũ põt du rosatũ. Primo ex rosis incompletis ⁊ ex oleo onfacino:et
pliciter fie tale oleũ est magis stipticũ:⁊ cõfortatiuũ:⁊ frigidũ. Scꝺo
ri. põt fieri oleũ rosatũ ex oleo oliuarũ maturarũ:⁊ tale oleũ
est magis anodinũ:⁊ doloris sedatiuũ:⁊ nõ est adeo frigi
duz sicut primum. Et exicca ex eis ⁊ vsui reserua:⁊ reserua
etiam botros eaꝝ.i.ipas rosiculas incõpletas ante opera
tionẽ:qꝛ sunt stipticiores ⁊ cordialiores:⁊ fac etiam ex eis
trociscos diarodon. Collige etiã eodẽ mense papauer al
bum ⁊ rubeũ ⁊ nigrũ:⁊ vsui reserua:⁊ fac opiũ eodẽ mẽse:
⁊ fac hypoquistidos. Collige camomillã:⁊ fac eiꝰ oleuz:et
sicca flores eiꝰ:⁊ reserua. Collige ẽt flores genestre:et fac
ex eis mel genestratũ bonuz pro scrophulis:⁊ fac ẽt ex eis
aquam distillatã ꝑ arenulis. Collige flores malue:⁊ fac ex
eis mel maluatũ bonũ pro asmate ⁊ tussi. Collige anetuz
⁊ fac oleũ:⁊ collige capita iusquiami:⁊ sicca. Collige semẽ
burse pastoris ⁊ reserua. Collige saluiã ⁊ distilla:⁊ desicca
ex ea:⁊ vsui reserua. Collige etiam hermodactylos ꝺm q̃s-
dam:sz ego puto ꝙ melius colligãtur de mẽse augusti. Et
collige gummi hedere ⁊c. colligit etiã mãna in isto mense
tã i oriẽte q̃ꝫ i calabria:qꝛ tũc ros ille ꝑcio[illegible] de celo cadit.
¶De mẽse iunij. Collige oẽs herbas seruandas vt cedrõ
origanum:pulegiũ:sticados:poliũ:celticã:abrotanũ : ab-
sinthium:prassium seu marubium: eupatoriũ:ypericõ:ca
medreos:camepitheos:saturegiã:rosmarinũ: centaureaz
maiorẽ ⁊ minorẽ:arthemisiã:agrimoniaz:pentafilõ:mille-
foliuz:betonicã:thimũ:epithimũ:hyssopũ:⁊ oẽs alias her
bas vsuales:quarũ neq̃ꝫ semina:neq̃ꝫ radices sunt in vsu.
Collige etiã balaustias ⁊ reserua. Fit etiã aloes i fine huiꝰ
mẽsis ex succis herbe zambane:fit etiã succꝰ liq̃ritie ex ra
dicibus eius:⁊ vsui reseruat:sz radices eiꝰ de mẽse augusti
colligunt:exiccant:⁊ reseruant. Collige ciminũ anisum.
In isto etiã mẽse colligitur thus vernix armoniacũ oppo
ponacũ:sed aliq̃ dicũt ꝙ colligunt de mense maij. In isto
etiã mense fit scamonea:⁊ est succus inspissatus cuiusdam
speciei volubilis:vel cuiusdã speciei tithymalli.
¶De mẽse iulij. Collige semen laureole:⁊ fac electuariũ
ex lacte anabule. Collige succũ cucumeris agrestis ⁊ reser
ua:⁊ fac inde pilulas ad hydropisim. Collige coriãdrũ: se
men fenugreci:semẽ genestre:semẽ staphisagrie:semẽ ma
cedonici:semẽ petroselini: apij:rute:semẽ iusq̃ami: grana
solis:semẽ sinapis:vrtice:eruce:semẽ arnoglosse idest plã-
taginis. Semina quatuor miora frigida scz scariole: endi
uie:lactuce:⁊ portulace:⁊ semĩa quatuor maiora frigida:
scz angurie:citrulli:melonis ⁊ cucurbite. Collige ẽt semẽ
leuistici:⁊ semẽ cicute:⁊ pastinace siluestris carui:fac etiã
acatiã in fine huius mẽsis ex succo prunellorũ siluestrium
⁊ ad solẽ desicca. Collige etiã antherã in fine predicti mẽ
sis vel in fine augusti. Collige etiaz siseleos.i.semẽ sileris
mõtani:⁊ semẽ nasturcij ⁊ pigani.i.semen rute.
¶De mẽse augusti. Collige radices saxifragie:et radices
liquiri.radices acori:⁊ radices ciperi:galange:radices mã
dragore:radices brionie:radices brusci:radices reupõ.ca
sie lignee:radices piretri Collige radices diptami ⁊ tormẽ
tille: ⁊ radices fabe suerse.i.solatri maioris. Collige radi-
ces gẽtiãe:radices esule ⁊ aristologie lõge ⁊ rotũde:⁊ radi
ces cucume.⁊ collige radices enule:radices trium conso-
lidarũ:radices fu.i.valeriane:radices meu. ⁊ radices ga-
riofilate:radices suchaha:⁊ bedegar:radices apij:petrose
lini:feniculi:brusci:asparagi:ireos ⁊c. Collige etiã in isto
mense semen ⁊ radices peonie:in isto etiã mense fit viscus:
⁊ fit etiã terebenthina de granis viridibus.
¶De mẽse septẽbris. Collige agnũ castũ.i.eius semẽ ⁊ ra
dices capparorũ ac vtriusq̃ꝫ hellebori albi.s.⁊ nigri. Col-
lige radices peucedani. Collige linguam ceruinam.i.sco-
lopendriam. Et collige citrach:capillos veneris. Collige
etiam flores et semen feniculi:⁊ exicca:quia tunc perfectũ
est semen eius.
¶De mense octobris. Collige philipendulaz: centaureã
absinthium et ciclamen.
¶De mense nouembris. Collige linguaz cedri:⁊ ꝺm ali-
quos collige esulam ⁊ mezereon.
¶De mẽse decẽbris. Collige baccas lauri:⁊ fac oleũ lauri
nũ ⁊ oleũ de lẽtisco:⁊ collige fructꝰ iunipi:⁊ poma mãdra.
¶De mense ianuarij. Collige fructꝰ brusci:⁊ radices ꝑun
gorũ:⁊ cõfice eas cortices citri:confice ⁊ reserua.
¶De mẽse februarij. Collige cimbalarias epaticas pul-
monarias. Et incipe colligere violas vsq̃ꝫ ad mensem mar
tij inclusiue:vt supra dixi.
¶Nota vlterius ꝙ omẽs aque distillate que fiunt ex her
bis debent fieri in vere.s.a medietate martij vsq̃ꝫ ad totuz
mensem maij inclusiue:⁊ postq̃ꝫ facte fuerint debent stare
ad solem saltem diebus.xv.vt purificentur a fumo. Sed
si vis vt nullo modo sapiãt de fumo:distilla eas in dupli-
ci vase scilicet ponendo alembicum in balneo marie.
¶Si cupiũt rudes aromatarij esse docti de infinitis fere Admoni-
preparationibus multarũ simpliciũ medicinarũ minera- tio ad aro
liuz ⁊ non mineraliũ:vsualiũ et non vsualium: vt puta de matarios
ablutionibus:cõbustionibus:assationibus : purificationi
bus:preparationibus:specierum salis:⁊ decoctionibus:et
extractionibus succoruz: ⁊ quasi de infinitis rebus hmõi:
recurrãt ad librũ Seruitoris:qui liber est eis valde neces-
sarius:vnde sepe studeant ⁊ legant in eo cum bona intelli
gentia:qꝛ in eo infinita reperient ex quibus non solum vti
litatem:sed honorem cum gloria reportabunt.
¶Sexta particula de conseruatione medicinarũ simpli-
cium et compositarum.

Modo discurrendũ est ⁊ breuiter loquendũ de
ꝯseruatiõe tã simpliciũ q̃ꝫ cõpositarũ medici-
naruz:⁊ lz Sera.in cap.xxxiiij. antidotarij sui
ponat stabilitatẽ ⁊ tp̄s durationis quarundaz
medicinarũ cõpositaꝝ:de simplicibus tñ nul-
lã fecit mentionẽ. Ego itaq̃ꝫ decreui ad clariorẽ aromata
rioꝝ notitiã primo vniuersalem quandã doctrinã hic tra
dere in perdurationẽ ⁊ cõseruationẽ medicinaꝝ tam sim-
pliciũ q̃ꝫ cõpositaꝝ:deinde specialiorẽ doctrinam faciã de
ꝑdictis:qꝛ particulariter quasdã eaꝝ tm̃ sub cõpendio no
tificãdo:vt saltẽ ex hac doctrina instruant aromatarij ve-
teres ac medicinas resolutas abijcere:vt docti medici et
famosissimi doctores ex hac fidelitate aromatarioꝝ vtili-
tatẽ ꝯseq̃ valeãt ⁊ honorẽ. ¶In ꝑmis igit dz q̃libet aro-
matariꝰ sibi locũ aptũ eligere in quo apothecã aptissimaz
ad res medicinales ꝯseruãdas:ita ꝙ sit avẽtis ⁊ a sole de-
fensa:⁊ ꝙ nõ sit humida:nec fumosa:aut puluerulẽta : qꝛ
ꝑdicta oĩa habent tam simplices q̃ꝫ cõpositas medicinas
corrũpere aut alterare. ¶Incipiamus ergo cũ Dei grã a
floribus:herbis:seminibus:⁊ radicibus. Pro quo notan-
dũ est ꝙ quãto aliqua res simplex fuerit ⁊ rarioris substã-
tie:tãto minori tp̄e ꝯseruatur:qꝛ est magis apta resolutio
ni vt a cõtrarijs alterãtibus resoluatur: ⁊ precipue si lõgo
tempore teneatur. Quia ꝺm Philosophum tempus est cã Tempus
corruptionis omniũ:quia omnia senescunt in tempore:et est causa
quia flores herbarum sunt rarioris ⁊ subtilioris substan- corruptio
tie q̃ꝫ herbe:ideo minori tp̄e conseruantur:⁊ ideo vsq̃ꝫ ad nis oĩm.
annũ conseruantur:⁊ non vltra:qꝛ in capite anni renouari
debent abijciendo veteres ⁊ reponendo nouos exiccãdo
eos prius ad vmbrã:vt sunt viole:rose:flores boraginis:et
buglosse:⁊ mellilotis:flores anthos.i.rorismarini. Consilr
herbe lz possint magis ꝯseruari q̃ꝫ flores:tutiꝰ tñ est vt sin
gulis annis renouentur. De seminibus vero dico vsq̃ꝫ ad
duos annos conseruãtur preter minuta semina frigida:q̃
debẽt quolibet anno renouari:⁊ silr ex fructibus pinee:et

fiſtici, renouenꝰ de anno in ãnũ: ⁊ amigdale cuz auellanis prunis: ficubꝰ: ſebeſtẽ ⁊ dactylis. De radicibꝰ diſtinguẽdũ eſt: qm̃ q̃daz ſunt ſubtiles ⁊ rare ſubẽ: vt radices valeriane: ⁊ petroſilini apij gariofilate baccare ſaxifragie: diptami: tormẽtille: hermodactyloꝝ: ⁊ cõſilitũ: ⁊ iſto mõ q̃libet anno renouanꝰ. Alie ſunt groſſe ⁊ denſe ſubſtãtie: vt reuponticũ: ⁊ radices bitonte: peucedani meu ariſtologie: ⁊ iſte cõſeruantur per duos ⁊ tres annos.

¶ Sequamur ergo ⁊ dicamꝰ de cõſeruatiõe ⁊ ꝑduratione ſolutiuoꝝ ſimpliciũ ſm ordinẽ Meſ. de vnoq̃z ſigillatim pertractando.

¶ Et primo de aloe.


Si ergo queraꝰ quanto tpe durat aloe. Dico ꝙ põt conſeruari vſqꝫ ad. x. an. ⁊ caue ne in loco humido teneaꝰ: nec in loco ventoſo: neqꝫ ad ſolẽ: nec ad fumũ: nec prope ignẽ: q2 virtus eius reſolueretꝰ. ¶ Nota vlteriꝰ ꝙ aloes põt ſophiſticari ⁊ adulterari: vñ ꝓ h̃ lege. Meſ. i cap̃. ꝓprio de aloe: ⁊ ibi repies ꝯditiones veri aloes ⁊ adulterati. Doſis eiꝰ eſt ab aur̃. ß. vſqꝫ ad. ʒ. ij. Et iſuſiõis ab aur̃. j. vſqꝫ ad. ʒ. iij. Quid aũt ſit aloes: ⁊ quõ fiat: ⁊ ex qua herba: ⁊ in qua ꝓuicia: dcm̃ eſt ſufficiẽter ſuperius ĩ prima ꝑticula cuz de ligno aloes mentio facta fuit.

¶ De myrobalanis.


Dico ꝙ myrobalanoꝝ q̃nqꝫ ſunt ſpẽs: ⁊ ßz opi. aliquoꝝ ab vna ⁊ eadẽ arbore ꝓducũꝰ i diuerſis tñ tpibꝰ: vñ citrini durãt duobꝰ annis. Emblici ꝟo ⁊ bellirici. viij. annis ꝯſeruanꝰ. Chebuli. iiij. annis. Sꝫ chebuli cõditi. x. ãnis. Indi. vij. annis: vñ citrini minori tpe oibꝰ ꝯſeruanꝰ: q2 rarioꝝ ſunt ſubẽ: ⁊ ex prio germie ꝓducti. Et oẽs q̃ ſumũt myrob.

Documẽtum ad ſumẽtes myrobalãos. timeãt boreã ſupueniẽtẽ: ⁊ nõ comedãt piſces: potio citrinorũ ẽ a. ʒ. ij. vſqꝫ ad. v. Et infuſoꝝ a. ʒ. v. vſqꝫ ad. xx. ⁊ potio chebuloꝝ tritoꝝ eſt a. ʒ. iij. vſqꝫ ad. iiij. Et infuſoꝝ a. ʒ. iiij. vſqꝫ ad. xx. Potio indorum eſt ſicut chebuloꝝ. Potio ꝟo emblicoꝝ tritoꝝ eſt ab aur̃. j. vſqꝫ ad. iij. Et iſuſorũ ab aur̃. iij. vſqꝫ ad aur̃. vj.

¶ De reubarbaro.


Dico ꝙ reubarbarũ qñ eſt electũ nõ adulteratũ neqꝫ examinatũ ꝑ ãnos. iiij. cõſeruaꝰ. Preſeruaꝰ aũt a putrefactione ſi ſuperliniaꝰ cum cera liquefacta ſolũ cum modica terebentina: aut cũ cera ſola: aut ſi ſepeliatur in melle tabazet: aut ſi ſepeliatur ſi inuoluaꝰ in milio: aut cũ ſemine pſilij. ¶ Nota ꝙ reubarbarũ põt adulterari: vñ lege Meſ. in cap̃. proprio de reubarbaro: ⁊ ibi diſces cognoſcere verum reubarbarũ a falſo. Potio eius infuſi in eo eſt a. ʒ. ij. ß. vſqꝫ ad. x. Et potio contriti eſt a. ʒ. j. vſqꝫ ad. iiij.

¶ De caſiafiſtula.


Electio caſſiefiſtule. Dico ꝙ caſiafiſtula ꝯſeruaꝰ ꝑ ãnũ ⁊ in loco humido: nõ tñ exceſſiue. Melior aũt caſiafiſtula eſt illa q̃ ẽ grauis in põdere: ⁊ pinguis in ſubſtantia: ac lucẽs ⁊ nigra in colore: et groſſa in cannulis: ac dulcis in ſapore. Nota tñ ꝙ aliq̃-

Nocumẽtũ eius. liter ledit ſtõm: ⁊ mouet in ventre tortiones.

¶ De tamarindis.


Dico ꝙ tamarindi ſunt dactyli acetoſi: ⁊ ſunt ex fructibꝰ palmaꝝ ſilueſtriũ: ⁊ ſunt ex medicinis nobilibꝰ nõ excedẽtes in opatiõe: ⁊ ꝯſeruãtur ꝑ ãnos. iij. Et cauẽdũ ẽ ne aq̃ aut alia res mollis ⁊ hũida cadat ſup eos: q2 putreſcerent. Modꝰ aũt ꝯſeruãdi eos ẽ vt eos bñ ſtrictos ⁊ calcatos in vaſe vitreo bñ obturato reponas in loco recẽti: ⁊ ſic ipſuz vas teneas: potio enim eorum eſt ab. ℥. ij. vſqꝫ ad. v.

¶ De manna.


Manna eſt res de celo cadẽs ſup quaſdã plãtas cuiꝰ materia eſt vapor qui eleuatur cũ accidit digeſtio ⁊ maturatio in aere qñ eſt eq̃lis ⁊ fecũdus in letis aſpectibꝰ: vñ aliqñ cadit ſup lapides: ⁊ aliqñ ſup arbores: ⁊ cũ cadit ſuper arbores ſuſcipit proprietatẽ: ⁊ virtutẽ ramoꝝ: plantaꝝ: ac foliorũ: ⁊ floꝝ ſup quos cadit. Durat aũt ⁊ cõſeruaꝰ ꝑ annũ bñ obturato vaſe. Fumꝰ aũt puluis ⁊ pluuia ac oĩs hũiditas deſtruit eã. Falſificatores aũt adulterãt eã: vñ lege Meſ. ⁊ aliqñ fit manna adulterata ex zuccaro albiſſimo ⁊ amido ſimul. Doſis eius eſt a. ʒ. vj. vſqꝫ ad. xv.

¶ De aqua lactis.


Dico ꝙ aq̃ lactis ẽ mã infuſionũ: ⁊ dꝫ ẽẽ recens boni ſaporis ⁊ odoris: ⁊ nõ diu teneaꝰ: q2 cito corrũpiꝰ. Et fit ex lacte iuuenũ capraꝝ ⁊ nigrarũ recẽter fetarũ ⁊ boni paſcui bonaꝝ herbaꝝ: poſt hoc eſt aq̃ lactis ex lacte ouiũ: ſed capraꝝ eſt melior ⁊ efficacior. Doſis eius eſt ab. ℥. iij. vſqꝫ ad. ℥. vj.

¶ De roſa.


Dico ꝙ roſa eſt duaꝝ ſpẽrũ. ſ. alba et rubea: vñ alba ẽ magꝭ frigida ⁊ magꝭ ſtiptica q̃ꝫ rubea. Roſa ꝟo rubea ẽ nobilior alba: cuiꝰ ſuccus dũ ẽ recẽs ẽ aliqualꝰ ſolutiuꝰ. Et ẽ etiaz eiꝰ ſuccꝰ calidꝰ in prio gradu ꝓpter excluſionẽ eiꝰ a re terreſtri. Et roſe ru. exiccate ſũt magis ſtiptice q̃ꝫ recẽtes: ⁊ roſe ru. incõplete ſunt magꝭ fride ⁊ magꝭ ſtiptice q̃ꝫ ꝯplete: ⁊ ſemẽ eaꝝ ẽ adhuc fortiꝰ in frigiditate ⁊ ſtipticitate. Cõſeruanꝰ aũt roſe vſqꝫ ad ãnũ: ⁊ ſilꝛ ſuccꝰ eaꝝ vſqꝫ ad annũ: ſꝫ vt meliꝰ a putrefactiõe reſeruetur parũ olei fundẽdũ eſt ſup eo i phiala vꝉ in vaſe in q̃ reponitur: deĩde obtureꝰ obturatiõe vltima: ne exhalet virtꝰ eius Potio ſucci roſaꝝ ẽ ab. ℥. j. vſqꝫ ad. ij. cũ zucca. Et potio ſyrupi facti cũ ſucco earum eſt ab. ℥. ij. vſqꝫ ad. v.

¶ De violis.


Dico ꝙ viole ſunt medicina tẽperata ꝯuenlẽs: ⁊ ẽ ex ꝑmis floribꝰ veris: ⁊ dñt colligi de menſe februarij: qñ nõ iueniꝰ calor: aut pluuia diſſoluens ⁊ diſſipãs ꝟtutẽ eiꝰ. Frida ẽ ⁊ hũida i primo gradu: q̃ ꝟo eſt ſicca ẽ minꝰ frida: ⁊ minus hũida. Succꝰ eiꝰ ẽ lenitiuꝰ nature. Cõſeruaꝰ aũt ſicut ſuccꝰ roſa. ꝑ annũ: ⁊ ſilꝛ viole ſicce ꝯſeruanꝰ vſqꝫ ad annũ: ⁊ non vltra: in capite ꝟo anni renouari dñt: abijciẽdo antiquas: reponẽdo nouas: ⁊ potio eaꝝ ẽ ab. ℥. ij. vſqꝫ ad. iiij. ⁊ cõditi eaꝝ ab. ℥. j. ß. vſqꝫ ad. iij. ⁊ iulep earum ab. ℥. iij. vſqꝫ. vj.

¶ De abſinthio.


Dico ꝙ meliꝰ abſinthiũ ẽ romanũ: ⁊ p̃cipue qꝺ ẽ remotũ ab odore: ⁊ a p̃ſentia maris: q2 vapor maris reſoluit ꝟtutẽ q̃ ẽ in ſupficie folioꝝ eiꝰ. Eſt aũt abſinthiũ cali. in prio gradu: ⁊ ſiccũ in ſcdo. Cõſeruaꝰ aũt ꝑ annũ. Colligi aũt dꝫ de mẽſe aprilis de mane añ ortũ ſolis: ⁊ nõ in meridie duz ſol reuerberat ipꝫ: q2 tũc a calore ſolis ꝟtus ſupficiei foliorũ eius aliqualꝰ eſt reſoluta. Doſis eiꝰ decocti aut infuſi potio eſt a. ʒ. v. vſqꝫ ad. vij. Et pulueris eius a. ʒ. ij. vſqꝫ ad. iij.

¶ De ſticados.


Dico ꝙ vtilius ⁊ meliꝰ eſt ſticados arabicũ: ⁊ meliores ſunt flores. Calidũ eſt in p̃io: ſiccũ in ſecũdo gradu: ⁊ ꝯſeruaꝰ ꝑ annũ aut. ij. ad plꝰ: decoctionis eius potio eſt ab. ʒ. v. vſqꝫ ad. vij.

¶ De fumoterre.


Dico ꝙ fumuſterre eſt ex medicis bñdictis: cuiꝰ abũdãtia minuit eiꝰ p̃cioſitatẽ: ⁊ ẽ ſolutiuꝰ nature. Melior ẽ cuiꝰ herba ẽ viridis: ⁊ cuiꝰ folia ſunt plana: ⁊ tenera cuiꝰ flos eſt ſubuiolaceꝰ. Criſpꝰ ꝟo nõ eſt bonꝰ. Collectiõis tp̃s meliꝰ ẽ in p̃ncipio veris: eiꝰ ꝟo ſemẽ in fine veris colligiꝰ. De ꝯplexione ꝟo eiꝰ aliqui dicũt ꝙ eſt frigide cõplexiõis in primo: ſed ßz veritatẽ declinat ad latꝰ caliditatis: ⁊ lꝫ caliditas ſit in eo minor frigiditate: tñ eſt in ſupficie domĩnãs: ⁊ ẽ ſiccꝰ in ſcdo: ⁊ ſemẽ eiꝰ calidũ. Inter oĩa ſimplicia mũdi nõ reperiꝰ ei par in mũdificãdo ſanguinẽ: ⁊ p̃cipue ſi ſuccꝰ eiꝰ bibitus fuerit calidꝰ cũ zuccaro: vꝉ cõmixtꝰ cũ aq̃ lactis. Succi ipſiꝰ potio eſt ab. ℥. ß. vſqꝫ ad. ij. Et decoctiõis eius ab. ℥. x. vſqꝫ ad. xv. Et pulueris eius a. ʒ. iij. vſqꝫ ad. v.

¶ De eupatorio.


Dico ꝙ eupatorium, ſm Salernitanos eſt ſaluia ſilueſtris: ſm Sera. eſt canaparia: nõ q̃deꝫ illa ex qua fit canapa ad modum lini: ſed ideo canaparia dĩ: q2 ad illius ſimilitudinẽ ꝓducit folia: ſm vero Meſ. eſt herba lõgitudinis cubiti: amaritudinis multe: folia eius ſunt ſicut folia cẽtauree minoris viridia: ſed ſunt aſpera ⁊ inciſa ⁊c. Colligiꝰ in fine veris: ⁊ ẽ melior operatio ſucci eiꝰ: ⁊ eti ã in vere cali. ẽ in primo: ſic. in ſcdo. Cõſeruaꝰ aũt ꝑ annũ tã herba q̃ꝫ ſuccus eiꝰ. Decoctionis eiꝰ potio ẽ ab. ℥. iiij. vſqꝫ ad. vj. ⁊ pulueris eius a. ʒ. ij. vſqꝫ ad. iij. Et loco eius ponitur in defectu ipſius abſinthij ⁊ aſari ana mediũ põderis ipſius.

¶ De epithimo.

Dico ꝙ epithimum

Dico ꝙ epithimum dr̃ quasi supra thimum nascens. Est enim ex herbis superexcrescentibus aliis plantis: τ quasi est sicut cuscute: τ aliquãdo excrescit sup halasce: τ aliquando super species origani: et est duplex hortense et syrum: et cõplexionis ca. et sic. in scđo. licet. S. ponat ipsuʒ ca. in tertio. Cõseruat̃ aũt p annũ τ non vltra. Potio eiꝰ in decoctiõe est. a.ʒ.v. vsq ad. xj. Et pulueris eius a.ʒ.iij. vsq ad. vij. Ille aũt qui sumit vitet acceptionem eius i estate.

¶ De hyssopo quod vocatur hasce.

Dico ꝙ quidã dicũt ꝙ est hyssopꝰ hortẽsis. Alij dicũt ꝙ est vna ex speciebꝰ origani ca. cõplexiõis et sic. in scđo gradu: τ cõseruat̃ p annũ. Dosis eius decoctiõis est a.ʒ.v. vsq ad. x. Et pulueris eius a.ʒ.ij. vsq ad. iiij.

¶ De hyssopo montana.

